Digitized by Google

DOM.
L.S.J.

LE 1[illegible] - 1

il manque la grande carte

Digitized by Google

[GRYNAEUS (Simon)]

NOVVS ORBIS REGIONVM AC INSVLARVM VETERIBVS INCOGNITARVM

unà cum tabula cosmographica, & aliquot alijs consimilis argumenti libellis, quorum omnium catalogus sequenti patebit pagina.

His accessit copiosus rerum memorabilium index.

ἐν πρόδῳ εἰμί.

19.

Nihil arduum satis.

Cod. flesq. Soc. Jesu Cat. Matriti.
Collegii flexiensis
Soc. jesu

ADIECTA EST HVIC POSTREMAE EDITIONI Nauigatio Caroli Cæsaris auspicio in comitijs Augustanis instituta.

Collegii flexiensis Societatis Jesu

BASILEAE APVD IO. HERVAGIVM MENSE MARTIO ANNO M. D. XXXVII.

Digitized by Google

CATALOGVS EORVM QVAE HOC
uolumine continentur.

Præfatio Simonis Grynæi ad Collimitium α 2
In tabulam cosmopraphiæ introductio per Sebastianum Munsterum a
Aloysij Cadamusti nauigatio ad terras ignotas, Archangelo Madrignano interprete. folio 1
Christophori Columbi nauigatio ex iussu Hispaniæ regis, ad multas insulas hactenus incognitas, eodem Madrignano interprete, folio 90
Petri Alonsi nauigatio, eodem interprete 115
Pinzoni nauigatio. eodem interprete 119
Alberici Vesputij nauigationum epitome 122
Petri Aliaris nauigationis, & epistolarum quorundam mercatorum opusculum. folio 130
Iosephi Indi nauigationes 142
Americi Vesputij nauigationes IIII. 155
Epistola Emanuelis regis Portugalliæ ad Leonem x. Pont. Max. de uictorijs habitis in India & Machala &c. 148
Ludouici Rom. patritij nauigationum Æthiopiæ, Aegypti, utriusq; Arabiæ. Persidis, Syriæ, Indiæ, intra & extra Gangem, libri VII. Archangelo Madrignano interprete 189
Locorum terræ sanctæ exactissima descriptio autore F. Brocardo monacho. folio 298
M. Pauli Veneti de regionibus Orientalibus libri III. 330
Haithoni Armeni ordinis Præmonstrat. de Tartaris liber 419
Mathiæ à Michou de Sarmatia Asiana atq; Europea. lib. II. 483
Pauli Iouij Nouocomensis de Moscouitarum legatione liber 532
Petri martyris de insulis nuper repertis liber 549
Erasmi Stellæ de Borussiæ antiquitatibus lib. II. 573

Digitized by Google

EXCELLENTI VIRO GEORGIO COL
LIMITIO DANSTETTERO ARTIS MEDICAE ET
disciplinarũ Mathematicarũ omnium facile principi,
SIMON GRYNAEVS. S.

QVANQVAM hoc totum naturæ spectaculũ, ex quo uelut uiuo libro condisci opifex ille rerum debebat, luculenter consideration hominum offert sese: & quo minus uel euilescere, uel fastidium & satietatem parere contemplantibus se posset ullam, plenum dignitate maiestateq; quocunque oculos & animum conieciſti, occurrit, & nouis assidue cœli uicibus, iucundissime nos inuitat, dum alia aliaq; quotidie sydera & occidunt & oriũtur, noctis dieiq; alia quotidie magnitudo, caloris & frigoris alia quotidie uis, alia quotidie aut senescentis aut reiuuenescentis anni forma: tamen ignaua est segnitio & socordia hominum uidetur, nec quicquam admirationis habere facies illa naturæ, estq; incredibile memoratu, quàm pauci mortales uel maiestate eius summa, uel uarietate mirabili excitentur. Aduersus hunc morbum hominum, omnis generis scriptores & inuentores rerum, diuina prouidentia ueluti medicos commenta obiecit, qui imperitis & inertibus istis uim naturæ eruerent, & tanquam in lucem proferrent, & per eam opificis admonerent. Ac ut artes cæteras, quæ uariæ & multiplices sunt, aliam aliamq; unaquæque naturæ partem tractãtes præteream nunc, nullæ plus uel sibiipsis autoritatis, uel naturæ rerum admirationis parant, quàm quæ cœli & terræ situm, quem illa & seorsim & quem inter sese habent, descripserunt (ἀστρονομικὴν, γεωγραφικὴν, κοσμικὴν Græci uacant) non absq; certa & euidenti multarum & difficilium artium notitia constitutas. Quæ postquam iuuentæ non absque singulari beneficentia dei, & proditæ literis fuerunt, rem prius impossibilem generi humano, ire non solum mente & cogitatione per cœli spatia, sed terram oculis circuire, & mundum perambulare licebat. Nam oculis & pedibus non ante uia per inuia maria patebat, quàm esset ratione expedita: quam ad rem positus cœli terræq; cognitu necessarius fuit. Sequuta deinde corporum in natura summorũ, cum eorum magnitudinibus & interuallis notitia: quod quid aliud erat, quàm ad naturæ spectaculum ualuis apertis admitti? Non est præsentis loci dicere, quæ lux tum hominum rebus illata sit, certe fores rerum patuerunt. Nam ex hoc pleno rerum mirabilium naturæ theatro, quum studiosi omnes, animis uelut œstro, concitis, & profundissima admiratione sauciis redirent, alij hoc impetu impulsi, maiora conari cœperunt, & intimius naturam scrutari, σόφους uocant: alij (hi sunt μαθηματικοὶ) quum & ingenij & animi ope summa in hanc solam contemplationem incubuissent, & acie mẽtis finibus iam suis terrarum orbem circumscripsissent, in angustum uastitate eius, præ cœli & maiorum corporum consideratione, redacta, inuentione tan-

Digitized by Google

tarum rerum excitari, ire oculis quocunq; mentis acies præiuiſſet, & animi cogitationem per omnes difficultates exequi ac molẽ terrarum orbis dudũ animo ſuo permeabilẽ, & undiq; acceſſibilem circuire luſtrareq; auſi: quod cæteri mortales pro inſano habẽt, patriã, parẽtes, uxorẽ, liberos relinquere, è tuto felicique rerum ſtatu (eſt enim & hæc cogitare, & cogitata exequi, ampliſſimæ ſimul & mentis & fortunæ) in tot tamq; certa rerum diſcrimina, & mortẽ mediã conijcere ſe, illi nõ ſolũ glorioſum ſed neceſſarium homini, ſibi uero unum præ omnibus rebus maxime expetendũ iudicarunt: inuicti & uerè diuini animi, quicq; ſoli ius natura conceſſum homini, id eſt, genuinã & nõ degenerem ſpiritus ſui nobilitatẽ retuliſſe, & imperium terræ & mariũ, à primis parentibus hæreditariũ ſibi, uendicaſſe uidẽtur: in quibus ſolis uetus illa humani generis nobilitas reluxit. Quorum uultus & ora, quum ex illa per naturã & noua rerũ miracula peregrinatione reuertentur, cæteri hoies uelut numina quædã non immerito obſtupuerũt, nouum cœlũ, noua maria, nouas hominũ & animantiũ figuras, nouos humanorũ cœtuum ritus, ampliora naturæ ſpatia cõmonſtrantũ. Indignati uidentur excelſi animi hoies, inſtigante numine, leuem & contẽptibilem naturæ rerum exiſtimationẽ, ac uindicare maieſtatẽ eius, & ignauiã hominum coarguere increpareq; aggreſſi, dum iſta communi uita uelut relicta, aliud hominũ genus, aliũ terrarũ orbẽ, orbi ſuo, ſuis hominibus oſtenderunt. Non eſt aũt putandũ quod hos aut cæca lucri cupiditas, aut temeritas quæda (nã & hæc uitia ſuos poſtea mores in hoc tam præclarum inſtitutum intulerũt) in cæcam & inacceſſam naturæ mũdiq; partem tranſuerſos egerit, ſed ſolida uis animi, & robur circa pectus triplex, profundiore quadam è noticia conceptũ. Horũ laudes extant per ænigmata ueteribus celebratæ, integris etiam uoluminibus. Nam hi ſunt qui clauſos captiuosq; utribus rationis ſecum uentos uexerunt. Quid enim nauigãti intereſt, uentos aut emittere quum lubet, aut admittere. Digni ſcilicet uate tanto, & Odyſſea longiore) nam iſtis laudibus opus hoc totum eſt conſumptum) Hi ſunt qui nauim, quum primum in eam irrepſiſſent. Argo, id eſt, animatam & aligeram fecerũt, uolitare per inacceſſa, partibus omnibus moueri, gyrari, flecti, reflecti, promittere, reuocare, ſiſtere curſum, ac delphini inſtar inter medios fluctus ludere paratam: quiq; numinis inſtar, in quodcunq; corpus ſeu organum immigraſſent, agile & uiuum & expeditum reddiderunt, ut nihil ſit fabuloſum, quod non facilius fidem inueniat, quàm induſtria & uis humana. Nec eſt quur mihi quiſquam obijciat uel nautam impium uel prædonem. Nam iſti deſides & ignaui ſpiritus, quod aliud corpus animent, ſuum ab ſe ſtupefactum non poſſunt: quod aliud munus obeant, qui tueri hominis nomen non ualent: ſed umbram tantum præbent, numerum complent, & oneri ſibi ſunt & terræ. Illi uero ſunt qui inter media mũdi elementa præliantia, inter tempeſtuoſum mundi ſpiritum, & inſanum immẽſi pelagi, & immanium fluctuum montes, ubi tot ſimul res exitiũ minitantur,

explorata

Digitized by Google

explorata prius apud se naturæ fide & constantia, quomodo ratione duce tan ta discrimina trajicias, docuerunt. Nam eosdem ego & nauigandi lustrandiq; terras nouas & nauium autores, fuisse sapientes illos & naturæ peritos scilicet credo. Eat aliquis & neget naturæ imperium homini concessum, qui terras fer ro cohercet, pontibus flumina, uauibus maria committit, ratione uelifica in seruitutem aduocat uentos, iter quod per mare facit, è cœlo expedit, & in obse/ um suum naturam cogit uniuersam, ipsius momentis & legibus ad res suas u/ tiliter & opportune accommodatis. Est scilicet sagacitas spiritus illius supra om nem naturæ uim, & per omnia sibi uiam parãs, dum expleat amorem, quo ta cito & ineffabili bene cõstituta mẽs captiua, per omnia sequitur te deus pater, & eo nimio saucia, quanto propius ignes accedit suos, quanto propius in ope ribus tuis te pater rerum uidet, tãto profundius uulneratur, ardentiusq; uisce ribus concoquitur. Ergo per omnia maria, per omnia terrarum extrema uelut amens sequitur te, lassaq; & exhausta æstu suo, amoribusq;, & flammæ peni/ tus conceptæ indulgens, desiderio immoritur tui. Quæ res quũ hominis maxi me propria sit, hominibus à uera hois nobilitate alienis, alienissima homine uidetur. Itaq; plerique mortales animi sui naturã, & ingenium paruipendentes (est enim sapientis solius spiritũ dei in se inuenisse) ac diuinũ illũ morbũ, diui/ nos amores nõ intelligentes, proximis rebus stultis friuolisq; expleri mẽtis de siderium posse putant. Degeneres, homines, qui ut naturæ lucem, qua uiuunt & qua utuntur per omnia, nullam uident, ita sapientũ inuẽta & mirabiliũ rerũ autores, idcirco quia eas iam usu contriuerunt, pro nihilo habent. Nobis autẽ secus in unaquaq; re prima origo & fons est perueſtigandus. Neq; uero uana uideri uis naturæ debet, tanto desiderio ad rerum cognitionẽ incensa, nec uul gare exemplum, Orbis partem nostro seculo inuẽtam esse tantam propemo/ dum, quanta est Europa. Parum mihi etiam cætera dei opera animaduertere uidentur, qui ista non curant. Quum igitur lustrandi orbis exemplum uetus illud, quod isti literarum & omnis doctrinæ ptincipes extulerũt iam olim, no/ stro seculo non infeliciter reuocarint quidam, omni laude digni uiri, quorum memoriam literis exceptam docti quidam (utinam tanta dexteritate, quan/ ta diligentia) posteritati transmiserunt: quumq; argumẽti eius libellos aliquot uulgo oberrantes, Ioan. Hutichius uir doctus, & antiquitatis mire studiosus, Heruagio nostro excudendos dederit: eos uolui idcirco inscribere tibi, quod nemo nostro seculo, quod ego sciam, in illam disciplinarum Mathematicarũ lucem sublimiore mentis acie intueatur: deinde quod istam tam luculentam notitiam humanitate & suauitate, quam in moribus obtines, incredibili feli/ citer exornaris. Cuius utriusq; rei nemo testis fidelior esse potest quàm ego ip/ se, qui ante annos plus minus quindecim quum summa & uoluptate & utili/ tate mea Viennæ te auscultarem, facile & ingenij uim inctedibilem animad/ uerti, & humanitatem sæpe sum expertus. Vale.

Digitized by Google

INDEX RERVM SCITV DIGNARVM EX ALOYSIO Cadamusto & Christophoro Columbo, alijsq; sequentium nauigationum scriptoribus.

A

Abilus Fidalcus præfectus classis folio 64.cap.65
Accusatio calumniatorum Columbi fol.114.ca.107
Achiloa insula 68.c.68
Achiloæ rex ibidem
Adamas mitræ altitudinis 9.c.8
Admirans dignitatis nomen 94.c.91
Admissionales 56.c.55
Aegyptij uagi 119.c.112
Aethiopia inferior priscorum nautarum terminus 131.c.125
Ages radices genus 92.c.89
Agremus insula 72.c.71
Alba insula 11.c.9
Alberici Vesputij laus 124.c.116
Alchizel uestis genus 17.c.13
Alexander sextus pon.Max. 146.c.133
Almadiæ nauis genus 56.c.36
Almadiarum pernicitas ibidem
Alonsus Niger 116.c.109
Alonsi in patriam reditus 11.8.c.111
Aloysij institutum 1.c.3
Aloysius Venetus 3.c.2
Alphonsus Furtadus ad regem Calechut legatus 73.c.72
Ampelusium promontorium 2.c.1
Anamini gens Barbara 64.c.64
Ananinorũ humanitas 65.c.65.cultus eorum ac mores ibidem
Anarchia 125.c.117
Andreæ diui insula 42.c.41
Angradida insula 72.c.71
Animalia p numinibus culta 149.c.136
Animalium omnium esus prohibitus. folio 59.c.57
Animal monstrosum 121.c.113
S.Annæ sinus 49.c.46.53.c.49.50
Anseres uersicolores 30.c.30
Anseres capite rubeo 93.c.89
Antonius Conzalles 3.c.2
Antonietus Ligur 33.c.34
Antropophagi 125.c.117
Apeliotes uentus 5.c.3.39.c.93
Apexabo 92.c.88
Apparatus classis 94.c.91
Aquæ natura feruentissimæ 104.c.98
Ataschorea qui 70.c.70.74.c.72
Araschoreæ occubitus in prælio 84.c.77
Arbores immẽsę magnitudinis 45.c.45
Arbores quatuor fructuum generum feraces 149.c.137
Arces uariorum nominum 110.c.104.
Arcipelagus 97..c.92
Arcus ex nasso 7.c.6
Aristotelis de iride sententia 128.c.120
Arma Nigritarum 17.c.13.21.c.18
Aromatum pretia 58.c.55
Aromatum uaria genera 81.c.76
Arquitæ cuiusdam in perquirendis insulis studium 105.c.98
Ars balistaria 134.c.126
Ancupium columborum 7.c.6.41.c.40
Aulici regis Calechut Mauri 79.c.75
Auri contemptus 24.c.21.126.c.118
Auri mina 67.c68
Auri effodiendi ratio 100.c.94
Aurifodinæ 102.c.97.120.c.113.126.c.118 131.c.125.136.c.126
Aurum Nigritarum optimum 17.c.12
Aurum obryzum 117.c.110
Ay insula 96.c.92
Azanegi populi 2.c.1.13.c.10
Azanegorum mulieres quales 13.c.10

B

Babylonia Caytum dicta 57.c.54
Bacchar mensuræ genus 86.c.79
Balena 55.c.50
Balistaria ars 134.c.126
Barameda oppidum 210.c.105
Barbazini populi 34.c.35
Barbazinorum mores ibidem
Bartholomæus Polastrus 5
Bassa regio 19.c.15
Batinansa regio 43.c.41
Bauser rex Calechut 150.c.139
Belua marina ingens 54.c.50
Besegne regulus 51.c.48
Besenegal regio Narsindi 152.c.142
Betelle folium Calechutensium cibus. folio 80.c.75

Digitized by Google

Bigæ Indi Calechut incolæ 56.c.55
Bipalia instrumenta 27.c.26
Bisboror Buchmel nepotis laus 23.c.21
Bisboror incantator 29.c.28
Bonæ spei caput 131.c.125
Boni uisus insula 41.c.40
Breuia maris 24.c.21
Brugis nobile emporium 3
Buchena insula culta 97.c.92
Budomel principis ac terræ nomen. fo. 22.c.20
Budomel principis laus ibidem
Budomela regio 23.c.21

C

CAlandra piscis genus 104.c.98
Calcatrices serpentes 28.c.27
Calechut descriptio 56.c.53.79.c. 75.150.c.139
Calechutensium ciuilitas 56.c.55
Calechut aromatum dives 57.c.54
Calechutesium mercium pretia 58.c.48
Calechutensium uictus 59.c.57
Calechuteni primores omnium animalium esu abstinent 60.c.57
Calechut ab Vlisbona interuallum. fo. 60.1c.58
Calechutensium fides ac religio 61.c.58
Calechutensium iustitia 61.c.59
Calechut regis ædes 74.c.73
Calechut regis luxus ibidem
Calechutensis regis honor, quod uxores suæ à sacerdotibus stuprantur 80.c.75
Calechutensium ponderum ac mẽsurarum nomina 88.c.82
Calores maximi 21.c.16
Cambaiæ regnum 151.c.140
Cambaia urbs ob celebritatem Caytum Indiæ dicitur 152.c.141
Canarij & eorum mores 8.c.8
Canaria magna ibidem
Canariorum promptitudo ac agilitas. folio 10.c.8
Canariæ insulæ 90.c.84. earum nomina 8.c.7
Camboa id est domus auri 101.c.95
Canchiete auri ferax 116.c.109.110
Canes comeduntur 45.c.43
Canes medij ordinis homines 144.c.131
Canea liburnicæ genus 98.c. 85.111.c.115
Canibali anthropophagi 92.c.88
Canibalorum pro carne humana insequenda labor 96.c.92
Canibalorum regina, eorumq; ferocitas. folio 97.c.92
Canibalorum strages ibidem
Canibalorum mores 118.c.111
Canoa nauigij genus 92.c.87.97.c.92 quæ & Canea dicitur
Canopitres stellæ 127.c.125
Caput de non promontorium 2.c.1
Caput S. Vincentij 3.c.2
Caput Album 10.c.9. cur sic dictum 33.c.35.40.54.c.50
Caput. de Chantin 11.c.9
Caput uiride 19.c.15. quur sic dictũ 33. c. 35.122.c.114
Capitis uiridis amœnitas 34.c.35
Caput rubrum 49.c.46
Caput casamense 49.c.45
Caput Verge 51.c.48
Caput Bonæ spei 88.c.c.81
Caranganora ciuitas 143.c.129
Caranganoræ incolæ triplices, eorumq; mores 144.c.131
Caranganorensium uestitus 145.c.132
Catãganoræ regiõis tẽperies. fo. 148.c. 138
Cariotæ syluestres aluum cient 44.c.42
Carnagallus portus 85.c.78
Cataium nobilis insula 153.c.142
Catajj incolæ Christiani 150.c.139
Catalogus nauium Portugall. 55.c.51
Catholica pontifex Indorum & regni Catajj 146.c.133
Catholica Orientis pontifex unde originem traxerit 146.c.133
Caytum Babylonia dicta 57.c.54 58.c.55.59.c.56.62.c.60.71.82.c.76. 151.c.139
Celtogallia 3.c.2
Canarona regnum 86.c.79
Chanonæ regis in Portugallenses benevolentia 86.c.79
Charana portus 111.c.105
Chesimij urbs Maurorum 151.c.140
Chiana Tambala 102.c.113
Chiasichius rex Buchemæ 98.c.92
Cheloa insula 68.c.68

Digitized by Google

Chorus uentus 91.c.86
Christophorus Columbus regis Portugalliæ aulicus, classis præfectus 90.c.89
Cibani montes 109.c.105
Cigianorus à Christianis defecit. folio. 114.c.107
Cimbaga regio 102.c.97
Ciniana regio 118.c.111
Cipagora regio auri ferax 101.c.96
Classis regis Calechut 89.c.78
Classis iustus apparatus 94.c.91
Colloquium Christianorum cum Nigritis 38.c.38
Colloquium Christianorum cum rege Mauri 69.c.69
Colossi 51.c.48
Columborum captura 41.c.40
Colũbus cur dictus Admirans 94.c.91
Columbi cõtra calumniatores defensio folio 114.c.107
Columbus captiuus abducitur 115.c.108
Combatę regnum 72.c.71
Cometa 97.c.67
Communio rerũ Pythagorica 125.c.117
Condalia annulorũ genus. fo.52.c.49 74.c.73
Cõflictus Christianorum cruentus cum Mauris 132.c.125
Conspicilia pretiosa 63.c.61
Cordata 1.c.1
Corium hircinum 8.c.8
Cori insula 11.c.9
Corpora uersicolotia 10.c.8
Cortesium 53.c.50
Cortile 24.c.22
Cosmetæ pedissequæ 109.c.105
Cosmographiæ peritia nauclero necessaria 123.c.116
Cotis pro ferro usus 92.c.87
Cotonei panni 30.c.31.42.c.41
Crux insula Canibalorũ 65.c.92.eiusq; incolarum mores ibidem
Cuchinum urbs ac regnum 48.c.78
Cuchini rex Calechutensibus infensus. folio 132.c.125
Cuchini regis in Christianos beneuolẽtia 135.c.126
Cuchinenses pecuniæ cupidi 140.c.128
Cuchini rex gentilis 142.c.129
Curtana prouincia 115.c.109
Curtanæ incolarum mores 116.c.109
Cyaneus color 109.c.102

D

DArgin insula 10.c.9
Dei laus 129.c.122
Dentalis piscis genus 333.c.35
Deus trifrons 144.c.133
Dies festi apud indos 147.c.134
Diongol caput 152.c.148
Diplomata regis Calecut Portugallensibus data 78.c.74
Diuitum existimatio ingens 17.c.15
S.Dominici sinus 49.c.46
Dominica una ex Canibalorum insulis folio 95.c.92
Domus magnificæ descriptio 100.c.94
Don huric laus 13.c.47.c.45
Don Daruth 1.c.3
Don Ioan rex Lusitaniæ 55.c.52
Draconis sanguis 5
Draconis ostium 120.c.115
Duæ palmæ locus 42.c.41

E

ELephanti sylvestres 29.c.29.45.c.45
Elephanti manus quæ 29.c.29
Elephanti quomodo capiantur 45.c.45
Elephantorum pernicitas 46.c.43.c.62
Elephanti non lædunt nisi lacessiti folio 46.c.45
Elephantinæ carnis esus insipidus. folio 46.c.45
Elephantorum pedes & dentium descriptio 47.c.44
Elephanti equorum loco 60.c.58
Elephanti turriti ad bellum instruuntur folio 63.c.62
Elephantorum pretium 63.c.62
Elephantes cicures 82.c.76
Equi fascinati 31.c.32
Erithræum mare 59.c.52.59.c56
Euri uenti commoditas 126.c.117
Experias olim quod nunc Caput uitide 131.c.125

F

FAbæ cito matutescentes 27.c.26
Facies gemmatæ 124.c.117

Digitized by Google

Fatasangolus Gambræ rex 43.c.41
Fascinatores 28.c.28
Fasioli 27.c.26
Fastus regius 26.c.24
Fauonius amicitiæ 142.c.128
Faxioli tubentes cum nigricante macula.fol. 28.c.27
Feles uenales 44.c.42
Fericta una ex Canarijs 94.c.91
Ferrata eques Canarijs præfectus 8.c.7
Ferratus mons 96.c.92
Fesse regnum 2.c.1
Flumen quoddã auriferũ 55.c.52.93.89
Fœdus inter Portugalliæ ac Calechut reges 154.c.126
Fortuna prospera Christianorũ ad Christũ gentiles prouocat 20.c.16.25.c.25
Fortunatæ insulæ 840.c.
Franciscus Cherea sese in obsidem ultro offert 77.c.74
Francisci de Sagitta Cremonensis epistola ad Pasqualigum 140.c.128
Frons Aphricæ promontorium 88.c.81
Frugalitas principum Nigritarũ 24.c.22
Funerãdi mos in Calechut 81.c.7 apud
Canibalos 111.c.111.145.c.132.147.c.134
Eusatæ 44.c.42

G

GAllinæ Pharaonis 30.c.30
Gãbræ regnum auri ferax 33.c.34 38.c.38.43.c.41
Gatzaragum insula 11.c.9
Gaufer Calechut rex 79.c.75
Gazichius rex 101.c 96
Gemmarum uaria genera 58.c.55.74.c.73.81.c.76
Gnuminensa princeps 45.c.43
Gosipina uestis.i.bombicina 125.c.117
Græcorũ mos uocãdi ad sacra 145.c.133
Gaudalupea Canibalorum insula.fo.96 ca.92.alias Graccana
Guadalupus mons Hispaniæ 96.c.92
Guancranillo rex Hispanæ insulæ 63.c.90.fraudulentus 99.c.93
Guarionensius 106.c.99.rex. Guarionexius aliter 110.c.104
Gugeratus pro obside petitur 77.c.74
Gulphal insula 72.c.71
Gusutates mercatorũ genus idololatriæ dediti 81.c.75
Gutturnium quur dictum 75.c.74
Guzerati mercatores eximij 150.c.139
Guzerat Maurorum regio 152.c.140
Guzerat incolę casti ac monogami 152.c
Gyneceum Calechutensiũ 80.c.75. (140

H

HIspana insula 91.c.85
Hispaniæ incolarum mores 91.c. 87.92.c.89
Hispana insula quorũ ferax 95.c.89.98.c.95
Hispaniarũ regis ac reginæ piũ uotum 95
Hodenum locus 11.c.9 (c.98
Hospitalitatis exemplum 104.c.39
Humilitatis mitæ exemplum 26.c.24

I

ID.Iacobi insula 42.c.40
Iactantia carpitur 130.c.124
Iamica insula 105.c.98 (65
Igname radix de qua panis cõficitur 65.c
Illybetis Hispaniarum regio 12.c.9
Imagines in templis Catanganoræ nullæ præter crucem 145.c.135
Imbres è montibus aurũ abluũt 103.c.97
Incantationum efficacia 29.c.28
Incaustum 91.c.75
Incendium nauis Portugal. 87.c.80
Indi Christiani 56.c.53
India non procul ab Hispania ueterum sententia 93.c.89
Iudi pecuniæ appetentes 141.c.128
Indorum sacri ritus 146.c.134
Indorum uauigia 148.c.135
Indię fructus 148.c.137
Inficiendi arma modus 29.c.28
Insitia 62.c.88
Insularum multitudo 97.c.92
Insulas octingentas adiuere Portugallenses 154.c.98
Ioannes Gonzala 6.c.6
Ioannes presbyter 62.c.60
Ioanna insula 91.c.86
Ioseph Indus quis,& unde Vlisbonã uenerit 143.c.13. eius laus. ibidem
Ioseph indus sacris initiatus 145.c.133
Iridis elegans descriptio 128.c.130
Issabella mons 101.c.96.arx 103.c.98
Issabella 4.fluminum in diuersa labentium origo 102.c.98

Digitized by Google

Iudæa de Senilla 85.c.78

L

LAchus locus 51.c.48
Lacha aromatis genus 58.c.55
Lachæ in Cábaia magna copia 152.c.141
Laconicum responsum 26.c.24
Lamia quæ & lamica 103.c.98
Lanchus 40.c.40
Landinus Vergilij interpres 128.c.120.
Laterones principum Nigritarú 25.c.25
Latus de ante rota 18.c.14
Lebegius uentus 151.c.125.al.Lebeccius
Leophontis esus 41.c.40
Leucæ Hispanæ 9.c.8
Libidinum incitamenta 125.c.117
Libido promiscua 125.c.117.144.c.132
Licentia incredibilis ibidem
Ligneum oppidum 99.c.93
Linú in pretio habitum 58.c.55
Literarum studium apud Indos in præ-
tio 147.c.134
Loca ubi aromata nascuntur & expor-
tantur 89.c.85
Locifron oppidum 101.c.96.
Locus ex Euangelio superstitiose detor-
tus 60.c.57
Locustarum multitudo 18.c.15
Longæuitas 126.c.117.148.c.136
Luxus regis & procerum Calechut 74
c.75.& priuatorum 80.c.75

M

MAgnes gemma 58.c.55
Mailapeta urbs 150.c.139
Maiuliæ numismatis genus 24.c.21
Malafines populi 150.c.139
Male parta male pdita, puerb. 135.c.126
Maluaticum uinum 59.c.56
Mancipiorum negotiatio 12.c.9
Mangones 118.c.111
Mapalia 51.c.48
Marcus Zenon 3.c.2
Marcus Paulus Venetus 146.c.133
Mare Erythræum 56.c.52.59.c.56
Mare Persicum 72.c.71
Mare tempestuosum 105.c.98
Margaritus uir celebris Columbo infen
sus 106.c.99
S.Mariæ niuis sinus 53.c.49
S.Mariæ finis nemus 54.c.50
S.Mariæ de Balleta locus 64.c.65
S.Maria rotunda insula 96.c.92.
S.Maria antiqua ibidem
Mastuchi barbæ genus 59.c.56
Matinina à solis fœminis inhabitata,
folio 96.c.92
Matininæ fœminæ Amazonibus simi-
les, ibidem
Mauri regis cum Portugallensibus tra-
ctatus 69.c.68
Maurorum perfidia 77.c.74
Mauri regis Calechut aulici 79.c.75
Maurorú cum Portugall. præliú 83.c.77
Maurorú res à Christianis direptæ 135.
cap.126 (71.c.71
Mecha Mahumetis arca 56.c.52.59.c.56
Medera insu.3.c.2.6.c.6. unde dicta ibidē
Medius Pilotus 59.c.56
Melinda urbs 55.c.52
Melindæ regis liberalitas 69.c.70
Mel factitium 149.c.138
Mensæ ex lignis pretiosis 6.c.6
Mensuratú in Calechut nomina, 88.c.82
Mercatorú quorúdā epist.133.126. & seq.
Mignol succus uelut uinum inebrians,
folio 28.c.26
Milapar urbs D.Thomæ templo ac cor-
pore insignis 153.c.142.
Milibar urbs & incolarú mores 143.c.130
Mina auri 67.c.68
Mitigal numismatis genus ac ponderis
folio 17.c.12.137.c.129
Mogolistanum caput 151.c.140
Monbaza urbs regis Mauri 69.c.69
Monchricus portus 3.c.3
Moneta Indorum 148.c.136
Monstrum 121.c.115
Monzonbicche insula 98.c.68.
Moschea téplú idolorú 26.c.25.57.c.54
Mos adeúdi principé Calechut 75.c.75
Mos inaugurádi principis absurdus 9,9.c.8
Munera regi Calechut oblata 75.c.75

N

NAires id est patritij 144.c.131
Nandi peritia 22.c.19.24.c.21
Naremegha rex 82.c.76
Narsindus rex 150.c.139.152.c.142
Narsindi regis potentia 152.c.142
Nassus 7.c.6

Digitized by Google

Natator egregius 24.c.21
Naues & nauigatio mitaculo habitæ. folio 13.c.11.32.c.33
Naufragium 91.c.86
Nauigia Calechut qualia 58.c.55.63.61
Nauigia Indorum 148.c.135
Nauis prætoria 67.5.67
Naybæ flumen 109.c.103
Nebeorum Imperator 43.c.41
Negotiatio inter absentes 15.c.11
Nemora sandalij 58.c.55
Niger fluuius 22.c.19
Nigritis regio 11.c.9
Nigritarum mores ibidem
Nigritarum duplex genus 15.c.11
Nigritarũ misanthroporũ forma 16.c.12
Nigritarũ humaniorum Resp. 19.c.15
Nigritæ Mahumetis cultores 20.c.16
Nigritarum mollicies 21.c.16
Nigritarum hospitalitas 21.c.17
Nigritarum armatura 21.c.18
Nigritarũ nandi peritia 22.c.19.24.c.21
Nigritæ libidinosiss. ac zelotypi 25.c.22
Nigritæ fascinatores 28.c.28
Nigritarum strages 57.c.37
Nili amnis celebritas 151.c.139
Noctuæ magnæ 47.c.44
Nuirã. i. infimę sortis homines 144.c.131
Nundinæ in Calehut 151.c.139

O

Obedientiæ exemplum 24.c.21
Obrysum aurum 117.c.110
Obseruantia erga regẽ incredibilis 9.c.8
Obsides Calechut ingressuri dare cogun tur 73.c.71.& 74
Obsidum permutatio 76.c.74
Oculatus testis, &c. prouerbium 82.c.77
Offina quæ & Hispana ins. 101.c.96
Oleum mirę naturæ 28.c.27
Oligarchia 17.c.13
Onzia 102.c.97
Opinio ueterum de terræ terminis refelli tur 122.c.114
Oricula herba 8.c.8
Oriza panis confectus 149.c.137
Oriza sinus 153.c.142
Orlandus seditiosus, & Columbi hostis folio 114.c.107
Ormus insula 145.c.135.151.c.140
Ossa humana pro ferro 95.c.92
Ouastruthionum 12.c.9

P

Palma insula 8.c.8
Palma iij. fructus producit in In/dia 149.c.138
Palmarum succus pro uino 60.c.57
Palmarum fluuius 53.c5c.
Panchea uide Combara 72.c.71
Panis in cinere tostus 59.c.57
Parans argentea moneta 148.c.136
Patria regio 112.c.105.115.c.109
Patriæ amor 98.c.92
Paui syluestres 7.c.6
Payra regio 120.c.115. aromatum ferax folio 121.c.115
Permutatio mercium elegans 15.c.11.17 c.12.31.c.31.65.c.65
Permutatio obsidum 76.c.74
Persicum mare 72.c.71
Petrus Synzia Aloysij amanuensis 50. c.48. classi præficitur 51.c.48
Petrus Aliares 64.c.63.142.c.129
Petrus Alonsus classis præfectus 119.c.112
Petri Pasqualigi epist. ad Germanos re tũ uariarũ historiã cõplectens 158.c.127
D. Petrus Antiochiæ præsul 146.c.135
Pharmacum ex sale 14.c.11
Pharmaca ad prouocandã libidinem fo lio 125.c.117
Pharaonis gallinæ 30.c.30
Pilei è pennis auium facti 66.c.66
Pilotus itineris dux dicitur 55.c.52
Pinzonus classis præfectus 119.c.112
Piper ubi nascatur 149.c.138
Piscari cum pisce 104.c.98
Pisces in uerubus assati ibidem
Pisces equino capite magnus 47.c.44
Pisces quidam ingens, sui nõ absimilis. folio 66.c.66
Piscis instar anguillæ mirabilis 104.c98
Piscium pelles pro loricis 148.c.136
Plinij honorifica mentio 127.c.118
Plinij de Iride sententia 124.c.120
Pluuia feruentis aquæ 39.c.39
Polycletus insignis pictor 127.c.118
Pplygamia 9.c.8.19.c.15.79.c.75.125. c.117.144 c.132
Ponderũ Calechutẽsiũ nomina 88.c.82

Populi

Populi cuiuſdam anonymi mores ac inſtituta 124.c.117
Portugalliæ regis fortitudo & titulus 63 c.62.64.c.62.eius potentia 134.c.126
Portugall. de Mauris victoria 78.c.74
Portus ſancti inſula 5
Prĕliũ Nigritarum cũ Chriſtianis 37.c.37
Prælium cum Mauris 85.c.77
Prælium atrox cum barbaris 119.c.112
Brætoria 67.c.67
Praſinus color 93.c.89
Praſum promontorium 131.c.125
Pretia mercium Calechutẽſium 58.c.55
Presbyter Ioannes 62.c.60
Priuilegia mercatorum Portugallẽſium in Calechut 78.c.74
Promuſcis elephanti manus 29.c.29.96
Prouerbium 135.c.126 (c.43
Pſitaci phaſiãis maiores 96.c.92.131.c.125
Pſitacorum in nidificãdo ſolertia 30.c.30
Pſitacorum copia 66.c.66
Pſitacorum regio 131.c.125
Puerperæ uirginibus nihil abſimiles 126

R (c.117

RA fluuius 49.c.45
Regalis portus uaſti flu. 100.c.94
Regia Calehut 74.c.73
Regis Calechut maieſtas ac potentia.fo. 56.c.53
Regina ſaba ubi 136.c.126
Regio quædam ad meridiem uergens mira temperie 127.c.118
Regnum Mellis calore infeſtum 14.c.11
Remiges Nigritarum 44.c.42
Repoſera oppidum 3
Ritus idololatrarum 26.c.25
Rium fluuius 34.c.35
Rubrum flumen & promont. 52.c.49

S

SAccarum 7.c.6
Sacerdotum autoritas 25.c23
Sacerdotum Calechutenſium prodigioſa licentia 80.c.75
Sacerdotis Caranganorenſis ueſania ſuperſtitioſa 144.c.131
Sacerdotibus Indis incontinentia capitalis 147.c.134
Sacrificandi crudelis mos 144.c.131
Sactum promontorium 3.c.2
Sagittarij optimi 116.c.19
Sagres caput 51.c4.
Sale confectum pharmacum 14.c.11
Salomonis regis Iudæorum theſauri, u 11 de folio 136,c.126
Sambuca muſicũ inſtrumentũ 32. c.34.
Samia uaſa 95.c.92.116.c.109
Samatra al. Taprobane 153.c.142
Sancinus Tonarus 87.c.89
Sandalij nemora 58.c.55.109.c.105. 120.c.113
Sanguis draconis 5.c.4.
Saraffi aurei nummi 57.c.54.
Saragna inſula 109.c.103
Saraphus aureus nũmus 148.c.136
Scamna inſula 53.c.49
Scaria 9.c.6
Senega fluuius 13.c.10.18.c.14
Senegæaccolæ quales 18.c.14
Senegæ regnum ſterile ob caloẽ 27.c.26
Sericũ ois generis in Calechut 57.c.54
Serpentes uaſti 28.c.28
Serpentes magni, ſed innoxij 93.c.89
Serpentũ eſus in delitijs habitus 104.c.98
Serræ aquaticæ 6.c.6
Serretir populi 34.c.35
Sibilia oppidum Hiſpaniæ 8.c.7
Signearum populorum mores 51.c.49
Sobobec & Semath Mauroum urbes ſolio 151.c.140
Soldani imperium 62.c.60
Sonalia pro nolis 115.c.106.c.120.112
Soyla inſula 153.c.142
Specula nautarum quibus tempeſtatem proſpiciunt 34.c.35
Spedegar 42.c.41 (49
Stigmata corporibus inuſta 45.c.43.51.c
Strabonis locus 149.c.137.151.c.30
Struthiones 12.c.9
Stupor ex rebus innotis 31.c.31
Subligacula bombicina 117. c.110
Succus palmarum pro uino 90.c.57
Suibus Carangonora Indica caret. fol. 149.c.136
Symmetrica corpora 124.c.117

T

TAagaza ſalinæ 14.c.11
Talea arboris genus 14.c.91
Tambra deus uocatur 144.c.131

Tamburum

Digitized by Google

Tabutum locus 14.c.11
Taprobane insula 62.c.60
Taprobanes opulentia 137.c.126
Tartari uagi 119.c.112
Tayni sunt nobiles 100.c.94
Tempestas horrenda 67.c.67.87.c 80.121.c.113.123.c.115
Templum Calechut nefastum 62.c.61
Templa imaginibus uacua 145.c.135
Teneriffa 8.c.8
Tesenicæ regnum 88.c.81
Testudines cũ ingẽtibus testis 41.c.40
Testudinũ caro uitulinæ similis ibidẽ
D.Thomæ corpus repertũ 132.c.124
D. Thomæ etiam apud Ethnicos uenératio 153.c.142
Tibiæ ac instrumẽta musica summæ uoluptati ac admirationi 32.c.33
Tormenta bellica terrori Barbaris 32.c. 35.37.c.37.68.c.69.75.c.72
Tristan sera 6.c.6
Tunetum Barbariæ regia 12.c.9
Turcarum idioma 93.c.89
Turcimani qui 34.c.35.48.c.45
Turtures sylvestres 93.c.89
Tyrannidis imago 26.c.24

V

VAsallus 26.c.24
Vasa Samia 95.c.92
Vascus de Ghiuan dux classis 55.c.51
Vbenes rex Aethiopiæ 133.c.123
Velutum sericum 56.c.53
Venetorũ moneta Indis gratiss. 151.c.139
Viride caput 51.c.49
Vespertiliones magnæ 47.c.44
Vesputij laus 114.c.126
Vestitus Nigritarum 37.c.37
Vestitus Calechutensiũ 60.c.58.79.c.75
Veterum error in finienda terra habita/ta 122.c.114
Victoria Portugallensium de Mauris, folio 78.c.74
Victus Calechutensium 59.c.57
Vida portus 82.c.76
S.Vincentij sinus 52.c.49
Vincentius Lagus 5.c.4
Vincentianus Pinzonus 119.c.112
Vinũ nõ ex uuis, sed ex baccis 113.c.105
Vinum maluaticum 39.c.56
Vinum factitium 149.c.138
Virginitas probro ducitur 9.c.8
Viridis sinus 52.c.49
Vlisbonæ uariarum gentium colluuies folio 54.c.50
Vnguenta omnis generis 61.c.59
Vnicornes uiui 54.c.50
Vuæ uernæ 7.c.6
Vxores communes 80.c.75
Vxores uiuæ cum maritis mortuis comburuntur 72.c.76.151.c.139
Vxoria beneuolentia ac fides 151.c.139. 258.c.9

X

XAymana Hispanæ insulæ tegio, folio 98.c.93
Xenia magnifica 398.c.15
Xylon 210.c.4

Z

ZAbaius Goæ dominus 166
Zaphal insula 64.c.63.67.c.68 68.c.68
Zaphalæ insulæ descriptio 88.c.81
Zaphalæ aurifodina 139.c.126
Zaphalla auri ferax 131.c.125
Zegnotorre insula 71.c.71
Zetieties mercatores 81.c.76
Zenith 129.c.128
Zilophi 19.c.15
Zuchalis rex Senegæ & quales subditi, folio 19.c.15

EX AMERICO VESPVTIO & Ludouico Vartomãno patritio Romano index collectus.

ABbatia omnium sanctorũ portus 185
Abrahæ sacrificat 202.c.17
Adam ubi pœnitentiam egerit 254.c.4
Adamantis fodinæ 229.c.5
Aden urbis munitissimæ descriptio, fol. 208.c4.218.c.13
Adulterium morte punitum 257.c.8
Aedes ubi Cain Abel fratrem occidit, folio 192.c.6
Aedes Arabum quales 194.c.8
Aequinoctium 27.Iunij 169
Agmirus Mamaluchorũ dux 195.c.8

Digitized by Google

Aiaz urbs ac nobile emporium 215.c.7
Alexandria ciuitas Aegypti 189.c.1
Almacharan Sultani Gazophilacium, folio 216.c.8
Almada oppidum 296.c.4
Aloës triplex genus, primiq́ caritas quo minus ad nos feratur 266.c.20
Aloës fragantia ac uis mirabilis 266.c.21
Alphonsus de Albiecher protocapitaneus regis Emanuelis 184
Alui stipatæ immensus dolor 267.c.34
Alui ciendæ remedia 277.c.34
Amau ciuitas 190.c.5
Amantiũ intemperantiæ exẽplũ 213.c.6
Amba fructus 245.c.15
Ametici Vesputij præfatio ad Lothoringum sui extenuationẽ cõplectens 154
Amir princeps interpretatur 218.c.12
Amirre, id est, reguli 191.c.5
Amoris insani miraculum 258.c.9
Anarchia 157.seq.264.c.17.268.c.24
Animalia urbis Calechut 249.c.21
Anthropophagorum ferociũ crudelitas folio 161.178.271.c.29
Antigliæ insula 175
Anthiochia 150.c.5.
Antipagmenta 236.c.2
Anzedina insula 230.c.7
Apparatus regius 242.c.11.243.c.15
Arabum cultus ac mores 194.c.8
Arabum strages 196.c.10
Arabię homines plerũq; bicornes 217.c.9
Arboris genus denos fructus diuersos producens 246.c.16
Arbor possessoris sui iniuriam ulciscens folio 247.c.16
Arenosi maris pericula 199.c.14
Armusio capto rex eius tributarius Portugallensibus factus 186
Aromatum uaria genera 244.c.15
Astus bellici 286.c.39
Aues manu se capi permittentes 182
Auium iucundus concentus 249.c.19
Aumar præfectus militum Turcicorum, folio 198.c.12
Auri contemptus 159
Auri probandi ratio 248.c.19
Azamij populi 190.c.5

B

BAbylon quæ & Cayrum 189.c.1
Bacchar mensuræ genus 248...19
Balascha castorei ferax 223.c.5
Bandan insula, & eius incolarũ mores, folio 268.c.14
Banduin pop. efferi 208.c.2
Bangella urbs Indiæ maioris 201.c.16
Bangella urbs ditissima 259.c.15
Bangellæ Christianorum mores ac religio 160.c.14
Barbara insula à Mahumetano regitur, folio 219.c.16
Barbam ponere, luctus argumentũ à nostro more contrarium 239.c.7
Barri auersę coẽunt 253.c.11
Bathacala urbs Indiæ 230.c.7
Bebmendo 208.c.5
Belli inter Christianos & Calechutenses causa 251.c.1
Bellum inter Lusitanos & Mahumetanos 288.c.40
Belzoi gummi electissimum 257.c.9 260.c.14.265.c.19
Beneuenutus ducis Lotorin. aulicus 154
Berinthus urbs Phœniciæ 189.c.1
Besilicca Aethiopiæ pars 176
Betoli folia uenerem excitant 239.c.7
Bibliotheca Mahumetanorum 198.c.12
Bisinagar urbs Narsingæ 231.c.10. feracissima cultissimaq́
Bonæ spei caput 295.c.4
Bornei insulæ celebritas 270.c.26
Boues fœminæ ceruinis cornibus syluestres 319.c.15
S. Bragantis urbs Babylone non inferior 224.c.5
Bramini sacerdotes Narsingæ ac Calechutensium 234.c.237.c.2.238.c.5
Bresilicum 185
Bubacar Mahumetis socius 198.c.12

C

CAdelapalon fructus 245.c.15
Cadi põtifex Damascenorũ 193.c.7 alibi cõcionatores ita uocant 203.c.18
Caicolõ urbs & eius incolarum mores, folio 251.c.1
Calechut regis superbum cognomen, folio 235.c.12.

Calechut

Digitized by Google

Calechut Indicarum urbium metropolis, eiusq; amplitudo 136.c.1
Calechut ædificia nullius pretij 236.c.1
Calechut impia religio 236.c.2
Calechutēses dæmonū cultores 237.c.2
Calechutēsiū rex nō nisi dæmonibus immolata comedit 238.c.3. eiusq; comedendi ritus lib.240.c.9
Calechut regis uxores à sacerdotibus stupрantur 238.c.3
Calechutensiū ciuiū ordines sex 238.c.5
Calechuten. uictus ac uestitus 239.c.6
Calechutensium regni qualis successio, folio 239.c.7
Calechutensium latria 241.c.10
Calechutensium milites & armatura. folio 241.c.11
Calechutensium rex morbo Gallico infectus 243.c.13
Calechutensium medici 247.c.18
Calechut rex serpentes fouet 249.c.22
Calicius portus 155
Calecutia meridiem spectat 181
Calige laxæ instar remigum 217.c.9
Calitia receptus omniū nauigationū 181
Calx matureſcere facit fructus 245.c.15
Camaran ins. maris Erithræi 208.c.3
Cambaia urbs Indiæ 225.c.1
Cambaiæ incolæ iusti tenaces ac probi. folio 225.c.2
Cambaiæ Sultani descriptio lectu dignissima 226.c.2
Camelorum pernicitas 194.c.8
Cāpana actuariæ nauis genus 167.c.23
Camphoræ gummi 270.c.26
Canaria magna 155
Canibali anthropophagi 170
Canibali perfidi 171
Cannæ 178
Canonor urbs munitiss. & regi Portugal. fœdere iuncta 231.c.9
Canonor pane caret ibidem
Capagat urbs 235.c.12
Capel nauigij genus 243.c.12
Capelan urbs 261.c.15
Capillitium nigrum decori 157
Capreæ damascenæ 195.c.7
Caprearum magnitudo atque fœcunditas 256.c.7
Capuli ex auium rostris 255.c.7
Caput bonæ spei 295.c.4
Caruana quid sit, camelorum agmen. folio 193.c.8.194.c.8.c.201.c.15
Carbasus nauis genus 170
Catij mensuræ genus 248.c.19
Catocapel fructus genus 245.c.15
Casei recentis copia 193.c.7
Castoreū quur adulteratum ad nos feratur 223.c.5
Castorei synceri uis 223.5
Catholici aurei nummi 185
Cayl urbs 252.c.1
Cayrum urbs Nilotica • 189.c.1
Celeritatis incredibilis exemplum 157
Centocola Indiæ urbs 230.c.8
Cercopitheci noxij 218.c.13.227.c.2. 249.c.21
Ceruisia alba & rubra 171
Ceul urbs 228.c.3
Chambi radix pro uictu 161
Chani diuersoria uocantur 192.c.7
Charaiabi, id est, uiri sapientes 166
Cheo portus 225.c.6
Chersonesus aurea 184.
Chorazani Persidis regio 223.c.4
Christianorum duorum funesta cædes folio 178
Christiani D. Thomæ nuncupati. & eorum sacri ritus 252.c.1
Christianorum persequutio 252.c.2
Christianorū uictoria 285.c.39.291.c.41
Christophori Columbi laus 175
Ciampana nauis genus 253.c.2
Ciandiapalon fructus 245.c.15
Cinami arbor, & fructus qualis 254.c.4.
Citomandel Indiæ urbs 252.c.2
Classis Calechutensium contra hCristianos 283.c.39
Clysteres ad ciendam aluum 277.c.24
Cociacenor socius Ludouici in itinere folio 251.c.1
Cocleat ex arboris folio 240.c.9
Colloquium Ludouici cū duobus Christianis transfugis lectu dignissimum folio 274.c.32
Colon urbs idolorum cultui addicta. folio 252.c.1
Comagene 190.c.3

Digitized by Google

Comedendi mos barbarus 158
Commentum ridiculum de Isaac & dæmonis colloquio 205.c.18
Comolanga fructus 245.c.15
Concertatio iugis ob fidem diuersam inter Mahumetanos 198.c.12
Concharum captura 220.c.2
Concio ad Mahumetanos 203 c.18
Concio ad milites excitandos 284.c.39 290.c.41
Conscientiæ metus mala cohibet 163
Conseruantiæ naues 176
Cophini auro exornati 266..22
Corniculæ aues factæ reliquijs dapum regiarum uescuntur 238. c. 3
Credita exhibendi mira ratio 240.c.9
Crudelitas in captiuos 157
Crudelitas in iam morituros ægrotos, folio 160
Cubilia ex retiaculis bombicinis 158
Cucinicultores in fidem Christianã propensi 294.c.3
Cucurbitarum usus mirabilis 17

D

Dabuli urbs 228.c.3
Dæmonun simulacra horrifica folio 257.c.2
Dæmonum cultus 251.c.24
Damar urbs opulenta 218.c.11
Damasci opulentia atque amœnitas 190 c.5.191.c.6
Damascenum delubrum 192.c.6
Damasceni tyranni crudelitas 191.c.5
Damascenorum uictus 193.c.7
Dantes poëta 155
Dante urbs 216.c.7
Decan urbs Indiæ, cui Mamaluchus præest 229.c.5
Decan incolarum luxus ibidem
Delubrum prope Calechut indulgentiarũ gratia acceditur 251.c.24
Desiderium peregrinandi multis innatũ 273.c.32
Demus dæmon Calechutensium idolum 236.c.2.258.c.9
Deus superbię ultor 183
Deus pro Lusitanis pugnat 289,c.40
Dei impanati stulta persuasio 290.c.40
Dissimulatio hostilis 162
Dissimulationis exemplum 198.c.13 205.c.20
Diuitiarum contemptus 159
Diuobandettumi portus Persię 22..c.8
Diuortij crebritas 193.c.7
Domus uastę & mirifice extructę 155
Dora milium albicans 208.c.8

E

Eas monetæ genus 234.c.18
Ebur insigne 267.c.25
Educationis duræ exemplum 248.c.20
Elephantorum forma, natura ac mores. folio 232.c.10
Elephanti miræ magnitudinis 235.c.10
Elephanti infrenes, eorumq́ molles incessus 233.c.10
Elephantorum pudicus coitus 233.c.11
Elephanthorum ingens pretium ibidẽ
Elephanthorũ in Monzambrich multitudo, eorumq́ natura 293.c.5
Elephanti Taprobanes pretiosissimi. fol. 265.c.18
Emanuel rex Vesputium accersit 175
Emanuelis regis Portugalle. ad Leonem pont. max. epistola 184
Emanuelis pium uotum, dextri conatus ac spes magnæ 187
Equi ingens pretium 231.c.10
Equus pretiosior urbe 234.c.11
Eranon gemma 323.c.5
Eremus anydros 196.c.10
Eri ciuitas Persidis 223.c.4
Erythræi maris pericula 207.c.22
Etesiæ uenti 200.c.14
Eufra uastum flumen, quod Euftatem esse putant 223.c.5
Exequiarum ritus urbis Calechut. folio 250.c.23
Exigendi credita mirus mos 240.c.9
Explorandi solertia 25.c.20

F

Falcones aquilæ genus 255.c.7
Fano monetæ genus 234.c.11
Farasola ponderis genus 348.c.19
Faseli nauis genus 162
Fatoma filia Mahumetis 198.c.12
Febris aquæ frigidæ balneo pellitur 160
Feles qui Zibellum producunt 255.c.7
eorum pretium 261.c.15

Fernandus

Digitized by Google

Fernandus Castiliæ rex 154
Fernandus classi paratæ Vespucium præficit 155
Fides in socium laudata 221.c.3
Fistulæ uirides 178
Flores ac rosæ hiberno tempore uernantes 230.c.8
Fœminarum uegetum corpus post partum 159
Folij cuiusdam incredibilis magnitudo folio 173
Folium arboris pro cocleari 240.c.9
Fortitudo Mamaluchorum 195.c.9
Fortunatæ insulæ 155
Franciscus de Albicio 175
Fraudis exemplum 254.c.4
Fructuum dena genera ex una arbore, mirum 246.c.16
Frugalitas uestium 217.c.9
Funerandi mos barbarus 160
Funerandi mos mirus 239.c.7.241.c.11 258.c.8

G

Gallinarum ac gallorum proceritas, eorumq; mirabile certamen folio 256.c.7
Gambaiæ rex amicitiam cum Portugallensibus iniit 186
Gariophyllũ quomodo crescat 267.c.25
Gaza Melachæ flumen uastissimum. folio 264.c.17
Gentis cuiusdã meticulosæ perfidæ atq; crudelis ἀνθρωποφάγων descriptio. fo. 177.178
Gentis efferæ, mirisq; moribus descriptio 158.171
D. Georgius ubi draconem confecerit. folio 189.c.5
Gezan Arabiæ felicis urbs uariorum fructuum ferax 208.c.1
Gibellus odor lectiss. 227.c.2
Gida portus 201.c.15
Gigantum insula 174
Gionchus nauis genus 272.c.31
Giulphar urbs 220.c.1
Gladiatoria in pretio 241.c.15
Goa urbis arx reparata 186
Goa urbis descriptio 226.c.1
Goga inf. Indiæ 238.c.4
Gossipium id quod bõbicinum 220.c.4 225.c.1
Græcus uentus 180
Grosapa rex fœderatus Portugal. 186
Gunchi ligna 267.c.22
Guzerat regio 228.c.3
Giauæ inf. situs, mores, religio 271.c.28
Gyaua nauigationum Patritij terminus 273.c.31

H

Habitationis mutatoriæ causa frigoris ac sterilitatis brumalis immensitas 159
Hæretici nobiles canonot 231.c.9
Hali Mahumetis gener 198.c.12
D. Helena mater Constantini 190.c.4
D. Helenæ insula pisces immensæ magnitudinis complectens, atq; eius quædam alia miranda 295.c.4
Herbæ cuiusdam succu ac farina sitis sedatur 172
Hexarchatus Damascenus, atq; eius magna potentia 190.c.5
Hippotoxotæ 252.c.2
Historiographo fidelis memoria pernecessaria 292.c.2
Histriones uelocissimi ex dura educatione 249.c.20
Homicidæ atrox supplicium 240.c.9
Homines plumati ac picti 140.108
Homines bicornes 210.c.4
Hospitalitatis exempla 164.171.172
Humandi mos apud Tartaros 258.c.9 259.c.11
Hyems in Iunio, quod nobis absurdũ uideri queat 176
Hypocrysis egregium exemplum. 215. c.6.275.c.32.277.c.34

I

Iaceri fructus 244.c.15
Iacobitarum princeps 219.c.15
IESVS CHRISTVS Mahumeti impie postponitur 198.15
Igname radix quæ & Iucha 161
Igne terrentur elephanti 232.c.10
Ignis insula 169
Impietas in parentes ac fratres 221.c.3
Impostura felicis exemplum 276.c.34. 289.c.38

Digitized by Google

Impudentia mingendi nihil à Cynica consuetudine abhorrens 158
Indiæ fluuij decrescente luna augescunt præter naturam 225.c.1
Indulgentiarum superstitio 251.c.24
Indulgentiarum fraus etiam apud Turcos 202.c.17
Indus fluuius 225.c.1
Inedia febris remedium 160.277.c.34
Infantum negotiatio 272.c.30
Insulæ uirides 181
Insulæ ditionis Portugalliæ regis uariæ. folio 296.c.4
Intemename,id quod Turcica lingua sonat,unde es tu 202.c.20
Internodia habere elephantos contra receptam opinionem 232.c.10
Ioannes Maria Mediolanensis tormentorum faber transfuga Lusitanorum,ad Christianos à Turcis redire parat si impunitas proponatur 274.c.32
Ioannis Mariæ iam abitum adornantis infelix obitus 283.c.38
Iogæ regis descriptio 227.c.2
Iogæ incolarum mores ac cultus ibicé
Ireum uellus 185
Iter ob ferarum copiam non nisi multis simul peruium 218.c.13
Ity insula 167.eiusq; incolarum mores ac uestitus ibidem
Ity ui capta,ac uictis incolis direpta 168
Iucha radix pro uictu 161
Iudæorum in Mahumetanos sæuitia. folio 196.c.11
Iudæus quidam nauiũ faber aquis mersus 17ª.c.32
Iulianus Bartholomæus Iocundus 175
Iustitia in pretio 219.c.15.228.c.3.240 c.9.359.c.10
Iuuenis quidam è classe Vesputij à fœmina barbara per fraudem fide data illectus,miserabiliter trucidatur 177

L

Lacertæ bifurcis caudis 182
Lacta herba 266.c.11
Lagi ciuitas Arabiæ 215.c.7
Laserpitium unguenti genus 257.c.9. 260.c.14.265.c.19
Laserpitij mira uis 266.c.21
Latex saccaro conditus pro uino. folio 256.c.7
Laurentius Brita Lusitanorum dux. fo. 288.c.40
Lebeccius uentus 155.169.180
Leonis pont.Max.laus 184
Leuans uentus 169
Liberalitatis mutuæ pulchrum certamẽ 263.c.16
Libidinis incitamentum 158.239.c.7
Libidinis prodigiosa licentia 158
Licẽtia Mamaluchorum 192.c.7.238.c.4
Linter nauigij genus 162.171
Lisbona eadem quæ Vlisbona 175
Locus conuersionis D.Pauli 192.c.6
Longæuitas 2.7.c.9.230.c.8
Luctus cærimoniæ 239.c 7.250.c.23
Ludouici Patritij uersatile ingenium.fo. 194.c.8
Ludouicus se Turcam simulat quod tutius Turchiam peragrare queat 205. c.20.210.c.4.214.c.6
Ludouic.gratiosus & amabilis 206.c.20
Ludouicus ægritudiné simulat 207.c.20
Ludouicus proditus capitur 209.c.4. apud Sultanum sistitur non absq; uitæ periculo 209.c.4. in carcerem coniectus,inedia propè conficitur 210
Ludouicus insaniam simulans,uexatur ab omnibus 211.c.5
Ludouicus crudeliter tractatus,patientia sancti opinionem consequitur 212.c.5
Ludouicus à regina temere adamatur. folio 213.c.6
Ludouici castimonia summæ prudentiæ coniuncta 213.c.6
Ludouicus liberatus è carcere, reginam uana amoris mutui spe lactat 214.c.6
Ludouicus sub prætextu curandæ alibi ualetudinis de fuga consultat 215.c.6 218.c.13
Ludouicus tẽpestatis ui in Aethiopiam actus 218.c.14
Ludouicus Persam itineris fidiss.comitem nactus 224.c.5
Ludouico neptem offert in uxorem persa comes. 224.c.6
Ludouicus ultra Giauam non est progressus 272.c.58

Ludo-

Digitized by Google

Ludouicus duobus Christianis transfugis persuadet, ut redeant ad suos. folio 274. c. 32
Ludouicus hypocrisi sancti nomen adeptus 275. c. 32
Ludouici pater medicus 276. c. 34
Ludouicus artem medicam simulás profitetur ac ægrotos sanat ibidem
Ludouicus quo astu Mahumetanos effugerit 280. c. 38. & sequen.
Ludouicus equestrem dignitatem consequitur 291. c. 41
Ludouicus honorifice à rege Lusitaniæ tractatus, Romam patrium solum repetit. folio 296. c. 4
Luna decrescente flumina augeri, mirũ folio 225. c, 1
Lusitanorum triũphus ac laus 287. c. 39
Luxus uestium 240. c. 10. 243. c. 15
Liazori insulæ 180
Lichnorum copia in regia Calechut. folio 250. c. 25

M

MAgnes amans Septentrionis. folio 296. c. 4
Mahumetes Christo præfertur magna impietate 198. c. 13. & quis fuerit, qualisq́ eius secta 198. c. 12. 13
Mahumetis sepultura 197. c. 11
Mahumetes Sultani filius anthropophágus 217. c. 10
Mahumetanorum cultus 193. c. 7
Mahumetanorum perfida impietas. folio 285. c. 39
Mahumetanorum clades ibidem
Mahumetani nandi peritissimi 287. c. 39
Mahumetanorum arma, & præliandi ratio 288. c. 40
Mahumetanorum agilitas 290. c. 40
Malacha emporium nobile omnis generis mercimoniorum 184
Malacha à Christianis ui capitur ibidem
Malachenses nummi argentei 185
Malapolanda fructus 245. c. 15
Mamalmaticar de pace tractaturus ad Lusitanos mittitur 289. c. 40
Mamaluchi qui 192. c. 7
Mamaluchorum fortitudo ac promptitudo par 195. c. 9
Mangolor urbs 230. c. 8
Manuel rex Portugalliæ, qui & Emanuel folio 154
D. Marcus fontis cuiusdam architectus, folio 199. c. 14
Mare circa Calechut tempestuosum. fol. 243. c. 12
Maris cognomento Arenæ pericula. fol. 199. c. 14
Maurus rex Malachæ imperat 184
Mechæ urbis inclytissimæ descriptio. 200. c. 15
Mechæ ager sterilis, & aquæ indigus, undeq́ eò commeatus importentur. 201. c. 15
Mecha rerum omnium emporiũ ibidẽ
Mechoa Calechutensium piscatores. fol. 238. c. 5
Medici Calechutensium 247. c. 18
Medinathalhabi urbs 197. c. 11
Medinathalhabi ager diuina execratione sterilis ibidem
Melacha Indiæ urbs regi Cini uectigalis Sultanum habet 264. c. 17
Melachæ portus totius oceani commodissimus 264. c. 17
Melcha nobilis insula 181
Memoria fidelis historico perneceſſaria 292. c. 1
Menacheaz præfectus 220. c. 8
Menin urbs 190. c. 4
Mercatores Malachi peregrini 185
Mercatura infantum 272. c. 30
Mercimonia urbis Mechæ 201. c. 16
Mechet portus 220. c. 8
Mechita templum uocãt Mahumetani 197. c. 11. 206. c. 20
Mesquitæ Saracenorum ædes 185
Mesuet furculus pro dẽtiscalpio 210. c. 4
Mezarib regio 194. c. 8
Militum delectus laudabilis 228. c. 4
Milites Calechutensium 241. c. 11
Mineralia 179
Miraculum D. Thomæ 253. c. 2
Miraculosum auxilium 289. c. 40
Mœnia mitræ altitudinis 217. c. 10
Molaga piper interpretatur 265. c. 19
Momia 200. c. 14
Moneta Taprobanes qualis 265. c. 18

Digitized by Google

Monoch gariophylli ferax fo.269 c.24.& 25
Mons gemmarum ferax 253.c.3
Mons Iudæorum habitaculum 196.c.11
Monstrum marinum 165
Monzambrich insula Aethiopiæ 292. ca.2.eius situs ac incolarum mores.fo. lio 193.c.12
Morbus Gallicus apud Indos 243.c. 13.285.c,38
Moscheæ templa Turcica 191.c.6
Mulgendi mirus mos 193.c.7
Mulieres in bello baiulæ impedimento tum 157
Mulieris prodigiosæ magnitudinis 173
Mures maximi 182
Mures sole tosti comeduntur 239.c.6
Museacum opus 191.c.6
Myristicæ nuces & mastix quomodo crescant.fo.269.ca.24. earumq; pretium. ibidem

N

NAbi Mahumetem significat 198
Naëri Calechutensium patritij. folio 238.c.5.241.c.11
Nandi peritia 287.c.39
Narsingæ regis potentia præter cæteros reges maxima 231.c.10.233.c.11
Narsingæ & Mediolani comparatio.folio 233.c.11
Narsingæ incolarum religio atque cultus 234.c.51.
Narsingæ regis moneta triplex. folio. 234.c.11
Narsingæ regis cum Lusitanis fœdus,& in Christianos fauor 252.c.2
Narsingæ rex fœdus à Portugallensibus petit 186
Natatores peritissimi 156.165
Nauale prælium 285.c.39
Nauidomini uituperatio 181
Nauigia Calechutensium, & nauigandi mos 241.c.12
Naulgia Tarnassari 259.c.12
Nauiprætor 178
Nauis naufragio amissa 182
Negotiandi mirus mos 248.c.19
Negotiatores Calechut 242.c.11
Negotiatores Taprobanæ 266.c.22
Nitraui uulgi fex in Calechut 238.c.5
Nomothetæ Turcarum 198.c.12
Nornordensius 183
Nundinæ nocturnæ ob æstum diurnũ. folio 209.c.4
Nuptiæ regis Calechut sacerdotis stupro honorantur 238.c.4

O

OBsequium transuehẽdi humeris per pontum 165
Oleo aspergi pro aqua consecrata. folio 251.c.14
Onor insula 230.c.8
Onyx gemma uulgo cornicula 225,c.1
Ophis lapis 191.c.6
Opinionum discordia 198.c.12
Opinio Turcarum impia de Christo ac Mahumete 198.c.13
Ormus urbs unionum ferax 220.c.2
Ostreolæ uniorum matres 174
Othomar Mahumetis socius 198.c.12

P

PAleachet Indiæ urbs 255.c.5
Pandaran urbs 235.c.12
Panis ex piscibus confectus 165
Pannoniorum ortus oppugnatur.folio 290.c.41
Pannaoniorum clades 291.c.41
Parao nauium genus 243.c.12.285.c.39
Paradij monetæ aureæ genus 261.c.15
Pardij monetæ genus 294.c.11
Parentes senes, ac iuuenes ægrotos uendere licitum 271.c.29
Parchi pisces marini 176
Parias prouincia 166
Patricidium ingens 22.c.3
Patet noster ex lapillis & ossibus piscium. folio 159
Pax inter Lusitanos & Mahumetanos. folio 289.c.40
Pego urbis Indiæ clarissimæ mores ac religio 261.c.15
Pego regis humanitas 262.c.19.eiusdẽ luxus ac opes ibidem
Pego incolarum salacitas 263.c.16
Penda insula 292.c.2
Perdai aurea moneta 228.c.4. Pardai dicitur 231.c.19

Digitized by Google

Peregrinationū uaria periculā 271.c.29
Perfidia in amicum 222.c.3
Perfidiæ ſupplicium ibidem
Periculi ex improuiſo grauis prouiſio. folio 173
Perle nouata dictio pro unionibus 174
Permutatio uxorum mirabilis 240.c.8
Perſæ mercium adulteratores 223.c.5
Perſarum comitas liberalitasq́ 224.c.5
Perſe quidam Ludouicum liberaliter excipit 224.c.5. neptem in uxorem offert ibidem
Petrarchæ teſtimonium 154
Petrus Antonius Mediolanenſis 274. c.32. uide ſupra Ioannes Maria
Petri Anthonij infelix interitus 282.c.58
Petulantiæ muliebris exemplum folio 213.c.6
Pharmaca ad prouocandam libidinem. folio 158
Phaſeli nauigij genus 156
Pianphu ſerico nobilis urbs 375.c.29
Picti ac plumati homines 167.168
Piloti ſulcandi æquoris peritiſſ. 199.c.15
Piperis origo, ſpecies formaq́ 244.c.14
Piper Taprobanes procerum 265.c.18
Piſces ſole toſti 259.c.6
Piſces immenſæ magnitudinis 295.c.4
Piſcium ingens copia 172
Plinij teſtimonium iunioris 154
Poliar uulgi ſex in Calechut 238.c.5
Polygametia 240.c.8
Polygamia 193.c.7
Ponens uenti nomen 155.179
Ponderum ratio in Calechut 248.c.19
Pontes leuatitij 181
Populatio pro pago inſuetum uocabulum 163.164
Porta inſula 248.c.12
Portugallenſium glorioſa uictoria 148
Prelium atrox cum barbaris 162.167
Prælium ingens cum Arabibus 296.c.10
Prælium nauale 285.c.39
Prelium cum Parananijs 291.c.41
Præmium exequiarum ſacerdotibus perſoluitur etiam apud Turcas 250.c.23
Præſidium firmum Malachæ impoſitū. folio 185
Præſilium coloris genus 255.c.6
Præſtigia ſepulchri Mahumetis 199.c.13
Preces regum ac magnatum, precepta ſunt 176
Precandi mos mirus 241.c.10
Preſbyteri Ioannis cum portugallenſibus fœdus 186
Presbyter Ioan. Aethiopię rex 219.c.15
Proditio hoſtilis 162
Promptitudinis mirę exemplum 195.c.9
Promuſcide Elephas ferit hoſtem alligato gladio 232.c.10
Proſtitutio uxorum filiarumq́ ultronea folio 160.164
Proſtitutio nouę nuptę 256.c.8
Proxenetę mirabilis uſus 248.c.19
Pſitaci uarij coloris 249.c.21
Pſitaci uerſicolores 255.c.7
Pſitaci uocales ac pulchri 261.c.15
Pua morbum Gallicū ſignificat 283.c.38
Pudendorum nulla uerecundia 159
Pudor egerendi 158
Puerperarum dolor leuis 158
Pulſus ægritudinis aut ſanitatis index. folio 276.c.34
Puſtulæ in India ſæuiunt 243.c.13
Pyderciuit. Taprobanæ 164.c.17.265. (c.18
Pylæ elaboratæ 200.c.14
Pyropi gemmarum genus, qui & Rubini 253.c.3

R

REame urbs 216.c.9. eius cœli temperie incolæ longæui ibidem
Reditus Veſputij in Hiſpaniam 168. Liſbonæ ſplende excipitur 183
Regio circa Sodomam ac Gomorrhā ſteriliſſima, aquæq́ indiga 196.c.10
Regio Anydros aquæ indiga 172
Regis de Decan mores 229.c.6
Regum ac populorum quorundam nomenclatura 255.c.12
Regum preces præcepta ſunt 176
Religio in periculis multo maxima eſt 189
Religio diuerſa ciuilis diſcordiæ ſeminarium 215.c.7.198.c.13.224.c.19
Remedia alui ciendæ 277.c.34
Renatus Lotharingiæ dux 154
Retiacula, cubilium uice 158.164
Reubarbari copia atq́ uilitas 223.c.4

Digitized by Google

Rex de Auſiam fœdus cum Portugallenſibus ferijt, donis ad hæc miſſis magnificis folio 186
Rex de Decan Gogan fruitur tributaria folio 228.c.4
Rhoda urbs 209.c.4
Ritus conuocãdi Mahumetanos ad deſubta 276.c.35
Rubini 255.c.5
Rubri maris intemperies 207.c.21
Rubrica pannis inficiendis idonea, fol. 218.c.14
Rumi Chriſtiani reges Turcis finitimi, folio 260.c.14
Rore pro aqua utuntur 172

S

Sacerdotum licentia ac immunitas, folio 138.c.4
Sacrificãdi ritus apud Mecham 205.c.18. apud Calechutenſes 237.c.2
Sagittarij periti 157
Sal optimum 208.c.5
Sambuc nauigij genus 243.c.12
Samory, id eſt, in terris deus, rex Calechut 235.c.12
Sana urbs Arabiæ felicis 217.c.10
Saraphi moneta aurea 186.195.c.5
Sau auis genus 249.c.21
Sarcophagi Mahum. miracula 199.c.13
Sauain militum dux 228.c.4
Schira urbs 223.c.5
Scortatio licita 158
Secha idem quod ſanctus 218.c.12
Sechamit dicitur Sultanus Arabiæ felicis 218.c.12
Secta Mahumetis qualis 196.c.13
Sepulchri D. Thomæ miracula 253.c.2
Serici copia 225.c.4
Seroccus uentus 169.179
Serpentũ uaſtorũ tria genera 249.c.22
Serpentum immunitas ibidem
Serpentes loco nominum culti è cœlo ſumpti exiſtimantur 250.c.22
Serpentũ occurſus proſper habetur ibid.
Serpentes uaſtiſſimi 267.c.25
Serpentes horrifici 163
Serraliona regio 180.181
Sibillia ciuitas Hiſpaniæ 175
Sidi Hierophanta 198.c.13
Simonis Martini petitia in rebus bellicis folio 286.c.39
Simplicitas credula 166
Simulacra dæmonũ horrifica 237.c.2
Simulactũ dæmonis in templo 251.c.24
Sitis ſedandæ mira ratio 172
Siti multi abſumpti 200.c.14
Sodomæ ac Gomorræ veſtigia 95.c.10
Somler inſigne regis Calechut 241.c.11
Sophi rex Perſarum 224.c.6
Sotularia gemmata 229.c.5
Specus in quo pœnitẽtiam egiſſe Adam fertur 254.c.4
Squilaz urbs 224.c.5
Stupra uirginum ac uxorum honori habita 160
Succeſſus regis Portugalliæ proſperi, folio 184. & ſequent.
Suduesius uentus 188
Sultani Damaſceni tyrannis 191.c.5
Sultanus Mechæ 200.c.15
Sultanus Ananiorum 208.c.5
Sultanus Sanæ 209.c.4
Sultani Arabiæ milites, & eorum armatura 210.c.4
Sultani uxor Ludouici amore corripitur 211.c.5
Sultanus Arabiæ ſanctus habetur, quod ab humanis cœdibus abſtineat 218.c.12
Sultanus Cambaiæ 220.c.1.225.c.12
Sultani Ormus filij alterius in parentes impietas 221.c.5
Sultani iunioris crudelitas ibidem
Sultanus patricidiũ morte luit 222.c.3
Sultani Cambaiæ plixa deſcriptio 226.3
Sultanus ueneno ueſcitur, à pueris ita aſſuetus, quod expuens in fontes, eos ita perimit 226.c.2
Sumatra quæ & Taprobana, inſula. fol. 264.c.17.265.c.18
Superbiæ uindex deus 183
Superſtitio Mahumetanorũ 199.c.13

T

Taëſſa urbs templo magnifico celebris 217.c.11
Tamerani deus Opt. max. dicit 236.c.2
Taprabonenſes ſitus ac eius incolarum mores 265.c.18
Taprabonẽſes utinatores eximij 267.c.22

Digitized by Google

Tarnasati Indiæ urbs, regis atq; incolarum mores 255.c.6.256.c.7
Tarnasari ciues albicantibus hominibus nouas nuptas stuprandas prostituunt 256.c.8
Tarnasari ciues in hospites liberales, folio 257.c.8
Tactarucæ piscis ingens coriũ 267.c.23
Tempestatis incommoda 176
Tempestas in mari horrida 179.180.181. 218.c.14
Templi Mahumetis descriptio 197.c.12
Templi Mechæ descriptio 209.c.17
Thalae nauis genus 220.c.8
Thesaurus ingens 144.c.13
D. Thomæ miracula 253.c.2
Tormenta bellica terroti Barbaris 165. 167.174.178
Tripolis 189.c.2
Tristanus à Cugna Lusitanis periclitantibus suppetias fert 289.c.40
Tristani laus 292.c.2
Triumphus Lusitanorum 287.c.39
Tromparam urbis incolarum frugalitas folio 235.c.12
Tuberum ingens ubertas 195.c.7
Turchia ubi 193.c.7
Turris in qua Paulus, qui tum Saulus Christianos afflixit 192.c.6
Turtures pisces 172
Tyrannis in plebem intolerãda 238.c.5
Tyrannidis affectatæ supplicium 222.c.3
Tyrannicidæ præmium ibidem

V

VAbulum sub presbyteri Ioannis dominio 186
Vaccæ unicornes 219.c.15
Vectigal incredibile 251.c.9
Vellus Irricum 185
Velutum serici genus 193.c.7
Veruex pondo 40. pinguis 211.c.5
Verueces pinguissimi ponderosis caudis folio 216.c.9.219.c.15
Veruecum uilitas, duodecim scilicet unico aureo 256.c.7
Verzinus colot qui & præsiliũ 255.c.6
Vesputij auunculi laus 154
Vespucius 4. nauigationũ libellum pollicetur 161.165.185
Vesputij reditus in Hispaniam 168
Vespucius in nauidominum inuehitur, folio 182
Vespucius rudem flagitat 183
Vestigia magnorum pedum 175
S. Vincentij caput 178
Viuum factitium 171
Vlisbonæ laus 296.c.4
Vncalent patibulum dicitur 240.c.9
Vnicornes mira specie ex Aethiopia aduecti 204.c.19
Vniones 500. unica nola permutati 171
Vnionum uilitas 171.174
Vniones maturi ac immaturi 175
Vomitus herbis prouocatus 160
Vtinatores peritissimi 287.c.39
Vuæ sine granis dulcissimæ 216.c.9
Vxores à sacerdotibus stuprantur, præmio proposito 258.c.4
Vxorum mira permutatio 240.c.8
Vxores uiuæ mortuis maritis se combuunt 258.c.9.263.c.16

Z

ZAchariæ corpus ubi sepultum, folio 192.c.6
Zambei princeps potens 194.c.8
Zambei prædabundus 194.c.8
Zaylon insula 253.c.3
Zaylon gemmatũ ferax, & quomodo eruantur ibidem
Zaylon incolæ Narsingæ regi uectigales & eorum mores qui 254.c.4
Zeila portus ac urbs celebris, fol. 218.c. 14.219.c.19
Zeilæ incolatũ mores & habitus ibid.
Zibellum unguentum 255.c.7.261.c.15
Zibith urbs opulenta 217.c.11
Zida portus ac urbs elegans, qui & Gida, folio 206.c.20
Zinziber quomodo nascatur 244.c.14

FINIS

Digitized by Google

INDEX E BROCARDO, MARCO PAVLO VENETO, Haiathono, Mathia à Michou, Paulo Iouio, Petro Martyre, atq; Etasmo Stella nouarũ insularũ scriptoribus collectus.

A

ABaga filius Haoloni, patri succedit 446.c.32
Abaga inuasa Aegypto, Turquiam uastauit 448. cap.34
Abaga ueneno moritur 405.c.36
Abasia India intermedia 413.c.43. uarijs animantiũ generibus referta 414.c.45
Abraiamim incantatores 404.c.25. 407. cap.30
Accaron ciuitas 320
Aceda 321
Alechmangi prouincia 377.c.54
Achor uallis 310
Acon quæ & olim Ptolemais 299
Acon ciuitas obsessa capitur 469.c.52
Adamantes quo pacto reperiant 407. cap.29
Aden prouincia D. Thomæ prædicatione nobilis 413.c.43. eius luculenta descriptio 414.c.46
Aden Sultanus bello uictus 413.c.44
Adoptionis ius 388.c.53
Adulterij pœna in uiros & fœminas 326
Adulterium uetitum 354.c.55
Adumim castrum, latronũ spelunca 312
Aegyp. descriptio copiosa 327.471.c.54
Aegypti forma Δ 328
Aegypti situs ibidem
Aegyptus Christi religione claruit ibid.
Aegypti conditio statusq; 466.c.50
Aegypti imperij crebra mutatio 468.c.52
Aestus maximi 340.c.25
Aethiopia 327
Aethiops nunqd mutare pellẽ potest 325
Aetij Ro. ducis uictoria de Attila 505.c.14
Aex castrum Tyri 300
Air calamus aromaticus 493.c.7
Alani qui 500.c.12
Alania deserta ibidem
Alanorum irruptiones in Romanam Rempub. 502.c.13
Albis fluuius 501.c.12
Alborum dies festus Tartaris 569.c.15
Alchaimons sepulturæ regum Tartarorum locus 553.c.53
Allau rex Tartaricus Barcka uictor, folio 530.c.1
Allau obsidet Baldachum 535.c.13
Allau tyrannidem aboleuit 542.c.29
Altitudo polaris 541
Amalech 319
Amazones terror mundi 498.c.10
Ambasiator 530.c.2
Ambrum ex cete marinis 411.c.39
Amu prouincia 506.c.47
Amurates proceres Aegyptiaci dicuntur, folio 467.c.50
Anarchia 416.c.49.574
Anatoth Ieremiæ patria 312
Angania insula 403.c.21
Animal quoddã catti simile muschum producit 557.c.62
Antheradum 301
Anthropophagi 401.c.16.& 17.360.c.63
Antilibanus mons 300.305
Antiopia quæ & Assor 302
Antipatrida quæ & Arsur 320
Aphec ciuitas 307
Aquæ potabilis magna penuria 340.c.25.342.c.30
Aquæ amaræ ac uirides aluum cientes, folio 340.c.25
Aquilæ feroces lupos aggrediuntur, folio 370.c.17
Aquileiæ obsidio ac expugnatio 506.c.
Arabia triplex 298 (14
Arabia magna 299
Arachas castrum 301
Aradium quæ Antheradum 301
Aradius filius Chanaan ibidem
Aramathia 318
Aratheus Arathan conditor 301
Arath mons altiss. 424.c.9
Arbor solis 541.c.27
Archimandritæ 544
Arcladam prouincia 382.c.41
Areopolis quæ olim Ar 311
Argentei Adriani imagine insigniti, folio 502.c.13
Argon rex Indorum à Cham sui sanguinis uxorem

Digitized by Google

nis uxorem impetrat 335.c.9
Argonus filius Abaga, interfecto Tangador, in imperium successit Tartarorū 452.c.38. eius obitus 455.c.38
Argon sagax gens & elegans 358.c.64
Arietes maximi 338.c.22
Aristoteles architectus 540
Arma Moschouitarum 548
Armeniæ rex Christicola 326
Armenorum fides 326
Armeniæ minoris laus 334.c.11
Armeniæ maioris descriptio 335.c.15
Armeniæ regni descriptio 423.c.9
Armeniæ rex Tartarorū Cham imp. fidē Christi accipiendā persuadet 441.c.23
Armenorum magna clades 460.c.44
Arnon torrens 311
Aromatum caritas unde 533
Ars inuadendæ tyrannidis mira 341.c.28
Ascalon urbs 321
Ascelinus legatus pro pace impetranda ad Tartarorum Cham 490.c.5
Asia duplex profūda & maior 464.c.47
Asini pulchri & pretiosi 337.c.19
Asinini Saraceni 325
Asisinorum terra 301
Asphalti lacus bituminis 310.311
Assasini sicarij 341.c.28.& seq.
Astrologi in rebus bellicis cōsulti 362.c.3
Astrologia in pretio 394.c.64
Attilia primus Iuhrorum rex 505.c.14
Attilæ in Gallias irruptio ibidem
Attila consultis aruspicibus infeliciter cū Aētio pugnat 505.c.14
Attilæ late grassantis uiolentia 506.c.14
Attila prima nuptiārum nocte apoplexia suffocatur 507.c.14
Auaritiæ supplicium fames 336.c.16
Auaritiæ ingenium 346.c.38
Auaritiæ pœna 443.c.26
Aucupandi ratio 370.c.19
Aues aucupio destinatæ 371.c.19
Augusta Vindelicorum 502.c.12
D. Augustini mors 503.c.13
Azotus 320

B

BAbylonia Chaldæorum regni metropolis 425.c.11
Babylonia Aegypti 328
Bahurim 312
Baian Chinsan à centum oculis nomen sortitus 389.c.54
Balac ciuitas 343.c.31
Balascię prouincia, cuius reges prosapiā Alexandri magni iactant 344.c.34
Balassia gemmarum ac metallorum ferax ibidem
Baldachum ciuitas quæ & susis 336.c.16 expugnatur, ibid. 344.c25. olim * Babylon 429.c.15
Baldat Suites 304
Balduinus rex Hierosolymitan. 299.310
Balduinus Constātinopolis imp. 330.c.1
Bangala prouincia 386.c.45
Baptizandi mira ratio 324
Barca rex Tartarorum 330.c.1
Barca prælio uictus ab Allau. ibidem
Bargu campestria 356.c.61
Barones duo uenationi præfecti 370.c.18
Barones xij. regnis Cublai præfecti, & eorum officia 373.c.22
Bascia palmatū nemore cincta 336.c.16
Basciæ prouinciæ descriptio 344.c.35
Basilij Moschouiæ ducis literæ 536
Basilij laus 547
Basman regnum 401.c.15
Bastetnæ populi 571
Bathi Imp. Tatta. in Hungaros 489.c.4
Baydo Imp. factus à suis interficitur 453
Beduini incolæ terræ sanctæ 324 (c. 40
Bela regis Hungariæ conatus aduersus
Bela euasit prælio ibid. (Tatta. 489.c.4
Belisarij de Vandalis uictoria 503.c.13
Bellena ciuitas 302.309
Belli inferendi quadruplex ratio considerāda 466.c.49
Bersabee Iudeæ terminus 321.302
Berytus 300. Bethagla 310
Bethania castellum 312
Bethel 309.311. Bethleem 318
Bethoron 318 Bethsaida 304
Bethsames 320 Bethsan ciuitas 305
Bethsura castrum 321
Bethuliæ mons 306 Bezec 319
Biblium ciuitas 300
Bircorum magna copia 402.c.18
Bitumen medicinale 311
Blasphemiæ in Christum 365.c.8

Digitized by Google

Blondus perstrictus 504.c.15
Bochara ciuitas Persidis 330.c.1 (c.11
Boech puinciæ inhumani cultores 400
Bohemi ex Sclauis oriundi 501.c.12
Bombix arbor 410.c.35
Boristhenis fluuij ortus 525.c.5
Borussiæ situs 573.574
Borussiorum primus rex 581
Borussiorum leges ibidem
Borussiorum idololatria ibidem
Borussiorum perfidia 585
Bothnopolis 521
Botrum oppidum 300
Boues gibbosi 358.c.22. sylueft.357.c.62
Boues elephanti magnitudine 386.c.45
Boues pro dijs culti 404.c.24.407.c.28
Brius flumen auriferum 380.c.38
Brocardus Lutheranus 524
Bube auis Tartaris sacra 435.c.16
Burgundi unde 501.c.12

C

CAcausu uobilis ciuitas 387.c.50
Cades berne 518
Cæsarea Philippi 302.309
Cæsarea Palæstinæ 320
Caffa ciuitas 536
Caigui frumenti ditissima urbs 391.c.60
Cain insignis urbs 390.c.56
Calacia metropolis Tanguth 358.c.63
Calcamenta de camuco 368.c.14
Caligo aëris arte magica facta 358.c.22
Caliphus Saracenorũ prælatus 356.c.18
Caliphus ob auaritiã fame necatus ibi.
Caliphus sectæ Mahumeti pontifex auaritiæ pœnam morte luit 443.c.26
Calores imẽsi 340.c.23.406.c.36.408.c.31
Caluariæ locus 316
Cambalu tremestre Cublai regis diuerticulum 365.c.9
Cambalu ciuitatis descriptio 366.c.10.& eius incolarum mores ibidem
Camphora auro æqualis 402.c.19
Campition urbis idololatria 351.c.49
Camul prouinciæ situs ac mores 350.c.46
Cana Galilææ 506
Canes trahendis rhedis assueti 416.c.48
Canes asinis æquales 379.c.38
Canũ cũ omnibus certamen 387.c.49
Canfu ciuitas 393.c.64
Cangigu prouincia 386.c.46
Canclu ciuitas 387.c.50
Caniclu prouincia 379.c.38
Canosalim castrum 339.c.22
Caphar progenies Cumanorũ 469.c.52
Caphic proditor Casani. Christianorum prouincias prodit Soldano 457.c.45
Capharnaũ fõs & regio 303. ciuitas 304
Capuli ex piscium dentibus 508.c.14.
Cataiã puincia 7. regnis indyta 380.c.39
Catasminorũ regni descriptio 419.c.8
Carbagandan fratris Casani in imperio successor 461.c.45
Carbagandan apostata ibidem
Carbanda reguli Tart. potẽtia 463.c.47
Carcham prouincia 347.c.40
Cariath Iarim ciuitas 318
Chariath Sepher 320
Caritas aromatum unde 533
Carith torrens 310
Carmelitæ à monte Carmelo 320
Carnes crudæ comeduntur 381.c.39
Carocoram Tartarorum origo 352.c.53
Caromora flu. uastum 376.c.31.388.c.52
Casale Lamberti 299
Casanus Argoni filius in Imp. per simulationem electus 453.c.48
Casani fidei Christianæ defensoris cum Soldano prælia ibidem
Casani laus 456.c.42
Casanus subsidio regis Armeniæ Saracenos bello inuadit 458.c.44
Casanus testamento & multis egregijs post se relictis legibus moritur 461.c.45
Caspium mare multa flu. excipit 493.c.7
Cassar prouincia 346.c.38
Castrum peregrinorum 320
Casus facete relatus 542
Catalogus regum ac imp. Tartarorum 354.c.54.495.c.8
Catalogus imp. Turcarum 510.c.15
Catapultæ instrumentũ bellicũ 390.c.58
Catai regni descriptio 419.c.8
Cataium urbs 539
Cathalaunici campi 505.c.14
Catholicus orientis sacerdos 326
Caudati homines 402.c.19
Caydu nepos Cublai cum Naiã in Cublai conspirat 561.c.3

Cazad

Cazaci Tartarice prædones 500.c.12
Cedar ciuitas 304
Cædes Neptalim 305
Cedron torrens 315
Cærimoniæ Tartarorum 369.c.15
Cerui equorum loco 357.c.61
Ceruisia Tartar. uarij generis 492.c.6
Chaldæorum regni descriptio 425.c.11
Chā in Christiā, humanit. 331.c.3. 393.c.7
Cham in Christi fidē propensus, legatos ad pōt. Ro. pro doctorib. mit. 331.c.4
Cham Paulos magnifice in patriam dimittit, quancp̄ inuitus 334.c.10
Cham nomen Imp. omniū apud Tart. 434.c.16. dicitur & Can 435
Changius è paupere Imp. Tartarorum factus 434.c.16
Changius Can. 1. Tarta. Imp. 436.c.71
Changij iam morituri, ad xij. filios pro concordia tenenda adhort. 456.c.17
Chapar Tart. princeps potens 463.c.47
Chesimur prouincia locis natura munitis ualidissima 345.c.36
Chinchis rex Tartarorum primus. Vncham prælio uincit 353.c.55
Chinchis obitus ibidem
Chincui castrum munitiss. 376.c.50
Chisi ciuitas 336.c.16
Christiani transfugæ 323
Christi religio in Oriente 325
Christi cultus in Aegypto 328
Christiani titulotenus perstricti 362.c.4
Chronus fluuius 575 (& 6
Ciambæ prouinciæ potētia Cublai fit tributaria 399.c.9
Ciandu palatio nobili insignis 359.c.65
Cianfu ciuitas 376.c.31
Cianglu ciuitas 387.c.50
Ciangiam ciuitas 395.c.66
Ciangaiuorum ciuitas Chāmagni regia
Ciarciam arenosa 347.c.45 (358.c.64
Cigata frat. Chā Christiā. factus 346.c.39
Cinchis Cublai premogenitus inter xxij filios. 564.c.8. de concubinis xxVij. ib.
Chinchinthalas prouincia 355.c.47
Cinereth 306
Cingianfu ciuitas 391.c.61 (62
Cingingui incolarū pfidia punita 392.c.
CinKis natiuitas & potentia 495.c.8
Cinkis primus Tartarorum Imp. ibidē
Circassi 494.c.7 D. Citullus ibi.
Cisou torrens 306
D. Clemens ibidem
Clemenisio ciuitas Tartarorum 331.c.6
Cleopatra Aegypti regina 312
Cobila Cā 5. Tartarorum Imp. 445.c.30
Cobinan ciuitas 340.c.26
Codorlaomer rex 305
Cœlesyria 398
Cogtacam filius Cublai 381.c.40
Cochan fluuius 494.c.7
Coilum regnum 408.c.31
Comacula ciuitas 338.c.22
Comari prouincia 408.c.32
Cometes 483.c.2
Concordiæ uis exēplo ostensa 456.c.17
Conigangui ciuitas opulentiss. 389.c.55
Coniugium inter mortuos 355.c.58
Consilium recuperandæ terræ sanctæ copiose per tria capita 472
Consuetudo uetus uim ueri hēt 399.c.7
Corallium collo appensum, & pro moneta 379.c.57
Corganqui & Caigni urbes 388.c.52
Cormosa ciuitas 339.c.23
Cosmographorum ueterum uarij errores folio 508.c.14.532
Cotam prouincia 347.c.41
Crack 306.310.470.c.55
Crapula Lithuanorum 526.c.5
Creanum mare 359.c.25
Cremam nobilis ciuitas 338.c.21
Crocodili & eorum natura 471.c.54
Crudelitas in hospites 381.c.40
Cublai magnus Tartarorum rex, qui & Cham dicitur 331.c.2
Cublai integro libro descriptio 361.c.1
Cublai de Naiam uictoria 362.c.4
Cublai iij. prouinciæ augetur 365.c.5
Cublai Christianis aduersus Iudæos & Saracenos patrocinatur 363.c.6
Cublai in milites præclare se gerentes liberalitas 363.c.7
Cublai forma, uxores, & familia 364.c.8
eius concubinæ ibidem
Cublai in conuiuijs magnificē. 367.c.15
Cublai in uenando & aucupando uoluptas 370. & seq.

Digitized by Google

Cublai opulentissimus 571.c.21
Cublai prouidentia, quum annonæ ingraueſcit caritas, eiusq́ in pauperes benignitas 574.c.24
Cublai de rege Mien uictoria 584.c.42
Cublai prouincia Mägi auctus 589.c.54
Cublai in Zipangrios bellum 597.c.5
Cugur ciuitas 595.c.66
Cumaniæ regnum 421.c.5
Chunchi prouincia 577.c.35
Cyrracham emporium 541

D

Species Aegypti 328
Dabit ciuitas 319
Dæmonum cultus 349.c.45
Dalmanuta 302
Damaſcus 398
Damaſcenus ager 319
Damaſceni Tartaros aquarum ui obtu/ptos perimunt 460.c.44
Damiata 527
Dan terminus terræ ſanctæ 302. mós 309
Darius capt9, presbit. Io. ſubiicit 376.c.30
Dauid turris 315
Decapolis quur dicta 306
Demetrij legati Moſchouit. laus 532.535
Deſertum 341.c.27.352.c.50.378.c.36
Deſertum dæmonum præſtigijs periculoſum 348.c.44.357.c.62
Deus iniuſtæ perfidiæ ultor 363.c.6
Dioſpolis 320
Diſcordia ducũ in bello pnicioſa 397.c.5
Diuidna fluuius ingens 538
Diuortiũ leui de cauſa cõceſſum 352.c.49
Dogmata Moſchouitarum 545
Domus motoriæ 354.c.55.359.c.65
Domus de arundinibus in modum tabernaculi magnifice extructa 359.c.65
Domus auro tectæ 397.c.2
Doncoſcaron de proſapia trium regum Chriſtiana Haoloni uxor 443.c.27
Don flu. qui & Tanais 493.c.7.529.c.4
Dooch caſtrum 310
Dotaim caſtrum 304
Draconis cuiuſdam late uaſtãtis omnia interitus 512.c.16
Dragogiam regnum 402.c.17
Druſi obitus 502.c.12
Druſi res geſtæ 501.c.12

E

Ebrietatis exemplum 545.c.58
Edel flu. qui & Volha 495.c.7
Edeſſa quæ olim Rages 298
Egrigaia prouincia 358.c.63
Elephanti turriti 384.c.42.412.c.41
Elephãti xx. annuum tributum 400.c.9
Elephanti ac eboris magna cop. 411.c.39
Elephanti prælium ingreſſuri temulenti rdduntur 412.c.41
Eli incolæ rapto uiuunt 409.c.33
Eleutherus fluuius 300
Emaus 318.328
Endici color eximius 408.c.31
Endici color eximius 458.c.35
Endor uilla 307
Engaddi mons 311.312
Ennon oppidum 309
Ephimeræ uermes in Boriſthene flu. 517
Epiſcopi Moſcouitarum 544 c.1
Equitatus numeroſus 547
Equi duriſſimis ungulis 544.c.34
Equorum pretium ingens 337.c.19
Equorum alborum copia 359.c.65. horumq́ pretium ibidem
Equorum Tartarorũ pernicitas 492.c.6
Equorum uſus pro nauigijs 493.c.7
Etaſmi Stellæ de Boruſſiæ antiquit. opus.
Etgimul regnum 357.c.62 (570
Etockaton pijſſima mulier Carbaganidan mater 461.c.45
Etythratæo auis 546
Eſau ubi habitarit 305
Eſentemur filius magni Cham 380
Eudoxia Valentiniani Imp. filia capitur à Genſerico 503.c.15
Ezina ciuitas 551.c.50

F

Facſur rex Mangi potẽtiſſ. 389.c.53
Fanſur regnum 402.c.19
Farina ex arborũ corticibus opt 402.c.19
Faſiani maximi longiſſ. caudis 358.c.62
Februatij Kalendis Tartari annũ auſpicãtur magna celebritate 368.c.15
Federicus ordinis Teutonicorum proto magiſter 570 (c.40
Fel ſerpentũ ad uarios morbos utile 382
Feræ uarij generis Cublai mittũtur 369.c (16
Feræ feras capiunt 369.c.17
Feræ Herciniæ 536

Digitized by Google

Fetlech regnum 401.c.14
Fertilitas terræ sanctæ 322
Festi dies Tartarorum 368.c.14
Figui ciuitas Indiæ 396.c.70
Flumina calidissima 408.c.32
Fœminina insula à solis fœminis inhabitata 410.c.37
Fons hortorum 301
Fons Iacob 309
Fons olei 335.c.13
Fons uiuus 305 (c.23
Formosa locus ab amœnitate dictus 359
Formæ dos in coniugio spectat 358.c.62
Francisci Cheregati laus 534
Fugui regnum 399.c.67. & regni Cõdia metropolis 396.c.69. præsidiũ Cham contra rebelles ibidem
Fuluum succinum 576
Funerandi mos 349.c.45.394.c.64
Funeraudi mos apud Moschouitas 545
Furtorum supplicia 356.c.60

G

GAbaon ciuitas 318
Gabaa Saulis patria 309
Gaddeti animantia 379.c.37
Galaad mons 302.305 Galgala 310
Gallinæ loco pennarũ pilos hũt 392.c.68
Galza portus Armeniæ 332.c.4. alitet Glacia 332.c.6
Gaza 321 Gazara ibidem
Gazarorum religio ac mores 494.c.7
Gehennon 315 Gelboe mons 308
Genealogia principũ Vlanorum 512.c.16
Gengui ciuitas 395.c.66
Genserici crudelitas 505.c.13
Geogui ciuitas 375.c.28
Georgianorum sacri ritus 326
Georgiæ regni descriptio 424.c.16
Gerasa à qua Gerasani 305
Gethæ qui & Gothi 498.c.10
Gersemani 315 Geth 320
Giblet, quæ & Biblium 300
Gilimeris cõmerita captiuitas 504.c.13
Gingui prouincia 386.c.49
Ginum uel Gelim 308
Ginus Can tertius Imp. Tartar. 438.c.19
Gion mons 313
Glacia insignis Armeniæ portus 334.c.11
Glebæ aureæ pro moneta 400.c.11
Gog regio, quæ & Lug. 358.c.64
Gocaca Cham aulicus 335.c.4
Gohagaday tertius filius Hoccata Can (439.c.22
Gothi 539
Gothi Sarmatiæ primi incolæ 497.c.10
Gothorum irruptiones 499.c.12
Gozurath regnũ pitatis infamẽ 409.c.35
Græci schismatici 324
Graffa monstruosum animal quod & Giraffa 412.c.41 414.c.45
Grifalchi maximi 357.c.61
Grues quintuplices 359.c.64
Guntamudus Honorici succes. 503.c.13

H

HAereticorum patrocinium 315
Hai ciuitas 318
Hakeldemach 315
Halappi Syriæ metropolis 444.c.28 expugnatur & diripitur 445.c.29
Haolonus frater Mango Can Baldach urbe capta Caliphum fame necat folio 445.c.25.& 26
Haoloni obitus 446.c.31
Haythoni Armeni Præmonstratensis liber de Tartaris 419
Haythonus suam historiam ueram affirmat 462.c.46
Haythoni monachatus ibidem
Hebron 319 Heliopolis 328
Heluetiæ ueteris imago 388.c.53
Henrici iij. nobiles uictoriæ 502.c.12
Hercynia sylua 536
Herciniæ feræ ibidem
Hermes philosophus qui sui nominis ciuitatem condidit 422.c.6
Hermon mons 302.307.308
Herodium 319
Hilderici Eudoxiæ filij in Christianos benevolentia 503.c.13
Hildetici interitus ibidem
Hismaël Sophus Persarum rex 537
Historiæ Moschouitarum 545
Hoccota Can ij. Tartar. Imp. 437.c.18
Hochtay regulus inter Tartaros potentissimus 463.c.47
Homines caudati 402.c.8
Homines sine pane uiuentes 530.c.5
Honoricus Genserici successor crudelissimus 503.c.13

Digitized by Google

Honorici infelix interitus 503.c.13
Horda quid 494.c.8.536
Hordæ Tartarorum iiij. ib.514.c.17
Hortus balsami 512.528
Hospitalitas mira 350.c.46.380.c.38
Hugri qui & Iuhri 508.c.14
Hulmigeri populi 578
Hungarorum ingens clades 489.c.4
Hungari unde dicti 508.c.14
Hungarorum origo 498.c.10
Huss principatus Iob 504
Hyperborei montes fabulosi 508.c.14

I

(529.c.4
Iabeani, eorumq; dogmata 524
Iabin rex 502
Iacelich patriarcha 556.c.15. Orientis papa 526
Iaci metropolis Cataiam 580.c.39
Iacobus patriarcha Ierosolymitanus 516
Iagello postea Vladislaus dictus, rex Poloniæ creatur 518.c.2
Iagello in promouenda Repub Christiana studium ibidem
Iasdi ciuitas 537.c.20
Iaua insula 554.c.10.400.c.10
Iaua minor sex regna cõplectés 400.c.18
Idololatriæ exemplum 383.c.41
Idololatria Borussiorum 581
Idumea 519
Ieiunia Moschouitarum iiij. 545
Iericho 510
Ierusalé copiosa descriptio 512. & seq. 516
Iezrael ciuitas 508
Ignis numinis loco colitur 520.c.2
Illyrica lingua omnium latiss. 545
Imago bonæ Reip. 398.c.53
Impudicitia honori ducit 378.c.37. et se.
Immunitas militum 548
Incantatio ne uulnerati queas 398.c.3
Indiæ insulæ 12700 412.c.42
Indiæ regni descriptio ibidem
Industriæ uis 571
Innocentij papæ legatio ad Imp. Tartarorũ, ne Christianos affligat 490.c.5
Insigne regij uexilli 547
Ioachimi patria 506
Iochi primogen. Hoccata Can 439.c.20
Iopõce pallium contra frigus & imbres 492.c.6
Ioppe 318.320
Iordanis origo 502
Iordanis situs, & circa eũ regiones 510
Iordanis crescens & decrescens 518
Iosaphat uallis 515
Israeliticarum tribuum catalogus 521
Istula fluuius 500.c.12
Itineris arenosi nulla uestigia 548.c.45
Itinera difficilia 542
Iudicij temeritas 521.c.2
Iudicaria porta quæ & Iebus 517
Iubra Scythiæ terra 545.c.14
Iuhri qui postea Hungari 498.c.10
Iuhri Gothos suis sedib. pellũt 505.c.14
Iuhri pulsis Romanis, Pannonias occupant 504.c.14
Iuhrorum denuo, uictis pannonijs, regionem occupant 508.c.14
Iuhrorũ Scythatũ barbara uita 508.c.14

K

Kalendæ Octobr. dies Samagitis sacer 520.c.2
Kiou metrop. Russiæ uastatio 284.c.3
Kitzoth auis rapacissima 509.c.14
Krac. quæ & Petra deserti 306

L

Lachis 302. quæ & Lesedam 318
Lacus quidá in Zorzania, sola quadragesima pisces habens 536.c.14
Lacus margaritis refertus 379.c.38
Lac equinum ad libamenta 560.c.65
Lac acetosum in pretio 492.c.6
Lac sublimatum cito inebrians ibidé
Laé prouincia, & eius incolarum mores mirabiles 407.c.30
Lambé regnum 402.c.18
Lana ex terra deficcata 551.c.47
Lana in frutetis 322
Lapides lignorum uice 374.c.26
Lapides contra uulnera efficaces 398.c.3
Lapilli pro móneta 381.c.39
Lapones populi 538
Lazuli lapis de quo Azurum fit 558.c.64
Leges Moschouitarum 545
Leges Borussiorum 581
Lemma casale 309
Leonis pont. Rom. supplex ad Attilam oratio 507.c.14
Leo circuratus ad pedes Cyblai 569.c.15

Leones,

Digitized by Google

Leones, leopardi, lynces, artem uenatoriam docti 369.c.17
Leonũ cum canibus certamen 387.c.49
Leopardus cicur loco canis uenatici 359
Leopardorum mons 301 (c.65
Libanus mons 301
Libani altitudo 305 Lida 320
Linguæ Sclauonicæ latiff. usus 504.c.13
Lingua Lithuanorum quadruplex 524
Lithuani populi 582 (c.3
Lithuaniæ ducatus 517.c.2
Lithuani unde oriũdi & sic dicti 517.c.2
Lithuanorum paupertas 518.c.2. ac subita potentia ibidem
Lithuani Christiani facti 518.c.2
Lithuanorum uictus 526.c.3
Lithuanorum crapula ibidem
Lithuaniæ amplitudo 522
Lithuanorũ lingua quadruplex 524.c.3
Lobna 321
Lombardia ab Attila uastatur 506.c.14
Longitudo terræ sanctæ 321
Lop ciuitas 348.c.44
Lucorum pro numine cultus 520.c.2
Luctus diuturnus & acerbus 340.c.25
Ludouicus Francorum rex capitur 469. c.52. liberatur ibidem
Lupi pont. Ro. cũ Attila colloquiũ 506.
Luxus moschouitæ regis 548 (c.14

M

MAabar regis luxus 404.c.23
Maabar, quæ & India maior, ditissima 403.c.23
Maceda 321 (324
Madianitæ qui et Beduini & Turoniani
Madaigascar insulæ magnitudo & opulentia 411.c.39
Magdalum castrum 304.305
Magedan 302.397
Magiæ præstigia 363.c.65.404.c.25
Magicæ artis exemplum nobile 541.c.28
Magog quæ Mungug regio c.358.64
Magues oppidum 309
Mahamin locus 305
Mahumet Christo præfertur 491.c.5
Mamre prædium 319
Manathat, quæ & Kato 320
Mangala filius Cham 377.c.32
Mangi prouinciæ bene cõstituta Resp. 398.c.57 in xij. regna diuisa 395.c.64
Mangi deditio 589.c.54
Mango Can imp. Tartarorum IIII. & eius res gestæ 440.c.25
Mango Can baptizatur 442.c.24
Mango Can obitus 445.c.29
Mangodanior Abaga frater turpiter è prælio aufugit 449.c.36. ueneno necatur 445.c.36
Mappa ex Salamandra, quæ igne pro lotura mundatur 351.c.47
Marcus Paulus Nicolai Pauli filius 351. c.5. socius itineris assumptus à patre c.6
Marcus Paulus suis uirtutibus clarus & charus in aula magni Gham 353.c.8
Mare Galilææ & Tyberiadis idem 302
Mare mortuum 310.311
Margarg castrum 301
Mariæ sepulchrum 315
D. Mariæ cultus 512.c.16
Maronitæ 325 Maron aquæ 302.304
Marsarces Nestorianus Cingianfu conditor 391.c.61
Martiani Imp. somnium de Attilæ morte. folio. 507.c.14 (410.c.13
Masculina insula à solis uiris inhabitata
Matrimonij leuis fides 347.c.42
Matrimonium inter sanguine iunctos. folio 352.c.49.354.c.55
Mausoleum regis Mien 385.c.44
Medan 302
Meditæ incolæ Bargu 357.c.61
Medo potionis genus 546
Medorum regni descriptio 423.c.8
Melaxasaraff Soldanus Elsi capit Aconé folio 469.c.52
Melecmees Soldanus 469.c.52
Melemaser Soldanus 570.c.53
Melibar regni incolæ rapto uiuunt 409
Mella nobilia 542 (c.54
Memphis quæ & Damiata 527
Mengrelli 494.c.7
Mercatores Cambalu 366.c.11. & merces quales ibidem
Mercatorum simplicitas 545
Mercurij die esus animarium interdictus ib.
Meretricum copia 526
Meretrices extra mœnia in suburbijs.
Mesopotamia 298.425.c.12 (366.c11
Mesta casale 307

Digitized by Google

Messis in Martio 540.c.25
Mien prouinciæ metropolis 385.c.44
Militum immunitas 548
Minetæ Chalybis & audanici 338.c.21
Miraculum ingens 346.c.39. 512.c.16
Missa in oriente celebratur 326
Modin mons 320
Moguli olim Tartari dicti 433.c.16
Monachi Græci 508
Monachi Chesimur 345.c.36
Monachi idololatræ diuersæ sectæ 360 c.66.391.c.60
Monachi Moschouitarum 544
Moneta ex cortice mori 372.c.21
Moneta uetus argentea apud Polonos effoditur passim 500.c.13
Monsfetet castrum 301
Montes uatij 302.& 304
Mons Christi concionibus clarus 303
Mons offensionis 315
Mons miraculose translatus 337.c.18
Mons uiridis 365.c.9
Moria mons 313.314
Morsi piscis mirum ingenium 518.c.14
Mortuorum coniugium 355.c.58
Moschouia metallo caret 542
Moschouitæ olim gentiles 543
Moschouitarum fidei dogmata 543
Moschus amnis 539
Moscha urbs ibidem
Moschæ urbis nobilitas 541
Moschouia Moscorũ metropol. 505.c.14
Moschouiæ descriptio 527.c.4.532.535
Moschuua ciuitas celebris 426.c.4
Mosel ciuitas 425.c.12
Mosul regni descriptio 336.c.15
Mozera castrum 310
Murfili regnum 407.c.29
Muschum unde fiat 357.c.62

N

NAiam Cublai patruus bellum infert Cublai 361.c.2
Naiam captus occiditur 363.c.5
Naim ciuitas 307
Nauigui regio opulenta 390.c.58
Nason uilla Neptalim 304
Natai Tart. numen 355.c.58.415.c.47
Natalis Cublai celebris magnificentia. 365.c.14
Natatoria Silohæ 314
Naues absq; ferramento piscium sumine linuntur 339.c.25
Nauium Indiæ forma 397.c.1
Nauigantes pro infamibus habẽtur. 405
Nazareth 306 (c.25
Nebulosa turris 318
Necuram insulæ incolæ nudi 402.c.20
Nemus magni Chã muris cinctum. 359
Neptalim 304 (c.65
Nescordim ptinceps militiæ regis Cublai folio 384.c.42
Nescordim tegẽ Miẽ prelio uincit 384.c.
Nestotiani 325.326 (42
Neuphrus castrum 308
Nicolaus & Matthæus Pauli frẽs 330.c.1
Nigredo corporis, decori ducitur 406.c
Nili descriptio 471.c.54 (28
Nili diuisio 327
Nobe ciuitas 320
Nobilitatis insignia 364.c.7
Nogai bellica arte clari 537
Nonarius numerus Tart. sacer 437.c.17
Nouogrodiæ laus 542
Nubia quæ & Aethiopia 327
Nubiani & eorum secta 324.471.c.54
Nugardiæ magnitudo 525.c.3
Nuntij Cublai cum tintinnabulis cutrunt peregrè 373.c.25

O

OCha fluuius 540
Olgerdus Lithuaniæ dux 518.c.2
Olei fons 335.c.15
Oliueti mons 317
Oriens habet multos Christianos 325
Ostrogothi unde dicti 499.c.1
Otumanus obscuro loco, sed fortitudine celebris, i. Turcorum. Imp. 599.c.15
Otumãni Imp. Turcorũ cognomẽ ibid.

P

PAglola, id est, aurum 380.c.38
Palatij Cublai magnificẽtia 56.c.9
Palatium in Zuinsai magnificentissimũ folio 394.c.64
Palæstina triplex 298
Pamer planicies 345.c.37
Panchi insignis ciuitas 390.c.56
Panis Ierosolymitanus optimus 323
Panis amarus 540.c.24

Digitized by Google

Panis ex riso 401.c.16.402.c.19
Panis ex piscibus confectus 415.c.46
Panneas 502
Panni qui illæsi in ignem conijciuntur purgandi causa 551.c.47
Pannonia Sclauorum terra 507.c.14
Parétes numinũ loco coluntur 385.c.42
Paulinæ familiæ claritudo 330.c.1
Paulus Venetus quomodo redierit in patriam 534.c.10
Pauli Diaconi testimonium 499.c.11
Paulini Nolanæ urbis episcopi pium factum 505.c.13
Pauli Iouij Nouocomensis liber 532
Paulus centurio Genuensis 532
Pedes ferarum ad armorũ usum 569.c.16
Peim prouincia 547.c.42
Pepones deficcati dulces 543.c.50
Perfidiæ exemplũ, eiusq; pœna. 392.c.62
Persarum regni descriptio 423.c.7
Persidis Vij. regna, & incol. mores 337.c. (19
Petan insula 400.c.12
Peta Tartarorum dux 485.c.5
Petra deserti 306.310
Petra ciuitas 311
Peucini pop. 575 Phanuel 305
Pharma ciuitas 327
Pharmaca ex felle serpentum 582.c.40
Phasellum casale 309
Phison fluuius 423.c.7
Phœnicia 398
Piscatio margaritarum 404.c.23
Pisces uasti ibidem
Pisces deficcati iumentorum pabulũ 415
Piscina probatica 314 (c.46
Piscina interior ibidem
Plesconia ciuitas 524.c.5
Poloni rex Sclauis oriundi 501.c.12
Polonorum strages 485.c.5
Polouri qui & Gothi 483.c.2
Polouci quid significent. ib. & 497.c.10
Polygamia 324.351.c.49.354.c.55.400 c.9.404.c.25
Polygonia 400.c.9
Pompa paradisi 325
Pons marmoreus 375.c.27
Portæ Hierosolymis octo 316. & seq.
Potus ex riso & aromatibus 574.c.25 582.c.41
Potus ex arborum quarundam succo expressus 401.c.16.402.c.19
Præcopitæ 536
Prædones Persidis grassabundi 337.c.19.
Prælium atrox 562.c.4 (345.c.31
Præsagium uictoriæ futuræ 553.c.53
Præstigia magiæ 560.c.65
Prodigiũ infantis loquentis 497.c.9
Prostitutio uxorum honori ducitur 350 c.46.380.c.38
Prouerbium 325
Ptolemais 299
Puerperæ uirgines 512.c.16
Puerperam agit maritus 582.c.41
Pulisachnitz fluuius ingens 575.c.29
Purgatorij uanitas 545
Puteus aquarum uiuentium 299
Pygmeorum statura 538
pyramides 301

Q

Qvarentana mons 510
Quelinfu ciuitas 395.c.68
Quemquinafu regni metropol. 377.c.32
Quesitam equites dicti 367.c.12
Quiam maximum flumen 391.c.59
Quianfu fluuius 378.c.35
Quinsai Mangi metropolis 389.c.54
Quinsai maxima totius orbis ciuit. 392. (c.64

R

Ramatha Sophim 318
Rama uilla 306. ciuitas 309.310.319
Rapere phas, furari nephas apud Tartaros 492.c.6 (c.54
Rapti Christiani Aegypti incolæ 472
Regayto frater Argoni succedit in imperium Tartarorum, homo nullius pretij 453.c.39
Regiæ Cublai magnificentia 365.c.9
Reip. florentis imago 388.c.53
Reuponticum 493.c.7
Rha flu. qui & Volga 540
Riga Liuoniæ 541
Riphæi mõtes fabulosi 508.c.14.529.c.4
Rossomaka animal uoracissimũ 526.c.3
Roxolani Tanais accolæ 514.c.1.537
Rubinus ingentis pretij 405.c.12
Rucus magnæ molis ac roboris instar gryphonis 411.c.40
Ruchenorum prouincia 417.c.50

Russiæ

Digitized by Google

Russię, quę et Roxolonia descrip. 514.c.1
Russiæ magna fertilitas 515.c.1
Russitarum religio 516.c.1
Russitæ Poloucis auxilio uenientes tru/
cidantur 484.c.2
Russitarum ingens clades ibidem

S

SAbul castrum 305
Sabæ campus 307
Saccatum in terra sancta 322
Sacerdotes uxorati 326
Sacerdotum pœna si adulteriũ cõmittat
Saehion urbs 348 (326
Sacra apud flumina 544
Sacrificia dæmonũ 349.c.45.360.c.65
Sacrificia pro ægrotis 385.c.41
Salamandræ exuuiæ 350.c.47
Salinæ 345.c.32.390.c.57
Sal pro moneta 380.c.38
Sal ex aqua puteorum 381.c.39
Salomonia Basilij uxor 547
Saltus domini 306
Samagithiæ descriptio 519.c.2
Samagithia fidem Christiani accipit ibi.
Samagithię igné pro deo colunt 520.c.2
Samara regnum 401.c.16
Samarcanda inclyta urbs 537
Samarcham tributaria magno Chã 546
Scandalido castrum 299 (39
Sanir mons 304.308
Saracenorum fides, qui ducuntur & Vã
ni, & Asinini 324.325
Saraceni miraculo stabiliti fidem Chri/
sti cupiunt 357.c.10
Saracenorum imperij exordium atq; in/
crementum 427.c.15.& seq.
Saracenorum religio 491.c.5
Sarepta Sidoniorum 300
Sarmatia duplex 483.c.1
Sarmatię Europæ descriptio ib. 514.c.1
Sarmatiæ Asianæ incolæ ibidem
Saron castellum 323.320
Sarona ibidem
Satellitium magni Cham 367.c.12
Saturni dies genialis 544
Scandali mons 317
Scandia siue Scandinauia insl. 504.c.13
Scasse ciuitas 343.c.33
Sclauorũ linguę latissimus usus 504.c.13
Scoitæ insl. incantatores 410.c.38
Scythiæ translatij incolæ 497.c.10
Scythæ, Tartari nunc 536
Sebaste Samariæ metropolis 298.308
D. Basilij martyrio nobilis 55.c.12
Seilam insl. magna 405.c.22
Seir mons 302.305
Segor oppidum 311
Senex de Montanis tyrannus 341.c.28
Sepeliendi crudelis mos 354.c.54
Sephet 303. Sephoron op. 306
Septem castrensis regio cur dicta 507.c.14
Sepulchrum Mariæ 315
Sepulchri dominici descriptio 316
Sepulchrum D. Hieronymi 319
Sepulchrũ D. Thomę & mirac. 406.c.27
Serici magna copia in Tyro 308
Serpentũ maximorũ descriptio 381.c.40
Seyserach aues 464.c.47
Sianfu Nauigui metropolis à Tartaris ca
pitur 390.c.58
Sicatij spe immensæ uoluptatis demen/
tati in omne facinus parati 341.c.28
Sichem quæ & Neapolis 309
Sidon Phœnicis inclyta urbs 300
Sidon filius Chã Sidonis conditor 301
Signũ fronti inustũ tesseta militaris 395.
Silo 312.318 (c.67
Simiarum copia 401.c.15
Sincolinæ aues 358.c.22
Sindacui armorũ officin. clara 368.c.64
Sindinfu prouinciæ metropolis 377.c.35
Singui ciuitas regni Cerguth 357.c.62
391.c.59. nobiliff. ciuit. orientis 392.c.63
Singuimatu urbs 387.c.58
Sinulgu urbs grandis 389.49
Sion mons 315
Sitiones qui & Suecã 583
Sitropolis 308
Snack animal mirabile. 492.c.6
Socgoth iudæ 328
Soldadia quæ & Armenia 350.c.1
Soldanus præfectum sonat 426.c.3
Soldanus mortuo Haolono Syriam &
Aegyptum recuperat 446.c.32
Soldanus Aegypti uicto rege Armen.
unũ ex filijs cepit, alt. occidit 447.c.35
Soldã. ueneno è uiuis sublatus 449.c.35
Soldani Aegypti potentia 446.c.50

Sontium

Digitized by Google

Sontium carnes comeduntur 566.c.65
Sophia Ioannis Moschouitæ uxor 546
Sopurga ciuitas 543.c.30
Sosimæ oleum illitũ nigrificat 407.c.28
Spelunca.duplex 519 (503.c.13
Stilicon comes.Ro.impetrj perturbator
Stratagemata 384.c.42.398.c.5.416.c.49
Strigonij urbis inclytæ expug. 490.c.4
Subimbre 307
Suburbia Cambalu splendida 566.c.11
Succeſſio regum Vandalicorum 503.c.13
Succini deſcriptio 575. prouẽtus 576
Succinum fuluum 576
Succini pretium ibidem
Succus ex ceraſis 546
Suchur,puincia & metropolis 351.c.48
Sudini populi 575 Suedi 585
Sues ſpinoſi 543.c.33
Sueta ciuitas 304.305
Sueuus fluuius 501.c.12
Sueuorum origo ibidem
Sueuorum in Galliã translatio 502.c.12.
Sultanus Babyloniæ in Armen. 332.c.6
Sumen piſcium pro pice 339.c.25
Suna ciuitas 307
Superſtitio crudelis 554.c.54
Supplicia Moſchouitarum 545
Surcicum oppidum 541
Suſis ciuitas 536.c.16
Suxatoplug rex Pannoniæ fugiens Danubio mergitur 508.c.14
Syenæ ultima pars Aegypti 327
Syneus Synochin conditor 301
Syriæ deſcriptio 427.c.14
Syriæ latitudo 298
Syria Phœnicis ibidem
Syrianorum mores ac fides 524

T

TAdinfu ciuitas 387.c.51
Tainfu regnum cultiſſ. 575.c.29
Tamburlanes 537
Tamor Can ſexti Tartarorum Imperatoris potentia 465.c.47
Tampingui ciuitas 395.c.66
Tanais qui & Don fluuius 495.c7
Tanais origo 528.c.4
Tangodor filius Haoloni ſecundus Abaga fratri ſuccedit 451.c.37
Tangodor in Chriſtianos tyrannica ſæuitia ibidem
Tãgodor ab Argono interficit 451.c.5.
Taphium,quæ & Taphnis 327
Taphne terra 309
Tarſæ regni deſcriptio 426.c.2
Tartarorum potentia 354.c.54
Tartar.ueſtitus ac armatura 355.c.56
eorum victus 57.peruerſa religio 58
fortitudo ac uiuendi modus 356.c.59
Tartarorum naufraugium 308.c.4
Tart.erga Zipangrios mira fraus 398.c.5
Tartarorum feſta 368.c.14.& 5
Tartarorũ primæua habitatio 433.c.16
Tartari olim Moguli dicti ibidem
Tartarorum mores ac uita, formaq́ copioſe 464.c.48.491.c.5.& 6.
Tartarorũ in iij.hordas diuiſio 494.c.8
Tartarorum immanis crudelitas perfidiaq́ 484.c.2.496.c.9
Tartar.in Poloucos expeditio 483.c.2
Tartari criniti 493.c.7
Tartari Vlani 512.c.16
Tartari qui olim Scythæ 536
Tartarſ Kiezele calamus aromaticus 500
Tauricæ inſ.deſcriptio 500.c.11 (c.12
Tauricanæ inſ.deſcriptio 512.c.16
Tauriſium nobile emporium 336.c.17
Tauriſiũ Armeniæ opulẽt. ciuit. 423.c.9
Tebeth prouinciã 378.c.36
Themur ptimogenitus Cublai 365.c.9
Tenebrarum regio 416.c.49
Tẽtoria Cublai regis magnifica 371.c.20
Terræ ſanctæ fertilitas 322. eius fructus 323.eius incolæ ibid. Tetrao 546
Teuduch regia presbyteri Ioã. 358.c.64
Thabor mons 306
Thebais regio 328
Theuca 319
Thebaldus comes de Placentia legatus Anconæ 332.c.5.in pont.electus.c.6
Theodoricus Gothorũ rex cadit 505.c.14
Theodoſia inclyta urbs, quæ & Caffa. 512.c.16.536
Thermæ 335.c.13.340.c.24.393.c.64
Therſæ ciuitas 309
Tholoman prouincia 586.c.48 (c.27
D.Thomę ſepulchrũ,& eius mirac. 406
Thoriſmundus Theodorici filius patri ſuccedit 509.c.14
Thoron caſtrum 508

Digitized by Google

Tigra filius Iaphet 300
Timochai regnũ Persidi cõfine 341.c.27
pulchris uiris. pulchrioribus fœmi. ib.
Tingui ciuitas 390.c.57
Tirck rapidissimus fluuius 494.c.7
Titia fluuius Hungariæ 489.c.4
Traconitidis regio 304
Trãsfugæ Christiani pernicioſæ uitæ 523
Trasamundi sæuitia 503.c.13
Tribus Israël decem 321
Tripolis urbs insignis 320 (507.c.14
Tumultus in Pãnoniis post Attilę mortẽ
Turchisi gemmæ 338.c.21.380.c.38
Turciæ ac Turcorum descriptio 335.c.12
Turcarum origo & propago 510.c.15
Turquiæ descriptio 426.c.13
Turris dauid 315
Tuuerd metrop. Tuertzke ducatus 527.
Tiberias quæ & cinereth 306 (c.4
Tyranni cuiusdam mitæ incantationes & sæuitia 341.c.28.& seq.
Tyrannidis miser exitus 342.c.29
Tyri celebritas, eiusq; conditores 300
Tyrocinium Moschouitarum 545

V

VAlania ciuitas 301. flumen ibid.
Vallis illustris 308
Vallis Iosaphat 315
Vandalorum origo 500.c.12
Vandalum flum. unde dictum ibidem
Vanni 325 (res 405.c.24
Var regni idololatria & nephandi mo-
Vectigalia Cublai 394.c.65.396.c.70
Venationũ Cublai regis tõ 369.& seq.
Veneris die esu ouorũ et lactis proh. 544
Venetiæ ob metũ Att. extructæ 506.c.14
Ventus urens 340.c.23
Veredarij Cublai & eorum diuerticula folio 373.c.23
Vestigia arenosi itineris nulla 348.c.45
Vestitus ex corio 344.c.34
Vetrapetæ monachi uocantur 326
Victoriæ futurę præsagium 353.c.53
Victus Moschouitarum 545
Vilna Lithuaniæ metrop. 525.c.3.542
Vincentij historia fabulosa 491.c.5
Vindelici 502.c.12
Vindemia uno anno triplex 325
Vinum ex dactylis 339.c.25
Vinum bibere infame est 405.c.25
Vini usus nullus apud Moschouit. 546
Vir puerperus 382.c.41
Virginitas probro ducitur. & impudicitia honori 378.c.37.& seq.
Virgines puerperæ 512.c.16
Virgultæ aureæ pro moneta 580.c.38
Visigothi unde dicti 499.c.11
Visla flumen 500.c.12
Viuariũ magni Chã sumptuos. 359.c.65
Vladislaus rex Poloniæ 516.c.12
Vladislai fauor in fidem Christia. ibidẽ
Vlani Tartari unde 512.c.16
Vlu Cham. i. magnus Imper. 494.c.8
Vncham rex. als. presbyter Ioan. 352.c.51
Vncham regno exuitur 353.c.53
Vnicornium descriptio 401.c.15
Vnfluen saccari abundans 396.c.69
Vocam prouinciæ descriptio 345.c.37.
Volga fluuius, qui & Rha 540
Volha qui & Edel 493.c.7
Volha triplo maior cũ Tanais 529.c.4.
Volhæ xx. particularia flum. piscosiss.
Volodemaria urbs 541 (493.c.7
Vrsæ miraculum 542
Vxores adulteræ comburuntur 326
Vxorum prostitutio 380.c.38

Y

YDdisa minerarum mõtes 358.c.64

Z

ZAbul castrum 308
Zagathai Tartarorum nobilissimus. folio 537
Zambilotti panni pulchertimi 358.c.68
Zanzibar incolæ uastis corporibus ac robustissimis 412.c.48
Zarten portus optimus 596.c.70
Zauolhensiũ Tartar. descriptio 493.c.7.
Zebellinæ pelles 415.c.47
Zebellinarum pellium præstantia 539
Zipangri insł & incolarũ mores 597.c.2
Zipangriorum de Tartaris uicto. 598.c.6
Zipangrij idololatræ prodigiosorum animantium cultores 599.c.7
Zoph oppidum 319
Zotzaniæ prouinciæ descriptio 335.c.14

FINIS.

Digitized by Google

TYPI COSMOGRAPHICI ET DECLARATIO ET usus, per Sebastianum Munsterum.

NON ignoramus, optime lector, quisquis es qui istud Historicum atq; Cosmographicum opus in manus sumpturus es atque lecturus, si destituaris Cosmographiæ mediocri peritia, te hinc non tantum capessurum uoluptatis & reportaturum lucri, ac si terrenæ molis sectiones & habitatas partes, regna, prouincias, insulas atq; earum habitudines & situs memoriæ commendatos habueris, aut saltem in tabula regiones depictas iugiter inspexeris. Sic enim licebit te quodammodo comitem adesse singularum per mare nauigationum atq; per aridam pegrinationum, & spectatorem omniū illarum mirabilium rerum, quas hi scriptores, quos in hoc uolumē coēgimus, commemorant. Cōsultum propterea uisum fuit, huic tam insigni uolumini, & quale orbis hucusq; de extremis mundi habitationibus uix uidit, adjcere uniuersalem orbis descriptionem, quę exprimeret & ob oculos poneret totius terræ situm & dispositionem, maris amplissima spatia & uarios sinus, montium quorundam & fluuiorum insignium tractus, & quicquid demum pro terræ generali cognitione utile & necessarium uisum fuit. Non licuit quidem singularium particularium regionum & quarumlibet insularum indicare situm, quum tabulæ angustia id minime pateretur, nec id etiam instituerimus. Verū quum Aloysius Cadamustus, Christophorus Colūbus, & Albericus Vesputius nauigationes describāt, traiectas ab Europa in longinquissimas orbis partes, puta ad Nigritas, extremos Aphros, Arabes, Calechutios & Indianas insulas, Ludouicus uero Vartomannus patritius Romanus, & Marcus Paulus Venetus peregrinationes texant, & itinera describant ad ultimos usq; extensa Indos, tam ad meridiem quàm ad septentrionem expositos: sat esse duximus, si simpliciori lectori obiter indicauerimus, quem mūdi locum hæc uel illa præcipua occupet regio, & quo pelago, qua plaga, quoq; itinere ad eam pateat accessus. Et certe si uel id ex hac orbis descriptione didiceris, ut faciem eius & situ in genere memoria teneas, hoc est, ut scias quomodo terra ipsa mari mediterraneo interluitur, & hoc ipso Aphrica ab Europa seiungitur: Tanai fluuio Europa ab Asia disterminetur, mari uero Rubro Aphrica ab Asia secernatur, terram non usq; adeo ad meridiem expositam quin nauibus circumiri possit, à septentrione uero id minime fieri posse, quum terra ipsa ferè ad polum arcticum porrecta pateat, habeatq; suos indigenas: item ob uarias maris irruptiones plurimos emersos sinus, ut est sinus Adriaticus, Arabicus, Persicus, Barbaricus, Gangeticus &c, multas enatas insulas, peninsulas, cherronesos, isthmos & id genus alias quamplures & uarias terræ facies & figuras, abunde satis didicisti, & quo in historicis legendis & intelligendis plurimum te iuuare poteris. Alioquin si hac generali Cosmographiæ portione destitutus fueris, quid

Digitized by Google

quæſo cogitabis, ſi quandoq; audieris uel legeris, à Germania inferiori & ab Anglia ad partes Syriæ naues transfretare, præſertim quum Anglia ſeptentrionem uerſus in oceano ſit ſita: Palæſtina uero in oriente terminus ſit maris mediterranei: aut per Vngariam & Bulgariam, & tandem traiecto boſphoro, mari ſcilicet anguſtiſſimo, per Aſiam minorem terreſtre iter patere ad terram promiſſionis, etiam ſi quibuſdam mare Euxinum & propõtis interſint. Quid præterea apud te cogitabis, ſi quandoq; legeris Venetos per ſinum Adriaticũ, & per mare mediterraneum atq; Rubrum itinere compẽdioſiſſimo Calechut petere, Luſitanos uero per altum mare totam Aphricam circuire, & traiecto ſinu Indico, ad Calechut uſq; peruenire? Hæc & ſimilia tibi forſan apparent ſitu difficilia, præſertim quod itinera illa non ſis emenſus, & tamen ſunt homini qui in Coſmographia uel mediocriter eſt doctus, compertiſſima, etiã ſi nũquam illas adĳt regiones, aut extra patriam ſuam nunquam mouit pedem. Nam hoc primum & præcipuum Coſmographiæ eſt ſtudium, ut ſciamus totius orbis & ſingularum eius partium ſitum, formam & habitudinem. Ex his enim facile licebit cognoſcere, quæ mediæ regiones ſint peragrandæ, ſi ab una prouincia ad aliam longe ab illa diſſitam ſit eundum, aut quo mari, quibuſq; fluuĳs illuc ueniri poſſit: denique quanto itineris interuallo inter ſe duæ certæ diſtent prouinciæ aut ciuitates, ſiue una ad Aquilonem, & alia ad Auſtrum ſit expoſita, ſiue una Occidentem, & alia teneat Orientem.

ORBIS FIGVRA.

CONuenit inter omnes doctos, molem terræ ſphæricæ eſſe figuræ, atque totius mundi occupare centrum, hoc eſt, centrum terræ totius machinæ eſſe centrum. Quo fit ut Hiſpani & Indi ſint antipodes: diſſident enim medio circulo. Vnde omnes homines in terra ſua rectos cum hac ſphæra conſtituunt angulos. Et poteſt eſſe, ut nobis Germanis ex tam multis Indianis inſulis etiam aliqui habitatores ſint antipodes, infra in oppoſito hemiſphærio auerſis reſpectu hemiſphærĳ noſtri degentes capitibus, medio circulo, hoc eſt, mille ſeptingentis decem & octo milliaribus germanicis à nobis diſſiti. Tanta enim eſt terræ diameter & craſſitudo, quandoquidem ambitus eius continere deprehenditur quinque millia & quadringenta milliaria Germanica, reſpõdentibus uni gradui (qui in circuitu terræ ut in cœlo numerantur trecenti ſexaginta) quindecim milliaribus communibus. Commune milliare uoco ſpatiũ terræ quod mediocri greſſu duabus horis confici poteſt. Vnde aduertere licet, etiam latiſſimos & altiſſimos montes qui in orbe reperiri poſſunt, terræ rotunditati minime obſtare, quũ nullius ferè ſint momẽti ad tantã terræ molẽ. Patet etiã ſi terra undiq; à mari eſſet ſegregata, & ſolo aëre circũſcripta, poſſet ab homine circuiri in mille & octoginta diebus, hoc eſt, ferè in tribus annis, ſi cotidie iter quinq; milliariũ cõficeret: ſed quũ mari ſit immerſa et minima eius pars enatet, iam id nõ licet. Patet quidẽ homini iter pedeſtre ab Hiſpania per Galliam,

Digitized by Google

am, Germaniam, Vngariam, Græciam, Syriam, Babyloniam, Perſiam, & cætera uſque ad extremas Indiæ partes: ſed ulterius naui filum huius itineris perficiendum eſt, quouſque per oppoſitum hemiſphærium per tam uarias ſcilicet Indianas inſulas tandem circulo completo, ad Hiſpaniæ litora perueniatur. Quando igitur mappam ſeu terræ deſcriptionem intueris, non imaginaberis ſuperficiem terræ eſſe ſic planam, ut in tabula eſt proiecta: ſed duas eius extremitates recuruata tabula in ſphæræ figuram, cogitabis eſſe connexas: ut qui eſt in Zipangri inſula, quam uides longe ultra Hiſpaniam in alto mari expoſitam, ſimul ſit circa extremas Indiæ oras, id quod uel ex ipſo numero longitudinis, quem circa æquatorem deſcriptum uides, colligere poteris. Nam ut extremus meridianus circulus Indianus habet cclx. ita meridianus qui Zipangri inſulam ab occidente circumſcribit, habet cclx. quum ſint unus & idem circulus, & mox ſequens meridianus habet cclxx. Et quoniam in hunc numerum incidimus, obiter indicabimus quid præferat. Solent mathematici terram ſicut & cœlum duplici metiri uia, ſecundum longum & latum. Latitudo attenditur à polo in polum, ſeu potius ab æquatore ad utrunque polum. Et nos hunc latitudinis numerum ſignauimu in utraque tabulæ extremitate tam ad dextram quàm ad ſiniſtram, numeris ab æquatore incipientibus & per decem diſcretis. Longitudo uero numeratur ab occidente in orientem, cuius initium Ptolemæus conſtituit in ultimis finibus Hiſpaniæ & Mauritaniæ. Et quanto regio uel ciuitas aliqua lõgius ab hoc initio & meridiano circulo uerſus orientem diſtat, tanto maiorem dicitur habere longitudinem. ut Calechut habet in longitudine circiter centum & quinque gradus, qui per quindecim multiplicati, oſtendunt Calechut M. D. LXXV. milliaribus Germanicis à primo diſtare meridiano, ſi gradus acceperis æquatoris, hoceſt, ſi gradus longitudinis numeres in parallelo Calechut, qui parum differt à parallelo æquatoris. Numerus igitur ille uerſus orientem extenſus, continuo creſcit donec tandem completo terræ circulo ad primum recurrat meridianum. Nam ubi primus longitudinis gradus incipit, ibi finem habet cccx. gradus.

TERRAE DIVISIO.

PRæter zonarum ac climatum diuiſionem, unde dierum noctiúmque potiſſimum colliguntur longitudines & contractiones, uetuſtiores Geographi terræ molem ſeu habitabilem ſuperficiem in tres diuiſerunt partes, nempe in Europam, Aphricam & Aſiam, quæ in ſua uaſtiſſima excurſione Indiam quoque ipſam complectitur, etiam ſi bona orbis pars illis nondum eſſet cognita. Nam multæ regiones orientales ultra clxxx. meridianum (ad quem Ptolemæus ſua exploratione peruenit) ſitæ, ueteres latuerunt, niſi forſan per Alexandrum Magnum, qui Orientem aperuit, nonnihil de exrema

Digitized by Google

India occidentalibus innotuerit. At hodie qualis illorum regionum sit facies, & quanta maiestate magnus Cham, Tartarorum scilicet Imperator, illis terris præsideat, Paulus Venetus & Haytonus edocent. Sic si ad Austrum spectes, magna pars terræ nostra tempestate explorata est, aut saltem circumnauigata, quam Ptolemæus ut incognitam reliquit: ab Hispanis uero quum in orientem nauigio contendunt, obambulatur & circuitur, ut paulo post diceremus. Quin & in oceano occidentali ferè nouus orbis nostris temporibus ab Alberico Vesputio & Christophoro Columbo, multisq; alijs insignibus uiris inuentus est, qui non abs re quarta orbis pars nuncupari potest, ut iam terra non sit tripartita, sed quadripartita, quum hæ Indianæ insulæ sua magnitudine Europam excedant, præsertim ea quam ab Americo primo inuentore Americam uocãt. Europa terminos habet ab oriente Tanaim fluuium, Mæotides paludes quæ eum fluuium recipiunt & pontum: A' meridie mare mediterraneum, quod apud Gades primum angustum, nec amplius decem millibus passuum patens, terras aperit atq; intrat: sed illico latissime diffunditur, & in orientẽ ad Syriam usq; extenditur, insulas magnas & paruas sine numero efficiẽs: id quod tibi typus noster pro sua mediocritate satis ostẽdit. Intuere igitur eũ diligenter. Porrò ab occidente habet ab Europa terminũ oceanũ magnum, & à septentrione oceanum Britannicum. Oritur Tanais non à montibus, ut antiqui senserunt, quum ducentorum milliariorum spatio circa Moscouiam, in qua Tanais fontes uisuntur, nulli montes inueniantur, sed latissimi ibi sunt campi, & multæ paludes. De hac re late differunt in hoc uolumine Mathias à Michou, & Paulus Iouius. Insigniores regiones Europæ sunt Hispania, Gallia, Germania, Anglia, Scotia, Dacia, Norbegia, Ibernia, Italia, Pannonia, Illyris, quæ hodie sunt Sclauonia, Carinthia, Bosna, Croacia, Coruatia &c. Post Germaniã sequitur Sarmatia, quę nostro æuo in plurimas abijt regiones, nẽpe Poloniã, Lithuaniã, Liuoniã, Moscouiã, Russiam, Podoliã &c. Post Pannoniã sequitur utraq; Mœsia, & Thracia, quæ hodie sunt Rascia, Seruia. Trãssyluania, Bulgaria & Valachia: itemq; Macedonia, Epirus, Achaia, & reliquæ Græciæ partes Europæ annumerantur. Hæ sũt ferè omnes & præcipuæ Europæ partes, præter insulas quasdã & peninsulas, ut sunt Britannia, quæ hodie est Anglia, Dacia, Suetia: & in mari mediterraneo, Maiorica, Minorica, Corsica, Sardinia, Sicilia, Candia, quæ & Creta &c. Hæc itaq; Europa licẽt cõparatione aliarũ terræ partiũ sit parua, est tamẽ cultissima & populosissima, ut etiam in ea re excedat totam Aphricam, nõ obstante quod illa in triplo aut quadruplo sit maior. Nã est tota habitabilis, præterquam in exigua parte, quæ scilicet ad septrentrionẽ uergit ubi propter frigoris uim habitari nequit. Habet multitudinem pugnacem, & quæ agros colat, & quæ urbes quoq; contineat. Affert fructus optimos uitæ necessarios, & metalla quæcunq; usui sunt. Similiter pecudum mitium exhibet copiam: at bestiarum

Digitized by Google

ſtiarum ferarumq; habet raritatem. Odores & lapillos magni ſumptus extrinſecus petit. Inſignior fluuius Europæ eſt Danubius, qui & Hiſter, originem ducens ex Sueuia Germaniæ, labens per utranque Pannoniam & Valachiam, & tandem ſexaginta nauigabilibus auctus fluuijs, & ſeptem magnis oſtijs in mare Ponticum ſupra Conſtantinopolim ſeſe exonerat, Montes uero inſigniores habet Europa, Pyreneos & alpes, Syluas autem, Herciniam & Bohemicã, etiam ſi illa Herciniæ à quibuſdam annumeretur. Hæc in genere de Europa dicta ſufficiant.

DE APHRICA.

APhrica altera pars orbis ad meridiem expoſita, & magnis ſolis ardoribus obnoxia, terminatur ab occidente mari Atlanico, à meridie oceano Aethiopico, à ſeptentrione mari mediterraneo, & ab oriente Nilo flumine, ſeu potius ut Ptolemæo placet, mari Rubro. Inſigniores eius regiones ſunt, Mauritania, Tinganica & Cæſarienſis, Aphrica minor, Numidia, Libya, Cyrene, Ægyptus, utraque Æthiopia, & Troglodytarum regio, præter mediterraneas quaſdam alias regiones nobis incognitas. Verum hodie hæc nomina ferè omnia præter Aegyptum euanuerunt. Nam loco prouinciarum maritimarum ſucceſſerunt Mauri, Barbaria, regnum Marochi, regnum Feſſa, regnum Thuneſij, quod ferè è regione Siciliæ in Aphrica locum habet, regnum Nubiæ ſub Ægypto, regnum Gambræ in litore ꝙceani occidentalis, regnum Melli & Nebeorum ad meridiem, de quibus & alijs Aphricæ meridionalioris maritimis prouincijs, ex nauigationibus Cadamuſti plurima diſces. Neſcio ſi hodie Aphricæ interiora loca ſatis ſint explorata, & à doctis cognita. Id unum omnes geographi fatentur, pleraque Aphricæ loca inculta, & aut arenis ſterilibus obducta, aut ob cœli ſitum humanæ habitationi incommoda, multo denique uenefico animalium genere infeſtata, ut uniuerſa regio magis ſit uaſta quam frequens, ſed ubi incolitur eximie fertilis eſt. Contra meridiem plurimum eſt deſerta ob nimios æſtus: quà uero Europam ſpectat, frequentior eſt illi cultus. Eximia agrorum fertilitas, utpote qui locis quibuſdam centeſimo fœnore cultoribus reddunt meſſem. Mirum eſt quod de Mauritaniæ ubertate dicitur, eſſe in ea uites, quas duorum hominum complexus capere non poſſit, uuarum racemos cubitales, arbores circa Atlantem proceritate inſigni ac enodi. Sed omnium nobiliſſima citrus, Romanis delitijs inſerta. Alit Aphrica elephantos & dracones, qui ipſis beluis inſidiantur, ſuoq; complexu enecant leones, bubalos, id eſt boues ſylueſtres, pardos, capreas & ſimias multas. Herodotus quoque cornutos aſinos ibi naſci aſſerit. Interiorem Aphricam inhabitant Nigritæ: & hæc quidem torret ſolis aſpectu & uicinitate. In medio eſt arenoſa, ad orientem deſerta, circa occiduum montoſa. Habet gentes non paucas, diuerſo uultu, & ſpecie horribiles. Regem ex ſacerdotibus creant, qui omnia facere debet iu-

Digitized by Google

xta patrios mores. Plures ſolis propinquitate nudi agunt, ouillis pelliculis pudenda obtegunt: alij omnino pecorũ ueſtiuntur pellibus. Pecuariam rem uulgo exercẽt, & ſunt pecora puſilla admodũ duri hirtiq; uelleris. Milij hordeiq; frequẽs eſt apud illos uſus, unde etiam potum cõficiunt, cæteris carẽt frugibus præter raras palmas. Quidã herbis uictitãt, tenuioribusq; harundinum radicibus. Hodie præſidet illis, ut Marcus Antonius Sabellicus ab ipſis locorũ indigenis ſe accepiſſe dicit, Prætoianes, ſeu ut uulgo aiunt, presbyter Ioannes, quem illi Giam, id eſt, potentem uocãt: nam aiunt illũ imperare ſexaginta duobus regibus. Garma eſt urbs regia, quæ non muris, ſed tabernaculis in ordinem digeſtis, ex ſerico, byſſo & purpura intextis extructa eſt. Bina meſſis eſt illis, & bina æſtas. Agnoſcũt etiam Chriſtum qui ubiq; terrarũ ſuos habet ultores: ſed quicquid Libycarum gentium ab hac Aethiopia eſt uſq; ad occidentẽ, omnes Mahumeti impietatem colũt, uiuuntq; eodẽ cultu quo barbari qui in Ægypto ſunt, & appellantur Mauri. Nugantur etiã quidam circa originẽ Nili habitare pygmæos, qui cubitum non excedunt, hominibus in figura perſimiles: recte incedunt, imperfecte loquuntur: tertio anno generant, & octauo moriuntur: uſu rationis carent, nõ colunt iuſtitiam, uerecundiam aut honeſtatẽ, ideo non homines ſed bruta cenſentur. Inſignior & maior Aphricæ fluuius, & toto orbe celebertimus, eſt Nilus, quem quidam aiunt oriri ex fontibus in extremis Æthiopiæ finibus, ferturq; per plures & uarias regiones, faciens plures inſulas, unam autem inſignẽ Meroẽ nomine per quam & Ptolemæus ducit parallelũ, qui finis eſt climatis primi atq; initium ſecundi. A ſolſtitio æſtiuo uſq; ad æquinoctium immẽſa aquarum mole ſingulis annis inundat, & adeo totam Ægyptum adducto limo fœcundat, ut ſegetes quatuor aut quinq; exactis menſibus, ad meſſem redeant. Et interim uulgus ab operibus uacans, otioſum indulget epulis ac uoluptati: & pecora in ſtabulis recluſa nutriũtur. Proinde ex incremẽto huius fluuij Ægyptij uim aut penuriam futurarum frugũ præuident. Nam quum Nilus duodecim cubitis tantum excreſcit, Aegyptus famem ſentit. In tredecim cubitis etiam annum eſurit: ſed quatuordecim cubiti hilaritatem adferunt: quindecim ſecuritatem, ſedecim delitias: quod iuſtũ fertur eſſe incrementum. Et quum huiuſmodi Nili inundationes agrorum limites confunderent, nunc minuendo, nunc mutando aut delendo ſigna quædã, quibus proprium ab alieno diſcernebatur, iterum atq; iterum menſurari eam terram oportebat: & ſic primi Aegyptij dicuntur inueniſſe artem geometriæ. Sunt in hoc fluuio crocodili: qui quum ex ouo ſimili ouo anſerino prodeant, creſcunt tamen: longitudine uitæ ad ſedecim cubitorum magnitudinem. Lingua carent, dorſum ſquamoſum habent præcipua duricie, ut nullo tormenti ictu poſſit uulnerari. Homines & animalia terreſtria flumini appropinquãtia unguibus diſcerpit. Habet quoq; Aphrica mõtes plurimos & maximos. inter quos præcipuus eſt Atlas, qui è media arenarum uaſtitate conſurgens, ultra

nubila

Digitized by Google

nubila caput erigit: & pars quæ ad oceanum extenditur, manat fontibus, nemoribus inhorrescit, & rupibus asperatur: non est tamen herbida sed nuda humo. Quà uero Aphricam spectat minorem, est opimus, nascentibus sponte frugibus, arboribus opacissimus, quæ uestiuntur lanugine sericis uellcribus nihilo uiliore. Vertex eius semper est niualis.

DE ASIA.

ASia tertia pars orbis, terminatur ab occidente ad Europam & Aphricam, hoc est, ad Tanaim & Mæotides paludes, & iuxta Aphricam ad mare Rubrum: à meridie uero habet mare Indicum maximum, & à septentrione mare congelatum, seu Scythicum: porrò ab oriente oceanum orientalem. Hæc pars orbis maior est Europa atque Aphrica, & habet regiones prouinciasq; innumeras, regna & imperia multa atque potentissima, montes & fluuios celeberrimos, uaria genera animalium & terræ nascentium, quæ in alijs orbis partibus non inueniuntur. Nam Arabia deserta in quadam conualli fert balsamum: & in altera Arabia quæ propter fertilitatem & fructuum copiam felix nominatur, producit calamum, myrrham, thus, casiam, cinamonum, ligna odorifera, & resinam suauissimi odoris, ut etiam mira fragrantia ex illa regione spiret ad eos qui in mari à longe adueniunt. Qui uero intra regionem degunt, propter nimiam rerum fragrantiam ac intolerabilem in sensibus percipiunt stuporem, ut cogantur etiam illam leuare bitumi nis suffitu & hirci barba Abundat quoque hæc regio auro optimo, ut etiam inter terræ glebas temere iacentes aureæ massæ glandium magnitudine reperiantur.

Ganges fluuius Indiæ nominatissimus alit crocodilos & delphinos, aliasq; horribiles beluas. Inueniuntur illic plurimi elephantes, & aues imitandum humanæ uocis sonum dociles. Mare quoque illud infundit litoribus gemmas & margaritas. In syluis uero inueniuntur lauri & baccæ. Est illic magna uis serpẽtum, squamis fulgorem auri reddentium. Circa litora Taprophanæ, quam hodie Sumatram uocant, uagantur passim cete, animalia monstrosa, & tantæ magnitudinis, ut colles quidam litoribus aduecti uideantur, quorum dorsum longo spinarum tractu exasperatur. Infestissima sunt ambulantibus in litore, ut nemo facile ex eorum faucibus effugere possit, si uisus ab eis fuerit. Habent tantos hiatus, ut sæpe nauem cum hominibus deglutiant. Iaua insula habet syluam nucum muscatarum. Mare Caspium gignit cristallum & iaspidem. Hircania habet in syluis tigres. Habet hoc animal multas maculas, & est miræ uelocitatis, ut etiam nihil adeo antecedat quod non illico assequatur. Eius potentia maxime prædicatur, quando maternis curis incitatur. Nisi enim raptores mox in mare præsidio fuerint, nullus astus uel fuga quantalibet liberat. Bactriana sicut & Arabia nutrit plurimos camelos Est animal hoc oneri ferendo accommodatissimum. Sitim in quatriduum tolerat, & quum

Digitized by Google

occasio bibendi data est, resarcit omnia præterita desideria. Turbulentas aquas captat, puras refugit. Cholchorum regio mel amarum producit, Babyloniæ regio crebris icta fulminibus, ex scatebris illis euomit bitumen ad lateres ædificiaq; opportunum. In Margiana & Aria aiunt sæpe reperiri uitem, cuius stipitem duorum uix hominum ulnæ complectantur: racemum uero duorum cubitorum longitudinem implere. Illic etiam uinum ad tres hominis ætates, id est, in nonagesimum annum perdurare, idq; in uasis minime picatis. India terra saluberrima bis in anno metit fruges, fert cinamomum, piper, & calamum aromaticum, ebenum arborem, psitacum auem, monocerotem bestiam, & beryllos, adamantes, carbunculos, margaritas, & alias gemmas. Caucasus mons Indiæ ea fronte qua soli obuersus est, habet arbores piperis, quas ad iuniperi, uel secundum alios, ad hederæ similitudinem fructus suos edere scriptores tradunt. Sed quid pergo ista enumerare? quum Marcus Venetus, & Ludouicus Vartomannus illarum regionum nostra ferè tempestate exploratores fuerint, & luculentissime conscripserint quid in Oriente uiderint: is quidem in India citeriori, & præsertim in Calechut: ille uero in India ultima, & magni Cham latissimo imperio. Lege libros ipsorum, quos in ipso uolumine simul collegimus & mira inuenies.

NAVIGATIO AB EVROPA AD CALECHVT Indiæ emporium nominatissimum.

NEque hominum memoria, neque Antiquorum literis proditum est, nauigationes illas in oceano factas, quæ nostro tempore fieri cœperunt. Ptolemæus quidem & Strabo, ambo insignes & toto orbe celeberrimi Cosmographi, nescierunt ultra Hispaniæ & Aphricæ occidentalia litora terram aliam, præter Gades & Fortunatas insulas, quæ & Canariæ, reperiri. Nec ulli alij mortalium post hos insignes uiros quicquam constitit de innumeris & maximis illis insulis, quæ medio itinere inter Aphricam occidentem uersus, & Indiam in oceano, nostro æuo sunt inuentæ. Sed nec apud ullum autorem inuenies mortales unquam ausos, ut sese committerent pelago illi uastissimo, quod ab occidente per meridiem in orientem ducit: imò putarunt Aphricæ terram usque adeo uersus meridionalem polum protensam, ut ob immensa frigora non liceret hac parte sicut nec per septentrionem nauem circunducere in Orientem. Quippe qui in hac fuerunt sententia, ut existimarint terræ molem, præsertim in Aphrica, æque uersus meridiem ab undis denudatam & habitatam ut in plaga septentrionali. Nam diuiserunt eam in quinque zonas, ex quibus duæ circa polos describuntur, frigidissimæ quidem, quod maxime absint à uia solis, & propterea à paucis habitentur hominibus. hisq; syluestribus, præsertim ea quæ subest polo arctico. Nam sub polo antarctico compertum est nullam esse terram, saltem solidam & cõtinentem. Aliæ duæ zonæ temperatissimæ habentur, quæ scilicet sequuntur

frigidas

Digitized by Google

frigidas zonas, quia non nimio frigore rigescunt, nec nimio solis calore exurũtur, quum limites habeant circulos arcticos atque tropicos, quibus interiacent. Arcticum circulum quidam aiunt esse quem ursa maior priore describit pede. Alij uero intelligunt circulum quem polus zodiaci reuolutione primi mobilis describit. Et distat is circulus xxij. gradibus & dimidio à polo. Tu si uolueris, poteris eum signare in mappam nostram. Nam habet locum ferè inter sexagesimum & septuagesimum parallelum. Sic enim licebit uidere quas regiones sibi uendicet zona illa temperata, quam complectuntur includuntq; circulus arcticus & tropicus cancri. Porrò si circa polum antarcticum etiam inter parallelum sexagesimum & septuagesimum circulum antarcticum pinxeris, qui unà cum tropico capricorni alteram continet temperatam zonam, uidebis in ea ferè nullam esse terram continentem, sed mare duntaxat & insulas quasdam hinc & hinc per oceanum sparsas, atque portionẽ aliquam ex interioti Aphrica in ea extensam. Cæterum quintam zonam aiunt esse inter utrunq; tropicum, & hæc ob solis continuos ardores uocatur zona torrida egreq; est habitabilis. Non est igitur, ut prisci putarunt, Aphricam in Australem frigidam & intemperatam zonã usq; adeo excurrere ut ob id orientalibus minime pateret per mare accessus in occidentem, aut contrà occiduis in orientem: quum hodie à Lusitania frequens sit nauigatio in Indiam & uiciniores orientis partes: non quidem per mare mediterraneũ, quum id ducatũ nequeat præstare nauigantibus nisi usq; ad Aegyptum & Syriã, non autẽ in Arabiam aut Persiam, aut etiã Calechut: sed per oceanum orbis circuitur meridianus, prætereũturq; multa regna, prouinciæ, populi, terræ & insulæ, donec tandem perueniatur ad sinum barbaricum, & hinc ad sinum Arabicum atq; Indicum. Quod ut sanius intelligas, aduerte tabulam terrenæ descriptionis, & ducam te ab Hispania in Calechut insigne emporium Indiæ, nõ quidem proximo itinere, quod est pet mare mediterraneum, & deinde per Arabiam aut mare Rubrum, tãdemq; per sinum Indicum, iuxta quem Calechut ponitur: sed per oceanum primo occidentalem, deinde meridionalẽ, & ultimo indicũ, quod iter hodie à Portugallis frequentatur, & ab Aloysio Cadamusto primi libri autore perquam diligenter describitur. Primum itaq; quum Hispani in Indiam traiecturi sunt, petũt Portum sanctum, Mederã, & septem Canarias insulas, quæ olim Fortunatæ dictæ sunt, Hispanis ferè omnes subiectæ. de quibus habes quarto, quinto, sexto & septimo capite nauigationis Aloysij. Hinc nauigatur ad Caput album, portum continentis Aphricæ, ubi est poli eleuatio xix. graduum. Lege de hoc portu caput nonum Aloysij. Relicto Capite albo & insulis adiacentibus, uenitur ad regnum Senegæ, quod sic uocatur à fluuio Senega, qui præterlabitur & irrigat ferè totam Aethiopiam, disterminatq; Azenagos à primo Aethiopum regno: de quo in xiij. capite Cadamusti. Haud longe ab ora huius fluminis est Caput uiride, promontorium

montorium insigne, sub eleuatione poli xiij. graduum, quod Ptolemæus uocat promontoriũ Æthiopum: de quo inuenies multa capite trigesimoquinto. Relinquitur etiam ad dextram in alto mari insula, quam Hispani appellarũt Boni uisus, quam nos è regione Senegæ fluuij signauimus. Relicto Capite uiridi ductore Austro peruenitur ad ostium fluuij Gambræ, à quo regnum Gambræ denominationem habet, fluitq; per anfractus & ambages multas, ut alter Mæandrus. Hinc nauigantibus offertur caput Sagres, ac deinde transito regno Melli, peruenitur ad caput Bonæ spei, quod corrupte & Hispanice De bona sperantza quidam appellant: & tenet extremam Aphricæ uersus meridiem partem, quam Pomponius frontem Aphricæ appellat. Nam hinc nauis sensim redit uersus æquatorem, ubi scilicet est regnum Melindæ, & Troglodytarum regio: apud quos est aurifodina quam Zaphallam uocant, insula scilicet haud longe à sinu distans Arabico: ubi etiam est insula Achiloa seu aquiloa, quam tamen alij uocant Chiloam, & distat sexaginta leucis à Zaphalla, uicinior quidem Arabiæ quàm Zaphalla. Omitto multa alia capita litorum, insulas & prouincias, quæ nullibi non occurrunt in tam uasto pelago, & signo duntaxat celebriora loca. Traiecto uero sinu Indico, peruenitur ad Chalechut, nobile illud Orientis emporium, quod toti fermè mundo mittit aromata, etiam si pauca illic crescant. Numerantur itaque à Portugallia ad Calechut mille & octogintæ leucæ, respondentibus uni leucæ quatuor milliaribus Italicis: non quidem recto itinere, sed in Austrum deflexo. Alioquin si ex mari mediterraneo mox liceret absque magno terræ spatio intrare mare Rubrum, longe proprior nauigatio esset per mare illud, quàm per oceanum, id quod oculorum iudicio facile deprehendere poteris, si utrunque iter in mappa aduerteris. Veneti quidem quum soli ante triginta annos Europæ præsertim occidentali aromata suppeditarent, priusquam illa nauigatio à Lusitanis esset adinuenta, à sinu Adriatico per mare mediterraneum Alexandriam adierunt, quæ iuxta Nili ostia situm habet, & hinc aliquo spatio terræ emenso, per mare Rubrum ad Calechut usque peruenerunt, itinere quidem breuiori, & quo commodius haberi nequit. Hæc uolui simpliciori lectori paulo uerbosius indicare, non ignorans Geographicarum, sicut & aliarum mathematicarum rerum inexperto nihil satis dici posse. De alijs ciuitatibus, prouincijs, & insulis, quæ ultra & citra Calechut ab Aloysio & Vartomanno sitæ describuntur, non est quod hic multa scribam, quum illi duo uiri satis exprimant, quot leucis, aut quanto spatio ad illam uel illam prorogentur plagam. Nos tamen situm Ormi insignis insulæ indicauimus, nempe sub sinu Persico iuxta tropicum cancri insulæ uestigium ponentes. Gulphal insula ponitur in sinu ipso Persico, id quod apud Cadamustum legis capite septuagesimo primo, at nos nullũ illi in mappa fecimus signum,

Nauigatio

Digitized by Google

NAVIGATIO CHRISTOPHORI COLVMBI ET Alberici Veſputij ad nouas inſulas.

CElebratur Alexander magnus toto orbe terrarũ, quod primus ferè pene trarit aperueritq; Orientẽ, nõ nauigio, ſed pedeſtri & tutiori itinere in illiũ deductus. Verũ parua erit laus illius, ſi cõparetur uiris illis qui noſtro æuo maria etiã incõperta ſulcare tẽtarunt, & occidẽtẽ ſua exploratiõe aperuerũt, innumeras inſulas hominibus & opibus plenas in uaſtiſſimo mari adinueniẽtes: de quibus hactenus nulli mortaliũ quicq; cõſtitit à duobus millibus annorũ & ſuprà, niſi fortaſſis Indis oriẽtalioribus & uicinioribus mãſiones illæ hominũ cõpertæ fuerint. Nemo inter doctos nõ putabat totã aquarũ uim à principio creationis in illud pelagus reiectã, & aquã ipſam illic in magnã coaceruatã molẽ, ut poſſibile nõ fuerit ibi aridã quoquo modo apparere: ſed falſi ſũt omnes qui in hac fuere ſentẽtia, quũ nullibi non in mari emineãt inſulæ, ſiue ad occidentẽ ieris ſiue ad oriẽtem, ſiue meridiẽ luſtres ſiue ſeptentrionẽ. Inſulas occidẽtales nẽpe Hiſpanam, Ioannã, Spagnollam, Cubam, Iſabellã, Antiglias, Canibalorum terram, Americã, & reliquas incognitas terras primi mortalium adinuenerũt Chriſtophorus Colũbus & Albericus Veſputius, labores innumeros exantlantes, dum hinc inde per uaſtiſſimũ & ſæuiſſimum æquor uagãtes, & innumera pericula ſubeuntes, nouas contendunt quærere terras, etiã lõgiſſime à patrio ſolo abducti, quippe qui adeo in meridiẽ digreſſi ſunt, ut polus antarcticus illis triginta tribus ſuſtollerctur gradibus, ſub qua eleuatiõe etiam inſulã inuenerũt in ampliſſimo ſitam mari, & Melcham appellatam. Reliquas uero pro maiori parte inter utrunque repererunt tropicum, tametſi non paucas etiam citra tropicum cancri deprehenderint. Porrò qui mores, & quis uiuendi modus ſit illarum terrarum indigenis & incolis, non eſt quod hic referam, lege nauigationem Columbi, quam inuenies pagina nonageſima prima, & item nauigationem Veſputij, pagina cxxij. & quatuor eiuſdem nauigationes, pagina clv. & edoceberis hæc omnia. Poteris etiam aduertere ſi orbis deſcriptionem adhibueris, qua linea, & quo itinere nauigationes ſuas ab Hiſpania in nouas inſulas inſtituerint, quæ mirabilia experti ſint.

CVRSVS PEREGRINATIONIS LVDOVICI VARTOmanni patritij Romani ad partes Indiæ.

ITer quod Vartomannus ad regiones Orientales fecit, fuit tale, Ab Italia per mare mediterraneum ad Aegyptum primo demigrauit, & hinc per littus eiuſdem maris uerſus ſeptentrionem conſcendẽs, ad Beryntum, Tripolim & Antiochiam, quæ ferè omnes ſunt maritimæ, peruenit: & ab Antiochia paululum uerſus Orientem digrediens, Damaſcum adijt. Hinc itinere quadraginta dierum & noctium ad Mecham conceſſit, quæ urbs in Arabia deſerta quadraginta mille paſſibus, hoc eſt, magna dieta à litore maris Rubri, præſertim ab oppido Zida, quod portus eſt maris elegans, ſita eſt. Pertranſijt tamen

Digitized by Google

men medio itinere urbem Medinam, in qua gens cæca Saracenorum uenera tur corpus Mahumetis sui. A' portu Zida per mare rubrum uenit ad Aden Arabiæ felicis urbem pulcherrimam & famigeratum emporium: lustratisq; multis Arabiæ urbibus, commissus pelago, ut ad Persiam nauigaret, tempe state iactatus peruenit in Aethiopiam, & illinc abscedens in Persidem uelifica uit, ubi multis cõspectis urbibus, ad Ormum ciuitatem & insulam insignem se transtulit. Ab hac rursus soluens, ad Cambaiam Indiæ urbem haud pro cul ab Indo fluuio positam concessit. Et digrediens ad alias uicinores urbes, nempe Ceul, Canonor, Decham, & alias quasdam: tandem ad Calechut per uenit. Et ab hac in ulteriorem profectus Indiam, uisis uarijs urbibus, atq; mul tis insulis, præsertim quæ species mittunt aromaticas, postliminio redit ad Calechut: & hinc cum Lusitanis in Europam reuersus, ad Hispaniam perue nit, & tandem ad Italiam patriam suam. Marci Pauli Veneti iter hic non du xi explicandum, quum ferè nullam signarit prouinciam, quam per transierit præter Armeniam, & quasdam circumiacentes regiones, ad quam traiecto Bo sphoro & Euxino mari peruenit. Ab Armenia uero quas regiones permeaue rit, donec ad extremos Schythas, qui hodie sunt Tartaria magna, peruenit, non scribit: rediens tamen ab oriente ad occiduas partes, signauit plures. Id u num ex sententia agit, ut nobis diligenter describat Orientem, tam terram cõ tinentem quàm insulas meridionales & orientales, potissimum quicquid loco rum est sub ditione magni Cham. Presbyteri quoq; Ioannis facit mentionẽ, quippe cuius regnum conterminum ait imperio magni Cham, quum tamen cæteri ferè omnes regem illum in Aethiopia Aphricæ haud longe à Troglodi tis dominari asseuerent. Sic enim habes apud Aloysium cap. sexagesimo, nẽ pe presbyterum Ioannem in Aphrica circa regnum Melindæ confinem esse Sultano. Idem sentit Ludouicus Vartomānus libro secundo, capite deci cimoquinto. Nondum hunc soluendum tibi lector relinquo.

Scio & alios quosdam fuisse in hac opinione, qui putaue runt sedem presbyteri Ioannis fuisse in ori ente, sed aliud hodie & certius quidem edocemur.

Digitized by Google

NAVIGATIO AD TER-

RAS IGNOTAS ALOYSII CADAMVSTI, ARCH-angelo Madrignano interprete.

CAPVT PRIMVM.

QVVM ego Aloysius Cadamustus è Venetis patritijs primo animum induxerim sulcandi eius Oceani, qui à freto Gaditano per insulas Fortunatas, & Aethiopas inferiores uersus Austrum tendit: quumq; ibi pleraque scitu cognituq; non indigna deprehenderim, ut fiat testatum posteris, animo mihi hæsisse, hactenus incomperta quærere, & adire inaccessa, prout rebus memoria suppetet, excipiam & prosequar calamo, donec earum memorabilium rerum quæ uidi, & locorum quæ coràm adiui, ueram prorsus efficiam historiam: quæ omnia si nostris conferantur, alterum profecto orbem efficient. Et si ea forte minus ordinate abs me describentur in rerum tantarum uarietate, non sum tamen defuturus, quin historiam ueram denarrem, & ubi ferè incredibilia & prodigiosa occurrent, licet uera, temperabo tamen de industria, & sciens citius nonnulla sum prætermissurus, quàm uel minima citra ueritatem relaturus. Primus igitur qui memoratum Oceanum & Æthiopiam supradictam adire est aggressus, post protoparentem nostrum Adam (unius Plinij historiam excipio) is fuit nostro æuo illustrissimus D. infans Don Huric natus Lusitaniæ rege illustrissimo Don Ioãne: qui quidem princeps infans, licet sui nominis prædara, & propè innumerabilia percenseri possent, prudens præteribo omnia in præsens, id unum haud prætermiserim, quòd Christi seruatoris nostri almæ fidei eximie studuit, & nihil magis in uotis gessit, quàm nomen Christianum à barbaris & Dei hostibus asserere, matrimonij expers fuit, adolescentiã suam castitate mira honestauit, domi & militiæ strenuus, Mauros sæpenumero fudit, & bello clarus euasit. Quum itaq; eius genitor dissolutionem corporis sibi imminere conspiceret, annorũ iam plenus, prius naturæ nõ concessit, quàm salubertimis præceptis filium monuerit, ut, uidelicet, sacratissimam Christi fidẽ animo inconcusso illibatoq; coleret, nec deesset suis uotis, quibus instituerat Christi hostes debellare, & sancto nomini reddere subiectos. Adiecit etiam ad hæc, ut Lusitaniæ gentis, & in primis patritiæ Cordatæ meminisset: & ut paucis absoluã, sæpe dictus illustriss. Don Huric patris monitis libens audiuit: fato iam functo parente, fratre tamen patrocinante, qui regno ætatis concessu successit. Huic nomen fuit Don Daruth, cuius auspicijs Mauros male accepit, qui id regnum occupant, quod

Don Hurie

Don Daruth

Digitized by Google

Fesse dicitur: quod quidem regnũ incipit ab Ampelusia promontorio Mauritaniæ, nõ longe à Gadibus, & mari Atlantico alluitur, & uergit ad Austrũ. Singulis igitur annis ex instituto Mauros lacessens, celoces suas mittebat, quo ad id promontorium deuentum est, quod Caput de non appellatur ab incolis, argumento, quòd qui ultra dictũ promontoriũ iuere, nõ sunt regressi, & ibi prisci nautæ terminũ semper constituerant suæ nauigationis. Hucusq; itaq; celoces principis deuenere, nec ausæ sunt ueterem terminum excedere. Quæ ubi principi sunt renuntiata, animum accendunt magis peragrandi oris. Instituit propterea rursus ceptam prouinciam persequi, & promontoriũ Capitis de non aliquando transcendere dijs fauentibus: quoniam celoces Lusitanæ omnibus Oceani Liburnicis eximie præstant. Et quũ iam ad id opus nauandum præsto essent nõnullæ Celoces, censuit non difficulter posse nauigare uastum Oceanum, cupiens admodum loca hactenus inaccessa adire, & nouos populorũ Africæ ritus uidere: quibus omnibus exploratis, in promptu haberet Mauros pro arbitrio profligare, & suæ ditioni addere. Iussit itaq; celoces ternas expediri, cum armamentis, cum etiã commeatibus ferè omne genus, quibus uiros strenuos præfecit. Qui dicto principis audiẽtes profecti sunt, & dictum promontorium Capitis de non, litus haud deserentes, per centum ferè miliaria præteriere, & quum nihil præter iucultam tellurem, ac omni habitatore uiduam comperissent, domum regrediuntur. Quum igitur princeps de nouis populorum Africæ moribus ac locorum sitibus, ex his nauigationibus nihil adhuc comperti haberet, rursus classem communit omni genere annonæ, & rebus omnibus, quibus hostes propulsare quirent, & suos diutius alere, data lege ut tamdiu nauigarent, donec superiores suorum nauigationes per centũ & quinqnaginta miliaria excederent, & ultra (si eis uisum foret) progrederentur, quos pro labore tanto innumeris promissis onerat. Qui principi obsequẽtes, uela dedere, & quum nihil nacti fuissent nisi uastũ & sterile solum, rediere. Quibus non obstantibus, princeps indies fit auidior nouarum rerum, animusq; accendebatur magis, ut assolet, in rebus uetitis: quare iam tertio mittit, qui terram huiusmodi explorent. Et, ut breue faciam, tantis per annis singulis nouos expediuit nautas, donec ab Arabibus cultam terram inuenit, qui in desertis uitam trahebant: & paulo ultra progressi, nouos populos inueniunt, qui Azanegi appellantur, uiri coloris subcinericij, de quibus in sequentibus latius dicturi sumus. Et postremo iam ipsis adnauigantibus, tellus Æthiopum inferioris Africæ, quæ Oceano adiacet Australi, apparuit, rursusq; indies nouos populos, cum idiomate, tum etiã ritu & moribus differentes nanciscuntur, ut lectori diffusius deinceps liquebit.

Caput de Nõ

Azanegi

Caput

CAPVT SECVNDVM.

QVum igitur ego Aloysius forem Venetijs, quæ urbs mihi solũ est patrium, anno à partu uirginis M. D. IIII. annum agens alterum & uigesimum: & quum iam ferè nostri maris, quod mediterraneum appellant, litora omnia lustrauissem, decreui in Celtogalliam iterum contendere, quò aliàs iueram commercij gratia: ea enim est regio Galliæ, quæ ab Oriente terminum habet Rhenum fluuium, à Septentrione Oceanum Britannicum, in quem exonerat Rhenus prædictus, & ibi nobile emporium uisitur, Brugim appellant, nullis emporijs Septentrionalis regionis postferendum, & eò lucri causa contẽdebam. Quũ ergo illò proficiscì decreuissem, accinxi me itineri, nõ quidẽ multis onustus pecunijs: nam paucissimi census erãt, & Liburnicas, quæ eò tendebãt, conscendi duce Marco Zenone equite splendidissimo, prius Christi nomine inuocato: Venetijs soluimus anno Christi memorato, Augusti octaua luce, & prosperis auspicijs uctus institutum inter nauigandum obseruãtes, iter agentes per certa hospitia, hoc est, ad consueta loca applicuimus semper, donec in Hispaniam deuentum est. Et quum ui ingentis tempestatis ducti applicuissemus ad id promontorium, quod Sacrũ Ptolemæus appellat, in Oceanũ uaste prominens, nunc Caput sancti Vincentij: forte fortuna nõ longe ab hoc portu princeps infans per id tẽpus in oppido, cui nomen est Reposera, agebat animi caussa. Is ut accepit nos aduentauisse, ad dassem nostram internuntium mittit uirũ, à suis secretis egregium, Antonium Conzallem nuncupabant, comite patricio Veneto, qui illic consulem Venetæ gentis agebat, ut diplomata Venetorum principum sigillo insignita declarabant, quicq; sub principe infante stipendia merebat. Adiuere itaq; nos ex præscripto principis, saccarum ferentes promercale, sumptũ ex insula Mederæ, quæ Oceano Atlantico innatat, è regione Mauritaniæ: tulere etiam cõmercij gratia sanguinem draconis, & alia pleraq; sumpta ab insulis principis prædicti. Dum igitur de saccaro, & alijs mercimonijs sermo fit inter nos, ut assolet merces commutantibus, percunctamur Lusitanos, unde hæc tam prædara eruerint, & regiones locáque scischscitamur: plura referunt, principem suum subegisse gentes innumeras, Christiano nomini hactenus incompertas, unde & saccarum, & draconis sanguis, & alia quamplurima naturæ cõducentia exportãtur: addidere etiam ad hæc, parua esse quæ retulissent, si cõferantur cum alijs rebus, quas prædare dictus princeps egerat: aperiuntq; nobis hunc principem egregium inaccessa maria sulcauisse per internuntios nautas, nouasq; regiones peragratas, domitas prodigiosas gentes, res miratu dignas repertas: unde innumera lucra comparantur, adeò ut ex nummo denos efficias, nullumq; fœnus esse, quod lucrum superet huiuscemodi. Hæc illi sedulo denarrabunt, mirantibus nobis &

Celtogallia.

Brugis.

Sacrũ promont.

Digitized by Google

obstupescentibus præ rerum euentu cõspicuo. Ea igitur me inter cæteros accendunt lucri auidissimum: statui propterea hunc principem coràm adire, ut si forte & nobis sulcandi dicta æquora potestatem faceret: quoniam suum est eius freti uectigal, custodit propterea ipse Gaditanum fretum non incuriose. Responsum habui ab eis, qui classem nostrã, ut præfeci, adiuerant, me non difficulter impetraturum à principe, ut meo desiderio fiat satis: uerum scirem duorum optionem principem daturũ, utrum uellem, sumerem. Conditio hæc est: qui celoces sua impensa expedit, suoq; periculo agit omnia, is earum mercium quas ferret, principi quartam det partem, ex uetere instituto: aut princeps suo impendio classem expediat, quo ad armamenta & illa omnia quæ tueri possunt naues ab incursu hostium, reliqua ageret qui merces ducit, & quum redijsset, principi dimidium daret omnium: & ubi nihil mercis ex nauigatione allatum fuisset, omnem impensam & operam luderet mercator: licet haud dubie constet, eos qui illò contendent, consequuturos lucrum non mediocre: adiecit etiam principem, si qui è Venetis regiones prædictas inuisere uoluerint, id facillime cõcessurum, imò fauturum plurimum: quandoquidem sibi persuadebat, aromata omne genus, & alia pleraque mihi nautas reperturos, quæ in primis Veneti super omnem gentem callent ad amussim. Propterea principem prædictum adiui, qui me etiam ultra quàm par erat, honorifice excepit, & ea omnia quæ ex relatu suorum acceperam, præsens comprobauit: hoc etiam plus addidit, modo cœptam prouinciam non desererem, se ingentissimis fauoribus & gratijs prosequuturum hoc celebre uotum. Quibus auditis, apud me hæc omnia pensitatius reuoluebam, uegetam ætatem, habilitatem corporis, uires & ingenium, quæ omnem laborem subire poterant: & peragrandi orbis percupidus, accendebar magis, quum præsertim nullus è conterraneis meis hæc aggressus esset, non diffidens ex his magnis laboribus me aliquando, & honorem & emolumentum reportaturum. Decreui prorsus uotum meum absoluere, percunctaturus primo negotiatores Lusitanos, quas merces magni facerent Nigritæ, Æthiopes, & Australissimæ gentes. Redij demũ reuisum eos, qui Liburnicas in litore habebant, & ea quæ in Celticam Galliam uehere institueram, uni affini meo cõmendo, & mercatus Liburnicas, quæ nauigando itineri facerent satis, ad cõtinentẽ applicui. At naues Venetæ in Galliam uela fecere.

Quando

Quando abierint Liburnicæ, & quibus uentis uela fecerint,

CAPVT TERTIVM.

QVum igitur eò loci me adhuc continerem, quem Caput ſancti Vincentij appellant, aliter promontoriũ Sacrum, ut præfati ſumus, id gratum principi admodum fuit, excipiebat me propterea ſolito magis honorificentius, & elapſis quampluribus diebus, iubet celocem armari, quæ uehere dolia nonaginta queat: cui præfectus erat Vincentius Lagus incola oppidi cuiuſdam à dicto promontorio diſtantis milliaria ſedecim. Celocem uero muniunt omni commeatuum genere, & earum rerum præſertim, quæ nautis uictum diuturniorem ſuppeditarent. Deorum itaque implorato auxilio, à promontorio ſoluimus die uigeſimo & altero Martij, anni M. D. V. flante uento Apeliote & Borea: & primo uela dedimus uerſus inſulam Mederæ iter agentes, eundo ad quartam Lebegij Occidentem uerſus itinere recto: die uigeſimoquinto Martij applicuimus Mederæ per Portum ſanctum circiter meridiem. Diſtat dicta inſula à Sacro promontorio ferè milliarijs ſexcentis.

Deſcriptio Portus ſancti & rerum in eo memorabilium,

CAPVT QVARTVM.

HÆc inſula ſancti portus parua admodũ eſt, utpote quæ uiginti quinque milliarium circuitu patet, circa ſeptimum & uigeſimum annum à nauibus prædicti principis reperta. Hanc Luſitani iuſſu ſui principis incolunt, aliâs à noſtris nunquam cognitam. Huic moderatur Bartholemæus Polaſtrus dicti principis alumnus. Fert hæc inſula innumeras fruges, triticum, ſiliginem, & alia id genus, boues, iuuencos, apros, & in primis cuniculis ſcatet, eſt ibi ſanguis draconis, qui lachryma eſt arboris: nam ſtato anni tempore arbores ferro ſauciant, quæ ubi ſunt inciſæ, anno ſequente gummam emittũt per inciſiones. Gumma uero ahenis decocta & defecata, ſanguis efficitur, quem appellant draconis. Eius arbor producit fructum ceraſi inſtar, menſe Martij guſtu eximium, coloris Veneti. Inſulam circumuectis conſtat piſcium ubertatem maximam eſſe in primis dentalium, & oſtrearum. Portu caret, ſtationem uero habet perquàm commodam ab omni uentorum afflatu tutam, excipio Subſolanum & Vulturnum, quibus haud tuto nautæ ſe freto committerent, hæc Portus ſanctus appellatur: mel gignit ſuauiſſimum, adeò ut nullibi ſit præſtantius: ceram quoq; producit abunde: nam ibi apum conſertiſſima cernuntur examina innumerraq;. *Sanguis draconis.*

Digitized by Google

MONCHRICVS PORTVS INSVLAE Mederæ,

CAPVT QVINTVM.

ILlinc die uigesimo septimo soluimus, uidelicet, ab insula Sancti portus, & eadem die portum Monchricum applicuimus: is est insulæ Mederæ portus, qui abest à portu Sancto milliarijs quadraginta, & ni nubes cœlũ inumbrauerint, altera alteram uidet.

DE INSVLA MEDERA EIVSQVE præfectis,

CAPVT SEXTVM.

Medera unde dicta.

MEdera insula auspicijs & opera infantis principis colitur, frequens est habitatore. Hæc igitur à Lusiranis incolitur ab annis quatuor & uiginti, aliàs incognita: huic præfecit princeps uiros duos egregios equites: primo nomen est Tristanseræ, & hic mediæ insulæ moderatur: alteri Ioanni Gonzalæ, qui insulæ quod supereſt moderandum suscepit. Et huic insulæ nomen inditum est à copia lignorum: id enim indigenarum lingua medera significat: argumento quòd quicquid inibi erat soli, totum id syluis opacum condensissimis conspiciebatur. Operæpretium igitur fuit his qui primo colluere insulam, ut igni multo compurgarent: qui adeò grassatus est aliquando, ut etiam uiros corripuisset, ni propè aquis humerotenus immersi, sibi cõsuluissent. Nam dictus Ioannes Gonzales, ut ignem euaderet cum coniuge & natis, famem bidui iugiter in aquis tolerantissime sustinuit. Igne igitur expurgata insula, semini præparatur idonea. Hæc quatuor è partibus colitur; una appellatur Monchricus, altera Sanctæ crucis, tertia Fonzala, ultima Iohannis camera. Et licet quamplurimas alias habitationes habeat, hæ sunt tamen potissimæ. Si uiri percensendi forent, hi proculdubio octingenti essent, è quibus seligi possent equites centum. Insula circuitu patet quadraginta milliarium, portum non habet, uerum peropportunas stationes: feracis est soli, licet saltuosa, instar Siciliæ, scatet tamen frugibus ferè innumeris, legit quotannis tritici scaria 30000 Venetorum: desijt tamen esse feracissima, licet fertilis adhuc plura producat, nam frequentiore semine attrita est: quoniam indies aratur, atteritur magis. Regio est irrigua fontibus, & amnibus conspicua, octo uisuntur ibi, qui insulam interfluunt: & ibi aquaticæ serræ, quibus in assamenta secantur ligna, & alia id genus efficiunt, ut sunt mensæ tripodes, quibus ferè Lusitania omnis condecoratur eximie, necnon circumadiacentes regiones exornantur. Assamenta ibi multijuga uisuntur, aliàs dedolantur in mensas ex cedro miri odoris, nec absimiles cupresso. Ex alijs fiunt abaci, tripodes,

Digitized by Google

tripodes, cophini, scrinia, & ferè omne genus receptacula, & in primis ex nasso fiunt pulcherrimæ, quæ quasi purpurei sunt coloris. Quoniam uero hæc insula frequentioribus irrigatur fluminibus, memoratus princeps saccareum harundinetum ibi plantari iussit, ex quo saccari quamplurimum legit: inde ueniunt scitissima saccara toto orbe præcipua, primæ decoctionis, necnon mixta, & quantum ex aliorum relatu colligere quiui, indies meliora saccara sperant: quoniam ea insula temperie cœli meliore saccarum suapte natura gignit: nam ea qualitas est plagæ illius, quæ Cypri, & Siciliæ: nunquam algent, & ibi bellaria, & tragemata ex saccaro omnium generum, melliſque plurimum. Ceræ quidem satis, sed non tantum: uineas habet non despicabiles, in quibus taleas & malleolos maluatici plantare iussit princeps infans, afferuntur ex Creta insula, quam hodie appellant Candiam: uberes sunt uineæ, cœlo ad id inclinante: uites plus uuæ quàm foliorum ferunt, racemi proceriores, ut mensuram quatuor palmarum excedant, res uisu conspicua miraq; uoluptate afficit intuentes: & ibi uuæ quibus color est niger, in arcuatis pensiles. Inde etiam exportantur ex nasso arcus celebres, qui feruntur in Occidentem, & fiunt ligna apta arcubus conficiendis. Et ibi paui quàm plurimi sylueſtres, colore ad albedinem inclinato. Perdices, neque id genus alia ibi uidebis, præter coturnices, & apros innumeros in montibus. Memini etiam ab indigenis accepisse, ibi quum primo culta est insula, copiam maximam columborum fuisse, quibus capiendis non alia arte usi sunt aucupes, quàm alligato perticæ uncino ex arboribus, quibus illic insident, traherentur, ad se non pauentibus auibus, sed mirantibus ueluti ad rem non uisam hactenus: quoniam nullo habitatore humano culta fuerat insula, à solis auibus & feris habitata. Fidem huic rei maiorem adstruit altera insula nostris temporibus reperta, natura nõ absimilis, præsertim in auium aucupio: ea utraq; humani ritus expers fuerat: animalia ibi quamplurima usui humano apta: uiri illic etiam census non mediocris, complusculi dites ac locupletes: omnis insula adeò culta est, ut uiridarium & hortum repræsentent amœnissimum, quicquid ibi legitur ueluti aurũ est. Et ibi celeberrima diui Franciſci cœnobia uitæ obseruantioris sanctioriscp. Accepi etiam ab incolis fide haud indignis, uuas etiam matureſcere circiter sanctam hebdomadam.

Saccarum

Vuæ uernæ.

Digitized by Google

Canariæ insulæ numero decem,

CAPVT VII.

A Dicta insula Mederæ Austro flante soluimus, quo duce iter confeci-mus, donec insulas Canarias applicuimus, quæ absunt à Medera ferè milliarijs cccxx. Hæ sunt decẽ numero, septem cultæ, tres desertæ: quæ colun-tur hæ sunt, priuis priua nomina. Primæ nomen est, Fractæ lanceæ: secundæ, Magnæ sortis: tertiæ Grancamariæ, quartæ Teneriffæ, quintæ Gieneræ, sextæ Palmæ, septimæ Ferro. Nec id est prætereundũ, quod ex memoratis septem insulis, quatuor Christianum nomen colũt, uidelicet, Fractalancea, Magna-sors, Gienera & Ferrum. Tres uero quæ supersunt è septem, idolis seruiunt. Christianis insulis præest eques nobilissimus, qui Ferrara nuncupatur, oriũ-dus ex urbe Sibilia, ditionis Hispaniarũ regis. Qui colunt has insulas, uiuũt pane ordaceo, carnibus, & lacte plurimo, & in primis caprino, quibus abun-dant. Hæ uini & tritici impatientes sunt, nisi aliunde importetur eis, prorsus carent: fructus ferè nulli, reliqua uero optima: scatet onagris, id est, syluestri-bus asinis, præsertim ea quæ dicitur Ferrum. Distant inuicem hæ insulæ mil-liarijs quadraginta: atq; ita alia respicit aliam, ut de industria continenterq; subordinatæ uideantur, & Orientẽ prima, ultima uero Occidentẽ respicit.

Quarum sint rerum feraces Canariæ,

CAPVT VIII.

EX his insulis aduehitur herba, quæ Oricola dicitur, cuius colore uestes inficiuntur, quæ quidem herba Gades in sinu Sibiliæ comportatur, & illinc in Orientem, & demum in Occidentem itur: exportatur etiam inde co-rij hircini copia ingentissima, quod cæteris præstat: seui plurimum, casei uero multum: & incolæ harum quatuor insularum nomini Christiano parent, & Canarij dicuntur. Idiomate differunt, adeò ut alter alterum haud intelligat. Mœnia non habent, sed uicos undequaque patentes, uerum in eminentissi-mis montibus specus excauãt, ubi degunt tuti ab omni impetu hostili. Sunt hi montes suapte natura ferè inaccessi, ideo inexpugnabiles, perinde ut nulla uis eò penetret, nisi una fames aditum præberet: & ambitus minoris harum insularum nõ minus patet milliarijs nonaginta. Tres uero quæ idola colunt uastiores sunt, & frequẽtiore habitatore, præsertim Canaria magna, quæ ho-minibus circiter octo millibus exornatur. Teneriffa autem trium maior est, hominũ quindecim millia, si utrũq; sexũ spectes, emitteret. Palma uero rari-simo est habitatore, uisu tamen cõspicua, & delectabilis admodum. Id etiam apprime est dignũ scitu, quòd nulla alia de causa hæc regio est propè inexpu-gnabilis, nisi ob situs locorũ propè inaccessos, & strenuã gentẽ: fitq; propte-rea ut subdita sit nemini, licet pluribus sit lacessita prælijs. Nec silendũ puto de insula Teneriffæ, quæ & eximie colitur, & inter orbis insulas est eminẽtior.

Nam

Digitized by Google

Nam cœlo sereno eminus cõspicitur, adeò ut qui absunt ab ea ad leucas Hispanas sexaginta uel septuaginta, non difficulter eam intueantur: & si leucarum rationẽ colligas, miliaria ducenta quinquaginta excedunt. Quod cernatur à longe, id efficit acuminatus lapis adamantinus, instar pyramidis in medio. Qui metiti sunt lapidem, aiunt altitudine leucarum quindecim mensuram excedere ab imo ad summum uerticem. Is lapis iugiter flagrat instar Ætnæ montis, id affirmant nostri Christiani, qui capti aliquando hæc animaduertere. Hi præfectos habent nouem, quos duces appellant: nec iure hæreditario succedunt, sed ius est in armis: inuicem digladiantur, & sæuiunt ut beluæ, armis carent, quia ferrum nõ habent, uerum lapidibus & scipionibus res geritur inter eos: nam lignis acuminata cornua adfigunt, ut uicem ferri gerant: nudi ferè omnes incedunt, tamen nõnulli auerse & aduerse pellibus caprinis teguntur: carnem inungunt seuo hircino condito herbarum quarundam succo, ut cutis effecta densior algorem toleret facilius: licet ibi uix algeant, quoniam ad austrum sunt positi: domos non habent, neque mapalia, nec quidem uiles casas, uerum specus & cauernas montium incolunt: ordeo, carnibus, & caprino lacte pascuntur, abundant nonnullis fructibus, & in primis ficis, metunt fruges mense Martij & Aprilis: fidem habent nullã, nec Deum norunt, sed alij alia idola colunt, solem nonnulli, & alij lunam, & planetas, superstitiose admodum idolis seruiunt: mulieribus quidem in promiscuum non utuntur, sed pro arbitrio ducunt innumeras: uirgines cõiuges prius non accipiunt, quàm à principe deflorentur, & id apud eos ingens decus & honos ducitur. Verum si quis forte argutulus diceret, unde hæc nosti? Id pro responso nobis erit, Incolas, uidelicet, conterminarum insularum quæ Christo parent, ex instituto uitæ consueuisse hos infideles crebris incursionibus lacessere, noctu præsertim: & ubi alquando in congressu succumbunt infideles captiui ducuntur sexus utriusque, qui sic capti in Hispaniam mittuntur, hæc nos docuere. Vsu euenit aliquando, ut è nostris corripiantur aliqui, quos Canarij ad contumelias seruant, & ut publico sint ludibrio, lanij officio fungi eos cogunt, eis que exenterandis bobus & suibus addictis, quod apud eos ignominiæ specimen & dedecoris ducitur magnum: tantisper captiuitatem tolerant, donec permutatione aliqua redimantur. Seruant etiam alium morem Canarij inaugurandis principibus. Nam quum sceptra suscipiunt, complusculi sese offerunt certatim in memoriam & honorem noui principis morituros, & sponte quispiam uitam deuouet: congregantur propterea in ualle deuexa, & ibi peractis nonnullis cerimonijs, ac prolatis uerbis quibusdam, ille qui sua morte festũ principis est exornaturus, se dat è rupe præcipitẽ, perinde ut ferè in frusta concisus exanimetur. Pro qua re quoniam fit in gratiã principis, debet princeps superstitibus agnatis defuncti,

Leucæ Hispanæ.

Adamas miræ altitudinis.

Digitized by Google

defuncti, proſequuntq; eos beneficijs, ac fauoribus innumeris. Hūc morē licet ipſimet improbēt, ſeruant tamen, & pro cōperto habemus uerū eſſe quod retulimus: ſaliūt mirum in modum agiles ſupra quàm referre queam, inſtar funambuli & petauriſtæ corpora librant, & ut hinuli de ſaxo in ſaxū migrāt, licet multum diſtēt, & id nudis pedibus: lapidem iaciunt ultra aliorū iactum, & quicquid prò ſcopo ac ſigno dederint, nuſquam aberrant: uim maximam ac propè incredibilem lacertis inferūt, adeò ut uno uel altero ictu umbonem infringant. Memini dum illic agerem uidere è Chriſtianis Canarijs quendā hoc ludicri genus agentem: conditionem proponebat, propoſitamq; ſancie bat pignore, uiris tribus mala Aſſyria duodena dabat, ut omnes ea iacerent in eum, nec propius accederent quàm ad octo uel decem paſſus, aberraturos omnes adſeuerabat: nec ipſe eorū poma medica tangere uolebat, niſi manu repercutiendo, alioquin inanes illorum iactus futuros prædicabat. Ille uero duodecim ſumebat, & in uiros prædictos uibrabat, nullo aberrāte. Abnuēre conditionem omnes, quandoquidem probe nouerant quantū præſtaret corporis dexteritate, nec eos latebat ipſum etiam plura facturum quàm iactauiſſet. Hæc ſumma eſt igitur, ipſos Canarios mobilitate ac agili natura ferè omnes anteire mortales. Hi etiam eximium cultum cenſent, herbarum ſucco tingere corpora colore multiplici, modo Puniceo, Praſino modo, nōnunquā Veneto, aliquando cœruleo, & nihil cultius ornatiuſ ue ducunt colorum uarietate, & hæc pictura eſt eius ornatus apud eos, cuius ornatiores ueſtes apud nos ſunt. Ex his inſulis igitur Canarijs, duas ego Aloyſius præſens inuiſi Gomorram, uidelicet, & Ferrum. Palmæ quidem applicui, uerum nuſquam daſſem deſerui, ut cœptum iter conſummarem.

Deſcriptio Capitis Albi cum inſulis proximioribus.

CAPVT IX.

SOluimus ab hac inſula flante Auſtro Æthiopiam uerſus, & breui peruenimus ad id loci, cui Capiti Albo nomē eſt, abeſtq; à Canaria miliarijs ferè ſeptingētis ſeptuaginta: & illud præſertim eſt ſciendū, quòd qui à Canaria inſula ad Caput Albū proficiſcuntur, hi litora Africæ nōnihil deſerunt: quoniam qui Auſtro ducūtur, ad læuam Africā relinquūt, quantoq; magis quis ducit naues in altū, tanto minus continentis uidet, quia Canariæ inſulæ plurimū abſunt ab litore Africæ Occidentē uerſus. Igitur nautæ tamdiu abſunt à litore dum nauigant, quoad ultra medietatē itineris peregerint, quo inſula Canaria à Capite Albo abeſt: & demū obliquant ad læuam tantiſper, donec Caput Albū ſpeculentur à longe, ne prius appellant terrā, quàm eminus exploraverint: quoniā ultra dictū caput nihil niſi uaſtū mare cōſpicitur, quoad peruenias ad id litus, ubi cum dicto Capite fit ſinus, qui dicitur Forna Dargin, cui ab inſula quadam ſinus eiuſdem dicta Dargin, nomen inditum eſt: quod

Forna Dargin.

Digitized by Google

quod quidem nomen habet originē à parua insula in eodem sinu sita. Intra sinum per miliaria quinquaginta, & ibi etiam tres insulæ, quibus indita sunt hæc nomina à Lusitanis: primam Albam appellarunt, quia arenis strata est: alteram Garzararum insulam, argumento, quòd Lusitani qui primo coluerunt eam, magnam marinarum auium copiam ibi nacti sunt, adeò ut inde duas naues onustas omni genere auium in Hispaniam duxerint. Tertia insula Cori dicta est: & hæ tres insulæ paruæ sunt admodum, arenosæq; ac desertæ. In illa quæ dicitur Dargin, aqua potu dulcis inuenitur, in alijs uero non nisi marina. Et signanter animaduertendū est, quòd hi qui à freto Gaditano soluunt, & uersus hanc Æthiopiam, quæ Austrum respicit, tendūt, nihil culti reperiunt, etiam à Barbaris, donec ad id loci uenias, qui Caput de Chantin dicitur, & ab eo uersus Caput Album semper à latere, & tunc tellus arenosa, quæ est deserta, & Septentrionalem partē respicit, præsertim eam, quæ montibus adiacet, quæ est nostra Barbaria citra Tunetum, & loca illa omnia à latere: quos quidem montes Barbari appellant Sarra, & uersus Austrum contermina est Nigritis Æthiopiæ inferioris: uasta est hæc regio, adeò ut si ex transuerso metiaris itinere dierū sexaginta uel celeris ueredarij, haud consequaris magnitudinē: nō seruat tamen uastitatē hanc undequaq;, & Oceano alluitur ab altera parte: quæ tota est alba & arida, ac plena arenis, depressa est, nec inæqualis, & usq; ad dictum Caput Albū, miram præ se fert æqualitatē. Inuenerunt Lusitani primo hoc Caput Album. & in eo nihil præter arenas, nulla herbarū aut arborū uestigia: uisu tamen est conspicuū, quia triāgulum repræsentat: nam in frōte efficit pyramides tres, quæ singulæ inuicem absunt miliario. Id latus totum scatet piscibus omniū generum, nec nostris minoribus, forma tamen dissimilibus. Totus is sinus Dargin, & illa ferè omnis regio indiga est aquarum, & ibi arida & petrea tellus, & paulopòst uastum æquor, & aquarum concursus ingens: nec sulcant hoc mare, nisi interdiu explorantes contis scopulos, qui ibi sunt frequentiores: ob id quandoque obrutæ sunt naues duæ secus aridam hanc. Et sciendū est, quòd dictum caput de Chantin uersus Austrum & Septentrionem Caput Album respicit. Et notādum, quòd post dictum Caput Album in mediterraneis est locus, quem Hodenū appellant, introrsus situs ad diætas sex, & is locus nullo muro clauditur. Sed est diuersorium Arabū, & statio Camelorum, quò appellunt Arabes & Dromedarij, quos uocant Carauanas, quæ de Sambut ueniunt: & etiā illac transeunt, qui ab Nigritis proficiscuntur, & nostras Barbarias inuisunt. Eius regionis incolæ uiuunt ordeo & cariotis, quibus ubertim abundant: alibi etiam in suis locis crescunt prædicta, sed parcius: potus illis camelorum & aliorum animalium lac, uino prorsus carent. Boues fœminas habēt & capras, uerum paucas, id efficit sterile solum, & minime herbidum: boues sunt parui, si nostris cōferantur. Mahumetē colunt, & odere Christianos plurimū: nunquā quiescunt,

Dargin

Nigritis regio.

Caput Album

Hodenum

Nigritarum mores.

quieſcunt,uagantur ſemper per deſerta.Hi Nigritarum terras adeunt,& noſtras Barbarias uiſunt,frequentes ſunt, & Camelorũ copiam ingentiſſimam habent, quibus comportant æs & argentum,& alia quamplurima.E Barbarijs noſtris in Atanbut,& ad Nigritas præfatos:inde uero exportant aurum, idq; ad nos aduehunt. His eſt colos niger,ueſtis alba,lacinijs rubricantibus, abſq; tunica interiore ueſtiuntur: eodem habitu & mulieres utuntur abſque camiſijs,ut præfertur.In capite more Maurico peplum gerũt, quo circumuoluunt caput.In his arenoſis locis uiſuntur leones,& pardi, ſtruthiones quoq;, quorum oua ego comedi non inſuauiter. Id eſt etiam ſciendum,quod princeps infans Luſitanus prædictus in hac inſula Dargin pactum fecit hoc modo,ut nemo ſinum intret mercaturus aliquid cum Arabibus, præter eos, qui fœdus inierunt,& dictam inſulam incolunt:& qui conuenerũt cum principe, in dicta inſula negotiatores aſſiduos fouent,qui cõmercia exercent cum Arabibus,qui hæc maria mercium gratia frequentãt,quiq; uarias merces important,ut ſunt pãni,telæ,argentum,tapetes,& id genus alia, & in primis tritico, quoniam fame propè iugi laborant,& cõmutant mancipia cum noſtris mercibus,dant etiam aurũ . Qua de cauſſa princeps infans illic oppidum erexit, ubi fabri quàmplurimi degunt,ut hæc cõmercia non deſinant, ſed perpetuo conſeruentur: ob id propterea annis ſingulis eò contendunt Luſitanæ celoces,id eſt,ad Dargin inſulam,ducũt etiam Arabes equos pernices, quos Barbaros appellant, pro quibus ab eis Nigritarum ſeruos & uernas accipiunt, nec minore pretio eos uendunt equos quàm decẽ aut quindecim mancipijs. Eò etiã, uidelicet, ad Nigritas plura ex ſerico elaborata contextaq; Maurico more, argentum & alia pleraque comportant ex Illyberi, id eſt, ex Granata Hiſpaniarum ditionis,& Beticæ regionis. Afferunt etiam plura ex Tuneto Africæ minoris, quod Barbariæ regiam appellant, & pro his omnibus rurſus mancipia,& auri copiam maximam conſequuntur.Hi ſeruí primo appellunt ſtationes Hodeni,& inde ad mõtes Barchæ, illinc in Siciliam deueniũt: reſiduum uero uernarum ad inſulam Dargin ducunt,& Luſitanis uendunt, illis, inquam, qui cum rege de mercimonijs conuenerunt, fitq; propterea,ut Luſitani quotannis mancipiorum circiter mille ex Dargin aduehant ſecum, & id illis magnum commercium:nec hactenus,niſi à diebus paucis, inter eos cõmercia fiebãt.Nam prius Luſitani infenſi erãt his Arginenſibus,& eorum ſinum ternis uel quaternis nauibus infeſtabant,& aliquando noctu mediterranea deprædabantur, & uicos piſcatorũ aggreſſi, plura aſportabant,& gentis Arabum ſexus utriuſq; quàm plurimos captiuos trahebant, qui tandem in Luſitaniam ducti ſub haſta ueniebant:pari modo alterum latus ultra Caput Album deprædabantur uſq; ad flumen Senegæ.

De regno

Digitized by Google

De regno Senegæ,& Azenagis populis,

CAPVT X.

SEnega flumen eſt, quod Azenagos à primo regno Nigritarum diſtermi/nat. Azenagi homines ſunt qui inter nigrum & ſubcineritium colorem ſunt dubij,incolunt quædã loca ultra Caput Album in latere illo quod mox poſt Caput prædictum decurrit, & introrſus per deſerta:plures ex Azenagis contermini ſunt Arabibus Hodeni.Hi uiuunt ordeo & cariotis, & camelino lacte: uerum quia proximiores ſunt regno Nigritarũ, leguminibus aluntur: pauci ſunt admodum cibi,adeo ut polline ordei,uel minimo pulmento totã diẽ alacres uiuant:efficit eos inediæ patientes annonæ caritas. Hos aliquando captiuant Luſitani,uẽdunt́q; pro mancipiis domi:præſtant hi ſeruitute uer/nas ferè omnes,præſertim Nigritas. Vtcunq; ſit,ab annis paucis rediere no/ſtri Luſitani ſecum in gratiam,& à ui temperant omnes,& cõmercia inter eos magna fiũt,nec patitur princeps infans,ut eis de cætero inferatur iniuria,autu mat eos propediẽ ſubituros Chriſtianã legẽ: nam in biuio & ancipiti adhuc hærent,utrum legi noſtræ,an Mahumetanæ ſeruitutem exhibeãt,nihiĺq; de lege huiuſmodi apud eos agitatum erat, niſi Azanegi eos edocuiſſent. Et hi Azanegi prauum morem ſeruant.Faſcia linea caput inuoluunt, demiſſo ſin/donis capite per frontẽ, ita ut os totum cooperiat:pudet enim eos oris æque, ac inguinis uel cunni:os tectum ut rem pudendam circunferunt, argumento quòd ueluti ſentina quæpiã halitum tetrum ſemper emittat,nec detegũt niſi ſumendi cibi gratia.Principes non habent,uerum locupletiores inter eos emi nent,his obediunt & obſequũtur.In uniuerſum pauperes ſunt,mendaces, & ſuprà quàm referre poſſim,proditores.Mediæ ſunt ſtaturæ,capillum calami/ſtro exornant ut Alamanni,promittunt́q; plurimũ, illud́q; nigrum adipe pi ſcis inungunt,& olent peſſime,quod apud eos uirtus & honos ducitur.

Commutatio ſalis & auri,déq; diſtantia,

CAPVT XI.

MAgnificiunt etiam hi populi præpingues & obeſas mulieres, & in pri/mis proceriores mammas habẽtes: propterea ubi annum circiter ſepti/mum & decimum attigẽre, rumpũtur eis ui à uiris mammæ fune per mediũ, perinde ut ferè à pectore auulſæ penſiles remaneant: quũ uero ſemel pepere rint,longiores fiunt,& uiſu fœdiores turpioreśq; : neq; hi alios nouere Chri/ſtianos niſi Luſitanos,qui annis circiter quatuordecim eis multas dades intu lere, captiuos ducendo plurimos, haſtæ demum ut mancipia eos ſubijcien/tes.Pro comperto etiam id habemus, quòd ubi hi populi primo Liburnicas & alias id genus naues conſpexere in mari uelificantes, antea illis incognitas & inuiſas,arbitrati ſunt aues eſſe albis alis aẽra ſcindẽtes,è remotioribus par/tibus aduentaſſe.Quũ autẽ uela deprimerent,ut appellerent litus,credebant piſces eſſe eminus uiſis nauibus,nõnulli cenſebant fore phantaſmata quum

Digitized by Google

noctu ſulcarent maria: & erant hæ naues eis terriculamenta non mediocria, utpote quæ modo huc, modo illuc diſtrahebantur, inſtar phantaſmatis alicuius ui uentorum ductæ, uariſq; in locis eis inferebantur damna à nautis, noctu in primis, quũ tamen inter ſe celoces abeſſent per milliaria propè centum, prout conuenerat inter naucleros, & ut uentorum ratio patiebatur, huc atque illuc pulſæ: ſicq; intra ſe ratiocinabãtur, ſi hi eſſent mortales homines, quonam modo quirent tantum itineris nocte una metiri, quantum nos nec triduo abſoluimus prorſus nauigationis expertes. Itaque loco phantaſmatis apud eos ducebamur. Huius rei certiorẽ me fecere ex Luſitanis quamplures, qui per id tempus ea litora frequentabant commercij gratia. Accepi etiam id à captiuis, qui fere per eadem tempora capti fuerant, ex his teſtatũ fuit nobis, quàm ſtupidi ad rerum noſtrarũ conſpectum fuerint, quando de nobis talia ſtolide ſibi perſuadebant. Supra etiã ſtationem Edon introrſus ſex dierum itinere locus uiſitur, qui denominatur Tagaza, quod noſtri interpretãtur auri ſarcinã. Vnde aduehitur ſalis petrei ingẽs copia, id aſportatur camelis Arabum & Azanegorum uaria loca petentiũ: nonnulli Tambuto iter faciunt, & Amelum contendunt ditionis Nigritarũ: quò ubi applicuere, mox ſal omne expediunt, utputa octauo die: quicquid aduectũ eſt ſalis uenditur prope Mitigallum, cc. uel ccc. demum ſuas repetũt caſas auro onuſti. Et id in primis eſt ſciendum, hoc regnum Mellis caloribus infeſtari, ut fere quadrupedia omnia illic fathiſcant, quũ nihil pabuli ibi pro quadrupede creſcat niſi peſtilens: fitq; propterea, ut ex centum camelis qui eò onera ferunt, nõ redeant triginta domum: hinc quadrupes fere nullũ uidebis, ibi pereunt omnes æſtu nimio. Arabes etiam & Azanegi illic correpti morbo eſtuant animã: ægritudinem patit torrens ſydus, cui ſubſunt. Ferunt etiam Tagazam à Tambuto abeſſe itinere dierum quadraginta equitis unius: & inter Tambutam & regnũ Mellis iter triginta dierum intercedit. Percunctatus ſum etiam hos quomodo mercatores regni Mellis tantum ſalis conſumant. Referebant Mellitæ nonnihil conſumere in regno ſuo Nigritarũ, quoniam uerſus Meridiem poſiti, non longe ab æquinoctioli, ubi dies cum noctibus ſemper propè certant de pari: longiuſculi tamen dies, quoniã illorum Zenith de directo non eſt ſub æquinoctiali, non enim eſſent in Meridie. Sunt itaq; ultra æquinoctialem non nihil, & ideo plus diei quàm noctis habent, & ibi feruentiſſimus æſtus. Fitq; propterea, ut ſtatis anni temporibus eorum ſanguis inficiatur, adeò ut ni ſibi ſale mederentur, protinus exuerẽt uitam. Modus medẽdi hic eſt: Salis modicum aqua liquefactum ſingulo die hauriunt, & hoc eis pro medicina & remedio præſentaneo. Reliquũ uero ſalis in glebas diminuunt tantillas, ut uiri unius humeris ſingulæ ferri poſſint, arte quadam ad id nõ inepta, uſq; ad regnum Mellis, quò quum uenerint, ſingulis camelis duas ſalis glebas imponunt: & id quadrat oneri, uidelicet, ut ſingulis camelis duæ ſalis glebæ imponantur: &

Tagaza.

Regnũ Mellis

poſtremo

Digitized by Google

postremo in regno Mellis Nigritæ, qui Mauri nigri uulgo dicuntur, rursus id onus salis capite portant, ut priui priuas glebas ferant, numerosiores adeò ut propè ferentium uideatur iustus exercitus hominum peditum, qui per uastum iter salem humeris conuectant. Et hi pro leuamine laboris, & fessorum solatio, tridentibus quibusdam utuntur humi infixis, quibus salem fessi imponunt tantisper, donec uires reuocauerint. Hoc modo sal prædictum aduehunt usq; ad quoddam flumen, cuius naturam non sum percunctatus, an salsum uel dulce esset: nec id ab re dixerim, quoniam æquor creditur à multis. Et his Nigritis operæpretium est sic salem suum conducere, quoniam quadrupedibus ferè omnibus carent: id soli efficit iniquitas, quod aut parum fert herbæ aut si fert, id totũ est pestilens, ut præfeci. Hinc non difficulter colligimus, quàm frequẽtiore hominum uehentium salem cœtu opus sit, quum tantum salis consumant. Quũ uero applicuerint ad id flumen, quod mare propè creditur, qui salem detulerunt, singuli singulos ex suo sale monticulos erigũt: & ita disponũt, ut alter alteri succedat continenter recto tramite, & unusquisque quopiam signo suum aceruum insignit, & demũ recedunt omnes itinere mediæ diei. Vbi igitur receſſere, aduentant alij Nigritæ, qui cognosci nolũt, neq; aliorum colloquia admittunt, & accedunt cũ suis Libutnicis, ac nauibus grandioribus ab insulis quibusdam, & litus appellunt, uisoq; sale, pondus quodam auri prope aceruum salis ponunt, prout sibi congruere commercio uidetur, nec ab æquitate absonum, & mox recedunt, salem & aurum relinquentes. Nigritæ uero qui itinere mediæ diei secesserant, rursus redeunt, & unusquisq; suum aceruum uisit, & ubi aurum dimissum placuerit auferunt, sale relinquentes, & abeunt non reuersuri: si uero conditio auri relicti non placuit, utrunq; dimittunt, uidelicet, aurum & salem, & iterum abeunt infra prædictũ tempus reuersuri. At Nigritæ qui cognosci nolunt, rursus accedũt, & eos aceruos à quibus sublatum aurum uiderunt, auferunt: aut eis quibus adhuc relictum est aurum, addunt nonnihil auri: uel suum aurum (si ultra addere non libet) asportant, sale relicto. Et hoc modo sua commercia exercent, ut alter alterum non uideat uetere instituto. Et licet id forte à fide deuiet, utpote nõ credendum: illud tamen pro comperto habemus, quoniam à fide dignis est acceptum, à negotiatoribus in primis.

Permutatio mercium.

Quomodo Imperator negotiatorem quendam cognoscere uoluit.

CAPVT XII.

NOueritis igitur me aliquando negotiatores Nigritas regni Mellis percunctatum fuisse talia, quur princeps eorũ, qui & diuitijs & regno polleret plurimum, non nauasset operam ui uel amore, ut tandem aliquando sciret, quæ nam gens esset, quæ hominum forma, quod idioma, qui mores forẽt illorum, qui cognosci nolebant: id habui pro responso, Principem suum iampridem hoc conatũ fuisse, ut cognosceret hos Nigritas, & excogitauisse talia,

Digitized by Google

ut hos caperet: adseuerabant ipsum, uidelicet, habito cõsilio, tempus aduentus prædictorum obseruauisse, quò consueuerant cõmercij causa accedere ad litus, & per nõnullos dies præuenisse eorũ aduentum, dispositis insidijs hoc modo: iussit nonnullis è suis priusquã mercatores qui Carauanã ducunt, aduentarent, ad id loci accederent, ubi salis & auri permutatio fiebat, & effossa humo caueas struerent, in quibus ad tempus tandiu delitescerent, donec ex Nigritis, qui cognosci nolunt, aliqui aduenirẽt, aurum deposituri pro sale: & demum erumperent impetum facientes in eos, tres uel quatuor caperent, adseruarentq; diligentissime, & ad principem ducerent regni Mellis. Et ut paucis expediã, successit principi ut dispositerat: cepere quatuor, reliqui fuga sibi consuluere: & ex his quos ceperãt tres missos fecerunt, rati satis ac super fore, si unus ad principem duceretur gratia gentis cognoscendæ, ne Nigritæ indignabundi succenserent, & temperarent demum à cõmercijs. Capto itaq; Nigrita, ac adducto ad principẽ, adhibiti fuerunt quamplurimi uaria idiomata callentes, alij alia lingua captum interrogantes, ut eius linguam explorarent. Is uero captus ad omnem sermonem conticuit, & nusquam est loquutus, nec cibum sumpsit unquam: triduo solum uixit. Quæ res regni Mellis Nigritas in eam opinionem adduxit, ut credant eos populos usu loquendi carere, & suapte natura mutos esse. Alij rentur id eueniisse ex indignatione, quòd, uidelicet, proditi fuissent. Retulere hæc principi ægre ferentes, quòd nequiuissent principis desiderio facere satis. Animo iniquo tulit princeps, & enixe auideq; percunctatus est suos, quæ hominũ forma esset. Responsum est illi, uiros esse nigerrimos, & proceros adeò, ut suam staturã plus palmo excederent: & inter cætera referebant eos labrum inferius promissum ad pectus usq; habere, rubrum & introrsus exulceratũ perinde ut sanguis exeat, superius uero paruum instar nostri: fiebatq; propterea, ut dentes omnes apparerent, quos habent nostris grandiores, duos etiam habent hinc & hinc reliquis eminentiores: lumina uero prominentiora, eademq; nigra, torui aspectus admodum: ferunt etiam gingiuas ut labrum sanguinẽ emitteret semper. His uisis principes reliquos pœnituit facti huius, nec deinceps gentem huiusmodi infestarunt, quoniam ob unius mortem reliqui desiere mercari triennio, quod cedebat in damnum eorum. Nos autem censuimus eis sic labra putrefieri ob ardorem torridæ plagæ: & quũ sale sibi medeantur, nequiuere diutius sustinere quin rursus ad institutum uetus redirent, quum sale carere nõ possent. Igitur rediere elapso triennio, & ex nostris incommodis & ægritudinibus metimur suas infirmitates: nec noster princeps magni facit loquãtur uel ne, modo emolumentum ab his sentiat. Id est totum quod à multis accepi eius regionis incolis: & quoniam plures hoc adseuerant, non difficulter adduci possumus, ut multis credamus. Ego quidem quantum in me est, hæc & alia non impossibilia credere uolo, quum ex usu multarum rerum plura didicerim. Id igitur

aurum

Digitized by Google

aurum aduehitur in urbem Mellis, & ibi tripartitur, partem qui Carauanam ducunt, iter per regnum Mellis agentes, Cochium uersus Siriam ferũt: duas uero partes reſiduas Carauana ex Melle aduehunt Atambutum, & ibi rurſus diuiditur, partem ducunt ad eum locum qui dicitur Ato, & inde Tunetũ Africæ minoris, quod eſt Barbariæ caput. & Regia per ſuperius latus ad Oceanum, aliam uero partem deferunt ad illum locum qui dicitur Hodenum, ut ſuprà memorauimus, & illinc ad Hona & portũ Orarani, qui dicitur à Barbaris Marſacubi, à Latinis, Portus magnus. Loca ſunt Barbariæ in Mauritania, nõ longe à Gadibus è regione Illyberis, id eſt, Granatæ: aduehunt & aurum à Fezes, & amarum, & Choos, & Argis, & Azafi, & Ameſa loca Barbariæ extima, id eſt, extra fretum Herculeum: illò contendunt Chriſtiani, præſertim Italiæ, empturi aurum, multijugas merces aduehentes. Et ut eo cõgrediar unde ſum digreſſus: aurum prædictum quod aduehunt ab dictis Azanegis ſiue ſubcinericijs cunctis mercibus præſtat: quoniam illud aurũ aduehitur Hodenum, ut præfeci, ad litus maris comportant, & ibi Hiſpanis uendunt noſtris. Propterea Hiſpani frequentant inſulam Dargin, & ibi ferè iugiter habitant commercij cauſa. Apud hos ſubcinericios populos non ſignatur aurum, neque argentum, neq; cuditur aliqua moneta, ſed res permutant, ac alteram pro altera ſuſcipiunt, dantq; uiciſſim, & hoc modo uitam ducunt. Accepi tamen à nonnullis introrſus apud Azanegos & Arabes eam monetam, quam Luſitani expendunt eſſe in uſu, monetam, appellant mitigal, ualoris unius nummi aurei. *Permutatio rerum.*

Viri honorabiles ac diuites, & ibi mulieres & arma,

CAPVT XIII.

QVi hæc deſerta incolunt, hi regem nõ habent naturalẽ, deferũt tamen plus honoris ac reuerentiæ uni quàm alteri, colunt præſertim locupletiores, & hi maiores habent fautores: ut etiam uſu apud nos euenit pluribus in locis, & licet diuites ſint, maiorq; ad eos hominum frequentia palpi & aſſentationis, ut aſſolet, gratia eat, non ſunt tamen principes. Mulieres ibi ſubcinericiæ, ueſte cotonina utũtur. Id genus ueſtis mittunt Nigritæ. Veſtes etiã habent quaſdam, quarum in ſuperioribus iam meminimus, Alchizel appellant, tunicis interioribus, id eſt, camiſijs nõ utuntur. Armorũ genus apud eos hoc eſt: non enim habẽt arma quæ ad defenſionem induant, ut nos thoracẽ, & loricam, quoniã nullo alio euitãt, ac propulſant uim illatam q̃ clypeo: haſtas igitur habent longiuſculas, eaſdemq; leuiſſimas, & tela: nõ tamen ut noſtra uibrant, equis inſidẽt ut Mauri: ſed nõ multos fert regio deſerta, quoniã herbidi ſoli non eſt. Nequeũt propterea multos equos alere, fit etiam iniuria candẽtis ſyderis, id eſt, flagrantis ſolis, ut prope ſit exuſta. Aquarũ eſt indiga, inde proueniũt tot incõmoda, uidelicet, ſterilitas ferè rerum omniũ: ubi tantũ ternis pluit menſibus, uidelicet, Auguſto, Septembri & Octobri. In eiſdem

Digitized by Google

etiam regionibus numeroſiſſimam locuſtarum multitudinem aëra uidimus inumbrantē: nam ferè ſingulis triennijs aduentant,& cœlū obſcurant,cater uatimq; uolitāt,& ubi terras cooperuerint,corrodūt fere omnia, adeoq; ſunt frequentes,ut ſpatio miliariū xij.cœlum inumbrent: rubent,& maiores ſunt caualetis,non apparent niſi triennio uel quatriennio ſemel:quæ ſi quotannis aduenirent, corroſa ac deſerta iam forent omnia: ego aliquando eas uidi caterua tim ſupra mare uolitare,numerus erat propè infinitus.

De ſinu Senegæ,diſterminante harenoſas terras à feracibus.

CAPVT XIIII.

POſtquam dictum Caput album præteriuimus, illud ſemper cōtuentes, noſtro itinere peruenimus ad flumen, quod ſinum Senegæ appellant: illud enim eſt præcipuū flumen regionis Nigritarū introrſus per hoc latus. Diſterminat itaq; flumen prædictū Nigritas à uiris ſubcinericijs dictis Azanegis: ſeparat etiam aridam & ſterilem tellurem, hoc eſt, deſertum ab irrigua & feraci terra Nigritarum. Quod quidē flumen patētioris eſt aluei, oſtiumq; habet ſpatio unius milliarij: altiſſimum eſt,& rurſus aliud oſtium: demum efficit in umbilico inſulam, & deniq; oſtijs duobus exonerat in mare: tunc uidebis breuia, ut in ſyrtibus harenis obductis, quæ abacos & ſcamna præſentant introrſus mare ad miliare: ſingulis ſex horis creſcit & decreſcit inſtar flantis & reflantis Oceani: & ubi reuomit aquas, tanta ui immittitur, ut flumen retroagat ad ſexaginta milliaria,ut retulerunt Luſitani,qui id corā conſpexere aliquādo flumen ingreſſi:at ſi qui dictū flumen ingredi uoluerint, eis operæpretiū eſt cauere à breuibus,& harenis obductis,ne immergantur, quoniā præbent ſpeciem ſolidæ telluris,& tamen tactæ fathiſcūt, & in uagam harenā dilabuntur. Id etiam eſt notandum,dictum Caput album abeſſe ab hoc flumine milliarijs ferè ccclxxx. & totum litus harenoſum cernitur uſq; ad oſtia fluminis introrſus per milliaria uiginti, & appellatur latus De ante rota,ditionis Azanegorum populorum ſubcinericij coloris. Id ante omnia miratu dignum eſt, quòd trans flumen memoratū, homines ſunt nigerrimi,& proceræ ſtaturæ,ac habiliſſimi corporis:& omnis illic regio uiret,ac uernat pomiferis arboribus referta. At citra fluuium contrarias uices cernas, uidelicet, homines ſubcinericij coloris,ſtaturæ contractioris: hoc flumen ferunt à Nilo deriuari,è quatuor præſtātioribus fluuijs uno: eaſdem uices habet cum Nilo,ut ille Ægyptū,ita hic Æthiopiam reddit irriguam. Nam Nilus Babyloniā præterfluens totam Ægyptū madefacit. Hoc flumen alios amnes emittit,& præſertim eum quem Senegæ appellant, & magna ſunt flumina, totū latus Æthiopiæ irrigant, cuius tamen latius in ſequentibus meminiſſe eſt animus: huius etiam commeminit Plinius libro quinto naturalis hiſtoriæ.

Qui

Digitized by Google

Qui principes ad latus Capitis uiridis regnent, Cap. XV.

REgio horũ Nigritarũ, qui primo loco regnũ Senegæ obtinent, hi sunt in introitu regni Æthiopiæ, & omnis terra dicitur inferior, uulgo dicta terra Bassa, cõplures populi accolũt prædictũ fluuiũ, uocantur Zilophi, & ulterius per spatiũ immensum omnis regio dicitur terra Bassa usq; Achiaridã, & trãs flumen. Si tamen Caput uiride excipias, ubi tellus est eminentior, q̃ in toto latere ad milliaria ferè cccc. ultra dictũ Caput uiride. Citra uero per milliatia ferè centũ omnis terra est litus patens, depressius tamen. Noueritis etiã hunc regem Senegæ quũ illic agerem, appellatũ fuisse nomine Zuchalin. Ibi enim multiplices sunt principes, nos regulos nuncupamus, qui aliquãdo zelotypia regni conspirãt, & regẽ quẽ libuerit præficiunt, darũ tamen stirpe, & eum precario dominari uolunt. Nam quũ eis non est cõplacitum, exautoratũ è regia sede detrudũt: nonnunq̃ rex huiusmodi effectus potentior exurgit in electores, & inuicẽ digladiantur. Nõ est tamen firmũ regnũ, neq; perennat, ut in Syria Soldanus. Nam assidua expectatione pendẽt, ne regno priuentur. Lis est tamen de paupere regno. Inopes sunt admodũ fere omnes, quibus reges dominantur: nullas urbes habẽt, ruscula uero, & mapalia citius q̃ domos, quãdoquidẽ calcẽ non habent, qua parietes ferruminẽtur, carent lapidibus, & angusta est regio, utpote, quæ à latere milliaria cc. non excedit: Mare aũt introrsus tantundẽ, ut mihi relatũ est: latitudine etiam uix dictam mensurã excedit. Rex igitur eorum redditus nõ habet annuos: uerũ tributa pendunt reguli illi quotannis: efficit hoc metus, ne indignationẽ regis incurrant: donant regem equis, qui illic magni penduntur ob raritatẽ. Carent etiam phaleris, & omnibus equorũ instratis. Rex etiam donatur quadrupedibus alijs, bobus fœminis, capris, & legumine multiplici. His uictitat rex eorũ, adĵcit tamen ipse ad hæc multa: deprædatur cõplures, furripit mancipia cõterminis ui uel amore, sibi uictũ parat: mancipia uero nõnulla culturæ addicit, alia exponit mercatoribus Azanegis uenalia, qui eò contendũt causa cõmercĳ: equos præsertim adducunt, uendunt etiã Christianis, postquã consuetudinẽ habent cũ Nigritis: huic regi licet tot ducere uxores quot uoluerit. Itidẽ regulis licet, & indigenis omnibus, modo alere queant: nulla lex matrimoniũ multiplex prohibet. Rex uero supra xxx. uxores semper habet: plus tamen unã quàm alterã carĳpendit. In his tamen ratio stirpis habetur maxime: quoniã quæ loco præclaro sunt ortæ præstãt cæteris. Rex itaq; hanc uiuendi consuetudinẽ seruat: uxores suas ruri alit, & adseruat hoc modo: nam singulis coniugibus agros, & latifundia armentaq; impartitur pro earũ uictu, mancipia etiam & ancillas elargitur eis. Mancipia agros colunt, & alia nauãt, quæ ad rem familiarẽ spectãt. Habent boues tam mares quàm fœminas, quibus arant tellurem: quũ uero usu uenerit, ut rex rus concedat, diuertit pro arbitratu ad quancunq; libuerit: singulæ uero terna uel quaterna obsonia deferunt, adeo ut ipse rex & omnes

Bassa

Zuchalis.

Digitized by Google

aulici qui cum eo proficiſcuntur, uiuant dictarum regis uxorũ expenſis. Nam uidebis ſingulo mane innumera mancipia dapes multijugas ferẽtia ad principem, quæ omnia Condo adſeruãda dãtur, Condus uero Promo, hic uero Parocho per gradus ſubminiſtrat, perinde ut paruo temporis interuallo prope dapes innumeræ aduehantur. Quum autem complacitum regi fuerit diſcumbere, ſeligit ex his obſonijs quæ uoluerit, reliquum tribuit aulicis, uerum uix unquam eximunt edendi amorem, eſuriunt ſemper, & nunquam ſaturi, modo huc, modo illuc regem ſequuntur, aliena ſemper impenſa. Nec quicq; penſi habet rex, quibus ſumptibus, & ſe & ſuos alat, huius rei cura ſpectat ad alios. Cum uxoribus uices alternat, modo hãc, modo illam comprimit: hinc natorum infinitus prope numerus: quoniam ubi à ſe compreſſam mulierem pregnantẽ ſenſerit, aliam aggreditur. Hunc etiam morem & reguli ſeruant.

Vxorum uariatio regum

Nigritarum habitus & fides.

CAPVT XVI.

MAhumetem primi Nigritæ colunt: nõ tamen adhuc pertinaces ſunt in ea fide ut Leuco Æthiopes, quos Mauros albos appellant, præſertim gregarij: principes uero tenacius colunt Mahumetem. Quippe qui ſentiunt cum ſacerdotibus Azanegis & Arabibus, qui principes legem huiuſmodi docent, & his argumentis perſuadent eis legem colendã, quod, uidelicet, ſit abſonum, nec principis ordini conſentaneũ, ut cum uulgo imperitiore nullũ deũ colant: fitq; propterea ut non difficulter principes adducãtur ut credant Mahumeti, quoniã aliorũ gentiũ conſuetudinẽ neſciunt: ſacerdotes tantũ, ut præfecimus, Azanegos & Arabes nouere fidei magiſtros Mahumetanæ. Vbi uero cœpere uerſari cum Chriſtianis, & noſtram fidem à noſtris ſanctiorem extolli, & prædicari eximie audiuere, minus Mahumeti credunt, noſtris oblectantur moribus, & arguunt fidem noſtrã eſſe ſanctioré, & meliorem ob id quòd ſumus ditiores ac locupletiores illis: exemplum ſumunt ab his mortalibus ad æterna, addentes nos ſummopere à noſtro Deo amari, argumento quòd tot diuitias largitur ſuis, eosq; tot animi ac corporis dotibus honeſtat: nec poſſe legem huiuſmodi, niſi à bono conditore proficiſci: nihil minus legẽ ſuam non deſerunt, licet & noſtram probent, aiuntq; in utraq; lege utriq; locum eſſe ſalutis. Habitus iſtorum talis eſt, Nudi propè incedunt, niſi quòd pro ſubligaculis corio caprino utuntur, hoc pudenda cooperiunt. At principes & locupletiores omnes camiſijs cotoneis utũtur, quoniam regio pannis huiuſmodi abundat, & ex filis mulierum penſa fiunt: nam filum nent, & pannum largiorem palmis binis efficiunt. Nõ fiunt ibi longiores panni, quoniã pectines non habent maiores, quibus texere queant. Inſuunt propterea ternas uel quaternas telas ſimul, & tunicas conficiunt largas quidem, ſed genua nõ attingentes, uixq; media tegunt brachia: fœmoralia etiã cotonina faciũt, nos brachas appellamus, ſiue ſubligacula oblonga, adeò ut tunicam talarem credas.

Digitized by Google

credas. Is habitus est latissimus, perinde ut ora eius pateant circuitu palmorum xxx. uel xl. & ubi uestem subcingunt, innumeras plicas efficiunt ob longitudinem ac latudinem habitus: nam sinuat instar sagi præcincti, aduersè & auersè, id est, retro & antè terram uerrunt uestę: & quum sit res ridicula admodũ, ipsi tamen rem putant honorificentissimã: uari quoq; incedunt, id est, diuaricatis cruribus, instar micturientium mulierum. Percunctabãtur quandoq; nos ipsi, an uidissemus unquam honorabiliorem habitum, quippe qui decentiorem in uiris non credunt. Mulieres partem corporis superiorem, id est, à capite usq; ad cincturam nudam circunferunt: inferiorem uero sindone usq; ad crura media cooperiunt: pedibus ambulant nudis, is mos est, & uiris & mulieribus tam coniugatis quàm nubilibus: aperto capite incedũt, torquẽ ex capillis agunt, & eo exornantur uiri æque ac fœminæ: uiri etiam pleraque puellaria pensa exercẽt, nent enim, & pannos compurgant aqua. Ibi semper calores eximij, nec unquã magis algent uel bruma, quàm nos Aprili mense.

Viri habitu elegantes, sed uictu immundi,

CAPVT XVII.

HVius plagæ homines corpora eleganter curant: nam ter uel quater singulo die aqua immersi lauantur, utpote qui balneis oblectantur plurimum: uerum in culinis adeò immundi ac turpes, ut dum eorum concinnant obsonia & dapes, stomachum suscitent & nauseam: & earum præsertim rerũ quarum prorsus sunt expertes, nõ solum sunt simplices, uerum etiam stolidi: contrà, in illis rebus quas ex frequentiore usu nouere, ut nos, sunt accuratissimi: loquaces sunt admodum, adeò ut uix unquam desinãt nugari: ante omnia mendaces, ac fallaces, alioquin hospitales, quippe qui biduo ac triduo domi sua impensa hospitem libenter alunt.

Quomodo inter se concertent principes Nigritæ & regni Gambræ,

CAPVT XVIII.

HI principes Nigritæ sæpenumero inuicem digladiantur: pedites bella conficiunt, quoniam equis carent ob iniquitatem soli: nam ob æstus propè diuturnos uix ibi herba crescit qua alantur equi: loricas nec thoraces habent, quibus uestiantur ad bella, eis prorsus carent: uerum clypeos & scuta ferè omne genus habent: ut uero hostem feriant, telis utuntur quibusdam quæ iaciunt ueloci dexteritate. Nam id præsertim callẽt, uidelicet, uibrare hastas, & iacere tela: his adfigitur acuminatum ferrum ad palmi mensuram, & mira arte fabrefactum, perinde ut quum quempiam sauciauerit, uix extrahi queat, ni carnes lancinentur & atrociter concerpantur, ferro reluctante ex opposito: ut apud nos sagittarũ sunt quædã genera: ferunt etiam enses & sicas quasdã more Maurico obliquas, fiũt ex ferro absq; calybe, quoniã in regione Gãbræ Nigritarũ ulteriore calybẽ nõ habẽt: & si forte habẽt id metallũ, tamẽ effodere nesciũt. In bello etiã hastis quibusdã utũtur quæ lãceas præsentant,

alia

Digitized by Google

alia arma non habent: bella illorũ sunt atrocissima, quoniã diloricati ut præfecimus, præliantur: hinc maxima hominum strages, audaces sunt maxime, utpote qui ultro sese periculis obiectant, maluntq; in bello oppetere quàm terga dare, licet fuga sibi consulere queant: nec eos perterrefacit sociorum clades, imò atrociores redduntur, mortem contemnentes, adeò assueuere præliijs ac bellis, & cladibus innumeris.

De eo quòd natant eximie, & de regno Senegæ.

CAPVT XIX.

HI naues non habent quibus maria tranent, nec eas uidêre ab orbe condito, nisi postquã Lusitani illò sunt profecti: accolæ uero fluminis utuntur cymbis quibusdam, quæ humeris trium hominum deferri possent: his piscantur, & traiecto fluuio uaria loca petunt: sunt etiam isti Nigritæ natatores acerrimi, prout ex usu didici, & accepi ab nonnullis, qui ex lectione multiplici id didicere. Regnum Senegæ Nigritarum introrsus Orientem uersus cõterminum est regioni dictæ Tuchmoræ: at uersus meridiem regnum Gambæ contingit, ad Occidentẽ uero respicit Oceanũ, uersus autem Septentrionem Nigro fluuio clauditur, qui ut diximus subcinericios populos disterminat à primis Nigritis: & id flumen prius per annos circiter quinque quàm ego eò concederem, Lusitani nautæ iam exploraverant: qui quidem Lusitani cum Nigritis pacem iniere, & fœdus maximum, adeò ut deinceps magna inuicem exerceant commercia: frequentarunt propterea regionem huiusmodi annis singulis naues usq; ad meum aduentum.

Niger flu.

Quas merces Aloysius Cadamustus permutauerit cum principe Budomeli Senegæ,

CAPVT XX.

TRaieci dictum flumen celoce mea, & tantisper nauigaui, donec deueni ad regionem quæ dicitur Budomel, & is est principum titulus, & dicitur terra de Budomel, sicuti nos appellamus principum uel comitum regiones uario nomine. Quum igitur ad id loci perueni, immoratus sum illic nõnihil, quoniam idioma huius principis callebam, & ad id adducebar non difficulter, quoniam audiueram hunc principem esse candidissimæ fidei, & nemini imponere, magnæq; probitatis uirum esse, perinde ut tuto merces ad tempus huic uendi possent. Nam ad præscripta tempora ad unguem fidem seruare aiebant inconcussam. Quum igitur mecum adduxissem nonnullos equos, qui illic pretij erant non contemnendi, licet pleraſque res alias detulissem, ut sunt ex lana panni & ex serico sindones more Maurico, & alia quamplurima. Decreui itaque apud principem efficere, ut eum locum adirem, quem ad Palmas dicunt, ditionis principis de Budomel, ubi non portus, sed statio uisitur: quò quum ueni, reddidi certiorem principem aduentus mei, internuntio Nigrita meo mancipio, iussique ut meo nomine illi omnia

Digitized by Google

omnia mea offerret,& equos in primis, quibus sciebam principem delectari plurimum. Vt ergo paucis expediã, Princeps memoratus certior iam factus rerum mearum,ad id nos equis xv. ac peditibus cl. comitatus,mecꝫ commonefecit,an libẽret terrã appellere uidendi principis gratia, addebatcꝫ me minime lusurum operã, nec me unquam pœnituru laboris susceptι, gratum animum eundemcꝫ liberalem principem gerere. Quibus adductus litori applicui,& uisi principem,nec uidisse pœnituit:nam facta non dissimilia uerbis fuere: excepit me honorificentissime, post multa equos emit meos, & quicquid abs me desiderabat,mox est consequutus: fidi illi ingenue. Rogauit me propterea ut secum irem in regiam suam, quæ introrsus est ad milliaria cc. Pollicebatur enim inibi se equorum pretium persoluturum, hortatuscꝫ est enixe, ut dies aliquot præstolarer, quoniam inter negotiandum conuenerat inter nos,ut centum mancipia pro mercibus daret. Abduxit itacꝫ equos cum phaleris & alio ornatu, mercemcꝫ plurimam, quæ omnia emeram ego non pluris quàm ccc. aureis. Decreui igitur secum ire,nec prius abiui, quàm ab eo perpulchra adolescentula donatus fuerim: nigra quidẽ erat,uerũ formosa,& annum non excedebat duodecimum. Voluit esse cubili meo addictam usquequaque:suscepi puellam libens, & ad nauem ducendam uni ex meis tradidi. Iui igitur cum principe percupidus nouas res & uidere & audire, solicitabarcꝫ non minus hoc desiderio quàm pecuniarum exigendarum studio uel amore.

Quomodo Aloysius Cadamustus concessit cum principe eò loci qui dicitur Budomel in Mediterranea,

CAPVT XXI.

COntendi igitur Budomelam regiam principis locum Mediterraneum, prius equis ac necessarijs ad uiaticum à principe acceptis,& ubi ad quartum lapidem prope regiam principis deuenimus, commendauit me nepoti suo cuidam eius ruris domino quò iam deueneramus: nomen huic erat Bisboror, & is nepos suus me domi excepit honorifice, & ibi xxviij. diebus steti mense Nouembri, & dum illic ago, sæpenumero eo ad principem de Budomel nepote comite. Interea plura memoratu digna uidi mores regionis concernentia:ut etiam hæc attentius uiderim,id effecit,quòd ad flumen Senegæ ubi mei me opperiebantur,terrestri itinere sum regressus:nã undabũdo mari fidere nolui,quoniam per id tempus admodum sæuiebat, adeo ut ad celoces meas prius redire nequiuerim, quàm naues fluminis litori applicuerint: & dum certiores meos reddere studeo, natatorem quæro qui nando literas ferat, quibus meis nautis compertum fiat me non posse aliter dassem repetere, ni prius ipsi naues ad flumen dirigant, ob procellosum mare. Scirent propterea me usque ad id loci terrestri itinere contendere. Quæro igitur ab incolis, an quispiam natator adsit, qui uice ueredarij fungi uelit, quique calleat

Bisboror.

Nandi mira peritia.

Digitized by Google

calleat artem nandi,& ad meos ire non formidet, introrsus mare ad tria milliaria.Mox sese multi ultro offerunt id nauaturos:uerum quia æquor incredibili feruore cõcitatum erat, uix mihi persuadebam hominẽ huiusmodi nando id consequi unquam posse, & eo minus adducebar ut crederem, quo breuia innumera conspiciebam propè litus iactu arcus:hi sunt arenæ acerui, qui ubi onera sentiunt quæpiã,mox euanescunt, & naues uorticibus obruuntur. Quum uero supra aquam eminent,uidentur abaci uel scamna,quibus si insederis illico rues.Et inter hæc breuia feruet mare atrocius utpote coartatum,nihilq; adminiculi ibi comperies,quo innixus uires lassas foueas.Timebam igitur illis ne ab profluente pessundarentur. Vtcunq; fuerit,Nigritæ duo affuere nauaturi quod petebam.Quæro quam pro labore tanto mercedẽ cupiant: respondent maiulias duas ex stanno pro unoquoq; petere:quatuor enim huiusmodi maiuliæ nummum nostrum aureum efficiunt. Acceptis igitur literis,se mari iactabundo credidere:horresco referẽs,quas difficultates subierint hi natatores, dum superare breuia contendunt, perinde ut crediderimus aliquando eos submersos.Nam urinabant sub aqua spatio horæ,nec uidebantur. Tandem alter illorum cessit uiribus undabundi maris, nec sæuientes undas domare potuit, redijt ergo uoti impotens. Alter uero maiorum uirium compescuit rabiem maris,& ad classem peruenit,responsumq; retulit: quod factum uisum est mihi ferè impossibile. Hæc itaq; summa est,hos Nigritas, uidelicet,nando ferè omnibus mortalibus præstare. Quæ uero uiderim dum agerem apud hunc principem,hæc sunt. Primo nolim credas ibi esse urbes, neq; oppida,licet dicantur principes ut præfecti: nam illorum rex rura tantũ & mapalia possidet: & is princeps quo cum egi plura, partem regni eius tenet, quæ res est parui momenti. Nec principes habentur quia ditiores nummis uel thesauro aliquo inueniantur: non enim in pretio est aurum, præsertim moneta, quæ nulla est apud illos: sed obsequio & fide præstant nostris principibus:mira est obedientia quam exhibent principibus subditi.

Breuia maris

Maiuliæ

Mapalia,& rura Budomel,& mulieres.

CAPVT XXII.

VT nihil prætermittamus dignum scitu,noueritis hũc principem semper esse errabundo nõ absimilem:quiescit ferè nunquam,modo huc,modo illuc contendit,& eò præsertim ubi sunt suæ coniuges. Nã ut retulimus, mapalia & ruscula habent,ubi multiplices adseruantur coniuges. Et id ruꝙ ego iui,domus principis nuncupatur: ibi uidebis circiter XL. uel L. humiles casas consertas paleis, id est, mapalia in ordine continenterq; dispositas, ut alteram sequatur mox altera: his circundedere sepes nõ ex tribulis uel spinis, uerum ex proceris arboribus, dimisso interuallo quod ostij uicem suppleat: quò quum es ingressus,aulam comperies ruralem septam sepe arborea, Cos tile appellatur à rusticis. Nouem ex huiusmodi aulis domum principis præcedunt

cedunt eo ordine, ut ex altera in alteram aditus interior pateat, ibi nouẽ mulieres hic princeps habebat: sunt etiam in alijs ruribus coniuges quampluri/mæ, quæ huic principi inseruiunt pro suo arbitratu. At quælibet ex his mulieribus quinq; uel sex adolescentulas Æthiopas domi alit, quibus pro libito princeps potiri potest, citra omnem coniugis indignationem, quippe quæ haud ægreferunt uetere instituto principis, ut hac Veneris uarietate coniunx princeps oblectetur. Suntq; hi Nigritæ admodum proni ac salaces in Venerem, nullaq; satiantur libidine. Percunctatus est me propterea princeps, an aliqua nossem, quæ Venerem excitarent frequentius: nam unus tot fœminis uix satisfacere quibat. Induerat enim opinionem hanc, uidelicet, Christianos esse ingenij acerrimi, & ferè nihil nescire. Adijciebat ad hæc, si uoto huic suo turpi quidem feciſſem satis, me beneficia innumera illico consequuturum. Laborant zelotypia hi principes adeo atroci, ut nec ipsis natis satis ac super fidant. Vni igitur principi patet ad mulieres aditus.

Quibus stipetur princeps lateronibus.

CAPVT XXIII.

HVius principis latus custodiunt uiri cc. quocunq; pergere contigerit: & licet frequenter per uices succedant qui principis habent custodiam, nõ desunt tamẽ usquequaq; innumeri, qui undequaq; salutatum ad principem ueniunt. Ante regiam igitur principis ubi ipse diuersatur diutius, præcedunt septem atria, & ante ea plateæ quædam uisuntur, in quorũ diametro arbor est procera & umbrosa, quæ principis fores obseruãtibus umbram amœnam præbet. Habet itaque princeps dispartitam familiam, & qui propius regiam degunt, hi sunt principi magis accepti, digniores uc: & quo magis elongantur à regia, tanto minoris census, ac ferè gradus nullius dignoscuntur. Has igitur graduum differentias ostendunt domus ex industria continenter in ordine dispositæ, ut cognoscas eos esse excellentiores qui regiæ principis sunt proximiores, pauci tamen ad fores principis accedunt. Id enim ferè solis Christianis licet, & Azanegis sacerdotibus, qui principem legem Mahumetis docent, quibus maior potestas agendi quæcunque est apud principem, quàm ipsis suis Nigritis.

Mos salutandi principem, & principis consuetudo,

CAPVT XXIIII.

PRinceps igitur memoratus magnã præ se fert arrogantiam, quippe qui non prodit in publicũ, nisi mane & uesperi: nec tamen à uestibulo regiæ digreditur, ibi sese mira superbia spectandum suis præbet illustrioribus. Is igitur princeps quum uarijs de causis quempiam admittit audiendum, tali dignatur reuerentia. Quum itaq; hi qui ad principem petunt admitti, ad fores iam accesserint, utraq; genua flectunt, & humi fere strati harenam idem/tidem nudi reijciunt in terga, caput etiam harena aspergũt, ut speciem humi/

Digitized by Google

litatis præ ſe ferant: & is eſt mos adeundi principis. Nec ibi aliquem comperies eminentiæ tantæ, qui aliter principem adeat ſuum, quàm nudo corpore, uerendis tantum corio tectis, humi reptans, ac harena aſperſus totus: & ubi ad principem iam deuenere, humi uolutantur, ut ſues in cœno: quũ iam propius ad paſſus duos acceſſerit, ſiſtit gradum, rem ſuam principi explicans, harenam ſemper in terga proĳciens capite demiſſo, in ingentiſſimæ ſubiectionis ſpecimen. Et princeps ſimulat ſupplicantẽ nõ uidere niſi furtim, nec propterea ab aliorũ colloquio temperat. Vbi uero Vaſallus deſĳt exponere res ſuas, tunc intuitu inſolentiſſimo toruoq́, uerbis duobus dat reſponſa, ut nec breuius ſit reſponſum Laconicum, qui ſolo elemento mentem ſuam declarabant: ut ſi annuendum erat, per u, id eſt, uolumus: ſi contrà, per n, id eſt, nolumus. In hoc igitur ſuperbiæ faſtu uerſatur princeps, in tantoq́ æſtimatu & ueneratione apud ſuos, ut ipſi nos nec deo immortali maiorẽ exhibeamus reuerentiam: id efficit timor incredibilis, nempe de nutu principis eorũ uita pendet. Nam pro re quaq́ minima morte plectuntur, & mulieres ac filĳ uenales exponuntur excandeſcente principe. Hæc ſunt igitur quæ miram obedientiã oſtendunt, quũ ſubditi à principe patiuntur, quæ uix hoſti colliberent.

Moſchea principis, id eſt, templum idolorum, & mos ſacrificandi & diſcumbendi,

CAPVT XXV.

ADeò maximam cum principe familiaritatem contraxeram, ut uel Moſcheam ingredi mihi fas eſſet: id eſt enim idolorum templum, ubi ſacra fiunt. Quũ igitur adueſperaſcebat, presbyteros ſuos Azanegos ſiue Arabes accerſebat: nam hi apud eos uice ſacerdotum funguntur, & ſacris præſunt ceremonĳs, ac legem docent Mahumetis. Ingrediuntur itaq́ in cellam ſacratiorem optimates eminentiores, gratia orandi: ſic enim orant ſtantes, & cœlum ſubinde reſpicientes, terram ſæpenumero deoſculantur: & princeps ſacerdotẽ imitabatur agentem hæc omnia ſpatio mediæ horæ. Et ubi deſierat orare, percunctabatur me, quænam de hoc ritu orandi mea foret ſententia, libenterq́ me diſſerentem de noſtra fide audiebat: dixi ego plura, ut decuit, de celebritate noſtræ fidei, quum principem benecuolũ haberem auditorẽ: oſtendi enim falſum eſſe principem & alios omnes qui legem illam obſeruabant: addidi noſtram ſanctiorem eſſe, idq́ comprobabam innumeris argumentis: nec prius deſĳ concionari, quàm excanduerint maiores ſatrapæ, qui indignabantur ſuam fidem abs me in ordinem redigi. At princeps riſu uultum ſoluebat, adſtipulabaturq́ meis dictis, aſſerens & ipſe noſtram fidem non iniuria colendã eſſe, & noſtrũ deum eo argumento eſſe, & magnum & probum, ob idq́ multiplicia dona nobis elargiretur, diuitias, opes, dexteritatẽ ingenĳ, uires, & pleraq́ alia. Suã tamen apprime extollebat, ſubdens eam faciliorem aditum ad ſalutẽ eis præſtare q̃ nobis noſtrã. His rationibus nixus, quoniã, inquit,

Digitized by Google

Inquit, Vobis datum est præsentibus bonis frui, erit præsens uita uobis pro paradiso illa æterna. Nos uero qui per uarias uitæ interturbationes uitã trahimus assiduo, scimus nobis haud defuturã illam æternã fœlicitatem: quoniã perpessi laboris, & susceptæ erumnæ præmium nondum sumus consequuti. Validas ad hoc adducebat rationes uir, ut erat ingenij elegantis, nec nostra sibi displicebant, neq; difficulter nostrã fidẽ induisset, ni pauisset exui regno. Id enim acceperã à nepote, qui me enixe rogauerat, ut nostrã fidem principi exponerẽ, adfirmabatq; rem dignam esse, uerbũ dei. Idq; perlibenter audiendum fore censebat. Mores igitur huius principis iam retulimus, & præsertim eundem morem in uictu seruat, quem rex Azanegæ, suscipit à suis coniugibus dapes, ut etiam cæteri Nigritæ principes: humi procumbentes epulantur absq; nitore & elegantia uitæ, perpauci cum rege discumbunt, id solis licet sacerdotibus, aut regulis quibusdam, uel saltem eminentioribus optimatibus. Reliqui ignobiles xij. uel x. simul discumbunt, & inter epulandũ ferè omnes ex eodem catino sumunt, & quidem nõ immoderate, uerum frequentius, utpote qui ter uel quater interdiu epulantur.

Legumina & uinum quæ ex regno Senegæ proueniunt,

CAPVT XXVI.

IGitur regnum Senegæ, ulteriorq; plaga Nigritarũ, uinum, triticum, siligi-nem, ordeum, auenam, haudquaquã ferit iniuria candẽtis syderis, quũ præsertim ibi mensibus nouem iugiter nõ pluat, uidelicet, à mense Octobris usq; in mensem Iulij. Id efficit ut iacta semina nõ germinent ob terræ calorem nimium: producit tamen miliũ, fabas, & fasiolos omne genus, quæ omnia nusquam elegãtiora uisuntur. Sunt fasioli instar nucis auellanæ faberrime facti, diceres torno aliquo insculptos ac striatos, adeò uariantis naturæ ars in eis ludit, res uisu conspicua. Fabæ uero largiores, & proceriores, rubent colore uiuacissimo, aliæ albicantur, cernuntur uisu conspectiores: mẽsæ Iulij seminantur, Septembri leguntur. Quũ aũt tellus cœlesti rore perfunditur, id est, uberiori pluuia, tum terram mirũ in modũ colunt, non amplius q; trimestri spatio seminant, & legunt sata: ignaui sunt cultores, & uix tantũ seminant, quantũ ad uictum sit sufficiens, nec in horreis congregãt triticũ uel alia. Is itaq; mos colendi agri seruatur, instrumenta quædam rustica habent, quæ bipalijs non sunt absimilia, eis terrã egerunt ritu contrario, quàm nos cõsueuerimus: nam quum ligonizant terram, antè proijciunt, non ut nos, qui terram egestã semper ad nos trahimus, adeò ut pedum plantas ligonizando cooperiamus terra, nec altius q; tres aut quatuor digitos agunt bipalia uel graues uomeres: aliter ipsi non arant. Verum quia terra est feracissima, suapte natura quamplurima producit, horum potus prebet succus palmæ, lac & latices: nec ea est palma quæ fert cariotas. Alia est arbor, quæ ibi minime frequens est: & hæ arbores anno cõtinuo succos emittũt instar lachrymarum, succus appellatur

Digitized by Google

mignol: & ut uberiorem habeant ſucci prouentum abores ſauciant, & ſtatim proſilit ſuccus, qui excipitur uaſe aliquo, ut thura leguntur, huic liquori colos eſt ſubcinericius, & ferũ lactis præſentat, nec maior eſt prouentus q̃ binæ uel ternæ mẽſuræ die noctuq̃: huius eſt incredibilis ſuauitas, & ut uinũ inebriat, ni aqua immixta fuerit: qui prima die prouenit ex ſauciata arbore, is eſt dulcior, & omni uino uel per q̃ dulci præſtat, & indies ſuauitatem amittit, fitq̃ acidum & acre, tamen tertio aut quarto die magis homini conducit: id ſum ego expertus pluries, & nõ minus, quàm uino aliquo eleganti hoc ſucco oblectabar, mignolum appellant, neq̃ eo uti poſſunt omnes abunde, hoc eſt, ad uoluptatẽ, licet ad hilaritatẽ plurimi, & in primis illuſtriores: non habent harum arborũ uineas, ſed ſparſas & uagas, ut fere cuiq̃ pateant, qui liquorẽ huiuſmodi elicere uulnerata arbore uoluerit.

Varij fructus, & miræ naturæ oleum, Cap. XXVII.

FRuctus habent multiplices, nec noſtris abſimiles, ſuaues ſunt licet ſylueſtres, qui ſi ut apud nos colerentur, eſſent profecto multo meliores: regio eſt patens, & aprica, ad omnia producẽda prope apta, paſcua ibi quamplurima, & arbores eminẽtiſſimæ, nobis tamen incognitæ: lacus ibi quamplurimi, qui aquã potu nõ inſuauẽ propinãt, neq̃ nimiũ uaſte expanduntur, uerum profundiſſimi: & ibi piſces innumeri, licet noſtris abſimiles: inq̃ his ſerpentes degunt, incolæ calcatrices uocant. Fert etiã hæc regio miræ naturæ oleũ, quod pollet triplici uirtute, odorẽ, uidelicet, uiolaceũ habet, ſaporem uero oliuæ: & ſi adhibitus fuerit dapibus, eas ut crocus inficit: quamuis ipſum crocum ſuperet uberiori colore. Sunt & ibi arbores quædã quæ faxiolos producunt, rubentes cum macula nigricante, quæ eſt illis pro inſigni, & à noſtris oculus dicitur, alij hilum appellãt, producit igitur quàm plures, ſed paruos admodum.

Angues immanes, qui deuorant capras, & anguium faſcinatores, CAPVT XXVIII.

INueniuntur ibi multiplices animaliũ ſpecies, præſertim ſerpentũ ſerè omnium generũ, uenenoſi alij, alij innoxij ſunt, duorũ pedum menſurã excedunt alas, nec pedes habent ut ſerpentes, alioquin immenſi, & tantæ quidem uaſtitatis, ut integras capras hauriant, nec lancinent, ſolide deuorantur: ferũt incolæ ſerpentes huiuſmodi congregari ſtatis anni diebus, & migrare in loca quædam ubi formicarum eſt uis magna, quibus & colos albicans, quæ ſuapte natura humiles quaſdam caſas inſtar ſpecus extruunt: nam ore terrã portãt, & ferruminãt abſq̃ calce, diceres cibanos aliquos uel ruſcula in ordine diſpoſita. Nam ex huiuſmodi caſis uidebis c. & CL. cõtinenter ſubordinatas, ut alterã ſequatur altera miro naturæ ordine. Sunt etiã hi Nigritæ faſcinatores, id eſt incantatores eximij, faſcinãt præſertim ſerpentes. Huius rei me certiorẽ reddidit adoleſcens quidã, qui anno ſuperiore agens apud nepotẽ principis de Budomel, & quũ hoſpitio receptus dormiret, audiuit innumeras ſerpentũ ſibilationes:

Digitized by Google

ſibilationes,quibus experrectus dum attentiore animo euentū rei expectat, intelligit nepotē principis euigilauiſſe, & domū egredi uelle:percunctatus eſt propterea adoleſcens nepotē principis quò nam nocte intēpeſta concederet: cui nepos(iā inclamauerat ſeruos à pedibus ut ſternerēt camelū)Sum,inquit, profecturus nō longe,mox rediturus. Iuit igitur nepos & faſcino compeſcuit ſerpētes,illicoq; rediēs rurſus alloquitur hoſpitē Ligurē.Audiuiſtí ne, inquit, circiter noctem mediā exſibilantes ſerpentes? At Ligur,Audiuí quidē.Subiecit itaq; principis nepos dictus Bisboror:Erant.inquit,ſerpentes, quibus hæc plaga ſcatet,obſederāt enim domū gregē deuaſtaturi: ni ego occurriſſem malo tāto incātatione,qua utimur frequētius.Ligur uero his auditis,dixit ſe mirari plurimum,& rem hanc Chriſtianis prope incredibilem fore: tum nepos ad Ligurem,Non eſt,inquit,quur mireris ob hæc minima: nam princeps noſter multo maiora efficit incantatione quū libet.Quū enim,inquit,cupit præſentaneum uenenum habere quod illico mortem afferat, inficit ibi arma ueneno, deſignato in terra circulo, & faſcinatione ſerpentes eò concedere compellit.Quo quum uenerint, ſpeculatur uenenoſiorē quem interficiat, uenení colligendi gratia,reliquos uero miſſos facit.Occiſo itaq; ſerpente,eius ſanguinem cum ſemine arboris cuiuſdam miſcet, & ea mixtura arma illinit, quæ ſic illíta ubi ſauciauerint conditò mortem afferunt, licet paruū uulnus exiſtat, modo ſanguinis nihil nō elicuerit. Subdidit etiam Ligur nepotem prædictū hortatum eum fuiſſe,ut rei uideret exemplum. Verum Ligur parū huius rei curioſus renuit experiri rem huiuſmodi. Omnium igitur conſenſu Nigritæ ſunt incantatores eximij.Sunt tamen etiā apud nos huius facti haud expertes,imò ſagaces,contra ſerpentes præſertim. Cap. xxix.

IN regno Senegæ Nigritarum boues ſolum,& bucculæ uiſuntur inter animalia domeſtica: nam capras & pecora ibi non uidebis ob ardorē torrentis ſyderis. At boues tam mares q; fœminæ noſtris multo ſunt minores,uixq; ibi uaccam rubentem comperies,aut albæ aut nigræ omnes ſunt,uel utroque colore diſtinctæ.Ex rapacibus leones,& pardi frequentiores,nec non lupi, capreoli,ac lepores propè innumeri.Sunt etiam in eam & regione elephanti ſyluestres quamplurimi, nō domātur ut alibi, & ferè gentium ubiq; efferantur, propterea & gregatim incedunt, ut in noſtris nemoribus apri: cicures uix reperiuntur ibi.Hi igitur duos eminentiores dentes habent hinc & hinc,inſtar aprorum,uerum ritu contrario:quandoquidē alteri,ſcilicet,apro in ſuperiora retorti ſunt dentes:at alteri,ſcilicet,elephanto dimittuntur in terram:nec(uel ſenecta)huic ſunt decidui,uitam concomitantur;hominem niſi læſus non lædit:& ubi lædit,manu hominem comprehenſum iacit in ſublime ultra arcus iactum:ea dicitur manus elephanti, quam alij promuſcidem appellant, eam emittit & retrahit, pro ſuo arbitratu nullusq; inuenitur tātæ pernicitatis,quē ſuo inceſſu nō comprehendat,licet gradatim ſolū ambulet efficetus,magis ſæ-

uiunt dum pauent, ne catulis uis inferatur, & quatuor ad ſummum pariunt uno partu: maribus uix eſt cura ſobolis, arborum foliis uiuunt, & fructibus: nam promuſcide arborem deuaſtãt, adeò ut ſi ſtipitem manu complexi fuerint, quantumcunq; magnum ab arbore diſpartiant: manum habent in inferiore maxilla, quam exerunt & retrahunt pro libitu, hac cibũ capiunt, & hauriunt potum omnẽ, & ori adminiſtrant ſuo, os habẽt in pectore, frequentia incolunt nemora, ac luto plurimũ ut apri oblectantur. Sunt & alia ingentia animalia, uerum ſylueſtria. De Pſitacis & aliis auibus, Cap. xxx.

AVitiorum ſunt complura genera, & in primis Pſitacis ſcatet regio: nam hos odẽre plurimum Nigritæ, quoniã totam plagam ferè circumuolitantes, fruges & præſertim legumina deuaſtãt: multijugi ſunt, uerum è paruis & grandioribus, cõplures ego attuli: diſtinguuntur colore triplici, ſubcinericio, uiridi, ac uencto, quos adhuc ferè inuolucres ex nido ſubripui, ſed mox periere. Adultos igitur centũ quinquaginta in Hiſpaniã detuli, eos ſingulos ſingulo aureo nũmo uẽdidi. His itaq; mirũ eſt ingeniũ, & ſolertia nidificandi: nam excelſiſſimam quærunt arborẽ, quæ ſurculos habeat ſubtiles ac tenues, cuiuſuis põderis ferè impatientes, horũ cacumini adligant dependentẽ ſurculũ, cui nidũ mira induſtria fabricatũ ſuſpendunt, inſtar pilæ rotundum, relicto ſolum foramine admodum anguſto, quod oſtij uicem ſuppleat: aiunt id efficere alitẽ, ut ſerpentũ fallat aſtutias. Nam nidum penſilẽ petere nequeunt, quippe qui ſurculo tam tenui nuſq; ſeipſos crederent mole grauati corporea. Igitur his auibus tuta eſt à ſerpente auis, licet parua. Ibi etiã ſunt gallinæ quædã, quas appellant Pharaonis, ex Oriente deferũtur, his regio ubertim abundat. Sunt & anſeres non ut noſtræ, ſed colore & pennis multijugis uariatæ.

De emporio, & qui eò confluant, Cap. xxxi.

QVoniã obtigit illic morã trahere diuturniorẽ, decreui eorũ emporium, ſiue nundinas quaſdã uiſere: nã die lunæ & ueneris in pratis quibuſdã conueniunt à quatuor uel quinq; milliaribus circunſtantis regionis: qui enim magis diſtant, alia emporia & nundinas adeunt. In his igitur nundinis compertũ habui q; indigi ſint rerũ multarũ, quã ue profunda egeſtate laborent, id declarabant eorũ uiles merces, hæ enim erant cotoni elaborati mulierum

penſis

penſis, nec eorũ ingẽs copia, pãni ex cotonis. Inſuper legumina, oleũ, miliũ, & pelues igneæ, ſtorias, tegetes appellãt, palmarum foliis cõplicatas, & alia complura uſui illorũ nõ inepta, hæc mulieres uendunt: at uiri arma, & auri nõnihil, permutant oia, pro re altera, rem alterã conſequũtur, quandoq; pro binis ternas, aut pro ternis binas: pecuniã ſignatã nõ norunt, nec nũmos omne genus regio cudit. Hi igitur nigritæ in promiſcuũ ibant ad me ſtupidi, & admodũ admirãtes effigiẽ Chriſtiani, & in primis albicantẽ colorẽ, necnon habitũ, & corporis formã ac habitudinẽ inſolitã: habitus is erat diplois ex ſerico nigro, damaſcũ appellamus, chlamys itẽ ex pãno coloris cyanei, identidẽ pãnũ ex lana cõtuebantur, & diploidẽ loco miraculi cuiuſdã: nõnulli albedinis periculũ faciebant, arbitrati nõ eſſe colorẽ naturalẽ, ſed factitiũ. Igitur ut certiores huius rei fierent, ſputo illitas manus admouebãt brachiis & manibus meis, ut experirẽtur utrũ colos foret à natura, uel ab arte. Vbi uero uidebant ſputũ nihil de albedine ademiſſe, ſed albicãtes carnes fore, rurſus admirabãtur. Ad has itaq; nundinas ut multa experirer, utq; ſcirem an aurũ illic foret uenale conceſſeram: uerum ut præfeci, auri parum illic ſum nactus promercalis.

De equis ibi uenalibus, & pabulo, & eorum incantatoribus, CAPVT XXXII.

ILlic igitur equos magni pendunt, quandoquidem difficulter eò ducuntur, nec niſi à noſtris Barbaris per Azanegos & Arabas illò ducuntur. Illorum proptetea ingens pretium eſt, nec facillime ibi alũtur ob aridã tellurem: nam torrida eſt plaga, quæ pabula nõ producit, facitq; æſtus nimius, ut equorum inguina intumeſcant, ut uix meiere poſſint. Crepant propterea ſtranguria huiuſmodi labefactati: pro fœno utuntur faxiolorum lacramentis, ſole ſiccatis, id uicem fœni ſupplet: nam ubi legerint faxiolos, ſecant eorũ caules, & ſole exiccant: loco auenæ ſuccedit millium, quo mirum in modũ pingueſcũt: pro equo inſtrato phaleris, & reliquo ornatu dant mancipia nouẽ, ad ſummum quatuordecim, prout equi, & forma elegans, & agilitas perſuaſerit dandum. Quum autẽ emerint equos, mox accerſunt faſcinatores equorũ, huncq; ritũ ſeruant: rogũ accendũt ſarmentis, & herbis quibuſdã ſuapte natura fumum exhalãtibus, & equo per lorũ apprehẽſo, ſiſtunt ipſum ſupra fumantẽ rogũ, uerbis nonnullis prolatis, unguẽto tenuiſſimo equũ illinunt, & in domũ adducunt, ubi ad xv. uel xx. dies deliteſcit, à nemineq; uidetur. Interea etiam appendunt collo equorũ effaſcinationes quaſdã corio rubeo inuolutas, & hæc agunt adfirmantes ſtrenuiores tutioresq; bello futuros equos.

De fœminis & earum mira alacritate, Cap. XXXIII.

HVius itaque regionis mulieres hilares ſunt ſuprà quàm referre poſſim, geſtiunt, exiliunt, ſaliunt, & perlibenter chorizant, & in primis adoleſcentulæ noctu ſolum dum luna eſt pernox, in ſuis tripudiis: differunt à nobis quamplurimum. Res noſtras admirantur ferè portenti loco, ut ſunt,

baliſtæ & tormenta omne genus. Nam quum uiſum ueniſſent claſſem, iuſſi in uacuum exonerari tormenta, ut edito reboatu terrorem parerent his populis. Territi igitur tormenti inaudito, atrociq; bombo, credidere dæmonũ opus, non mortalium artem, adijcientes uno ictu poſſe huiuſmodi torméta ſupra centum homines proſternere, tibias etiam admirabantur: & quum uidiſſent exornatas, ut fit, inſtar animalis alicuius credidêre uiuũ animal uarias emittens uoces, non inſtrumenta: quod ubi intellexi ne hac opinione ducti diutius fallerentur: dedi tibias illis cõtrectandas, tunc cognouêre artem eſſe, non animal neq; phantaſma, adeoq; eis oblectabantur, ut dicerent rem cœleſtem fore ab ipſo deo fabrefactam, tanta cõcinnitate ac melodia allecti, & in primis uocum uarietates admirati, remq; nullam uidiſſe pulchriorẽ prædicabant. Nauim etiam per ſingula membra & minores partes ſcrutabãtur: ut malum, anchoras, uela, remiges, & id genus alia, dicebantq; oculatam nauim eſſe, quoniam in fronte uidẽtur ſculpta lumina, quod ſolum ſit cauſa ornatus: ut ſit quandoq; in carpentis & curribus. Propterea adſeuerabant nos fore eximios incantatores, nec dæmonibus abſimiles, utpote qui ſulcabamus maria gradu citatiſſimo inſtar phantaſmatis, & itinere quãplurima in mari metiebamur, ipſi uero uix de loco ad locum terreſtri itinere ire nouerant, & id præſertim admirabantur, nos, uidelicet, in tantum à continente recedere aliquando, ut per compluſculos dies terra nuſquã appareat, & tamen non ignorabamus ubi gentium eſſemus, & quò nam tenderemus: quod eſſe nõ poteſt inquiunt, citra magicã artem: quod profecto haud dicerent, ſi nauigandi callerent artes. Nõ minori etiam admiratione adficiebãtur, uiſis candelis accenſis, quippe qui nulla alia luminaria unquam uiderant præter quàm ignem. Vbi igitur uidere ardere candelas, dixere rem eſſe pulcherrimam. In eadem regione mellis eſt plurimum, nam id è fauo mellis ore ſugunt, ceramq; abijciunt: emi propterea ego fauũ mellis, & more noſtro à cera mel diſgregans, percunctatus ſum de cera eos quid ſentirent: qui aiebant ſe eam nihil pendere, uti rem inutilem. Confeci itaq; ex cera huiuſmodi candelas, ipſis cernentibus, & iuſſi eas accendi, quo facto, magis ac magis admirabantur, profitentes nos ferè nihil neſcire.

Quomodo Antonietus, & Aloyſius in mare conuenere non longe à Capite uiridi, Cap. XXXIIII.

IN hac regione inſtrumenta muſicalia habent ferè nulla, præter duo, & ea melodiæ & concentus prope nullius: uidi inſtrumentum quoddam, ſambucam appellant, quod fidibus binis tantum pulſatur, & nulla inde cõcinnitas, digitis pulſant: res rudis, & prope momenti nullius. Vt igitur præfeci, oportuit me illic per dies aliquot diuerſari cauſa explorandæ mercis, ut ſi forte fortuna aliquid occurriſſet, quod conduceret commercio: & id eo libentius ferebam, ut res nouas uiderem, quas referrem aliquando. Quum itaque decreuiſſem

Digitized by Google

decreuiſſem à continente ſoluere,& in altum facere uela deſiderio uidẽdi adhuc maiora: quum præſertim à principe infante certior factus fueram, non longe à regno Senegæ eſſe regnum quoddam, cui nomen eſt Gambræ, & prout referebant Nigritæ principi infanti. Id regnum auri eſt feraciſſimum, adeò ut ſi eo contenderent Chriſtiani, inde conſequerentur diuitias innumeras. His igitur allectus, quum ut aurum conſequerer, quũ etiam ut orbis partes incompertas mihi antea uiſerem: expeditus à principe ad nauim redeo meam, parans uela facere uentis, ut in pelagus altius eueherer, relicturus latus quo appulerant celoces. Dum itaq; hæc meditamur, repente naues apparuere in ſalo fluctuantes, nam uiciſſim altera uiderat alteram, nec ignorabamus eos eſſe Chriſtianos. Congreſſi igitur mutuo conſpectu frui affectãtes colloquuti ſumus: moxq; patuit alteram nauim fore Antonieti cuiuſdam Liguris, qui maria ſulcare probe nouerat alteram uero aulicorum quorundam principis infantis. Hi igitur uiri conuenerant fide data, ut Caput uiride ſuperarent deſiderio uidendæ nouæ regionis. Iniui itaq; cum eis amicitiã,& fœdus ingens, ut ſimul maria ſulcantes nouas regiones adiremus. Vnà igitur ſoluimus uela, dantes uerſus dictum Caput uiride Auſtro duce, à latere ſemper ut præ oculis continentẽ haberemus uſquequaq;. Sequenti itaq; die uentis proſperis Caput prædictum cœpit nobis apparere: nam diſtat à regno principis Budomel unde ſolueramus milliaria ferè quadraginta.

De Capite uiridi,& eius denominatione,& moribus gentium.

CAPVT XXXV.

ID igitur promontorium Caput uiride idcirco appellatur, quia conſitum eſt arboribus denſiſſimis, eiſdemq; uiridibus ac uirentibus anno ferè continuo. Huius notitiam habuere primo Luſitani ſuperiori anno nauigationis: appellarunt itaq; hoc promontorium Caput uiride ab arboribus, uti ab harena Caput album denominatur. Hoc itaq; Caput uiride eminens eſt admodum,& uiſu pulcherrimum, inter duos montes medius exit. Tandẽ in mare prominens uaſte, uarijsq; ruſculis Nigritarum,& mapalijs ſeptum undequaq;, ab ea parte præſertim, quæ reſpicit Oceanũm. Sunt tamen hi Nigritæ ex regno Senegæ. Vltra Caput prædictũ uiſuntur tres paruæ inſulæ non longe à continente, ſed prorſus deſertæ ab hominibus: uerũ ſcatẽt arboribus inſtar Capitis uiridis. Quum uero aquæ penuria nõ mediocri laboraremus, iecimus ancoras, ut aquæ nonnihil inde hauriremus. Inſulæ illi quæ uiſa erat uberior, adhæſimus. Appulſi igitur huic grandiori inſulæ fontem quẽpiam quærebamus, nullumq; nacti ſumus præter quãdam ſcaturiginem, quæ uix poterat nobis auxiliari ſitientibus. In eadem igitur inſula inuenimus nidos complures, & oua alitum diuerſarum, quæ nobis haud erant incognita. Ibi ſtetimus per totam diem, piſcatiq; ſumus uaria piſciũ genera, ſagenis alios, alios hamis quibuſdã cepimus, in primis dentales,& oſtreas ueteres ponderis librarum

librarũ xĩj uel xv. pro unoquoq; piſciũ. Menſe Iunĩ poſtero die illinc ſoluentes, adnauigauimus litora haud propè deſerentes. Id eſt etiã ſciendum quòd mox poſt Caput uiride litora ſe ſinuant, & in ipſo receſſu ſit ſinus pulcherrimus: terra eſt plana & referta arboribus innumeris, quibus nõ prius decidũt folia, q̃ alia ſubnaſcantur, uirent ſemper, & licet diſtent à mari iactu arcus, uidentur tamen à longe ipſa cõtingere maria. Res profecto eſt uiſu conſpicua, & ut fatear ingenue, ego quidẽ uarias orbis partes peragraui cum ad ortum, tum etiã ad occaſum ſolis, uerũ nuſq̃ amœnioré uidi, ea cõpluſculis irrigatur fluuĩs, quorũ quoniã ſunt nauiũ impatiẽtes, nõ meminimus. Vltra ſinũ degũt bini populi, alĩ Barbazini, Serreti alĩ dicũtur: hi quidẽ ſunt Nigritæ, uerũ regi Senegæ nõ parent: regẽ nõ habent nec principẽ, licet uni magis q̃ alteri honoré maioré exhibeant. Principẽ nõ eligunt, qui uitæ ac necis poteſtatem habeat, cum in ſe tum etiã in natos: nã moré Nigritarũ principũ aſpernãtur, qui ubi libuerit pro mancipĩjs, & uxores, & natos ſubditorũ uendunt: fitq̃ ut eorũ uita ſemper ſit in ancipiti, interq̃ ſpem & metũ ſuſpenſa. Idola colũt q̃ qui maxime, legẽ habẽt nullã: uiri ſunt truculẽtiſſimi, arcu utũtur ac uenenatis ſagittis, perinde ut ſauciati illico pereãt, modo ſanguis uel mediocris exeat. Hi ſunt nigerrimi, ac ſtaturæ habiliſſimæ: regio frequens eſt nemoribus, quæ lignis ſunt referta plurimũ: irrigua eſt fluminibus q̃ plurimis, ideo ferè inacceſſa, nec patet adeuntibus aditus niſi per nõnullos angiportus ex circũadiacentibus, timent propterea neminẽ. Id ſunt experti aliquando Nigritarũ reges, qui quũ bellũ eis intuliſſent, ſunt peſſime accepti ab his populis. Diſcurrunt igitur latus prædictũ. Auſtro flãte peruenimus ad oſtiũ fluminis, quod Riũ appellãt Barbazinorũ, latitudo fluminis oſtĩ eſt iactus arcus, huius nominis memini ego in charta nauigationis, quam edidi nuperrime. Abeſt hoc flumen à Capite uiridi milliaria ferè lx. interdiu ſolũ nauigabamus. Occidẽte ſole iactis anchoris ad paſſus x. uel xĩj. aquæ longe à continente milliaria iiĩj. uel v. Quũ uero illuceſcebat, uela faciebamus in altũ, poſitis prius ſpeculis in ſuggeſta celocis, qui eminus ſpecularentur ſcopulos maritimos, ubi uidiſſent mare luctari & fremere cum ſcopulis occurrentibus, mox renuntiarent ueliſicantibus. Dũ igitur adnauigamus, ad oſtiũ alterius fluminis deuenimus: id erat Rĩj Senegæ magnitudine haud impar. Viſo ergo flumine tam prædaro, decreuimus quempiã è noſtris mancipĩjs emittere, qui tertã exploraret: terra erat aprica, & omni arborum uarietate exornata, adeò ut nos ſummopere eò inuitaret. Adduxeramus enim nobiſcũ è Luſitania mancipia complura, quæ Turcimanos appellamus. Hi ſunt Nigritæ, quos rex Senegæ Portugalenſib. ſiue Luſitanis (q eò ꝓficiscũtur cõmercĩ cauſa) uẽdit. Hi igitur Turcimani ſiue mancipia (Sclauos uulgo appellãt) Chriſti fidẽ in Luſitania ſuſcepere, & Hiſpanum idioma callent: nam nos mutuati eramus à dominis ea lege, ut pro huiuſmodi ſeruitute, quã nobis exhibituri erãt Turcimani quũ redĩjſſemus, aliâs eos

ſeligerent

seligerent ipsi quemcũq; libuisset ex omni mancipiorũ cœtu, Turciman uero libertatẽ perpetuam consequerẽtur. Iactæ igitur sunt sortes, ad quẽ spectaret suum Turcimanũ emittere in litus. Cecidit sors super Ligurem, qui condicto cymbã expediuit, qua discedens à classe in litore mancipiũ exponeret lege data, ut caueret ne cõtinentẽ appelleret ultra q̃ foret necesse: satis ac super erat, si mancipium in sicco poneret, & mox in altum nauim duceret, ne incautus à Barbaris deprehenderetur. Instituunt igitur mancipium, ut quũ terram attigerit, quærat quæ gens, qui princeps, qui mores sint regionis. Scisciteretur etiã an ibi copia auri foret, uel alia quæ commercijs conducerent. Vbi itaq; mancipium terrã tenuit, actutum adfuere Nigritæ eius regionis, qui eminus speculati fuerant aduentantem classem. Idcirco uenerãt ad litus sagittis & arcubus onusti, delitescẽtes in frutetis & uepribus, ut quempiam è Christianis improuidum corriperent. Viso igitur mancipio propius accedunt, colloquunturq; nonnihil, & mox exertis ensibus & machæris, plagis innumeris mancipium confecerunt: cui prius proxima nauis auxiliari nequiuit, quàm uitam exhalarit. Quod ut compertũ habuimus, stupidi rem ægre tulimus, intelligẽtes gentem sæuam & atrocem esse, quandoquidẽ in sui consimilẽ Nigritam tam truculenter sæuierant, scientes haud dubie sæuituros in nos magis, si potestatem in nos haberent. Relicto igitur litore, huiusmodi cœptũ iter persequebamur, ducti Austro, in conspectu continentẽ usquequaq; habentes. Litoralis regio amœnissima erat, arboribus innumeris fulta, & soli patẽtis, nec inæqualis. Et tandem peruenimus ad ostium fluminis Gambræ, quod patebat latitudine trium uel quatuor milliarium, ubi magis in arctum exibat. Ingressi igitur flumen ostij tam patentis, duximus ibi posse nõnihil quiescere, ut mox postridie certiores fieremus, ubi nam gentium essemus, & an illic esset Gambræ regnum, cuius desiderio flagrabamus mirabilem in modum.

De flumine magno nauigato ab almadijs,

CAPVT XXXVI.

APpulsi igitur ostio magni fluminis, quod in primo ingressu præ se ferebat latitudinẽ sex uel octo milliariũ. Censuimus propterea hoc præclarum flumen fore regni Gambræ, cuius desiderio afficiebamur plurimum: nobis etiã nõ difficulter persuadebamus, illic auri plurimũ esse, aut forte aromata quæpiã, uel alia quæcũq; mercimonia, quibus locupletati domũ alacres rediremus aliquãdo. Luce itaq; sequẽti uentis prosperis minorẽ celocem præcedere iussimus, uiris & armamentis fultã, cum eaq; è nostris cymbis unam has paruas naues ex cõposito præmisimus, quippe qui adhuc ignorabamus altitudinẽ fluminis, uerebamur propterea ne tantarũ nauiũ foret impatiens. Expeditis itaq; his nauibus, nautas commonefecimus, ut aquæ altitudinem contis explorarent identidem, & ubi cognoscerent eam satis fore nostræ classi, gradum referentes signo aliquo nos certiores facerent. Iuere nostri & quum

aquæ

Digitized by Google

aquæ multũ reperiſſent, nos monuere. Quibus cognitis, uiſum eſt aliam expedire nauim aliquanto maiorem, armis probe communitam, & illam Antonini licet multo minorem, lege præſcripta, ut ſi forte fortuna occurriſſent illi Nigritarum ilmadiæ (id eſt nauis genus) rem ipſi non diſcernerent, neq; congrederentur, ſed ſtatim gradum reuocarent, iter ad nos dirigentes: quandoquidem eò nos conceſſeramus non belli ſed lucri gratia, quærebamusq; ut omnia pace & cõcordia fierent, quod non ui ſed ingenio nos cõſequi poſſe ſperabamus. Euecti itaq; in interiorem fluminis partem, noſtri ſubinde uada & fluminis profunditatem contis tentant, inueniuntq; in horas altiores aquas, & ingentium nauium capaces, & altitudine menſurã paſſuum xvi. excedere: prouecti ultra ad milliaria duo, uident fluminis litora cõſerta arboribus pulcherrimis hinc & hinc, animaduertuntq; flumen immenſis orbibus & receſſibus implicari, ut Mæandrus aliquis. Decreuimus propterea gradũ referre, & dum hæc meditamur, ecce à tergo ab oſtio cuiuſdam parui fluminis quod
Almadiæ exonerabat in magnum, mox emergunt tres almadiæ, nos lembos appellamus, fiunt ex cauata arbore, nec maiores cymbis noſtris, quas trahunt naues, ſunt agiles nimiũ, uerũ parui ponderis capaces. Quæ ubi liburnicas noſtras & celoces cõſpexere, credidere nos eò cõtendere, ut uim inferremus aliquam: nam edocti eramus illorum conſuetudinem fore, ut arcubus uterentur, & ſagittis ueneno infectis fere per totam plagã regni Gambræ. Et licet noſtri ſatis ac ſuper eos eminus propulſare quiuiſſent, ut tamen dicto parẽrẽt noſtro, uiſis almadijs concito gradu ad nos redeunt: nõ tamen facere potuerunt etiã effuſa fuga, quin ſemper ad iactum arcus poſt terga Nigritas haberent. Mirum eſt quàm pernices ſint hi uecti hoc nauium genere. Quum autẽ noſtri conſequuti claſſem fuiſſent, ingreſſi celoces, innuebãt Nigritis ut propius accederent. Illi uero gradum ſiſtentes nuſquam propius acceſſere. Erant uero in his almadijs homines xxv. uel ad ſummũ xxx. Nos admirabantur plurimũ, ut rem ſibi & ipſorũ prædeceſſoribus hactenus inuiſam incognitãq;, naues, uidelicet, id genus, ut ſunt noſtræ, & homines albos. Pleni itaq; admiratione non loquebantur, licet à nobis ad colloquia mutua inuitarentur ſignis, ut aſſolet quibuſdam. Abiere igitur, & ea die nihil ultra tentauimus.

Quomodo Nigritæ noſtros ſunt adorti in flumine.

CAPVT XXXVII.

MAne itaq; ſequenti nos cum paruis nauigijs ſoluimus illinc circiter diei horam tertiam uẽtis proſperis, ut noſtros aditemus ſocios, ut ſic demũ tutius interiora fluminis peragrare poſſemus, & tandẽ aliquando deorũ munere mitius hominũ genus quàm id erat quod nuperrime uideramus in almadijs, nanciſceremur. Igitur quum ſociorum claſſem inueniſſemus, unà omnes uela dantes uerſus prædictũ flumen iter direximus, præmiſſa parua celoce, ſequentibus nobis continenter, ut altera ex ordine poſt alteram iret. Et

quum

quum iam ingressi essemus ferè ad quatuor milliaria, illico à tergo almadiæ quædam (unde uenerint adhuc incompertum habeo) ad nos citatissimo gradu contendebant. Quibus uisis, mox in eos uela fecimus, ueriti ne nos suis uenenatis sagittis impeterent: non enim ignorabamus eorũ sagittandi mores. Classe igitur reuocata in orbem, quàm citius potuimus nostros armauimus, ante omnia præcauentes, ne nos incautos & inermes hostis inueniret: uix tamen nobis erãt arma ad hostem propulsandum. Diuisa itaq; in duas partes classe, quasdã Nigritarum naues circundedimus, percensuimusq; eorum cymbas, quæ xvij. erant, maiores nostris nauigijs, quæ nostra ferunt flumina, easq; impellunt remigijs innumeris. Sublato itaq; remige, quisq; illorũ nos admirabatur, utpote rem nouã & incognitã. Percẽsiti tunc à nobis, plures non apparuerunt quàm centum & quinquaginta uiri: profecto si ad corpus spectes conspicui, nigerrimi quidem, uerũ habitu albo induti non indecoro, habitus is erat tunicis quibusdam, camisias appellamus: ex cotonina alba induebantur: in capite paruũ habebant pileum, ut mos est Germanis: id plus habent quàm Alemani, uidelicet, in pileo ex utraq; parte nescio quid alas præsentans duas: in medio penna eminebat, ut est uidere apud nostros milites, qui talibus plurimũ gaudent: utcunq; fuerit, nos iudicabamus hunc habitum militiæ conuenire: eratq; in fronte cuiusuis almadiæ Maurus quidam stans, clypeum teretem in brachio habens: is clypeus uidebatur ex corio confectus: & neuter bellum inferebat, sed alter alterum admirabatur. Vbi itaque uidere à tergo uigere alios, qui clandestine aduenere, mox demissis remigijs expediunt arcus, nihilq; promentes in nostros sagittas dirigunt: quibus conspectis, nostri tormenta exonerant: uerũ aquis immersi lapides iacti, neminem occiderunt. Perterrefacti tamen tormentorũ reboatu & strepitu insueto, stetere pauidi admodum. Quum uero cognouere neminem læsum his tormentis, uerũ eorum iactus emori in aqua, rursus reassumptis animis magis ac magis in nos sæuiunt, aërem sagittis obtenebrantes celeritate incredibili. Et iam propius accedebãt, audaciores solito: at nostri balistis eos propulsabant, & catapultis plagisq; onerant innumeris. Primus igitur qui iecit in eos is fuit Liguris filius nothus, qui Nigritæ unius pectus trãsfixit, moriq; illico coëgit. Susceptus is itaq; à suis, extractaq; sagitta admirationem peperit id teli genus Nigritis omnibus: nec ob id tamen temperabant à sagittis suis, fiebantq; in horas atrociores: contrà nostri eos male accipiebant, perinde ut paruo temporis momento è Nigritis plures ceciderint: ex Christianis uero, quæ deorũ gratia fuit, nec unus periit. Profligatis tot Nigritis, qui ob cladem acceptam indignati plurimum, celocem minorem circumuenire satagebant uno impetu omnes: quod ut animaduertimus, mox in mediũ recepimus celocem prædictam: & rursus exoneratis tormentis (bombardas uulgo appellant) stragem intulimus maximam. His uisis Nigritæ iam ferè

Cultus Nigritarum.

saucij omnes in diuersa abeũt: nos uero catenis iniectis id curabamus, ne naues in uarias partes dilapsæ, uirium minus haberent, unà omnes ferebamur connexis nauibus & uentis prosperis, ultraq; progrediebamur cedentibus iam Nigritis, id in primis obseruantes, ut cum Nigritis mutuo colloquio frui possemus aliquando.

Decretum factum in flumine Gambre. CAP. XXXVIII.

IGitur adeò mancipia nostra Nigritas indamarunt, ut eorum fessi damore Nigritæ, tandem aliquando permiserint unam ex almadijs suis propius accedere, ut puta ad iactum arcus. Percunctati sunt itaq; eos nostra mancipia, cur in nos tam atrociter sæuirent, quum præsertim non alia de causa illuc concessissemus, quàm commercij & pacis, concordiæq;, prout melius declarabat cum reliquis Nigritis regni Senegæ contubernium, & frequentior necessitudo. Ad hæc etiam nostri adijciebant, uenisse è partibus orbis remotioribus, ut munere perpulchro suum regem nomine regis Lusitanorum donarent: quandoquidem is enixe peroptabat ab eorũ rege arcte diligi & amari. Rogabant præterea ut dicerent, ubinam gentiũ rex per id tempus ageret, & quis princeps huic regioni dominaretur, quodq; huic flumini nomen inditum foret. Addebant etiam ut ad nos tuto & pacifice accederent, accepturi è rebus nostris quicquid libuisset, & è suis darent pro suo arbitratu: modo omnia pace, & citra bellum contumeliamq; fierent. In hanc ferè sententiam nobis responsum est, non quidem eos latere, quæ gens foret Christiana natio, & unde ueniret, sciretq; quid egerint iampridem cum rege Senegæ, & aljjs Nigritis suæ ditionis, qui quoniam nobiscum degunt boni esse non possunt: quippe qui non ignorant Christianos uesci humana carne, nec alia de causa emere Nigritarum mancipia, nisi ut mandant & lancinent ut ferinas carnes: propterea apud eos iuratissime asseuerabant, nullum Christianis amicitiæ locum superesse, sed cordi eis hæsisse, omnia sua quæ classe attulerant, diripere & deprædari, regiq; suo dono dare, sceq; trucidare atrocissime: regem abesse illinc itinere trium dierum: regnum esse Gambræ quod quærebant: flumen magnum esse, nomen quidem non reticuit, uerum ego non memini. Hoc igitur accepto responso, ut par erat, indignati in eos uela fecimus: qui effuse fugientes, mediterranea petiere. Hunc finem habuit cõgressus noster. His peractis explorato omnium uoto contendebamus rursus interiora fluminis penetrare, uel ad milliaria circiter centum: quæ res, ut patuit omnibus, permouit multos, quos proprij laris cura solicitabat nimium: nec sunt passi nos ultra progredi, affirmantes satis ac super egisse, dum in has partes à sua urbe remotissimas sospites deuenissent, addentes nolle de cætero lacessere fortunam: & discordia ingenti concio soluta est. Nos autem qui callebamus horum cõsuetudinem, scientes quàm duræ ceruicis forent, quantum'ue prosilirent ubi non exaudirentur, conducibilius fore duximus, si eis pro tempore

pore cederemus. Sequenti igitur die illinc soluimus, uersus caput uiride iter facientes, ut deorum auxilio in Hispaniã rediremus aliquando.

CAPVT XXXIX.

PEr id tempus quo in ostio fluminis moram traximus, semel tantum septentrionẽ uidimus, qui adeò demittebatur, ut crederetur mare ferè contingere, ab aquisq; non plus uidebatur abesse, quàm lanceæ tertia parte: & ibi sydera sex conspicati sumus, quæ magna erant, & mirum in modũ splendebant: ea metiti sumus pyxide, & infrà scriptam figuram præsentabant.

* * * *

* *

Censuimus propterea huiusmodi astra plaustrũ austrinũ efficere: licet priorẽ stellã in ordine minime uidere potuerimus: quoniã haud quadrat rationi ut eã prius uideamus quàm septentrionẽ perdiderimus, id est, ab nostris oculis euanuerit. Inibi etiã cõperimus noctem horarũ tredecim, diem uero undecim, ingrediente mense Iulij, quo regio illa eximie flagrat: habet tamen uarias temporũ uices: hyemẽ & ipsi appellant, quoniã ab dicto mense usq; in mensem Octobris terra irrigatur imbre & pluuia ferè continua: & præsertim in meridie exurgit quædã nebula, quæ cœlum inumbrat, nec supra terrã multum tollitur in Subsolanum & Apeliotem. A Subsolano uero ad Vulturnũ transit fulgoribus eximijs: & tunc imbre tellus madefacta semini præparatur. Vti agunt Nigritæ in regno Senegæ. Viuunt milio, leguminibus, carnibus & lacte. Accepi etiam introrsus non pluere, nisi ferè feruentem aquam: & ibi quum diescit nõ uisitur aurora ante emersum solis, ut usu euenit apud nos: quoniam semper inter auroram & solis ortum nonnihil temporis intercedit: imò quamprimum nox abscessit, illico sol emergit absque alio medio. Verum licet sol uideatur, non tamen illuminat ad spatium mediæ horæ: uidetur enim pati deliquiũ in ortu: propterea obumbratur aliquantisper. Causam uero, cur sol ibi citius uideatur quàm alibi gentium, nullam aliam afferunt, nisi quia regio patentis est soli & depressi, uacatq; montibus, qui forte alibi obstant, ne sol oriens mox cernatur. Huic sententiæ astipulantur socij qui aderant omnes.

Quomodo Antonietus Ligur, & Aloysius Cadamustus in secunda nauigatione nouas inuenere insulas. CAP. XL.

MOres igitur & qualitatem huius regni Gambræ, quantum ego colligere potui in meo itinerario, uix referre possumus: quoniam, ut præfecimus, incolarum sæuitia, & eorum in primis qui litoralia incolunt, consequi

Digitized by Google

nequiuimus uotum noſtrum: nam gens ſuapte natura ferox, colloqui cum mitioribus noluit, nec commercia tractare quæpiam. Igitur noueritis nos cognita huius gentis feritate haudquaquam ultra progreſſos fuiſſe, nautis relu ctantibus, ſed in Hiſpaniam, flumine illo Gambræ non ſuperato, redijſſe. Anno itaq; ſequenti præfatus Ligur, & ego Aloyſius unanimes rurſus daſ. ſem expediuimus, quum animum applicuiſſemus ad hanc prouinciam na uandam, ut tandem aliquando dictum flumen explorantes, regnum Gam bre ingrederemur. Hæc ergo ut percrebuere ad aures principis infantis, ſine cuius commeatu expeditio hæc fieri non poterat, complacitum illi plurimum fuit, quod hæc nobis cordi fuiſſent: & ut huic pio propoſito, nec pœnitendo uoto fauens ſubſcriberet, unam è ſuis celocem armat eximie, & omni genere
Lanchus. annonæ cõmuniuit. Soluimus itaq; à loco quodam qui dicitur Lanchus, qui parum abeſt ab Sacro promontorio, ſiue Capite ſancti Vincentij, ingre diente menſe Maio proſperis uentis, & iter fecimus per Canarias inſulas: eas tamen ex compoſito prætereuntes, utpote rem non incognitam nobis, ſi ſu periorum meminiſtis. Auſtro ducebamur, & labentibus aquis, quæ flante Noto mirum in modum fluunt, peruenimus ad Caput album: quo uiſo, duximus claſſem in altum: & ſequenti nocte adortus eſt nos uentus Auſter, cuius impulſu regredi oportuiſſet, ni nonnihil ad occidentem declinauiſſe mus. Suſtinuimus igitur hanc uenti ſæuitiam noctibus duabus, & diebus tribus: die uero tertio terram in conſpectu habuimus, quod nemo noſtrum autumaſſet. Cœpimus itaque geſtientes exilire omnes, terram identidem in clamantes, admirati nimium ibi terram reperiri, quũ prorſus id neſciremus. Expedita igitur cymba duos homines emiſimus, qui explorarent iam uiſam tellurem. Iuere itaque, & duas prægrandes inſulas uidiſſe renuntiant: quod ut accepimus, mox ruimus in dei laudes, qui ſua dementia incredibili hacte nus incognita nobis cognoſcenda præpararet: res profecto nouas, & toti Hiſpaniæ incompertas. Vt igitur oblatam à deo terram aliquando peragra remus, rerum nouarum percupidi, fortunam experiri uolentes noſtram, ue la fecimus uerſus huiuſmodi inſulas: quò breui peruenimus: & ubi in con ſpectu fuit, uiſa eſt maxima, tantumq; obnauigauimus ut ſtationem non in commodam reperiremus. Appulſi igitur, prius iactis ancoris, cymbam bene armatam emiſimus, ut compertum nobis fieret, an inſula coleretur ab hu manis. Ingreſſi ergo noſtri inſulam, neminem unquam cõſpexere humanũ, neque extabant ueſtigia itinerum, quibus cognoſci poſſet quàm culta foret inſula. Hoc cognito, mane ſequenti, ut animo ſatisfacerem meo, iuſſi ex meis decem armari, tum telis, cum etiam baliſtis, ut interiora inſulæ adirent, ſi for te ultra quoſdam colles, qui ibi attollebantur, homines forent. Iuere igitur, & collibus ſuperatis inuenere neminẽ præter columbos, & ferè omne genus aui tiorũ: nam columbi capiebãtur pro libito manu hominis: nõ enim pauebant

ad uiri

ad uiri conſpectum, utpote ad rem ſibi hactenus inuiſam. Cepere igitur ex his quamplurimos, quos ſcipionibus occiderant, nobiſq; attulere. Ex alia regione apparuere tres aliæ inſulæ magnæ, quas ipſi non uideramus: nam ad ſeptentrionem nobis remanſerant. Viſum eſt etiam eis duas alias inſulas uidere uerſus occidentem in uaſto mari: uix tamen id comprehendebant ob magnam diſtantiam: neque nos eas uiſere magni fecimus, quippe qui animum induxeramus cœptum iter perſequi, nec tantis ſuppetebat tempus, uerebamurque ne fruſtra tereremus, diuertendo ad inhabitatas inſulas. Interea dum his ego inſiſto quatuor inſulis, alij uidere decem paruas inſulas, quas quum adiuiſſent, nihil præter aues inueniunt, & piſces ingentiſſimos. Vt igitur reuertar unde ſum digreſſus, ſolui ab hac inſula, iter meum perſecutus, & ecce duæ aliæ inſulæ: & quum oram unius percurrerem, mox incidimus in cuiuſdam fluminis oſtium, & cenſentes aquam potu fore non inſuauem, litori applicuimus: erat enim inſula conſita omni arborum genere pulcherrimo: & dum fontem quærimus quempiam, glebas ſalis albas minutulas nanciſcimur ſecus flumen. Legimus ergo nonnihil ſalis, quod itineri ſufficeret noſtro: nam ibi ſal effuſe affluit. Hauſimus etiam aquæ non parum. Erant ibi teſtudines innumeræ, quibus pro tegmento natura uaſtatiſſimas teſtas dederat, magnitudinis tantæ, ut pro clypeo non inepte ſufficiant. Noſtri itaque eſculentis huiuſmodi oblectati plurimum, exenteratis teſtudinibus multijuga eduliorum genera fabricabantur, aſſeuerantes eis aliàs ſe ſolitos ubertim ueſci, & cum primis in ſinu Argino, cuius in ſuperioribus affatim meminimus: nam is ſinus ſcatet huiuſcemodi teſtudinibus: hortabanturq; ut ego eis ueſci uellem. Eſitaui igitur cibum inibi inſuetum, ut comperirem: uiſus eſt non inſuauis: albicat enim caro hæc, nec multum eſt abſimilis uitulinis carnibus, ſi fragrantiam & ſaporem ſpectes. Quum itaq; placuiſſet comediſſe, cibum approbans, in naui plurimum adſeruari iuſſi, ut quandoque leniret famem. In primo etiam itinerario meo, quod prætermiſeram, comedi ex leophante ſatis illecebri. Piſcati ſumus etiam in oſtio dicti fluminis, ubi tanta uis erat piſcium, quantam uix referre quibo: quandoquidem ferè credulitatem omnem excedit. Erant ex his piſcibus compluſculi, quos nemo noſtrum uiderat unquam, uerum pergrandes, & ad cibos humanos non inepti. Oſtium uero fluminis in tantam exibat latitudinem, ut onerariam nauim centum quinquaginta doliorum capacem haud grauatim exciperet: adeò patebat, ut paucis expediam, ut unius iactu arcus latitudinem eius metiri nequiuiſſes. Illic ſtatiua fecimus biduo animi cauſa, ut feriati aliquanto à laboribus, animi deinceps ad dura promptius euigilarent. Annonam omne genus inde exportauimus, ut futuræ fami conſultum iret: inter cætera columbos innumeros. Nec id præteribo, nos illi inſulæ, cui primo applicuimus, Boni uiſus nomen indidiſſe: argumento, quòd prima à nobis uiſa foret.

ſa foret. Alteram uero, quæ inter quatuor eminet inſulas, Diui Iacobi nuncupauimus, ob id quòd ea die, quæ in honorem ſanctorum Iacobi & Philippi concelebratur, à nobis eſt reperta.

De loco dicto Duæ palmæ, & de fluuio Gambræ nauigato,

CAPVT XLI.

HIs peractis die memorato ab his inſulis ſoluimus, per Caput uiride tenentes iter: & breui deorum munere peruenimus ad id loci qui dicitur Spedegar, in conſpectu tellurem ſemper habentes: & ibi locus alius, qui ad Duas palmas appellatur: is eſt inter Caput uiride & ſinũ Senegæ prædictũ, & quoniã iam terra erat nobis aliâs cognita, audacter dictum caput percurrimus, adeoq; id concite à nobis actum eſt, ut ſequenti mane dictum Caput ſuperauerimus: & tandem aliquando rurſus ad prænominatum Gambræ flumen peruenimus, & intrepidi dictum flumen nauigare cœpimus ob ſtante Nigritarum nemine: nam almadiæ nuſquam apparuere. Interdiu ſolum adnauigabamus, contis explorantes fluminis alueum: ecce quædam almadiæ Nigritarum, uerum ſecus litus fluminis euntes, nobis haud erant impedimento: & introrſus ad decem milliaria inſulam quandam paruam reperimus: quò quum applicuiſſemus, è noſtris quidam uitam exuit: nam febre diutius laborauerat: & licet ægre tulerimus omnes uiri exitum, tamen quoniam deo maximo complacitum fuerat, ut decuit fideles, nuſquam eius potentiam detrectauimus: uerum pro more humano ſatis mœſti, humauimus hominem iam uita functum: & quia huic Andreæ nomen fuerat, inſulam de nomine uiri appellauimus. Eſt itaq; à cunctis deinceps dicta inſula, Sancti Andreæ. Soluentes igitur ab hac inſula, dictum flumen nauigamus: ſequebantur à longe quædam Nigritarum almadiæ, quas inclamans mancipium noſtrum, quòd Nigritarum idioma nouerat, tantum effecit, ut propius acceſſerint Nigritæ, à nobis cum uoce, tum etiam rerum noſtrarum aſſidua oſtentatione allecti: pollicebamur enim eis pro colloquio plurima, hortabamurq; ut omnem de nobis ſuſpitionem feritatis exuerent: quandoquidem hi eramus, qui humanitate & comitate cæteris præſtamus mortalibus. His ergo prouocati propius acceſſere, iam nobis fidentes: quare unus ex Nigritis celocem eſt ingreſſus intrepide, & cum Turcimano, id eſt, mancipio noſtro colloquutus, admirabatur nimium noſtrum morem nauigandi, & in primis uela, quoniam ipſi ſolo remige impellunt naues, rati nullum alium inter mortales modum fore maria ſulcandi, albicantesq; homines cum inſueto habitu magis ac magis demirabantur: nam his eſt habitus ex cotonina quadam alba admodum, quæ inſtar camiſiæ ueſtem eis ſuppeditat: compluſculi etiam nudi incedunt. Excepimus itaque Nigritam honorificentius quàm

potuimus

potuimus, muneribus noſtris hominem propè onerantes. Qui noſtra conſuetudine delectatus, percunctabatur de multis noſtros. Poſtremo aperuit nobis id eſſe Gambræ regnum, quod errantes iampridem quærebamus: & illorum dominum dixit eſſe Faroſangolum, eumq; abeſſe illinc itinere dierum decem introrſus meridiem uerſus: ipſum tamen ſubeſſe maiori principi, id eſt Regi Mellis, qui magnus Imperator Nebeorum dicebatur. Adiecit tamen, non eſſe longe à litore fluminis utrinq; regulos compluſculos, in quorum cõtubernium & neceſſitudinem mox, ſi libeat, ſua opera reciperemur: & in primis pollicebatur id ſe nauaturũ apud regulum Batimauſam: quoniam iam intelligebat nos & probos & comes uiros eſſe. Hanc igitur uiri huius nobis conceptam opinionẽ gratam habuimus ſupra modum, eumq; è noſtris adnumerauimus in celoce receptum protinus, & tandẽ nauigando deuenimus ad eum locum, quem appellant Batimauſam, qui noſtra ſententia abeſt ab oſtio fluminis quadraginta milliaria.

De principe conciliato muneribus noſtris,

CAPVT XLII.

ILlud eſt etiam ſciendum, quod dum ſulcauimus flumen Subſolano uecti ſumus: & is locus ubi iecimus ancoras, multo anguſtior erat oſtio fluminis, & mea ſententia latitudine milliarium non excedit, in eumq; compluſculi fluuij exonerant. Vbi itaq; applicuimus ad id loci, decreuimus mancipium noſtrum (quo interprete utebamur) cum Nigrita, quem prius conciliauerãt nobis munera & blanditiæ, ad principem mittere Batimauſam, quẽ perpulchro munere donauimus. Id erat munus tunica quædam ſericea, contexta more maurico: nos tunicam interiorem appellamus, ſiue camiſiam: inſtituimusq; Turcimanum, ut munus his uerbis exornaret. Nos, uidelicet, huc contendiſſe, ut fœdus & neceſſitudinem eximiam nomine regis Portugalliæ, ſiue Luſitaniæ ſecum iniremus, uelleq; commercia exercere, ubi ſibi complacitum fuiſſet: & ſi noſtrarum rerum egeret, eis æque ac ſuis uteretur, noſtrum regem nuſquam defuturum, ut illi morem gereret uſquequaque: aliaq; quamplurima adiecimus, quæ ſciens prætereo, ne ſurgat opus in Iliada magnam. Profectus eſt itaque mancipium Nigrita comite: & ut breue faciam, principi noſtro nomine cuncta expoſuit. Quo effectum eſt ut maximam cum principe amicitiam conflauerimus, permutauimusq; plurima. Dedit enim pro noſtris mercimonijs mancipia, & auri quippiam: aurum tamen ibi infra famam nominis reperimus, utpote qui audiueramus regionem huiuſmodi ſcatere auro plurimo. Inuenitur quidem aurum: uerum magni pẽditur ferè ut apud nos: ſciunt rem prædarã eſſe, licet cum rebus minimis permutent: quæ ſi à nobis conſiderentur, ſunt profecto uiles: apud eos tamen ſunt in pretio nõ me-

diocri. Id efficit regionum uiuendi uaria consuetudo, ibi etiam stetimus ad dies ferè quindecim. Interea ibant cateruatim Nigritæ ad classem nostram, loco miraculi nostra & nos ducentes: nonnulli ut permutarent sua, alij ut rem non uisam prius conspicerent: accedebant aliqui, ut fusaras uenderent, id est, genus mercis cotonum, & eius filum, & tunicas ex eodem: hæc erant multijugi coloris, ut sunt punicei & albicantis, necnon uermiculati coloris. Ferebant & feles propè omne genus: quandoquidem ea regio scatet animalibus huiusmodi, uenduntq; pretio uiliori, utputa marchetis decem, non tamen ipsa pecunia: ignorant enim omne genus pecuniæ: uerum re quapiam, quæ decem marchetorum pretium non excedat pro fele quolibet. Adducebant & alia quamplurima, ut sunt pelles felium, & castoreum, & id genus alia: dabant unciam castorei, id est muscati, pro re pretij marchetorum quadraginta, uel ad summum quinquaginta: non tamen pondere aliquo permutabãt: nam omne genus ponderis nesciunt: uerum si res data spectetur, unciæ pondus expleret. Ferebant inter alia cariotas, id est, dactylos palmarum fructus, & fructuum genera omnia. Ex his nonnulli sylueſtres erant, non tamen insuaues: ego tamen his abstinui metu profluuij corporis: soluũt enim mirum in modum aluum. Itaque ibat ad nos quotidie frequens hominum turba, nec idiomatis unius: uarium erat linguarum genus, nec desinebãt uecti cymbis suis (almadias uocant) ultro citroq; commeare flumen sulcantes, transientes de loco ad locum, modo huc, modo illuc uecti, ut apud nos in quibusdam fluminibus est uidere, utputa Lugduni Galliarũ urbe in Arari flumine placidissimo: uerũ omnis eorũ nauigatio remigijs absoluitur: his mirum in modum stantes naues impellunt: utrinque in puppi plus remigũ maior est numerus, modo hinc, modo illinc, ut medio æque utrinq; librata nauis incedat, in neutram partem magis declinans. Stantes itaq; remigant, ui lacertorum nullis inhærentibus remigijs. Verum sic fabricantur remigia: Habent lanceam longitudinis passus unius & dimidij, in cuius summitate alligant asserculum quendam teretem, uti nos in mensa utimur pro patinis, quum loco argenti uel stagni ligna succedunt, frugalitate, uel potius pauperie suadente: hoc instrumento nauigant, & quidem citatissime: almadiæ suæ à latere semper litus haudquaquam deserentes, sinitq; ibi paruorum amnium ostia complura, quæ exonerant in mare: his se committunt tutius, nec multum ab regionibus suis recedunt, ne ab suismet Nigritis corripiantur, & captiui facti demum pro mancipijs uendantur Christianis. Dum itaque illic mercamur cum Nigritis, ægrotare nostri cœperunt febre adrapida & calidissima: propterea ut nostris consuleremus, protinus illinc soluimus, rursus ad ostium dicti fluminis reuertentes.

De sylueſtri

De ſylueſtribus elephantis, & quomodo capiantur. CAP. XLIII.

DE rebus huius regionis quæ referri poſſunt à nobis, qui eas uel ſubiecimus oculis, aut à fide non indignis accepimus per id tempus, quo illic fuimus, de fide ipſorũ potiſſimũ auſpicabimur. Idola igitur ſummopere colũt ritu multiplici, fidẽ non mediocrẽ faſcinationibus adhibentes: patrant & alia innumera dæmone ſuadente: deum tamen norunt, licet cognitũ non obſeruent: alij Mahumetem ſpurciſſimum uenerantur, & hi ut apud nos Ægyptij populi uagantur extra ſolum patrium: & in primis apud Mauros degunt: incolæ uero regionem non excedunt ſuam. Viuunt ut Nigritæ regni Senegæ prædicti, & ferè eiſdem cibis aluntur. Id plus habent, quòd orizam uberius ibi legunt: quoniam in regno Senegæ non naſcitur. Veſcuntur canibus, quod nuſquam alibi comperimus. Veſtiuntur cotoninis: at Nigritæ ferè in uniuerſum nudi incedunt: nam apud illos maior eſt cotonorum copia. Mulieres uniformem habent habitum: ptius tamen quàm adoleſcant, corpora compungunt ſtigmatibus nonnullis, quæ igne inurunt, ut perpetuo remaneant. Notæ huiuſmodi præſentant ornatum quendam factum in ſindone opere polymito ex ſerico contextum, coloris multiplicis. Plaga eſt admodum torrida: & quanto accedunt magis ad auſtrum, eo plus ſunt exuſtiores: & cum primis ſecus flumen calor graſſatur eximie ob arborum frequentiam. Nam æſtus ubi exhalare nequit, urget magis. Arbores uero ibi ſunt tantæ magnitudinis, ut earum ambitus ſit pedum XVII. licet eminentia altitudinis nõ quadret magnitudini: non enim altius tolluntur quàm pedes XX. carioſæ ſunt tamen, & ſine ſenecta, ut euenit annoſis arboribus, ſiue carie quapiam commaculatæ erant & corroſæ. Aiebant etiam incolæ multo eminentiores arbores in regione huiuſmodi eſſe: faciuntq; hæ arbores, ut non difficulter credamus terram illam feraciſſimam fore: quoniã ubi arbores adoleſcunt in tantum incrementum, regio haud dubie non poteſt eſſe non irrigua. Fert etiam hæc regio elephantes, ſed ſylueſtres, neq; ibi cicures fiunt aut domantur, ut alibi gentium. Vidi ego aliquando quatuor ex huiuſmodi nemus egredientes, quos ubi ſum è naui ſpeculatus ego & ſocij compluſculi, exiliuimus è naui contendentes ad eos: qui ubi nos conſpexere, mox nemori ſeſe dedidere. Vidi & examinatum elephantum, quem occidi iuſſerat princeps quidam dictus Gnumimenſa, in gratiam meam. Is princeps accola eſt oſtij fluminis Gambræ, & profectus eſt uenatum concomitantibus compluribus Nigritis, biduo ferè continuo. In hoc igitur uenatu oppetijt prædictus elephas. Pedites exeunt ad uenationem, arcubus & machæris armati, & ſua arma omnia illinunt ueneno præſentaneo. Nec id uos lateat, hos populos elephantos in nemoribus uenari, ubi cœni plurimum cernitur: Nam id genus animalium ſuapte natura ut ſues in cœno uolutantur creberrime. Hi itaque Nigritæ pone arbores deliteſcunt, ac prætereuntibus elephantis

Digitized by Google

phantis ſagittas & uenabula infigunt, ſaliuntq; miro modo de loco in locũ, ab una arbore ad aliam, donec feriant elephantum: qui quum maxima mole prægrauetur, nequit inſidiantis ictus uelociſſimos deuitare. Si tamen id tentarent in locis apricis & patentibus Nigritæ, in eis potiſſimum ubi nullæ uiſuntur arbores, non euaderent profecto uires elephantorum: quandoquidem nullus hominum tantæ pernicitatis inuenitur, quem mox elephas non comprehendat etiam non currens, ſed gradatim incedens: id efficit animalis uaſta magnitudo, & ubi uſu euenit, ut irato omine elephas in agris patentibus hominem ſit conſequutus, non euadat quidem: nec aliter lædit quàm promuſcide, manum appellant. Hac itaq; homines corripit circumamplexu, & adeò iacit in ſublime, ut ſæpenumero correpti hoc modo prius efflent animam, quàm terram contigerint. Hæc elephantis promuſcis non multum abſimilis labro ſuillo. In hoc differunt, quòd huic ea eſt uolubilis ad nutum, ut modo uibret, modo pro libito retrahat. Id à compluſculis Nigritis accepi: non efferantur tamen, niſi prouocati: nec hominem lædunt, niſi prior iniuriam intulerit ipſe. Vidi ego aliquando illic occiſum elephantem perquam mediocrem, cuius dentium amplitudo palmos ternos excedebat: eminebant ad duos palmos: uerum palmus contectus carne maxillæ immergebatur, ut totus occultaretur, ut ſunt aliorum radices dentium: & quoniam eorum ſenecta dentibus cognoſcitur, aiebant argumento dentium amplitudinis ſeræ deſpicabilis, ipſum haudquaquã annoſum fore, ſi conferatur alijs proceribus, quorum dentes tantæ ſunt magnitudinis, ut uicem poſtium ſuppleant, & pro palis ſepes muniant, teſte Plinio: & ut ipſi referebant, nonnullis eò amplitudinis creſcunt dentes, ut duodecim palmorum menſuram excedant: & licet præfecerim, hunc elephantum, ſi ſpectentur cæteri, minime fuiſſe conſpicuum: erat tamen tantæ proceritatis, ut unus plus carnium haberet, quàm tauri quinque noſtri. Donauit me igitur hoc elephanto princeps eo pacto, ut tantum carnium aſſumerem, quantum libuiſſet, reliquum uero uenatoribus impartirer: quoniam illi in cibatu elephantos gratiſſimos habebant. Inuitabar propterea identidem ab eis, ut & ego carne huiuſcemodi ueſceret. Iuſſi igitur partem animalis concidi in fruſta, & ad claſſem deferri meam, móxque ahenis excoqui ſubiecto igne. Alij aliam partem torrebant, perinde ut & elixum & toſtum comederim: non quidem uoluptatis, quæ nulla erat, ſed experientiæ cauſa, ut iactare poſſem me aliquando eſitauiſſe eas carnes, quibus conterranei nunquam ueſci conſueuere, hæc ſumma eſt, carnibus, uidelicet, huiuſmodi me minime delectatum fuiſſe. Inſuauis eſt guſtu & aſperrima, duráque nimium. Tuli etiam ad claſſem promuſcidis partem, id eſt manus elephantis: euulſi etiam ab eo pilos, qui nigricabant, & quaſi duorum palmorum menſuram excedebant, erantq; amplitudinis haud contemnendæ. Hos igitur, & carnis nonnihil in Hiſpaniam detuli, &

Velocitas elephant.

Digitized by Google

tuli, & omnibus principem Don Hurich prænominatum donaui, qui hæc omnia loco præclari muneris excepit, ueluti rem nouam, & hominibus regionis illius hactenus incognitam: nam hunc principē delectabant eximie, quæ ab remotioribus partibus orbis deferebantur: & in primis obseruabat uir princeps, ut earum rerum fieret particeps, quæ opera tua & diligentia cōperta fuissent.

De tibijs elephantis, & cabalino pisce,

CAPVT XLIIII.

NOueritis igitur, elephanti pedem teretem esse instar pedis equi, obrotundum circumquaque, uerum ex callo nigerrimo amplissimoq; incq; pedis callo ungulæ quinæ in una parte pedis: ea, uidelicet, quæ proximior est plantæ: nam singulæ ungulæ grossoni argentei mensuram haud excedunt: licet parui elephantis occisi pes esset: uerum planta pedis eius unius palmi & medij excedebat latitudinem, pro quadrata qualibet parte: quoniam, ut præfeci, pedes habent obrotundos, ut sunt apud nos lignei asserculi, quibus in mensa uiri frugi utuntur: Galli transciu, nos talieros siue orbes appellamus. Donauit me præfatus Nigritarum princeps pede elephantis alio, cuius planta mensuram trium palmorum superabat: id egomet sum metitus astantibus compluscults, eademq; latitudinem omni ex parte habebat. Donaui igitur principem rursus hoc pede, & dente palmorum duodecim, mire à natura exornato. Hæc itaque omnia princeps prædictus ceu rem præclaram mulieri ducissæ Burgundiæ dono dedit. Nec est quòd credant aliqui elephātum non habere plicatiles tibias: quoniam falluntur plurimum: nam plicant genua ut cætera animalia, & pro libito humi se prosternunt, & surgunt quum libuerit, contra quorundam opinionem. Flumen itaque Gambræ, & eius regionis complures omnes calcatricem nutriunt, & in primis piscem miræ naturæ, instar uituli marini, ni caput equinum haberet. In hoc tamen uitulum marinum imitatur, quòd, uidelicet, modo aquaticum, terrestre modo est animal, utroque elemento uiuens: uastum corpus habet, ut bos fœmina quæpiam: licet crura sint multo graciliora: bisulcos habet pedes, & ut dictum est, caput non absimile equo: dentes duos habet, hinc & hinc proeminentes, ut est uidere in apris: suntq; hi dentes tantæ magnitudinis, ut duorum palmorum impleant mensuram. Egreditur interdum hoc animal flumen & terras petit, ut quadrupedia: nec alibi quàm hic huiuscemodi piscis inuenitur. Apud eosdem Nigritas reperiūtur uespertiliones & noctuæ magnitudinis trium palmorum, & multiplicia auitiorum genera, quæ præsertim à nostris non mediocriter differunt. Sunt & innumeri psitaci, & pisces compluscult nostris prorsus absimiles cum gustu, tum etiam forma: in cibatu tamen haud insuaues.

De flumine

De flumine Caſamanſe,& capite rubeo. CAP. XLV.

EFfecit igitur noſtrorum aduerſa ualetudo,ſicuti retuli in ſuperioribus, ut operæpretium fuerit mox ab regione principis Batrinenſe abire: quare illinc ſoluentes,breui flumen euaſimus. Quũ igitur ſuperauiſſemus flumen dictum,& annonæ omne genus plurimum nobiſcum haberemus,uiſum eſt fore laudabile, ſi ultra dictum flumen uela faceremus: ad id accedebat maior ſolito ſecuritas, utpote qui ternas naues habebamus: & dum hæc tractamus, quadam die circiter dici horam tertiam uela dedimus felicibus uentis: quia uero uix euaſeramus ſinum Gambræ,& ab ea parte cõtinentis, qua dominatur Notus ſiue Auſter, mare ſæuiebat magis, nos Occidentem uerſus Zephyro prouehebamur abeuntes à continente: terra tamen quam deſeruimus,erat æqualis admodum,& innumeris ſcatebat arboribus: uerum ubi altum tenuere rates, mox apparuit angelus quem dicta terra faciebat, haudquaquam dignum memoratu,quum in eo nihil foret cõſpicui:& id pro comperto habuimus: illico ultra dictam frontẽ inſtar anguli omnis litoralis plaga nobis ſeſe uno intuitu præſentabat. Nauigabamus igitur diſcedentes ab ea quantum poteramus: quoniã allatrabat eam undabundum ac atrox mare introrſus ad quatuor milliaria. Certiores de hac re nos reddebant duo homines in prora ſpeculæ fungentes officio,nec nõ alius in celſo nauis malo,qui prædicebat ſcopulos, & alia diſcrimina maritima, ut ſunt breuia & ſyrtes, & in mari terras ab aquis deſertas aliquando,ſicas appellamus. Interdiu ſolum adnauigabamus,uix uela facientes, ne in ſcopulos incideremus nolentes, noctu ſemper pauentes cuſtodem habebamus uigilem: ibant noſtræ celoces continenter,id eſt,mox poſt alteram altera,iactis ſortibus,quis præcedere deberet: nam quiſq; alium præmittere uoluiſſet: uerum ne quis ferret grauatim frequentius quàm cæteri ſubire pericula,alternatim id præcedendi officiũ nauabamus. Igitur à latere regionis prædictæ iter facientes,ita tamen ut terram conſpicaremur uſquequaque,die tertio poſtquam illinc ſolueramus,peruenimus ad oſtium fluminis cuiuſdam non mediocris, quod patebat quingentis ferè paſſibus: & procedentes quaſi ad occidentem mox reperimus paruum ſinum quendam: ubi ancoras iecimus,quum iam adueſperauiſſet. Quum uero illuxit,uela dantes uentis,dum inſinuamur nonnihil cedẽtibus terris, ecce oſtium alterius fluminis,quod magnitudine cum illo Gambræ fluuio propè contendebat: in cuius ripis utrinque arbores conſpiciebantur innumeræ: & quoniam uiſa eſt plaga ferax, illi appropinquare decreuimus. Oſtio igitur applicuimus,& quiſq; noſtrum cymbas emiſit ſuas, necnon & Turcimanos, qui & interpretis & exploratoris uices ſupplebant aliquando, prout & tempus & loca exigebant. Hos igitur emiſimus, ut terram & mores hominum ac flumina,& ſi quid ultra dignum erat ſcitu,explorantes nobis referrent. Profecti igitur,& dicta exequentes rediere: id noui afferentes, flumen, uidelicet, uocari

Digitized by Google

cari Ra, ditionem esse principis Casamansæ Nigritæ qui interiora fluminis incolebat ad triginta milliaria: uerum principem domo per id tempus abesse, & bello uacare cõtra uicinum regulum. His itaq; cognitis, die sequẽti illinc abiuimus. Nec præteribo sinum hunc Casamansem abesse à sinu Gambræ ad leucas ferè xxv. quæ milliaria centum efficiunt.

De fluminibus ibidem repertis, & gentibus, CAP. XLVI.

QVum à flumine memorato recessissemus, litori semper inhærentes, ad quoddam caput deuenimus, nostra sententia à prædicto flumine distans milliaria xx. & id caput eminentius est nõnihil si terræ circumadiacenti conferatur: & quoniam in fronte præferebat terram rubram, Caput rubrum nuncupauimus: & rursus superato Capite, nauigãtes deuenimus ad ostium alius fluminis, patens nostro iudicio iactu arcus, quod prætereuntes ibi nihil immorati, sinum sanctæ Annæ appellauimus, & persequuti iter nostrum, peruenimus ad flumen aliud haud impar illi sanctæ Annæ, & hoc sinũ nuncupauimus sancti Domini. Is abest à Capite rubro milliaria fere lx. Illic abeuntes nauigãdo semper à latere post unius diei nauigationẽ deuenimus ad uastissimum cuiusdam ingentissimi fluuij ostium, quod primo cõspectu censuimus sinum esse quẽpiam. Verum quoniã altrinsecus conspiciebantur arbores innumeræ Austrũ uersus præsertim, flumen esse cognouimus: nam ostium fluminis patebat ferè milliaria xx. Triuimus igitur tempus trajiciẽdo dictum flumen, & ad ulteriorem ripam deuenimus: mox apparuere insulæ quædam. Decreuimus propterea illinc prius haudquaq; soluere, quàm de regione comperti aliquid habuissemus. Iactis itaq; anceris, stationem inibi fecimus nostram: & ecce sequenti mane almadiæ duæ ad nos citatissimo gradu contendebant, quas ut uidimus, pauere cœpimus, & reassumptis animis, ad arma concursum est, ut si forte uenissent uim illaturi, non inermes deprehenderemur: non prius tamen appropinquauere nobis, cõq; erecta hasta quapiã, cui adligauerant sindonem albã, ut securitatẽ accedendi peterent. Signo huiusmodi hoc uiso, & nos idem dedimus concordiæ signũ: quo conspecto Barbari accessere propius, & in primis maior almadia celoci meæ appropinquat, nosq; lumina nusq; deflectentes cõtuebantur, uiros albos admirati, nauesq; nostras mirari non desinebãt, malumq;, & antemnã, res illis incognitas conspectabant propè stupidi. Quare percupidus ego noscere gentem, & ad mutua colloquia descendere, monui mancipia nostra, ut compellarent hos Nigritas. Verum lusere operam loquendo, quoniam nusquam nostrã linguam intellexere, minusq; nosipsi eos intellexeramus: quod summopere displicuit. Illinc igitur soluimus, ubi sciuimus nos terere incassum tempus: decreuimus cõducibilius fore, si gradũ referentes ultrà nõ progrederemur: quandoquidẽ quanto magis ulteriores plagas adiuissemus, tanto minus eorum idiomatis capaces eramus, nullaq; cõmercia sperabamus, ubi sermonis mutui copia nõ

Digitized by Google

dabatur, reluctante natura. Hæsit itaq; cordi nobis regredi, & lares patrios repetere: non prius tamen illinc abiuimus, quàm merces nonnullas commutauerimus biduo in ostio fluminis commorati. Vidimus etiam ibi Septentrionem propè terram cõtigere, adeò deprimebatur. Deprehendimus etiam ibi naturæ quædam pugnantia, quæ nusquam comperimus, ubi Christiani degunt, aquam, uidelicet, crescentem, decrescentemq; decremento, actuq; imparibus. Nam Venetijs & alibi gentiũ, mare flat horis sex, & in totidem reflat, id est, crescit & decrescit paribus spatijs. Illic uero increscit mare horis quatuor, & idem decrescit horis octo, idq; fit impetu tanto, ut non sit satis existimare an res credulitatem omnem superet, adeoq; mare sæuiebat, ut tribus ancoris iactis, ex prora irreuocabili ferè pondere, ne sic naues sisti satis poterãt: & usu aliquando euenit, ut atrox tempestas eò discriminis nos adduxerit, ut ui coacti fuerimus uela facere non sine discrimine uitæ, quoniam maior feruor & æstus procelloſi maris erat quàm uis uentorum.

Quomodo illinc soluimus ob id quòd idioma nesciebamus,

CAPVT XLVII.

ABiuimus itaq; ab ostio huius uasti fluminis, ut rediremus Hispaniam, iter facientes per has insulas, quæ à cõtinente per milliaria fere triginta absunt, hæ enim sunt numero quatuor: duæ maiores incoluntur à Nigritis, soli sunt non inæqualis, nec eminentis: uerum depressi admodum, inq; eis arbores magnæ proceritatis: nulla etiam ibi sermonis commercia fuere, quia alter alterum haud intelligebat. Inde igitur soluentes, uersus patriam contendebamus, quò deo miserante breui peruenimus laboribus innumeris superatis.

LIBER SECVNDVS NAVIGATIONIS

EX VLISBONA VSQVE CALECHVT, TRADVCTus ex idiomate Lusitano, in Italicum sermonem.

CAPVT XLVIII.

QVICQVID ego uidi accepiq; ab alijs per id tempus, quo eas partes adiui, id totum retuli in superiore tractatu: uerũ post me easdem partes adiuere compluſculi, & comprimis Portugallenses, qui orbis explorandi causa ab eorum rege ex composito missi fuere: nam fato iam functus, suo principi infanti Don Hurico rex Lusitaniæ celoces duas expediuit, duce Petro Sinzia alumno præfati principis: huic princeps iussit ut totum latus Nigritarum excurreret, & nouas regiones adiret. Hunc igitur Petrum dassis præfectum concomitatus est adolescens quidã, cum quo mecum maxima

Digitized by Google

maxima intercedit amicitia, quicꝫ dum peragraui eaſdem partes, amanuenſis meus fuit. Quum itaqꝫ redirent præfatæ celoces, ego Aloyſius Cadamuſtus conceſſeram eò loci, qui dicitur Lachus, non longe à Sacro promontorio Luſitaniæ, aliter dicitur Caput ſancti Vincẽtij. Dum igitur illic agerem, ecce dictus Petrus præfectus claſſis & amicus ille meus diuerterunt in ædes meas, qui abs me amice excepti, omnem ſuam nauigationem ſedulo expoſuere, lotaqꝫ, & quibus nomina indidiſſent haud reticuerunt, explicantes ſingula ex ordine, prout in ſequẽtibus mox colliqueſcet, & in primis ſunt orſi à ſinu magno, quem nos adiueramus. Primo loco itaqꝫ dictus amicus referebat ſe luſtrauiſſe duas memoratas magnas inſulas, quas cultas eſſe adſeuerabat, & in primis ad altetã illarum propius accedentes, cum incolis Nigritis colloquuti ſunt, licet alterum alter haud intellexerit: uiſere tamen eorũ domos, quæ ſunt mapalia, id eſt, ex paleis humiles caſæ, paſtorales domos appellamus, inibiꝫ coloſſos & ſtatuas ligneas idolorum comperere, quibus ſatis ac ſuper cognouere eos idolorum ſeruituti eſſe addictos. Vbi igitur nihil conſequi ab eis potuere linguæ difficultate, illinc abiuere iter ſuum perſequuti à latere ſemper, donec deuenere ad oſtium cuiuſdam magni fluminis, quod, ut aiebant, patebat longitudine trium uel quatuor milliariũ, aiuntꝫ dictum flumen abeſſe à ſinu magno, cuius meminimus, milliaria ferè quinquaginta, per latus ſemp: adfirmabatꝫ dictũ ſinum uocari de nomine cuiuſdã reguli dicti Beſegne, cuius regio adiacet dicto fluminis oſtio. Deniqꝫ abiuimus à fluminis prædicti oſtio, à latere ſemper maria ſulcantes, quoad peruenimus ad quoddã Caput, quod Verge appellant, cuius plaga aſperatur montibus, nõ tamen multum attollitur, diſtatꝫ eorum ſententia, flumen prædictum à Capite huiuſmodi milliaria ferè centum & quadraginta. Suntꝫ in his montibus arbores propè innumeræ, ſua uiriditate uoluptatem contuentibus etiam eminus affe rentes: proceræ igitur ſunt, & conſpicuæ admodum.

De Capite Sagres, & alijs tribus, ac de nominibus ingentiũ fluminũ,

CAPVT XLIX.

SVperauere igitur dictum Caput Verge, à latere ſemper nauigantes itinere milliarium lxxx. Et ecce aliud Caput apparuit eminentius eis omnibus, quæ unquam uiderant ipſi: nam tollitur in ſublime ſupra omnem æſtimationem, & acuminatur inſtar adamantis, ſcatetꝫ multrjugis arboribus, huic nomen indidere Sagres, in memoriam eius arcis, quam in fronte promontorij Sacri princeps infans beatæ memoriæ condi iuſſit, quã appellauit, Sagren. Hanc Luſitani Caput Sagres de Signea appellãt, addebantꝫ nauclerj memoratos populos idolorum latriæ plurimum uacare, argumẽto imaginum lignearum, quas colunt impenſe, nec prius diſcumbunt cibum ſumpturi, quam dapes obtulerint ſuis idolis. Sunt nigri, & ferro candẽte notas & ſtigmata inurunt corpori, præſertim in fronte: hi tamen citius in ſubcinericiũ

colorem inclinant quàm in nigrum: pro subligarijs quibus pudenda contegunt, libris utuntur arborum, cætera sunt nudi, arma habēt nulla, quia ferro carent. Viuunt oriza, melle ac leguminibus, fabis, uidelicet, & fasiolis nostris non absimilibus, licet elegantioribus, carnibus uescuntur uaccarū caprarūq; non tamen ad satietatem, quoniam nec huiusmodi abundant. Et ultra dictū Caput aiunt esse duas insulas perquā mediocres ob angustiam illarū incultas: altera illinc milliaria sex, altera octo distat, scatēt tamen arboribus: habent etiam illius fluminis accolæ almadias quasdam instar nostrarum maximas, his maria sulcant, hæ enim sunt triginta uel quadraginta hominum capaces: stantes remigant, ut præfecimus: aures habent circunquaq; terebratas foramine multiplici. In his foraminibus appendūt annulos aureos, ut olim margaritas Ægyptij: ferunt etiam appensos annulos naribus, quos haudquaquā detrahunt, nisi cibum sumpturi. Itidem agunt & fœminæ: id plus habēt mulieres principum & optimatum, quòd perforata circunferunt labra, inq; eis condalia, annulorum genus, ut alij Mauri gerunt, adimuntq; pro arbitrio, & id est, principatus uel magnæ claritudinis specimen præclarū. Vltra dictum Caput Sagres ad milliaria ferè xl. iuenitur alius sinus dictus nomine sanctus Vincentius, cuius ostium patet ferè milliaria quinquaginta, secus latus prædictum. Est alter sinus dictus Viridis, magnitudine excedit sinū sancti Vincentij. His fluminibus & sinibus indidere nomina Lusitani nautæ, quos rex Portugalliæ eò miserat explorādi orbis gratia. Regio est tota implicata montibus, unde & amnes, & parua flumina compluscula deriuantur, reddūtq; irriguam terram, nec peragratu est difficilis. Vltra dictum sinum Viridem ad milliaria circiter cc. & quatuor aliud Caput apparet, quod Lætum appellarūt, ob apricitatem regionis, quæ à dicto Capite auspicatur. Post hoc caput mons est eminentissimus, totus arboribus cōsitus iugiter uirētibus. Superato dicto monte introrsus mare ad octo milliaria uisuntur insulæ quædam paruæ, quarum maior ambitu patet milliaria quasi duodecim, hanc Sylucstrem appellarunt, montem Leonem dixere: huic succedit ima, sed patens regio tota harenis strata, ut plerunq; in litore maris est propter fluxum & refluxum iactabundi sali. Quum uero præteriueris montana Leonis, mox fluuius labitur ingens, cuius ostiū circuitu patet milliaribus fere tribus: fluuiū Rubrum appellarunt, ducti hoc argumento, quòd terra erat rubra, & in eundem colorem aquæ, quæ solēt esse cœrulei coloris, inclinabāt: huic flumini adiacet promontorium, quod de nomine fluminis nuncuparunt, eisdē moti causis. Contra autem dictum promontorium uisuntur duæ insulæ pari nomine nuncupatæ, & inde Septentrio uisitur, nō plus distans à mari quàm hominis mensura, adeò ut uideatur contingere aquas. Distat autem ostium prædicti Rubri fluminis ab hac insula milliaria quasi decem. Superato mōte Rubro, tellus se sinuat admodum aquis impellentibus, & fluuius ingens, quem appellarunt

larunt ſinum ſanctæ Mariæ niuis, quoniam ea die quæ eſt uirgini beatæ ce-
lebris, quia in exortu canis, quum candens ſidus dominatur plurimum, con-
ſpectæ fuere niues, fluuius huiuſmodi repertus eſt. Ab altera parte fluminis
eſt frons quædam è regione, cuius paulum introrſus mare eſt quædam inſu-
la, ubi mare harenã emittit, & efficit breuia innumera, eſtq; procelloſum ad-
modum, ob montes adiacentes, & exonerantes in id fluuios, propterea inſu-
lam dixerunt Scamnorum, quoniam ſic egeſtæ harenæ referunt ſcamna, & a-
bacos, ut dictum eſt abunde ſuperius. Vltra dictam inſulam eminet Caput
magnum, cui nomen diuæ Annæ indidere, quoniã ea die eſt repertũ. Abeſt
autem promontorium huiuſmodi à dicta inſula milliaribus xxiiij.

De flumine Palmarum, & alijs compluribus,

CAPVT L.

VLtra itaq; dictum flumen ſanctæ Annæ ad milliaria ferè lxx. per latus
inuenitur aliud flumen, cui ob copiam palmarum nomen à palmis in-
ditum eſt: oſtium autem huius fluminis licet uaſte pateat, eſt tamen reple-
tum harenis, & breuijs, quæ quaſi inacceſſum ipſum faciunt, quoniam nõ ſu-
peratur abſque magno diſcrimine. Item abeſt Caput ſanctæ Annæ ab hoc
flumine milliaribus propè lxx. totumq; litus eſt aridũ, & nullius ferax, licet
pateat plurimum. Ibi etiam inuenere aliud flumen, quod appellarũt Sinum
fluminum, argumẽto, quòd quando repertum eſt id flumen, conſpexere in-
numeros amnes, & aquarum decurſus incolarum arte factos. Supra dictum
flumen ad milliaria xxiiij. per litus ſemper, caput quoddã inuenitur, & in ma
re multũ eminens, inq; eo mons peraltus: hoc promontoriũ appellarunt Ca
put montis. Vltra quod progrediendo ad ſex milliaria, inuenitur aliud par-
uum Caput, neq; eminẽs, & in eo paruus admodũ mons, quem Corteſium
nominarunt. Ibi igitur collucentes ignes quamplurimos uidere, præſertim ſu-
per arbores, & in litore uaſto: nam hos accenderant incolæ regionis, ut emi-
nus nos ueluti è ſpecula conſpectarent: erant enim illis noſtra nauigia hacte-
nus incognita. Superato dicto Capite, ſecus litus nemus condenſiſſimũ con-
ſpicitur, cuius arbores maris aquas obumbrãt, adeò ipſi mari adiacent. Poſt
hoc nemus apparuere quædam almadiæ, & in qualibet illarum uiri tres nu-
di, qui pro armis dauas quaſdam gerebant: nam hæ clauæ referebãt ſuo mo-
do tela: habebãt etiam cultellos paruos in manu, & clypeos dũos, arcus uero
tres. Hi igitur celoci appropinquauere, auribus & naribus perforatis, alij ha-
bebant dentium humanorum torquem collo dependẽtem: hos compellare
& alloqui uarijs interpretantibus mancipijs cœpimus: uerũ licet Turcimanni
noſtri forent Nigritæ, & uarias noſſent linguas, nuſquam tamen cõſequi po-
tuere, ut mutuo ſe intelligerent: & quamuis alter alterum intelligere nequiue-
rit, tres tamen ex illis ingreſſi ſunt noſtras celoces, quorum unum cœpimus

Digitized by Google

ducendum ad principem, quoniam rex iusserat, ut quoties euenisset, ut ultrà progredi nauigando complacitum nobis non foret, ex ultima regione quam adiuissemus, uirum quempiam ui uel amore abduceremus. Vt itaque dicto principis pareremus, hunc ui abduximus Vlisbonam, quem alloquutus est mancipiorum Nigritarum genus multiplex. Sunt enim Vlisbonæ propè ex omni genere mortales cõpluſculi: propterea ſperabat princeps ſe abductum uirum per diuerſa mancipia poſſe de rebus nouis percunctari. Quum igitur tentaſſent omne genus linguarum, ut captum Nigritam intelligerent, uiciſſimq; intelligerentur, nullus unquam est id conſequutus, præter fœminam Nigritam, quæ addicta erat ſeruituti cuiuſdam patricij Vlisbonenſis. Hæc itaque uirum huiuſmodi intellexit, & mutuo fruebantur colloquio: nec eſt conſequuta dctus huiuſmodi idiomate proprio, uidelicet, patrio, uerum lingua quadam media, quam uterque probe callebat. Igitur interprete fœmina huiuſmodi nihil noui habuimus, præter id, quod in ea regione unde abduxeramus uirum hunc, unicornes uiui reperiebãtur, & aliæ res quamplurimæ. Quare quum dictus princeps hominem domi tantiſper habuiſſet, donec uir edoctus eſt res regni ſui præclaras: denique decreuit eum miſſum facere, prius datis homini nonnullis muneribus, quæ ipſe petierat. Expedita itaque celoce iuſſu principis, hic Nigrita patriæ reſtitutus eſt honorificentiſſime. Vltra igitur hunc locum unde abduxeramus uirum huiuſmodi, nemo eſt adhuc progreſſus uſque ad eum diem quo ego ſolui ab Hiſpania, qui fuit M.CCCCXCIII. menſis flebruarij primus. Cæterum nemori prædicto nomen eſt inditum ſanctæ Mariæ finis. Nec id prætermiſerim, quòd die ſeptima dum redirem ſecus litus nauigans, uidi Caput Album, quo poſtera die ſuperato circiter meridiem in mari apparuit belua immaniſſima, habens effigiem piſcis, quæ in nos gradu citatiſſimo contendebat: hæc à nobis in prora exiſtentibus conſpecta eſt illico, quam ut uidimus, cœpimus trepidare, quippe qui uaſtiorem nuſquam uideramus. Ibat igitur belua huiuſmodi tanto impetu ac fragore, celſo ue capite, ut nos perterrefaceret plurimum: quare in re ſubita præſentaneum cœpimus conſilium: decreuimus propterea nobis fuga conſulere. Datis itaque uento uelis quàm celerius potuimus, altum petentes, euaſimus diſcrimen deo fauente. Præuentus eſt ergo piſcis huiuſmodi ſpatio unius milliarij: nec propius acceſſit: tunc eſt à nobis conſpectus ad regulam, nam diligentius formam beluæ conſideraũimus. Quum enim caput ſupra aquam efferebat, uidebatur alas quaſdam habere inſtar alarum molendini, quod uento circumagitur, ubi non adeſt aquarũ copia. Ob id, noſtra ſententia, uiſa eſt belua nõ minor liburnicis, id eſt, galleis noſtris. Quam ob rem Hiſpani omnes qui aſſueuere magnis nauigationibus, fatebãtur ingenue, nunquam uidiſſe atrocioreẽ uaſtiorem ue beluam, quam tãtopere formidauiſſent,

Digitized by Google

midauiſſent: licet innumeras uidiſſent balenas: confeſſione igitur eorum hæc belua balenam ſuperat magnitudine.

De digreſſu & regreſſu Luſitanarum nauium, CAPVT LI.

NAues igitur quas miſit ſereniſſimus rex Portugalliæ, hæ fuere, primo tres, quarum duæ doliorum xc. capaces erant, baloneros appellant, aliæ uero doliorum L. poſtremo nauem onerariam mediocrem, quæ annonam omne genus uehebat. Hæ igitur omnes ferebant homines ſupra centum & octuaginta. Soluere enim ab Vlisbona nona Iulij, M. CCCCXCVII. duce Vaſco de Ghimam. Decima uero Iulij M. CCCCXCIX. nauis quæ tulerat dolia L. Vlisbonam rediit: præfectus uero claſſis ad quandam inſulam Capitis uiridis applicuit, ut germanum ſuum, qui graui agritudine adflictabatur, in terram exponeret. Altera naui retenta doliorũ xc. capace, aliam uero combuſſit uirorum penuria, & alteram quæ uehebat annonam, rogo demandauit, quoniam etiam digreſſuri domi decreuerant, ut ea non rediret.

De Melindæ regno, & de urbe Calechut, ac alijs complu ribus locis, CAP. LII.

QVum itaq; rediremus domum, erant nobiſcum homines circiter quinquaginta quinque, qui multiplici genere morborum adflictabantur: alijs & ora, & fauces morbus corripuerat, aliorum crura ac genua, tabe, ſanie, uel adrapido dolore labefactauerat iugis ægritudo. Nouas igitur regiones plus ſolito adiueramus ad leucas ferè octingentas. Vltra uero compertam regionem, ubi Caput bonæ ſpei uſque ad cognitam plagam tempore regis Don Ioan. ſuperaruntq; dictum Caput ſpei leucis ferè ſexcentum, à latere ſemper populi ſunt Nigritæ: & peractis dictis ſexcentum leucis, mox apparuit flumen ingens, cuius in oſtio eſt frequens uicus Nigritarum, qui quaſi eis Mauris ſubijciuntur, qui introrſus degunt, Nigritis bella inferunt aſſidue. Dictum flumen auro ſcatet ingentiſſimo, ut referebant accolæ fluuij: rogabant nos propterea, ut illic nouam lunam opperiremur, & pro mora pollicebantur auri plurimum. At præfectus claſſis ſiſtere gradum noluit, ſed progredi celerrime cupiebat. Progreſſi itaque ad leucas trecentas quinquaginta, nacti ſumus urbem circundatam muro, cultamq; à populis, Indis haudquaquã abſimilibus, domus ibi ex lateribus & calce pulcherrimæ, ritu Maurico. Appulimus tandem his oris, & à rege Mauro perbenigne excepti ſumus, à quo cõſequuti fuimus itineris ducẽ, pilotũ appellant. Traiecturi eramus ſinũ quendã, cuius naturã ignorabamus: urbs Melindæ appellatur, in ingreſſu oſtij ſinus ſita eſt, quẽ ſinũ altrinſecus Mauri innumeri uicatim accolũt. Is igitur

Digitized by Google

pilotus linguam Italicam probe nouerat. Superauimus igitur sinum traiectu leucarum septingẽtarum: & tandem deuenimus ad urbem Christianorum pergrandem, quæ magnitudine superat Vlisbonam, Calechut appellant, cuius sinus frequens est urbibus, & oppidis Maurorum: & in capite sinus sunt quædam angustiæ maris, ut dicimus strictum Romaniæ. Superatis his angustijs, aliud mare occurrit, id est, sinus, mare Erythræum appellãt, siue Arabicum: & ab hoc latere domus sceleſtissimi Mahumetis abest itinere
Mecha trium dierum, Mecha dicitur, ubi arca Mahumetis, & ibi præclara ciuitas, à Mauris culta, & mea sententia, is est sinus Arabicus, in quem, ut meminit Plinius, Alexandri magni & Romanorum arma penetrauere, & Romano tandem paruit imperio.

De situ urbis Calechut, & de moribus regis, & de eius regia, CAP. LIII.

ET ut reuertar descripturus urbem Christianorum Calechut, Vlisbona maiorem esse noueritis. Hæc igitur colitur ab Indis Christianis, qui in eum colorem inclinant, qui est inter nigrum & album, Bigas appellant: ibi templa complura, & tintinnabula: uerum sacerdotibus & cultu diuino carẽt, tantum in suis delubris uisuntur: uasa quædam cum aquis, cum etiam balsamo plena, omnicp triennio immersi flumine quodam baptizantur. Is fluuius præterluit urbẽ, ubi templa ex lateritijs coctilibus calceq; fabricata conspiciuntur more Maurico. Diuisas uidebis urbes per uicos & angiportus, ut mos est in Italia, stratas nos appellamus, Galli ruas. Huius urbis regi incredibilis seruitus exhibetur à subditis, uiuit more regio ac sublimi fastu, longum seruorum ordinem post se trahens: admissionales, & ædituos ac cubiculatios habet quamplurimos, regiamcp pulcherrimam. Verum rex urbe aberat, quum præfectus classis nostræ appulit portum Calechut: qui ubi de eius appulsu certior est factus, mox illinc soluit, agebat in quodam oppido, quod distat à Calechut quinque uel sex leucis. Rediit igitur Calechut uiris ferè quinquaginta concomitantibus: & demum triduo transacto, iussit accersiri præfectum classis nostræ: quem ubi terram tenuit, illico excepere hominum quinque millia, & ad regiam deduxere principis, uiris duodecim comitatum: cuius fores obseruabant ædituí decem, clauas gestantes ex argento faberrime factas. Deinde peruenere ad cubiculum regis, ubi rex iacebat in lecto imo, qui sic condecorabatur: primo totum cubiculum stratum
Velutum erat uiridi serico, uilloſóque, uelutum appellant: at eius parietes cooperiebantur serico multiplicis coloris ritu Damasceno contexto: cubile uero in stratum erat stragulo albicante, uerum aureis filis intertexto, conopeóque ditissimo inumbrabatur. Tum rex lecto sic est orsus ab imo, qui mortales forent, quó nam peterent, auide percunctatus. At nostræ classis præfectus, O

rex

rex, inquit, Christianorum mos est, ut quum principem princeps per internuntium alloquitur, prius non promat legatus sui principis mentem, quàm astantes paululum secesserint: tunc rex innuit suis, ut parumper secederent: moxq; præfectus classis regem his dictis alloquitur, Regem, uidelicet, Portugalliæ iampridē compertum habuisse, quanti facundus foret, utpote rex celsitudinis immensæ, ac Christiani nominis non contemptor, cupiebat propterea enixe in eius amicitiam, & necessitudinem recipi, si pacis & concordiæ superet locus quispiam: & quod in huius rei certius argumentum, per suū legatum condigne eum saluere iubeat, ut Christiani reges seruant, ut mutuis consalutationibus apprime gaudeant. Rex itaq; legationem, & regis consalutationem perquàm humane excepit, iussitq; uni è summatibus locupletioribus, ut præfectum nostræ classis honorifice domi exciperet, monuitq; ducē, ut sereno animo conquiesceret.

De aromatibus & moribus Calechut, CAP. LIIII.

IN hac itaque urbe Calechut uisuntur ditissimi mercatores, innumeriq;: hi sunt qui regē tum muneribus tum ingenio sibi conciliant, & ferè pro libito gubernant cuncta. Habēt propterea Moscheam in foro, & ibi cōmercia exercent sua, plerunq; sunt Mauri, uiri acres & exerciti mercimonijs. In urbē itaq; Calechut comportant aromata ferè omne genus, uidelicet, cinamum, piper, gariophyllum, zinziberim, thus, lachā. Sunt & syluæ sandalij cōdensissimæ: non tamen huiusmodi aromatum genera ibi nascuntur: sed fere undequaq; importantur, ab insula præsertim, quæ abest ab urbe Calechut leucis clx. à continente autem leuca una, in eodem latere ubi sita est urbs Calechut: eò itur terrestri itinere xx. dierum spatio: incolitur à Mauris, neque Christianis: Mauri dominantur, & inde plura aromata Calechut exportantur, quoniam ibi est emporium, & eorum statio: potior illorum moneta appellatur saraffi ex auro obryzo defecatoq;: hāc cudit Soldanus Syriæ dominus, pondere nostri nummi aurei, eam granis binis excedunt saraffi: & ibi Venetorum, & Genuensium aurei expenduntur, & moneta parua argentea, quam cudere Soldanū arbitrantur. Ibi etiam sunt panni ex serico omniū generū, cocco alij, alij Tyrio, purpura, uel buccino infecti: ibi etiā uidebis byssinū, id est, coccum Tyrio infectum, & id genus cōplura sunt, & panni auro intertexti plurifariā, Attalici dicuntur: æra aūt fabrefacta & stannea uasa plurima comperies. Et ut tandem finiam, fere ibi nihil desiderāt, quod ad humanū cultū pertineat. Et hæc mea sententia ex Babylonia Ægypti cōportantur, Cayrū appellant.

De nauibus quæ cauent à magnete, & de pretio aromatum, CAPVT LV.

POrtugallenses in urbe Calechut cōmorati sunt, à die decimonono Maij usq; in diem xxv. Augusti: & per id tēpus uiderunt innumeras naues, utputa supra mille ac D. quæ ultro citroq; cōmeāt cōmercij gratia, & præsertim aromatum,

Digitized by Google

aromatum. Inter has naues quæ magnitudine alias excedit, non eſt capax cc. doliorũ: earum ſunt magnæ quædã, nõnullæ uero paruæ, unũ tantũ malum habent, id eſt, arborem: nec nauigant, niſi uentum habeant in puppi, adeoq; æſtibus maris interturbantur, ut nonnunq; ſemeſtri ferè continuo, ut tranquillũ fiat mare expectent: ſubmergũtur plurimæ, & miro artificio ſunt fabricatæ: ſunt tamen debiles, perinde ut armorum pariter ac tormentorũ ſint impatientes: quæ uero contendũt ad inſulas, ut inde comportẽt aromata omne genus, fundi ſunt perquàm mediocris, adeò ut paruo ad nauigandum alueo egeant. Aliæ ſunt quæ idcirco abſq; ferro ſunt, quoniã uim magnetis pauent: nam is lapis uiſitur ſuprà dictas inſulas, quà iter ipſi faciunt. Dum urbi appellere uſu uenerit, illárum ſtatio eſt in terra, in luto tamen. Id enim curant ex compoſito, ut tutius degant in arido: quum increſcit mare, dant operã ut eius æſtu naues impellantur in ſiccum, & ibi tantiſper manent, donec finitis commercijs ſoluere illinc complacitum fuerit: mare ibi creſcit & decreſcit ſingulis ſex horis, ut apud nos. Viſuntur aliquando in ſicco naues quingentæ uel D C. quæ res propè eſt incredibilis. Pondus cinami, id eſt, cantarorum quinq; pretium x. aut xij. ducatorum non excedit, ſi ſuam monetam cõſideres, id eſt, zaraffos, ferè idem pretium erit, ut præfecimus. Vbi uero legitur, minore multo pretio, utputa ſex aureis pondus uenditur cinami, tantundem uenditur piper, ac gariophyllum: zinziber uero dimidio minus. Lacha aũt fere nihili uẽditur, id efficit copia ingens, propterea uilipenditur. Itidem ſandalium, cuius nemora uiſuntur: pro his rebus nihil præter aurum & argentum, aut chorallium recipiunt. Merces uero noſtras præter linum paruifaciunt. Linum igitur ibi eſt in pretio: nam noſtri nautæ camiſias complures pretio non mediocri uendebant permutatione aromatũ: licet ibi tela ſit perquam ſubtilis & candida, quæ, ni fallor, Babyloni, quæ eſt urbs Nili, quam Cayrã appellant, tunditur ut hic. Si ſoluendum eſt uectigal, pro centum quinq; ſoluunt: pretioſos lapides tulere paucos, & eos fere pretij nullius: quoniam, ut uerum fatear, defuit eis aurum & argentum, quibus commercia exercebãt. Dicunt etiam ſubeſſe aliam cauſam, quòd nor tulerint lapides, quòd, uidelicet, maiore pretio quàm autumauiſſent uendebantur. Itidem de margaritis aiebãt, nos tamen ſecus credimus: ſed nobis perſuademus eos perquàm uili pretio uendi, licet à Mauris emantur, qui ſemper plus æquo rem æſtimãt, procq; re una quatuor petunt, procaces nimium: attulere tamen hos lapides, uidelicet, berillos, topazios, zaphyros, adamãtes & chryſolitos, aiunt tamen præfectum claſſis emiſſe lapides pretioſos complures, argumento quòd omne ſuum argentũ cum lapidibus huiuſmodi permutauerit, uidelicet, uaſa aurea argenteaq; cælata, quæ cauſa ſplendidioris apparatus ſecum tulerat.

Zaraffi

De Mecha

De Mecha ubi est arca Mahumetis, & de monte Sinai, & mari rubro, Cap. LVI.

NAues quæ comportant aromata omnium generum, inibi plerunque eundem sinum prægrandem traiiciunt, quem Lusitani superatis illius angustijs cymbis quibusdam, mare Erythræum, id est, rubrum traiiciũt: dehinc terrestri itinere ad domum quæ dicitur Mecha, ubi Mahumetis arca uisitur, quæ à litore maris rubri abest introrsus itinere dierum trium. Indc ad Babylonem, id est, Chayrum Nili contendunt, transeunt ad radices montis Sinai, & demum per siccam harenam, ubi turbo quandoq; adeò sæuit puluetis, ut uento puluis agitatus uiatores obruat: ita nonnullæ naues circumeunt totum eum sinum: aliæ fluuium illum, ubi comperere gentes multiplices prope Mauris adiacentes, cum quibus diutina bella agunt. Reperitur etiam in Calechut uinum maluaticũ, quod fert Creta, id est, Candia insula: ex Chayro tamen comportatur eò loci. Aiunt etiam quòd nunc anni octuaginta faciunt, quibus nonnulli Christiani albi eò iuere commercij causa: nam hi pileos gerebant in capite albos, oblongosq;, ut solent Germani: barba his erat promissa inter nares & os, ut Byzantij mos est aulicis: cætera tonsi, barbasq; huiusmodi mastuchos appellant: hæ ferebant uiros loricatos ferreis loricis, *Mastuchi* ac thoracibus, nostris non absimilibus: hastisq; quibusdam utebantur, tormenta etiam habebant, uerum nostris minora: postquam consueuere singulis biennijs semel eò contendere, classem non mediocrem trahentes, utputa nauium xx. aut xxv. Hanc gentem incolæ Calechut adhuc nesciũt, mercesq; præter linum quod deferunt candidum subtilissimumque, nauibus malos quatuor habentibus, ut Hispanæ, exportant aromata: eos igitur ex Germania aduenisse minime arbitramur: nam id haudquaquam nos lateret: uerum plus fidei habet, ut sint Tartari è Roscia profecti, ut referunt quidam, qui cerbro arant maria: tamen breui speramus huius rei certiores fieri, interprete Medio piloto, qui secum profectus est, nunc apud præfectũ classis captiuum *Medius* agit: nam nolens nauigat.

De cibatu regis Calechut, & eius populis.

CAPVT LVII.

ADdictam urbem Calechut Christianorum magnam uim tritici comportant Mauri suis nauigijs: una die uiuit homo pane ualoris trium quatrinorum, qui tertiam solidi partem complent: panem conficiunt absq; fermento, non habent clibanos, uerum sub cineribus, ut nos aliquando placentas torrent, eúmque faciunt in diem: oriza abundat, & bobus, uerum nostris multo minoribus, abundant etiam lacte & butyro, Assyrijs malis, eisque dulcioribus, pomisque omne genus citrinis, alijsq; fructibus mitioribus compluribus: Cariotas habent recentes, & passas, & propè fructus omnium generum. Rex eius urbis ab omni morticino abstinet: nam is

mos

Digitized by Google

mos inoleuit apud eos, ut ipse rex, ac reliqui aulici & probi fere omnes nihil edant, quod mortem patiatur: nullo ergo animali uescũtur, hoc argumento, quòd dominus noster Christus deus omnipotens tulit sententiam in Christiana historia, ut qui mortem intulerit, & ipse pereat, alludẽtes ad illa uerba: Qui ferit gladio, gladio peribit, uiri potius stolidi q̃ simplices. At populus in promiscuum & carnibus ac piscibus uescuntur, soluti his curis: non tamen necant bona animalia, ut sunt boues, eosq; benedictos dictitant: & quũ prætereunt, contingunt manibus, eosq; deosculantur, ut nostri simpliciores deosculantur sanctorum imagines, quum manum ad os referũt deosculando nõ alia magis de causa, quàm quia ea tetigit imaginem. Verus itaq; rex illorum lacte uiuit ac butyro, oriza quoq; & alijs compluribus: eundẽ ritum in cibatu aulici & summates obseruãt. Hic itaq; rex arroganti ac superbo fastu recumbit, palmarum succo pro uino utitur. è uase argẽteo bibit, ita tamen ut uas labra non contingat. Suspenso itaq; uase, instar crateris uinum demittit guttatim, & ori infundit. Pisces ibi nostris haud sunt absimiles, regio frequens est piscatoribus: maiores equos nostris habẽt, uerũ Mauri eos nõ magni faciũt.

De cognitione Christi quam habent, & de notitia pontificis Romani. CAP. LVIII.

CHristiani qui urbem Calechut incolunt equitant elephantes, quoniam ea regio animalibus huiusmodi abundat: quæ ubi mansuescunt facillime, rex cum aliquo contendit trahit secum innumeram peditum multitudinem: nonnulli uero elephantis uecti, regem concomitantur. Rex uero humeris hominum nobilium fertur: uiri pubetenus tantum uestiuntur, cætera usq; ad inguina nudi. Veste utũtur cotonina, quoniã eo panno abundant plurimum: utuntur & pannis sericeis, & in primis illustriores: at alij alijs utuntur uestibus, prout patitur illorum census & opulentia. At nobilium uirorum mulieres, etiam supra cincturam carnes uelant telis subtilioribus. Egregiæ uero fœminæ usque ad pubem tantum corpora tegunt. Mauri autem more suo uestiti incedunt, cooperti ad talos usque. Abest hæc ciuitas ab Vlisbona leucis millibus & octingentis: quæ ratione subducta, ut leucæ cuilibet detur milliaria quatuor, is numerus leucarum efficiet milliaria quindecies mille & ducenta: tantundem metiri oportet in regressu: quare si pensitatius quis consideret, quanto temporis interuallo id itineris perfici possit, comperiet profecto tantam locorum distantiam metiri non posse citius quàm decimo sexto mense. Mauri uero nautæ ad ulteriores regiones duce Septentrione naui-
Pilotæ gant cum instrumentis quibusdam ligneis, quadrante, uidelicet, & astrolabio. A` dextris semper quum sinum Persicum traijciũt, referunt pilotæ illorũ. id est, duces itineris, quòd ad meridiẽ supersunt insulæ xi. mille illis inaccessæ, quas nõ adeunt, quoniã nimium tendunt ad meridiem, adeò ut nõ sit tutus accessus.

Digitized by Google

ceſſus. Forte fortuna hæ ſunt, quas nuperrime rex Hiſpaniarū inuenit. In Calechut habent mediocrem notitiam presbyteri Ioannis, uerum non exercent inuicem commercia, neq; conſuetudines: quoniam multum abeſt ipſe ab Calechut, introrſus plurimum. Chriſtum credunt natum ex uirgine Maria, neq; peccaſſe unquam, & ab Iudæis cruci affixum, mortuumq;, ac Hieroſolymis ſepultū. Papam uero ſciūt Romæ degere: alioquin ſanctæ Romanæ eccleſiæ notitiā haud habent aliam: norunt literas, & ſua lingua ſcribunt.

De aromatibus, ubi naſcantur. CAP. LIX.

IBi igitur ſunt innumeri elephantorū dentes, ac cotoni, ſaccariq; plurimū, & mea ſententia quicquid eſt quo uita carere nō poſſit, eo hæc regio exornatur ditaturq; mirum in modum, creditur q; uinum fore in pretio, quando quidem eo libenter utuntur Indi Chriſtiani: expetunt etiam oleum admodum. Ibi etiā eximie iuſtitia colitur quàm alibi gentium: nam ſi quis furatur aut occidit, ritu Turcarum palo affigitur atrociſſime. Qui uero uectigalibus imponere uult, ſi deprehenſus fuerit, totū perdit, mercesq; ludit omnes. Inibi rurſus inueniūtur unguenta ferè omne genus, ut ſunt caſtoreum, ambra, ſtorax, & id genus alia. Inſula uero quæ mittit aromata, Zellū appellatur: ea eſt ultra Calechut urbem ad leucas ferè c. & LX. ubi oriuntur aromata: at arbores cinami & piperi fert alia inſula introrſus continentē. Aiunt etiam circū urbem Calechut naſci piper & cinamū, uerum non ad perfectionē. Gariophylla deferuntur à remotiore plaga: reubarbari ibi plurimum, & aromata minutiora complura. Zinziber in medioterraneis oritur electiſſimū. Sinus quem præfeci, colitur eximie altrinſecus à Mauris. Poſt hæc intellexi melius à nonnullis, ipſum tantū à latere uno habitari à Mauris, ab altero uero uerſus meridiem in Indis Chriſtianis, eiſdemq; albis ut nos, in litore maris æque ac in mediterraneis. Is eſt tritici ferax plurimi, fructuum & carnium, & propè omnis annonæ. Inde plura ad urbem Calechut deferuntur: nam regio ubi uiſitur Calechut, obducta eſt arenis, habet humum ieiunam: & præſertim tritici & id genus eſt impatiens. Ibi etiam duo uenti ſolum flant in æſtate, uidelicet, Subſolanus, & hyeme Fauonius, ſiue Zephyrus: rerum omnium ſunt elegantiſſimi pictores: urbs muro ambitur nullo, uerum domos continenter & in ordine poſitas, uicosq; maurico more habet. Eadem inſula quæ fert cinamum, mittit & gemmas abſolutiſſimas.

Zellum

Portus aromatum Soldani, CAP. LX.

QVo ad res Indas inuentas ab iſtis quibuſdam meis literis reddidi uos certiores ſigillatim: poſt uero ſuperuenit pilotes ille, quē ui ceperant. Is uiſus nobis eſt ex Dalmatia oriundus, tamen reuera erat Iudæus, ortus Alexandriæ, aut non longe ab ea terreſtri itinere: iuuenis admodum Indiam adiuit, nunc in urbe Calechut uxorē habet & natos. Is dominus erat quatuor nauium: ibat propterea interdum cum claſſe, & de eius regione mira referebat:

Digitized by Google

de diuitijs præsertim ac aromatibus, & cinamomo perquam eleganti, quæ omnia ueniunt ex insula quæ ultra Calechut ad leucas centum & quinquaginta uisitur, parumq; abest à continente: oram Mauri tenent: piper uero & gariophyllum mittit ulterior regio, & in primis Iudæa, & ibi rex Iudæorum, uidelicet, illarum decem tribuum, quæ ex Ægypto traiecerunt in Arabiam, superato mari Erythræo. Affirmãt etiam innumeros esse idolorũ cultores, gentiles uocant & Christianos propè nullos. Verum falluntur plurimi, qui arbitrãtur ob id Christianos esse cõplures, quòd, uidelicet, ecclesiæ uisuntur cum tintinnabulis plurimæ, quæ templa tamen sunt idolorũ, quod profecto magis quadrat rationi: nam absonum esset dicere, quòd ibi Christi nomen colatur absq; diuino cultu, & præsertim à Christianis. Igitur ibi nec sacerdotes cernuntur, nec fiunt sacrificia quæpiam, assueuerant itaq; nullos esse inibi Christianos, quàm eos qui presbytero Ioanni parent, qui distant mirum in modũ ab urbe Calechut, quum citra mare Erythræum existat, non longe à rege Melindarum, in Aphrica introrsus multum uersus Nigritas, prope Guineam. Is presbyter alibi Soldano cõfinis est, haud longe à Nilo, ubi Babylon urbs uastissima, nunc Cayrum dicitur. Hic itaq; presbyter Ioannes habet sacerdotes qui diuina exequuntur, ut nostri Euangelia colunt & obseruant, necnon alia ecclesiæ mandata ut reliqui Christiani haud contemnunt, parumq; in cultu diuino à nobis differunt. Soldanus aũt in mari Erythræo portum habet, & ex Alexandria Ægypti ad portum maris Rubri contendunt itinere terrestri dierum octuaginta: tantum abest ab Alexandria. Ibi uideas aromata omne genus: eò enim comportantur ex urbe Calechut. Non longe etiã ab dicta urbe uisitur quædam insula distans à continente leuca una, ubi innumeri piscatores uisuntur, qui margaritas multiplices piscantur. Ibi nullæ sunt aquæ ad potandum suaues: uerum hi nautæ proficiscuntur ad quoddam flumen sine utribus ac dolijs, sed solis nauibus hauriunt aquam: armenta, quum naues redíere, illico currunt ad mare, ut aqua dulci satientur, quam abunde naues, ut præfeci, comportant. Hæc insula est citra Calechut itinere leucarum sexaginta, & colitur ab gentilibus, id est, idololatris. Vaccas & boues eximie colũt, utpote benedicta animalia, adeò ut si quis læserit quodpiam illorum, is protinus morte pœnas luat, non aliter quàm pro furto. In cibatu igitur animalia huiusmodi non habent. De insula uero Taprobane, de qua satis ac super scripsi, alia nõ habemus, nisi quòd credimus ipsam innatare uastissimo pelago, & abesse plurimum à continente.

De instrumẽtis nauigandi, & quãti merces inibi uendantur. CAP. LXI.

IN urbe Calechut est templum, quod ingredi nefas est. Impune id ingredi non licet cuiquam die Mercurij ante meridiem: nam si quis ante id horæ ingressus fuerit, mox moritur ob dæmonum conspectum, qui per id tempus inibi ferè innumeri conspiciuntur. Addebat etiam Iudæus qui captus fuerat, diem

rat,diem esse quendã in anno, quo in dicto templo suapte natura lampades quæpiam accenduntur, & rem monstrificam ac portentosam efficiunt. Inibi nauigant absq; pyxide,sed solo quadrãte ligneo: quæ res uisa est difficilis admodum, & in primis quũ cœlum inumbratur nubibus, adeò ut stellæ uideri non possint. Ancoras habent perquam mediocres, quas quando iaciant adhuc ignoramus:temones nauiũ alligant funibus,& longitudine excedunt nauium transtra palmis ternis:omnia nauigia eius regionis fabricantur incolæ urbis Calechut, quia alibi arboribus & omne genus lignis carent. Potiores merces eius regiõis sunt corallia,& æra fabrefacta in uasa,ut in cacabos & sartagines,uel ahena, & id genus plura,necnon in laminas. Conspicilia magni penduntur plurimũ,adeò ut alicubi gentium par unum conspiciliorum prætio uendatur eximio. Sunt etiam ibi in pretio telæ rudiores, uinum & oleum: panni ex auro ferè nulli,& alij panni ferè omnium generum.

De elephantis,& titulo regis Portugalliæ. CAP. LXII.

HIc noster rex Portugalliæ in his rebus animi est nõ quidem mediocris, uerũ eximij:argumento est classis quã parat in expeditionẽ Indicam:nã in præsens naues quatuor expediuntur, ac celoces duæ omni annonæ genere perquã munitæ,ut mense Ianuarij præsto adsint ingentissimis refertæ mercimonijs: inq; eis armamenta omne genus, ut si forte fortuna rex Calechut renuat oblatam conditionem, & nostræ gentis contubernia spernat, discat ui dare aliquando,quod amicè potuisset. Hæret igitur animo illi, ut quum opus fuerit, sua classe naues futiles ac nullius pensi regis Calechut profliget, quod si pro arbitratu succedet:quoniam uix referre possum, quàm parui sint momenti, & uirium nullarum orientaliũ meridionaliumq; nauigia, ubi nostris collata fuerint: inter cætera sulcare maria nequeũt,nisi uentum habeant in puppi:uerum ibi nauium propè infinitus numerus uisitur:& ultro citroq; commeant,ferentes aromata ferè omnium generũ. Potissima animalia eius regionis sunt elephanti: his bella conficiunt: turres quasdam imponunt eis, capaces trium uel quatuor uirorum, qui de turribus huiusmodi præliantur: moderatorẽ habent,qui turrita animalia regit, ut cõmeminit Plinius. Eis reges se suaq; tutantur: alij in exercitu ad bella ducunt elephantorum M.D.C. alij M. D. CCC. alij minus, prout sumptus exigunt illorum. Quando naues appellunt onustæ,id fit ui elephantorum: currunt effusissime: & licet uix sit dicto fides,fabulaq; censeatur, rem tamen ueram denarramus. Aiunt etiam quamuis ibi sit copia elephantorũ,eos tamen uendi pretio ingenti,si alias res spectaueris. Præfectus classis nostræ, nec alij lapides pretiosos tulere: quare nobis persuademus haud difficulter, lapides huiusmodi inibi haudquaquã reperiri,sed è longiore regione conuehi, ideoq; propterea ut eius regionis principes magni pendant lapides pretiosos, storax, castoreum, & alia id genus plurima. Quicquid autem deinceps de rebus huiusmodi comperti habebimus

mus, mox uobis colliquescet. Hic rex noster harum regionũ iam titulũ gerit, uidelicet, Rex Portugalliæ & Algarbiorũ citra & ultra mare in Africa, & Guineæ dominus: & per nautas suos cũ Arabib. Persis & Indis cõmercia exercet.

Quomodo rex Emanuel dedit præfecto classis regium trophæum.

CAPVT LXIII.

ANno M. D. rex Portugalliæ serenissimus classem nauium duodecim in Indiam expediuit, cui præfecit Petrum quendam Aliares, ac Abrilum Fidalcum: & hanc classem omni genere annonæ & armamentorum communiuit diligentissime, tantumq; annonæ naues comportarunt, ut uictui mensium decem & octo abunde sufficeret, data eis lege, ut ex duodecim nauibus decem ad urbem Calechut contenderent, duæ uero in Arabiam. Igitur hæ duæ diuertunt cõmercij gratia in eam regionẽ, ubi locus est dictus Zaphal, secus iter quo itur Calechut. Itaq; naues decem prædictæ eas merces domo secum attulere, quas crederent Indis & Persis haud fore ingratas. Ergo octaua mẽsis Martij anni prædicti, nauibus iam præparatis itineri, rex Portugalliæ concessit ad locum quendam ad secundum urbis lapidem, cui nomen est Sanctæ Mariæ de Ballera, non alia de causa, nisi ut daret præfecto classis nostræ regium trophæum. Hæc itaq; classis soluit illinc die Lunæ nono Martij, cœlo sereno, ac felicibus auspicijs. Igitur die XIIII. dicta classis superauit insulas Canarias. Item die XXII. præteriuit Capitis uiridis insulam. Item die XXIIII. quædam nauis digressa est ab alijs, & quò concesserit, adhuc nobis est incognitum: nam nusquam apparuit.

Quomodo naues iactabantur fluctibus. CAP. LXIIII.

VIgesimaquarta Aprilis, die Mercurij, in octaua Paschæ, dicta classis uidit continentem quendam: ob quam rem gauisi sunt plurimum, propterea misere exploratores, qui uiderent quæ gens illas terras incoleret: qui mox comperere ibi esse arborum uim maximam, & gentem quandam litus obseruantem. Iactis itaq; ancoris, rursus cymbam mittunt, quæ diligentius scrutetur regionem, ac eius incolas. Iuere igitur: & ubi redierunt, retulere gentem esse eius coloris, qui medius est inter album & nigrum, eosq; uiros habere habilissima corpora, ac capillum promissum, & nudos esse, sicuti exeunt ab utero matris, omniq; uerecundia carere, & eorũ singulos arcus ferre cum sagittis, utpote qui litori fluminis custodiæ præerant: uerum nullus erat in dicta classe, qui eorum linguam calleret. His ergo conspectis cymba rediit ad classem: & dum nox humida cœlo præcipitat, surrexit atrox tempestas, quæ plærunq; noctu sæuit: mane uero sequenti sublatis ancoris, adhuc undabũdo mari ac sæuiente, percurrimus tamen litus quasi ad Aquilonem, flante Euro, ut si forte fortuna nacti fuissemus portum aliquẽ, ubi tutius classis conquiesceret. Tandem peruenimus ad portum quendam, ubi iecimus ancoras: etiam nacti sumus Ananinos, qui paruis cymbis portabantur: hos adiuere è

nostris

noſtris quidam, & duos ex eis ceperunt, & ad præfectũ claſſis duxere, ut intelligerent quænam gens eſſet: quoniã idioma illorũ nemo adhuc intelligere potuerat: nam nec nutu, nec ſignis quæ exponebantur intelligebant. Igitur præfectus claſſis prædictos Ananinos penes ſe nocte una habuit: & ubi uidit nullũ eſſe cũ eis humanæ uocis cõmerciũ, eos immiſit indutos tunica interiori, & ueſte alia birretoq; quod eis ſumme placuit, nam nudi incedebãt: propterea omne genus ueſtis admirabãtur, utpote rem hactenus non uiſam.

De radicibus, quibus panem ibi conficiunt, & quibuſdam aliis moribus. CAP. LXV.

EA die quæ erat octaua poſt feſtum Paſchæ, id eſt, uigeſima ſexta Aprilis, præfectus claſſis noſtræ decreuit Miſſam audire: propterea iuſſit præparari tentoriũ, ſub quo diuina officia celebrarentur: & poſt Miſſarũ ſolẽnia omnes dictæ claſſis concioni diuinæ interfuerunt: eò etiam conuenere multi ex illis populis, qui tripudijs & ſaltationibus inſiſtebãt, quiq; cornu intonuere, dum diuina celebrarentur: & mox peractis Miſſis unuſquiſq; dilapſus eſt in ſuam nauim. Incolæ uero regionis illius deſiliebant in mare, immergebanturq; uſq; ad ulnas canendo, geſtiendo, multaq; alia lætitiam præ ſe ferentia agendo. Poſt hæc præfectus claſſis quum pranſus eſſet, ſignũ dedit cunctis ut naues pro libito egrederentur. Itaq; egreſſi omnes cœperunt cum incolis eius regionis ludere, magnã uoluptatem ſumentes ex illorum ſaltationibus & tripudijs: & demum cœperunt exercere inuicem cõmercia: nam incolæ pro panno, papyro, & aliis minimis, arcus & ſagittas dabãt: & tandem in his permutationibus merciũ totam diem conſumpſere, & inibi inuenere flumen ad potandũ ſuauiſſimum: & quũ adueſperaſſet, rediere ad ſuas naues omnes. At ſequenti die præfectus claſſis decreuit aqua & lignis rurſus nauem cõmunire. Igitur illius iuſſu nautæ omnes aquatum & lignatũ profecti ſunt, adiuuantibus illis populis: nam cateruatim confluebant, ut nobis eſſent auxilio. Iuere etiam è noſtris compluſculi, ut illorũ domos & habitacula uiſerent: habitant enim longe à mari ad tertium lapidem: & permutarũt ſuas merces cũ piſacis & radice quadã, quæ dicitur igname, qua panis illorũ conficitur, eoq; utuntur Arabes: nam noſtri pro his rebus dederunt ſupradictas merces: & ibi ſex dies permutando noſtra cũ ſuis triuimus. Quo ad mores illorũ, nõ abre fuerit pauca cõmemorare. Sunt igitur, ut ſupra meminimus coloris qui eſt inter nigrũ & album, pardum appellant: nudi ſemper incedunt, nullus eſt eis pudor, neq; uerecundia: capillum promittunt: barbam uero & oculorũ palpebras uellunt, & inibi depingũt uaria colore multiplici, ut albo, nigro, & cœleſti, necnon rubeo: & ferunt labrũ oris inferius perforatũ, & in foramine huiuſmodi ponunt oſſa inſtar claui: aliq; autẽ lapillos ferũt eiuſdem coloris, adeò ut uideatur totum labrum gemmatũ: itidem mulieres agunt, ſuntq; ſine pudore, uerum pulchertimæ, & capillos per humeros leniter demittunt: domos *Igname*

Digitized by Google

habent ligneas, quas foliis & ramis arborum cooperiũt, fuffulciuntq; eas innumeris columnis: & in medio earum ad parietẽ collocant rete bombicinum appenſum, in quo homo inuoluitur: & rurſus rete aliud, quoad continenter plura in ordine diſponãt, interq; ea rogos accendunt, efficiuntq; ut in cœnaculo uaria cubicula & retia parietum uicem ſuppleant: nam retibus diſcreta ſunt eorum habitacula.

De pſitacis inibi repertis. CAP. LXVI.

IGitur eadem regio caret ferro & omnifariam metallo: propterea ligna incidunt lapidibus præacutis: abundant uero omni genere auitiorum, præſertim pſitacorum multijugi coloris, tantæq; proceritatis, ut cum gallinis magnitudine contendant. E' pennis uero auium pileos & birreta conficiũt. Terra abundat arboribus ferè omnis generis, aquisq; irrigua admodũ eſt: milliũ fert, & ignamen herbam, unde panis illorum cõficitur: necnon goſpij mittit plurimum. Ibi animalia uidimus nulla. Regio eſt uaſtiſſima: & an ſit inſula uel continens, nondum ſatis liquet: uerum nos indinauimus in eam ſententiam, ut ſit continens, ob immenſam uaſtitatem. Cœli eſt ſaluberrimi, & incolæ retia habent ferè innumera: quoniam omne uitæ ſuæ tempus terunt piſcando: nam piſcantur piſces quaſi omne genus. Inter cæteros piſces qui inibi eminent, unum uidimus, qui dolium nõ quidem mediocri craſſitudine excedit: & rurſus idem longitudine duo dolia ſuperat, & formæ eſt obrotundæ. caput habet ut ſus, uerum oculos paruos, dentibus caret, ſed aures longitudine & latitudine brachij menſuram excedunt: in inferiori parte corporis duo habet foramina: cauda illi eſt oblonga, eademq; lata ſupra brachij menſurã: & loripes erat: in aliqua corporis parte uidebatur habere ſuis cutem: corium denſum ſupra digiti menſuram. Interea temporis dum illic agebamus, præfectus claſſis decreuit de his rebus regem reddere certiorem, & in ea regione uiros duos, iam ob ſcelera morti addictos dimittere: nam ex his complures ſecum trahebat. Itaq; illico præfectus claſſis nauim expediuit in Luſitaniam, quæ regem harum rerum certiorem facerent: nec ob id numerum duodecim nauium minuit: quoniam hæc nauis ultra dictas duodecim naues ad tales caſus ducebatur. Literæ erant eius tenoris, quòd narrabant ex ordine omnia nuperrime inuenta à Luſitanis. Hoc facto mox mittit quoſdam, qui in litore crucem eminentiſſimam figant, ceu noſtræ fidei trophæum: & in eodem loco duos, ut præfecti, morti addictos deſeruit: qui ubi uidere ſe deſtitutos omni Chriſtianorum auxilio, flebant mœſtiſſime. At incolæ regionis illius eos ſolabantur, miſerati eorum conditionem.

De ingenti tempeſtate, qua naues quatuor ſubmerſæ ſunt. CAPVT LXVII.

IGitur ſequenti die, ſecunda erat Maij, anni eiuſdem, explicuimus uela, iter dirigẽtes uerſus caput Bonæ ſpei: & id maris iter leucas ferè habet M. C C. id eſt,

Digitized by Google

id est, milliaria quater mille. Die uero duodecimo eiusdem mensis nobis nauigãtibus cometa quidam apparuit Arabiã uersus, cuius radij pomittebantur plurimum: sicq; cometa diebus octo aut decem iugiter apparuit die noctuq; : & tandem die dominica, uigesima quarta mensis Maij, dum iter nostrum prosequimur, & classis omnis felicibus uentis potiretur, capientes uentum non pleno malo, sed medio, ob pluuiã quæ præcesserat, ecce uentus turbinis repentino flatu inuasit nautas, egitq; ut naues propè omnes submergerentur: nam quatuor ex nostris nauibus inuertit submersitq;, nec ultra earũ quampiam uidimus: adeò enim concite eas corripuit tempestas, ut eis auxiliari nequiuerimus: quippe qui parũ & nos aberamus à morte. At naues septem quæ supererant, uentũ in puppi accipientes, dei clemẽtiæ haud diffidentes nauigabamus. Dum itaq; priore tempestate perterriti mœstissimum iter prosequebamur, ecce atrocior procella cœpit mare interturbare, & efficit ut plus solito sæuiret: adeoq; iactabamur fluctibus, ut uideremur cœlum cõscendere, dũ fluctus nos in superiora impellebat: quũ uero demittebamur, ipsum Acheronta petere arbitrabamur, tãta erat inundatio aquarũ. Vela facere uentis prohibebat tempestas: igitur luctamur cum Neptuno, & in uarias partes disiungimur: eoq; discriminis peruenimus, ut altera alteram conspicere nõ posset: nam nauis quæ classis præfectum uehebat, id est, prætoria, cum duabus alijs iter aliò cœpit: quò tamen pergeret nõ satis sciens. Alia uero nauis, quæ regis nomen obtinebat, aliò profecta est, comitantibus duabus alijs. At ea quæ sola supererat, infelicior cæteris errabũda per se mare sulcabat. Sic itaq; alto iactati per dies xx. hanc maris sæuitiam perpessi sumus.

Cometa

Tempestatis uiolentia.

De Zaphala auri mina. CAP. LXVIII.

TAndem sextodecimo Iulij fauentibus superis Arabiæ litora conspeximus, & illò nauigia dirigentes ancoras iecimus. Erat ibi ingens piscium copia: cœpimus ex eis complures: nec tamen quisq; nostrum continentem applicuit: solum enim litori adhæsimus: uidimus tamen regionem illam populis ferè innumeris cultam. Tunc sublatis ancoris, & secus litus iter prosequentes nostrum, plurima uidimus flumina, ac animalia complura. Erat profecto frequens habitatore, quum hominibus, tum etiã multũgis animalibus: tandem nauigando peruenimus ad quandam auri minam: ea est in loco qui dicitur Zaphala: & ibi erant duæ insulæ, ubi naues duæ Maurorum cõmorabantur cõmercij causa: hæ enim aurũ uehebant ad regnũ Melindæ: quæ quidem naues ubi nostrã classem conspexere, mox effusissime fuga sibi cõsulere terram petẽtes: & aurũ quod uehebant, in mare proiecerunt, ne nos eo potiremur. At præfectus noster ubi hæc uidit, in eos uela fecit, cœpitq; naues huiusmodi, in quib. parũ adhuc supererat auri. Captos igitur cõpellere cœpit & percũctari, quænã gẽs foret undé ue ueniret, & quò pergeret. At dux Maurorũ, Mauri, inquit, sumus, regi Melindæ necessitudine arctissima coniuncti, ex

insula quæ Zaphal dicitur uenimus, uxorē ducebam mecum: & dum classem uestram conspeximus formidantes, terrā appellere festinantius uoluimus, ea maris obruta est fluctibus: idem casus nato obtigit meo. Tum nostræ classis dux, ubi accepit eum regis Melindæ affinē esse, ægre tulit eorum iacturā, sola ricp cœpit eos, honorifice admodum ipsos excipiens in memoriā tanti regis, cum quo nobiscū maxima amicitia intercedit, & in primis cum nostro rege. Iussit itaq; ut illorū naues reponerētur: & si quid auri sublatū fuerat, id totum mox restitueretur. Tunc Maurorū præfectus percunctatus est nostrum ducem, an fascinatorē haberent quempiā, qui incantationibus pessundatū aurū extrahere posset. Cui noster dux infit: Nos Christum deum colimus, qui arcte nobis has fascinationes exercere prohibet, propterea ab re huiusmodi temperamus. Rursus ab eo noster præfectus quærit, ubi sit dicta Zaphala, quam ipsi adhuc nesciebant, uerū fama eius adducti adnauigabant. Tum Maurus ait: Zaphala est insula quæ aurū fert, eā paret regi Mauro, qui insulam incolit Choloam nomine dictā, nec à uobis abest in eodem itinere quod tenetis, sed iam eam præteriuistis nonnihil. Tunc præfectus, ubi hæc intellexit, signū dedit ut uela daremus uētis, à nostro itinere haudquaq; declinantes. Tandē x x. Iulij applicuimus insulā quandā ditionis regis Zaphal, nomine Monzobinghe: ea est habitatore haud frequens: uerū ibi uisuntur diuites complusculi, qui inibi cōmercia exercent. Eò igitur ubi deuentum est, corpora curabamus, ducemq; itineris accepimus, pilotū appellant, qui nos Achiloā duceret, ea est insula, ubi portus est perquam opportunus, non longe à continēte. Igitur hinc soluimus Achiloam uersus, litori semper adhærētes, ubi innumeras conspeximus insulas eximie cultas, ac ditionis eiusdem regis: & tandem Achiloam peruenimus x x v i. mensis eiusdem, eoq; simul naues sex deuenerunt uario itinere: at septima nusquam comparuit. Hæc itaq; insula parua est admodum, & continenti propè coniuncta: regio est aprica ac pulcherrima: domos habet eminentes more Hispanico, & ibi locupletissimi mercatores: quoniam scatet auro, argento, ambra, castoreo & margaritis. Incolæ induuntur cotono albo, nec non serico perquam eleganti: uiri sunt nigerrimi.

De congressu regis & præfecti. CAP. LXIX.

HAbito itaq; saluo conductu, quo impune cum rege colloqui posset per internuntiū, primo cœpit regē adire. Misso igitur Alphonso Furtado, qui uicē legati supplebat, cōcomitatus sex uel septē uiris, elegantissime, ut asset, indutis, his uerbis alloquitur regē: Classem esse regis Portugalliæ, quæ eò accesserit solius cōmercij gratia, ferreq; cōplura mercimonia, quæ forte regi erūt haud ingrata: cupere propterea præfectū classis regē corā uidere, uerū ex mandato regis Portugalliæ nō posse impune terrā appellere, nec nisi in cymba regē adire posse: hūc esse ducū classiū morē uetustissimū, ne correpto principe mox ruerent oēs qui de eo pendent. Ad hæc rex respondit se descensurū

perquam

perquã libenter ad mutua colloquia, seq; uicissim cupere præfectũ uidere tan tæ classis. Igitur sequenti die conuenere rex & præfectus, uecti cymbis uarijs: nam nostri tormenta expediuere, gentemq; omnem cum signiferis, buccinatoribus, tibicinibus & choraulis: at rex almadias exornat suo more, tibijs & cãtu exultans: cohors nobilium regem cõcomitatur suum. Igitur præcedẽtibus fecialibus colloquuti sunt. Tunc nostri tormenta ferè omne genus exonerarunt, tanto fragore edito, ut mare totum cõtremiscceret, & cœlum reboaret eximie: quæ res & regem ac suos adeò perterrefecit, ut stupidi penè hæserint omnes, his nunquam assueti. Postq; mutuo colloquio uterq; potitus est, ad sua quisq; redijt. Sequenti itaq; die rursus præfectus Alphonsum emisit, qui cum rege nauaret operã de mercimonijs permutandis aliquando: uerũ longe aliter rex uisus est sentire, quàm præfecto pollicitus fuerat: plura enim excusabat, & in primis ipsum mercium nostrarũ non egere, & piratas propè arbitrari. Re itaq; infecta Alphonsus redijt ad classem: inibi tamen ad tres uel quatuor dies cõmorati, nihil consequuti sumus. Interea temporis rex metuens ne genti suæ uim inferremus, aliquã insulam peditibus cõpluscułis cõmuniuit. Hoc uiso præfectus noster illinc soluit, & uela dedimus uentis uersus regnũ Melindæ: & inter nauigandum longe à litore multiplices conspeximus insulas à Mauris cultas: & ibi urbs quæ dicitur Monbaza regis Mauri, suntq; hæc Arabiæ litora ab Mauris culta. In insula uero introrsus aiũt esse Christianos, qui, ut dicũt, magna bella conficiunt: id tamen nobis fuit incompertum.

De muneribus regis Portugalliæ missis ad regem Melindæ,

CAPVT LXX.

IGitur die secũda Augusti mensis eiusdem deuenimus ad regnum Melindæ, & ibi tres naues regni Gambræ ancoras iecerant: nam quælibet earum capax erat amphorarũ ducentarũ: hæ enim mira arte sunt compactæ, absque ferro, uidelicet, sed ferrumine nescio quo, thure admixto: arcem non habẽt in prora, sed in puppi tamẽ, castellum uulgo appellant: redibant naues huiusmodi ab Indica prouincia. Eò ergo ut applicuimus, mox rex munere multiplici nos donari iussit: id munus erat, arietes compluscułi, gallinæ propè innumeræ, anseres plurimi, & mala Assyria ferè omne genus, quæ quidem suauitate mira omnia alia præcellunt, argumẽto q; ægris, protinus eis gustatis, plurimũ conferunt. Vbi itaq; terrã appulimus, præfectus classis iussit de more ut tormenta exonerarẽtur: duosq; negotiatores emisit, quorũ alter idioma Arabicũ callebat, eisq; mandat ut regẽ ex se adeant, illiq; renuntiẽt dassem huiusmodi adueniſſe, ut ipsum nomine regis Portugalliæ uisat, & donet munere non ingrato, præfectũq; ad ipsum literas habere sui regis: quæ omnia libens audiuit, supra quàm referre queã: & eum qui linguã Arabicã nouerat, apud se ea nocte habuit. Quũ uero illuxisset, Mauros duos uiros haud inhonoros ad classem misit, qui Arabico sermone præfectum alloquerentur his uerbis:

Gratum

Gratum, uidelicet, habuisse eius aduentum, rogareq; propterea ut si alicuius egeat, quod regis foret, eius rebus æque uteretur ac suis, crederetq; esse in regno Portugalliæ: quandoquidem erant sua omnia cum rege Portugalliæ cõmunia, ob amicitiam quæ iampridem inter eos interceſſit. Præfectus uero his auditis decreuit literas quas habebat mittere ad regem, necnon munera huiuscemodi, uidelicet, ephippias quasdam exornatissimas, par unum frontalium equorum, stapedes & calcaria argentea, pectoraleq; equi unius: & habito super hac re consilio, uisum est cunctis ut munus regi offerret Araschorea negotiatorũ primus. Hunc comitati sunt complures ex nobilioribus dassis, præeuntibus buccinatoribus. Rex itaq; ubi hæc audiuit, illustriores quosdam præmisit, qui occurrerent negotiatori. Regia principis portui adiacet: & priusquam appropinquarent ædibus regijs, obuiarũt mulieres quædam patinas igne plenas ferentes: quibus iniecerant odores ferè omne genus, adeò ut fragrantia multiplici opplerent totam terram. His igitur odoribus excepti ad principis regiam deueniunt: ubi rex in sede regia sedebat, satrapis compluſculis Mauris astantibus. Qui quum primum munera uidit, gauisus est plurimum: acceptis etiam literis, quæ ab altera parte subscriptæ erant charactere Arabico, ab altera uero Lusitano: quibus perlectis cœpit cum suis Mauris lætari & gestire: & tandem omnes uno impetu exclamarunt in cœnaculo, reddentes gratias deo, quòd eius permissu cum tanto rege, ut est Portugalliæ dominus, inissent fœdus & amicitiam. His igitur oblectatus muneribus, negotiatorem rogauit plurimum, ut tantisper apud se ageret, donec dassis illic commorabatur: quoniam mirum in modum gaudebat secum de rebus Lusitanis commentari. Et Araschorea respondit, id sibi haudquaq; licere præfecto inconsulto. Tum rex illico sororiũ cum annulo suo ad præfectũ classis mittit, qui ab eo impetret, ut Araschorea regi morem in petitis gerat, simulq; hortaretur eum, ut regis & regni rebus uti non differret. Huic itaque mox dux classis est obsecutus. Hoc accepto rex iussit domũ pro Araschorea magnificentissime præparari, datis prius omnibus quæ uictui erant necessaria, ea, uidelicet, quæ regio meliora ferebat, ut sunt arietes, gallinæ, oriza, lac, butyrum, cariotæ, mel, ac fructus, & id genus complura: panem uero non misit, quoniam eo haud utuntur. Itaq; triduo apud regem fuit Araschorea: & id tempus ferè omne consumptum est in colloquijs & commentationibus rerum Portugallensium: nam res de rege Portugalliæ adeò libenter audiebat, ut uix discedere quiret ab his colloquijs. Petijt etiam perquam auide, ut ipse ac dux classis mutuo frui possent colloquio. Cui Araschorea, inquit: Rex serenissime, scito duci nostro minime unq; licere terrã appellere, ne classem deserat: tu uero, si tibi cordi hæsit uirum compellare, id non consequeris, nisi cymba uectus, perinde ut mare non deserat: quoniã hoc est nostri regis edictum. Itidem fecit Achiloæ rex, ubi sibi complacitum fuit conuenire ducem. Subre

cusabat

cusabat rex, quippe qui quum esset tanti, ad minorem ire dedignabatur: tandem persuasus Araschoreæ uerbis consensit: tunc Araschorea certiorem præfectum classis de gestis apud regem fecit: quibus acceptis, dux classis cymbas paruas exornari iussit, prouiso prius ne classis iret in diuersa. Cymba uero qua uehebatur, taliter exornabatur: primo strata erat cocco & purpura, & aliis aulæis inumbrata, necnon uiris strenuis, eisdemq; armatis communita. At rex & suas cymbas, almadias uocant, suo titu exornat: iussit etiam equum sibi sterni more Lusitano, uerum non inueniebatur qui hanc operam nauaret, nescientibus eis nostrum morem: nostri ergo equum huiusmodi strauerunt. Strato itaq; equo rex scalas descendebat: quibus descensis, mox affuere regni illustriores, qui inibi regem præstolabantur, arietem habentes: quem ubi rex descendit exenteraruntꝝ exenteratum equi pedibus subigunt, mox ab rege equite concalcandum: & is mos eis pro cærimonijs & fascinationibus priusquam rex domum exeat, & clamore ingenti edito regem persequebantur. Hunc morem etiam seruant in Zambombac. Rex igitur & dux conuenere, amiceq; ut sunt collocuti, in sua quisque loca dilapsus est: non prius tamen ualedixit regi præfectus, quàm ab eo impetrauerat ducem itineris, hoc est pilotum, qui iter ad Calechut optime sciret. Vbi itaque rex domum redijt, ducem rursus donat munere multiplici, id est, edulijs ferè omne genus, promissumq; mittit pilotum. Is erat ex naui Chombaiæ, probe sciens itinera. Dux uero noster inibi duos addictos morti ob scelera reliquit, unum apud hanc gentem Melindæ regni dimisit: alterum uero nauem Chombaiæ, de qua pilotum susceperant, sequi uoluit. Itaq; sequẽti die, quæ erat septima Augusti, iter cœpimus uersus Calechut, incipiẽtes sinum magnum trajicere, qui non longe abest à mari Persico.

NAVIGATIONIS FACTAE EX VLISBONA IN CALECHVT, LIB. III.

De mari Rubro ac Persico, necnon de insula Angradida.

CAPVT LXXI.

DVM itaque regnum Melindæ deseruimus, à latere urbs insignis est relicta, eam Mauri incolunt: dives est & pulchra admodum: & paulo suprà uisitur magna insula, inq; ea urbs altera, incincta muro, & pulchritudine cum superiore contendit. Ad insulam itur ponte, cui nomen est Zognotorre: & dum ultra prouehimur, mox occurrunt angustiæ maris Rubri, quæ latitudine patent leucæ & dimidiæ. Ibi est Mecha, id est, arca Mahumetis, & diuæ Catharinæ mausoleum, situm in monte qui dicitur Sinai. Inde exportantur aromata quasi omniũ generũ, lapidesq; pretiosi deferũtur in Babyloniã Nili, cui nomen est Cayro. Hæc aduehuntur dorso dromedariorũ, qui sunt cameli

cameli electi. In hoc mari sunt complura referenda digna miratu. Superato angustiarum ostio, mox mare Persicum uisitur, & in eo prouinciæ complusculæ, quæ magni Soldani regna continguntnam mare Rubrũ & Persicum sunt duo sinus, quos oceanus meridionalis, siue Indicus facit. Igitur in sinu Persico est insula parua, dicta Gulphal, ubi innumeræ sunt margaritæ: & in ostio huius maris Persici est insula prægrandis, dicta Agremus, quæ paret Mauris, cum alia insula Gulphal. Ex ea itaq; insula Agremo equi complures ueniunt, quos Mauri ducunt in Indiam, uenduntq; pretio immodico. In hac regione fiunt cõmercia propè innumera. Superato itaq; sinu Persico, mox se

Combara se offert prouincia Combara, quæ regem habet, & feracitate ac delicijs omnibus contendit cum lautioribus totius orbis prouincijs: inq; ea tritici, siliginis, orizæ, saccari plurimum: Panchæa à Latinis dicitur, unde Virg.

Totaq; thuriferis Panchæa pinguis harenis.

Hæc itaq; thura mittit per totum orbem, sericum etiam & xylon, multosq; equos & elephantos. Rex seruit idolis, & nuperrime in regnũ inauguratus est, persuadentibus Mauris, qui ibi sunt frequentes: idolaq; colunt ferè omnes, interq; eos mercatores compluſculi sunt, qui hinc cum Arabibus, inde cum Indis commercia exercent. Ab his auspicatur India, & per eius latus itur in urbem Calechut, & in eo latere complures uisuntur prouinciæ, & Maurorũ regna idola colentium. Tandem xxii. Augusti applicuimus ad eam prouinciã quæ India dicitur, quæ ditionis est regni Gogæ: eaq; cognita, iter nostrum prosequebamur, donec deuenimus ad quandã paruam insulam, quæ

Angradida dicitur Angradida, & à Mauro quodam possidetur: inq; eius umbilico lacus ingens, qui aquam potu suauem haurientibus propinat, aliás culta, nunc inculta admodum: auri est ferax, & à continente milliaribus duobus abest. Illàc transeunt Mauri, qui Mecham adorant, dum ad urbem Calechut contendunt: coguntur q; ea transire ob aquarum ac lignorum penuriam, quæ alibi gentium est maxima. Itaq; eò tandem deuenimus, & iactis ancoris in terrã descendimus, ut & aqua & lignis rursus classis communiretur: fuimusq; ibi per dies ferè xv. Interea obseruabamus, an almadiæ Mechæ aduentarent: quoniam decreueramus eas, si potestas fuisset in manibus nostris, capere. Dũ igitur sic immoramur, conducebant ad nos multa undequaq; populi, qui libenter nobiscum loquebantur, pluraq; referebant: eos propterea honorifice excipi à nobis classis præfectus iussit: & in ea insula uisebatur parua admodũ classis: ubi compluſculis diebus immorati diuinis insistebamus, id est, solẽnijs missarum: & unusquisq; nostrum sacram Eucharistiam sumpsit: nam ibant nobiscum complures sacerdotes, ut cum negotiatore patriæ nostræ uitam ducerent in urbe Calechut. Peractis igitur diuinis, ligniscq; & aqua rursus communiti, frustra expectãtes naues Mechæ, illinc soluimus, ad urbem Calechut contendentes, quæ abest ab hac insula leucis lxx.

Quomodo

Digitized by Google

Quomodo dux classis profectus est ad regẽ Calechut. CAP. LXXII.

ITaq; die tredecimo Septembris eiusdem anni peruenimus ad urbem Calechut, cuius incolæ ubi nostri aduentus certiores facti sunt, effuse nobis occurrerunt, uecti cymbis extra urbem ad primam leucam. Inter eos qui nobis occurrerunt, erat quidam mercator de Gusurate locupletissimus, ac nonnulli urbis primores, qui nostram adeũtes classem, prætoriã nauim ingressi sunt, his uerbis ducem consalutantes: Regi placere plurimum quòd incolumes aduentauerint, quodq; nihil illi gratius obuenire posset, quàm quod utantur regis opibus & auxilio. Post hæc uisa regis erga nos beneuolentia, ancoras iecimus ante urbis mœnia, tormentaq; exonerari iussimus: quæ res adeo perterruit urbis incolas, ut dicerent contra nostros nullas esse uires præter deorũ. Quum itaq; adue sperauisset, dedimus membra quieti: quum uero illuxisset, præfectus statuit mittere ad regem interpretes, quos secum adduxerat ex Vlisbona. Ex his unus erat Maurus Christianus, reliqui Indi, qui omnes probe nouerãt idioma Lusitanorum, uerũ erant adhuc gentiles, id est idololatræ, piscatoresq; . Hos itaq; eleganter indutos ad regem mittit, qui ubi consalutauerint eum, securitatem adeundi regis impetrẽt: saluũ conductum appellant. Adiuit itaq; regem Maurus, composq; uoti factus mittit saluum conductum ad præfectum: cæteri autem Indi regem non uidere, ob id quòd essent uiri nati obscuro loco: Nam rex huiusmodi id pro fastu obseruat, ne adeant ipsum ignobiles, prout latius referemus in sequẽtibus. Salui conductus tenor is erat: ut liceret impune cuiquam in terram descendere. Hoc accepto præfectus classis Alphonsum Furtadum mittit ad regem, interprete comite, qui Arabicam linguam optime callebat: quibus dat in mandatis, ut ad regem hæc proferant, classem esse regis Portugalliæ, & eo solum aduenisse, ut cum eo cõmercia exerceãt, ineantq; fœdus & amicitiam non uulgarem: regem propterea alloqui coràm: id fieri non posse ex sui principis præscriptio, nisi prius datis eis obsidibus quos ipse nominauisset: & hi erant urbis primores. His expositis rex conditionem renuebat, excusans ualetudinem aduersam, & defessam ætatem obsidum quos uocauerat, adijciés ad hæc, se alios daturum, qui maris sæuitiam tolerantius perpeti possent: admirabaturq; plurimũ de proposita conditione. Et in his disceptationibus biduo uel triduo hæsitauit, tandem decreuit cõditionem haud aspernari, cuius rei certior factus dux classis, se præparabat expeditioni, instituebatq; cõmorari cum rege, & ternos aut quaternos dies inibi consumere, secumq; adducebat uiginti aut triginta uiros honoratiores classis, eosdem eximie cultos & adornatos, habebat etiam secum aulicos, & alios complures, qui illi more regio inseruirent, uasaq; cælata cõplusicula tulit, ut honoratior fieret his rebus, quæ suapte natura magnificentiam præ se ferunt, prouiso prius de præfecto classis, cui iussit ut obsides perquàm honorificentissime exciperet, ha-

beretq; in delitijs, donec ipse rediret. Postero die rex uenit ad litus ubi erat quædam domus mari ferè adiacens, ut commodius præfectum classis excíperet. Itaq; misit quinq; uiros ex primoribus urbis, qui tantisper illic cómorarentur, donec præfectus classis rediret. Iuere igitur ad classem seniores ut bis, longum seruorum ordinem secum trahentes, necnō tibicines & chorau les, satellitesq; compluſculos, enses & clypeos ferentes. His uisis dux classis uectus cymba naui egreditur sua, & ad litus contendit. Vbi uero optimates obsides appropinquauere classi, prius naues ingredi nolebant, quàm in terram descendisset præfectus: qui licet nondum appulisset portum, eò tamen contendebat pleno gradu, suamq; supellectilem præmiserat, ut mos est principibus. Diu igitur disceptatum est de hac re, obsidibus renuentibus nauem ingredi, ni terram dux primo teneret. Dum sic contenditur, Araschorea it ad eos, hortaturq; ut perfidiæ suspitionem omnem exuant, eò ueniſse nō ut imponant eis, sed ut eorum amicitiam promereātur. Tandem his adducti uerbis, nauim ingressi sunt intrepide. At præfecto iam terræ appulso id obuiam nobilium decentissima cohors, ipsumq; honorificentissime excipiunt, & humeris imponunt suis, nec terram contingere patiuntur, donec ad principis regiam peruentum est.

De habitatione & ornatu regis Calechut. CAP. LXXIII.

IGitur rex Calechut ædes eminentissimas habitat, habens pro thoro regio locum concameratum, instar sacelli cuiusdam: peluis figuram referebat, ut nos quandoq; imagines sanctorū collocamus, suppositis uiginti puluillis sericeis, necnon instratis aulæis. Thronum panno sericeo inumbrauerat, qui purpuram præsentabat: ipse uero nudus conspiciebatur totus: circūduxerat bombicinum pannum candidissimū, eundemq; subtilissimū, quem auro exornauerant: in capite gerebat birretum aurei panni, qui cassidem ferream referebat: perforatas habebat aures, inq; eis adamantes & sapphyri unionesq; duo, quorum alter obrotundæ figuræ erat, alter uero instar pyramydis, nucis auellanæ magnitudinem excedebat. In brachijs uero armillas aureas, à cubito usq; ad manum, distinctas lapidibus pretiosis innumeris, eisdemq; incredibilis ualoris. Crura uero pariter exornabantur, & in digito pedis uernabat lapis pretiosus splendore incomparabili. Condalia etiã in digitis manuum, hoc est annulos omnifariam: habebat smaragdos, adamantes, & id genus alios complures. Inter hos lapides quidam fabam magnitudine superabat. Balteumq; habebat aureū, gemmis innumeris distinctum, adeò ut æstimationē omnem excederet. A latere uero regiam sedem argenteam, quæ bases & bracteas aureas habebat, easdem gemmis multijugis uariatas. In sua regia conspeximus currum quendam, id est genus uehiculi, nos carpentum dicimus, miro lapidum & gemmarum apparatu conde coratum: eo uectus fuerat ex solita regia in has maritimas ædes. Id genus uehiculi

Condalia

Digitized by Google

hiculi trahunt uiri duo. Hunc exornabãt quindecim uel uiginti buccinæ argenteæ, quarum tres erant ex puro auro, ac ponderis non mediocris, adeo ut earum quamlibet uir unus ferre nequiret: oras uero earum distabant lapides pretiosi, easq; mira uarietate distinguentes. His adiungebantur uasa quatuor argẽtea, trullaq; aurea, & ex aurichalcho magna candelabra, in quibus tortus filus oleo immersus conflagrabat: que res erat superuacanea, uerum arrogantiam præ se ferebat, & celsitudinem principatus. Huic genitor eius astabat, necnon germani duo, longe à throno passibus quinque uel sex stantes, omnis splendoris apparatu condecorati. Post eos paulo longius stabant innumeri optimates ac principes reguliq;, diuitijs & ipsi quam maxime onusti. Itaque præfectus classis hæc uidens, ad regem ibat manum eius exosculaturus: uerum annuêre astantes, ut à congressu temperans propius non accederet regi: quandoquidem is est mos illorum, ut regem contingat nemo. Continuit se igitur præfectus noster: cui mox sedes allata est, ut sedẽdo regem alloqueretur, quod non mediocris honoris est specimen. Cœpit igitur alloqui regem præfectus, promens quæ iusserat Portugalliæ rex: & illico literas protulit: quæ lectæ fuere regi: nam charactere Arabico exaratæ erant. His peractis præfectus ad classem nuntios misit qui munera regi ferrent, quæ in sequentibus explicabuntur.

De muneribus missis ad regem Calechut. CAP. LXXIIII.

PRimo uas aureum cælatum, in quo principes de more manus abluunt, maluuium appellamus: deinde uas aliud argenteum, idemq; inauratum coopertumq; cooperculo argẽteo, miro modo fabrefacto. Item clauas duas argenteas cum catenis argenteis. Item puluinos quatuor pergrandes, uidelicet, duos coopertos aureo panno, duos uero alios ex serico purpurei coloris. Item conopeum unũ ex pãno aureo cum lacinijs distinctis auro ac serico coccineo, cumq; eo tapetum magnum, & stragula duo ditissima: alterum figuris insignitũ, alterum uero arbusculis ac foljs uirentibus distinctũ. Deinde gutturnium argenteum, quo guttatim per colli angustias aqua infunditur manibus, pari opera & ornatu elaboratũ, uti uasa superius descripta. His susceptis muneribus, necnon uisis literis, & legatione audita, uisus est lætari plurimum. Propterea hortatus est præfectum classis, ut diuerteret in eas ædes, quas sibi parari iusserat: interea dixit se missurum captum eos obsides, quos pignori dederat præfecto: quoniam uiri erant patritij clariq; admodum, nec usque in illam horam cibi aliquid sumpserant, aut potus: quandoquidem ipsi pro lege habebant, ut in mari cibum non capiant, nec bibant, essentq; usquequaque insomnes: addiditq; si præfecto complacitũ sit naues repetere suas, id pro arbitratu faceret: quoniam eosdem obsides in crastinum se daturum pollicebatur, ut rursus ipse redire ad regem posset,

Digitized by Google

expediturus commercia. Igitur dux noster classem reuisit, relicto interea Alphonso Fartado cum socijs septem uel octo, qui illi domi inseruirent. Dum itaq; litus deserit præfectus noster, uerna quidam illorum nobilium præuenit præfectum, & citatissimo gradu contendit ad obsides, nuntians præfectum recessisse. Qui ubi hæc accepere, sese precipites è nauibus in mare dederunt: quod uidens Araschorea negotiator præcipuus, illico cõscendit cymbam, & mox duos obsides cepit, cumq; eis tres uel quatuor uernas: reliqui uero natando euasere. Interea præfectus classis superuènit, & eos obsides, quos nactus est, in inferiore parte nauis poni iussit, ne & ipsi in mare desilirent: deinde monuit regẽ de cõpertis, questus de gestis per obsides, reijciens causam huius rei in quendã regiũ amanuẽsem: addebatq;, in carcerẽ trusisse obsides, ob id quòd timerent suis: quia adhuc in terra apud regem agebant, & insuper suam supellectilem repetebat, spondens se quamprimum dimissurum obsides, ubi sui dimitterẽtur. Iuere igitur ad regẽ nostri legati, cumq; eis duo ex illis quos ceperamus in almadijs: & tota nocte præfectus classis præstolatus est responsum. Postero autem die rex ad litus accessit, stipatus cohorte decem aut duodecim mille hominum, & cum eis nostri, quos cum suis permutaturi erant. Interea expediuntur uiginti aut triginta almadiæ, quæ cum nostris qui permutandi erant conscendunt ad classem. Vbi igitur in conspectu fuere, propius accedere non audebant, hæsitabundi omnes, an prius darent captiuos, quàm suos redemissent: & inter spem & metum positi, totam diem frustra consumpsere, rursus ad litus redeuntes: & quum terram appulissent, nobis conspectis, probris & maledictis nostros incessabãt, identidem mortem ac supplicij minitantes. Quare nostri noctem illam per uarias animi interturbationes & corporis molestias transegere. Sequenti tamen luce iterũ rex mittit ad præfectũ internuntios, nuntians se ultro suos ad eum mittere inermes cũ captiuis Christianis, exhortãs plurimũ ut ipse remitteret obsides, quos pene se habebat. Mittit itaque dux noster cymbas suas ad almadias, ut tandem aliquando permutatio fieret captiuorum. Conuenere cymbæ utrinque, & supellex reddebatur nostris, quum senex impatiens moræ sese in mare iecit. Tunc nostri indignati plurimum, & senem capiunt, & alios in mare trudunt. Postridie dux compassus seni, qui famem triduo sustinuerat, eum ad regem misit rogans, ut & ipse remitteret adolescentes duos, qui inibi adhuc retinebantur: remisitq; omnia eorum arma, quæ capta fuerant in almadijs. His uisis rex pudore uictus adolescentes ad præfectum mittit. Post hæc triduo continuo nemine ultro citróque commeante, sed omnibus domi sese continentibus, præfectus tandem decreuit regem rursus his aggredi uerbis: quòd, uidelicet, commercia inter eos futnra essent, si iterum obsides darentur. Quum uero hærerent omnes, nec inuenirẽtur qui

barbaris

barbaris ultrà fiderent ob præteritam perfidiam, Franciſcus Chorea eques ſeipſum obtulit id munus obiturum ſéque regem aditurum interpide dara uoce profeſſus eſt. Ita actum eſt, regem adiuit, ipſumq; certiorem fecit uenturum Araſchoream ad regem, de mutuis mercimonijs tractaturum: uerum id haudquaquam fieri poſſe, niſi rurſus obſides dentur: Nam petebat pro pignore mercatorem quendam locupletiſſimum, Gugeratum nomine. Tum is mercator reſpondit, ſe mox miſſurum nepotes, quos habebat duos: quod regi admodum complacitum fuit. Itaque ſequenti die de his omnibus præfectus à Franciſco certior eſt factus. Quibus perceptis, Araſchorea ſe itineri accinxit, prius obſidibus in poteſtate habitis. Quum ergo terram Araſchorea appuliſſet, & dies iam inclinaretur, uiſum eſt ad claſſem redire, ut ibi noctem tutius agerent. Poſtridie uero ad regem contendit Araſchorea, nauaturus de commercijs operam, quam Franciſcus regi pollicitus fuerat. Huic igitur rex perquam commodas ædes dari iuſſit, quæ erant illius uiri locupletiſſimi, cuius ſuperius meminimus: cui etiam à rege demandata erat prouincia, ut Araſchoream mores regionis ſedulo doceret. Cœpit itaque Araſchorea negotiari, nec mercari poterat, niſi per interpretes Arabas: neque regem adire quibamus, niſi Mauris medijs, qui ſuapte natura inuidi nobis aduerſabantur, & iugiter imponebant: non tamen eorum impoſtura nos diutius latuit. Nam id curauerant, ut dum negotiabamur apud eos; nemo noſtrum ad claſſem contenderet: ſi tamen in terram è noſtris ibant aliqui, excipiebantur ab eis, ſed redeundi nulla dabatur copia. Quod uidens dux claſſis, credidit fraudem ſubeſſe, & uentis uela facere iuſſit. Et quum rates iam altum tenerent, conſpectæ à noſtris, per internuntium, perceleri cymba uectum, reuocatæ ſunt ad portum. Rebus igitur pacatis, Araſchorea commercia exercebat cum Barbaris: & adeò res conquieuere, ut iam intrepide noſtri negotiari quirent. Is tamen mercator Mauros, qui nepotes pignori oppoſuerat ſuos, eos repetebat, nos ferè infenſus obſeruans. Tum rex alio accerſito uiro Turca, protinus iubet ut noſtra non incurioſe curet, aliàsque paret ædes, ut mitius pacatiúsque noſtras diuenderemus merces. Hoc facto, indies melius noſtra ſuum effectum ſortiebantur: nam uendidimus multa, compluraq; emimus: & inter nos uiguere ſpatio duorum menſium mirabilem in modum commercia. Rebus itaque noſtris nundinatis, it ad regem Araſchorea, & gratias agit quas poteſt maximas. Inuicem rex multa pollicetur, hortatúrque plurimum, ut cœpta mercimonia deinceps proſequantur intrepide: nec prius eos miſſos facit, quàm ædes illis perpetuo donauerit,

Franciſcus Chorea

Maurorum perfidia

Digitized by Google

super qua re confecta sunt diplomata, hoc est, regiæ literæ, quæ uicem supplebant priuilegij: hæ enim ex ære erant ad ipsos: ad regem uero Lusitanum ex auro purissimo. Is est suus mos exarandi diplomata, quæ mercatoribus dari solent. Erecta etiam sunt de iussu regis trophæa regia supra domum, ut sic ædium indemnitati consultum foret. Contendit itaque ad classem Araschorea, & literas profert regias, ac obsides reddidit quamprimum, quibus confisi maxima securitate, altissimaq; pace fruebamur: iam alter fidebat alteri, & de obsidibus nulla mentio fiebat: uidebamur enim domi agere, adeò amicè omnia inter nos agitabantur. Interea dum mutua pace fruimur, ecce nauis maria aliena sulcans, quosdam elephantos ferens eximios, quorum unus cæteris elegantior erat, ac bello assuetus magis, pretij'que non mediocris. Hæc ubi regi comperta fuere, mox & nobis sunt relata ex rege, qui nos apprime rogabat, ut in suam gratiam nauim huiusmodi corriperemus, mercesq; inuitis mercatoribus intercipere-mus: quoniam pretium immodicum pro eo elephanto spoponderat, nec tamen consequi eum potuerat. Idcirco plurimum precabatur, ut ab eis pertinaciæ suæ pœnas exigeremus. Quæ quum rex multis precibus denarrasset, præfectus illico respondit se regi morem gesturum: uerum intellexisse ratem memoratam esse omni armorum genere communitam, eamq; uastissimam, ac cœtu uirorum exornatam: capi propterea non posse sine hominum strage. Ideo petebat, ut sibi impune liceret, ubi opus foret, in eos iuuibus belli uti. His itaque rex protinus annuit, & Mauros misit ad classem nostram, qui rei nauandæ non præessent, sed interessent, & nostratum uirium ac dexteritatis locuples facerent testimonium, uel si forte fortuna deditionem facere uoluissent, adducti eius persuasione. Igitur nostri celocem parant, tormentaque ferè omne genus expediunt, nec supra septuaginta uiros rati imponunt, qui noctibus duabus iugiter memoratam ratem consectabantur, nec tamen assequi poterant. Sequenti tamen die annixi plus solito, post longã ac celerem insectationẽ nauis comprehensa est. Hoc prius amice hortati sunt, ut regi facerent deditionẽ. Qui ubi hæc audiuere, nos uelut fabellam quampiã narrantes, sua freti multitudine, aspernati sunt: ferebat enim nauis homines supra tercentum. Qui pro responso sagittis nos impetere cœperunt, & supra quàm referre queam contemnere. Tunc nostri arma expediunt tormentaque: & atrociter exoneratis tormentis, in eos contendunt. Qui reboatu tormentorum perterriti, & iam rate dehiscente, mox fese dedidere. Huius rei condicto rex certior factus est, qui ad litus magna concomitante caterua profectus est, ut egregium facinus coràm uideret:

Digitized by Google

deret: nam uix adduci poterat, ut crederet celocem nostram perquam mediocrem, tantã nauim profligare quiuisse: Nam, ut præfecimus, nauis erat duplo celoce maior, & uirorum in ea bellantium numerus multo frequẽtior: quæ res ad maiorem uictoris laudem attinebat. Regi noster præfectus & nauim & elephantos dedit, omnibus lætam uictoriam nobis cõgratulantibus, & nostra nauis illico classi reddita est.

DE AEDIFICIIS VRBIS CALECHVT, ITEM DE eius incolis, qualem habeat uestitum ac incessum, déque eorum religione ac republica, qui rex & magistratus, item de mulierum monstrosa licentia, déque alijs mirandis ritibus, ex æquo & iniquo, honesto ac inhonesto permixtis.

CAPVT LXXV.

VRbs itaque Calechut uasta est admodum absque mœnibus: intus pluribus in locis uacat. Domus haud sunt contiguæ, inuicẽ distantes plurimum. Lapidibus & calce extructæ sunt, interiores ædium partes sculptæ: pro imbrice palmis utuntur: illis tegunt suas ædes. Fores prægrandes habẽt, miróque artificio fabrefactas: Has muro incingunt, instar pomerij. Ibi uiuuntur arbores innumeræ, stagna, & fontes compluſculi: nam stagnis libenter immerguntur, lotionibus enixe gaudentes: Fonte plurimum lætantur. In urbe uero lacus uisuntur complures, quibus immersi gregarij ac proletarij, omnisque ignobilior uulgus, ter uel quater interdiu lauantur. Rex idolorum latriæ est addictus: licet nõnulli crediderint eum Christianum fuisse, qui minus mores eius calluerũt: nam nos apud regem diuturniores fuimus, mercimonijs insistentes, quo facillime scire quiuimus, qui ritus eius forent. Regem appellant Ganfer, cuius aulici & contubernales omnes sunt Mauri, *Ganfer* qui habilissima habent corpora. Nudi incedunt pube tenus, reliqua panno inuoluunt. Nudis ambulant pedibus. & aperto capite prodeunt, nisi eminẽtiore præcellant gradu: tunc enim birreto utuntur sericeo, hoc est, uelutato, eóque longiore, ut retulimus. Terebrant aures, in'que eis margaritæ quæque pretiosissimæ appenduntur. In brachijs aureas armillas gestant. Patritij denudatos enses & clypeos ferunt: at enses in cuspide latiores sunt quàm alibi, clypei sunt teretes, ijs non dissimiles, quibus apud nos pedites utuntur: peltas appellamus, eósque coloribus nigro & albo distinguunt. Gladiatores sunt, quàm qui maxime, in alio ferè nullo exerciti. Hi sunt qui regis latera stipant numero frequentiore. Numerosiore oblectantur coniugio: quinque aut sex mulieres uni uiro nubunt: quos habent chariores, eos coniuges

comprimere uoluut, & id est beneuolentiæ argumentum apud eos maximum: Nullus est eis pudor, nulla uerecundia, continentia nulla: natæ illorum ante puberes annos corpora prostituunt sua: quum annum octauum egerint, nudæ ipsæ æque ac uiri incedunt. Diuitias propè incomparabiles circumferunt: capillum comunt mirum in modum: pulchritudine ferè omnes superant uiros: prehensant ut stuprent eas: quoniam uirginitas est eis pœna: nam nubere non possunt uirgines. Bis in die comedunt: pane & uino abstinent: carnibus, nec pisce uescuntur: in cibatu habent orizam, lac, butyrum, saccarum, & arborum fructus: prius cibum non capiunt quàm loti fuerint: tacti à non lotis, non comedunt, nisi rursus lauentur: & is mos est eis pro cærimonijs, eumque mire obseruant. Viri & fœminæ per urbem incedunt esitantes folium quoddam, cui nomen est betelle: hoc igitur inficit ora & dentes colore subruffo: hoc more abstinent tantum obscuro loco nati. Vbi uero ob funera pullam induunt uestem in speciem mœstitiæ, temperant à folio huiusmodi, ut & dentes præ se ferant mœrorem, & subruffo colori succedit nigricans. Rex duas habet coniuges, & quamlibet illarum sacerdotes decem assiduò comitantur, easq; comprimunt, & id in decus regis eximium fieri iactant, nullum alium honoratiorem titulum regi dantes, quàm quod eius coniuges à sacerdotibus comprimantur: propterea eorum filij nusquam regno succedunt, sed ex sorore nepotes regnum capessunt. In regia degunt innumeræ mulieres, utpote mille & quingentæ, aiuntq; id esse argumentum regis excellentiæ: nec aliud hæ mulieres agunt, quàm puluerulentam domum scopis uerrere, aquáue aspergere, quocunque rex eat sequuntur: domus aspergitur aqua mixta boum excrementis: ædes regiæ tolluntur in altum, inq; eis fontes, quibus immerguntur quum corpora abluunt. Quum rex egreditur, carpēto uehitur, id est currus, quem bini uiri ferunt, omni lapidum genere condecoratum. Carpentum stipant choraulæ, præcones, buccinatores, & id genus compluſculi. Patritij uero, & eminentiores suæ ditionis, omnes sequuntur, enses denudatos ac clypeos teretes gerentes. Sagittarij etiam ac uelites eum præcedunt, itinera explorantes: habet suos æditiuos & admissionales: conopeo, id est tentorio tegitur, dum incedit, ut apud nos dum pompa ducitur regum & principum: & ut aliquando finiam, nullus est in toto orbe apud suos honoratior: quippe qui instar numinis alicuius reuerētissime colitur: nā ad eum propius quis non accedit, quàm ad tres uel quatuor passus: quum uero aliquid porrigunt, ac si stipē darent elephanto ab ipsis tremebundis, id ramo porrigitur: quoniam regem tangere apud eos nefas ducitur. Quum eum alloquuntur,

Betelle

Sacerdotum licentia

id agunt

id agunt demissis capitibus, manu ori apposita: & nemo è patritijs regem adiret inermis, hoc est, sine ense & clypeo. Quum regem uenerantur, capita manibus tangunt, sicuti qui deum adorant. Qui uero agunt magistratus, parui sunt census, hi regem nec uident, nec alloquuntur: & in primis piscatores, qui si forte fortuna in uicis urbis occurrerint patritijs, aut effuse fugiunt, aut si perrexerint ire obuiam nobilitati, mox uapulant scipione aliquo: patritiorum uero coniuges quum rex uitam cum morte commutat, ipsum comburunt ligno sandalio igni subiecto: uulgares uero & capite censi humantur: barbā comunt, ratiocinatores sunt maximi, ac scribæ percelores: scribunt in foliis palmarum stylo ferreo, absque colore uel incausto. Est & aliud genus hominum, qui magna commercia agunt, Gusurantes appellantur, oriundi ex Cambaia prouincia: hi suapte natura idola colunt, Solem, uidelicet, & Lunam, uaccasque adorant: & si quis uel fortuito buculam occiderit, is protinus morte mulctatur, nihilq; eiusmodi uiri esitant quod mori possit: nec pane, nec uino utuntur: & si qui per imprudentiam carnes comederint, hi mox relegantur ut ostiatim uictum quærirent per orbē uniuersum errabundi, uel si claro loco nati forent: uacant plurimum incantationibus diuinationibusq; albedine incolas urbis Calechut superant: capillum exornant plurimum comuntq; panno bombicino induuntur: peplis utuntur ut fœminæ, quibus inuoluunt capillos: nubunt ut nostri: zelotypia laborant eximie: mulieres habent pulcherrimas, easdemq; pudicas, illorum mercimonia sunt panni & uniones.

DE NEGOTIATORIBVS ET ITINERE AD AROmata, & Cayro portu Alexandriæ, qui dicitur Babylonia.

CAPVT LXXVI.

SVnt inibi & alij mercatores, dicti Zetieties, ex alia prouincia: idola colunt, eorum mercimonia sunt lapides omnifariam prætiosi, uniones, omne genus aurum & argētum: nigriores sunt cæteris: prætexta utuntur: aliquando nudi ferunt pro cauda equorum ac boum caudas: fascinatores sunt maximi, adeò ut uisibiliter dæmones frequentius alloquantur: eorum coniuges libidinosiores sunt cæteris mulieribus, summeq; Veneris appetentes. Ibi etiam sunt Mauri ex regione Mechæ, ubi Mahumetis ara. Ibi rursus Turcæ, Persæ, Assirij ex Babylone, & ferè innumerabiles gentes aliæ: eximij sunt mercatores, ijdem'que locupletissimi, & omnium rerum quæ importantur in urbem Calechut emptores, earundem'que uenditores. Nam eius urbis hæ sunt potiores, nidelicet, lapides prætiosi, ut sunt Berylli, Smaragdi, Chelidonij, Topasij, Sapphyri, Chrysolithi, & id genus plures, Castoreum, id est, muscum, thus, aloë, ac reubarbarum, porcellanæ'que, necnon

nection gariophyllum, cinamomum, ſandalium, lacha, myriſtica, nux muſcata appellatur, & maſtix, hæc omnia aliunde importantur: piper uero & zinziber ibi naſcuntur, myrobalanumq; & caſia, hæc regio urbis Calechut abunde mittit. Hi igitur Mauri ſunt præpotētes, & regni illius tenent habenas: nemo eſt qui illis poſt regem non pareat. In montibus uero non longe ab urbe Calechut rex dominatur longe potens, rerum multarum dominus,

Naremegha Naremegha dicitur, idola colit, coniuges habet ſupra trecentas: fato functus ſuo comburitur, & cum eo coniuges omnes: cæteri uero quum uitam exuerint, in fouea comburuntur, & eorum coniuges omni mundo muliebri exornatæ illò contendunt, cōcomitantibus parentibus & cognatis omnibus, ſubſequentibúsque choraulis & tibicinibus, applauſu immodico ad foueam ueniunt, & ibi coniunx quæ comburi uult cum uiro, circumuehitur foueam geſtiens ac tripudijs inſiſtens, & demum ut cancer reptando incedit, quoad ſeſe in ardentem foueam præcipitet. Aſtant etiam memorati affines, obſeruātes factum: quoniam quum ſeſe præcipitem dederit mulier, mox inijciūt ollas olei & butyri ſupra corpus mulieris, ut hoc fomēto altus ignis citius com-

Educationis uis burat coniugem. Fert etiam hæc regio elephantos multiplices, & in primis domitos, ac belli artes edoctos: his bella conficiunt acerrima: hi etiam adeò ſunt cicures & manſueti facti, ut nihil eis deſit ad humanitatē præter loquelam: nam imperata faciunt & dominos cognoſcunt ſuos: id enim nos ipſi cō ſpeximus in urbe Calechut, ueramq; denarramus hiſtoriā: nā aure certior arbiter eſt oculus. Elephantes quibus rex utitur efferātur plurimū, uiriumq; ſunt incredibilium: nam duo tantum nauim magnam trahūt in terram. Ibi maria non ſulcant nautæ, niſi à mēſe Octobri uſq; per totū menſem Martij: & id eſt illis æſtas, reliquum uero tempus eſt hyems, adeò ut nobiſcum contrarias uices temporum habeant. Quum uero non nauigant, in ſicco naues tenēt. In menſe Nouembri naues Arabum Mechæ ſoluunt illinc, & in Ara-

Vida biam contendunt, aromatum omni genere onuſtæ. Vida dicitur eorum portus, quò primo aromata conuehunt, & inde ferunt ad Cayrum Alexandriæ portum, & emporium orientalium cantatiſſimum: eò tamen hæc omnia ab portu Vida terreſtri itinere conuectantur.

De ſtrage Maurorum & Chriſtianorum facta in Calechut.

CAPVT LXXVII.

QVum itaque diutius immorati illic fuiſſemus, tribus, uidelicet, menſibus commercijs inſiſtentes, nec niſi duas naues mercibus onerauiſſemus, & iam moræ iſtius nos tæderet plurimum, præfectus noſtræ claſſis mittit ad regem nuntios, qui ei renuntient, iam menſes ternos elapſos, quibus ipſe tolerantiſſime præſtolabatur, ut tandem aliquando expediretur: quoniam tempus redeundi ad patriam appetebat: & tamen uix celoces duas oneratas

netatas mercimonijs esse, Mauros nihilominus emisse & asportauisse quæ-
cunque libuisset, & uili quidem pretio, se propterea rogare plurimũ, ut tan-
dem annuat Portugallensium uotis, patiaturq; eos expediri prout inter re-
gem & Araschoream conuenit iampridem. Hæc retulit noster nuntius. Iis
in hunc ferè modum rex respondit: Se non difficulter passurum, ut Lusita-
næ naues expediantur, nec sibi posse persuadere, Mauros furtim mercari
quãdoquidem exierat edictum ab eo, ut prius nemo naues oneraret, quàm
Lusitani expediti forent: si forte sibi imposuere Mauri, se haud ægre latu-
rum, quòd Lusitani Maurorũ onustas naues corripiãt, & sibi uendicent eo-
dem pretio, quo emissent Mauri cũctas merces quas nacisc̃etur in nauibus.
Itaque decimasexta Decembris, dum Araschorea uacat cõmercijs, essentq;
in portu duæ naues nostræ iam onustæ, ecce Maurorum nauis quædam sol-
uit illinc, onusta admodum omni genere aromatum, ferens elephantos ter-
nos. Cuius rei factus certior præfectus noster, mox ratem corripuit: huius
erat dominus Maurorum illustrior: is ægre ferens factum, it protinus ad re-
gem, questus grauiter de illatis ab Lusitanis. Fit per urbem clamor ingens,
confluunt ad regem Mauri, qui in nos conspirauerant. Rex igitur fatigatus
his querimonijs, annuit ut uir seditiosus, & fidei nullius: nam ut citius regem
flecterent, aiebant nos plura iam exportauisse quàm attulissemus in regnũ
eius, nosq; propterea fures uocitabant & prædones. De consensu igitur re-
gis sumunt Mauri arma, telaq; expediunt, & efferari incipiunt, per mediam
urbem bacchantes ibant, cædibus & internecioni Christianorum uacantes.
Iam ruebant cateruatim in nos omni armorum genere communiti: tum so-
lis ensibus & pallio protecti uim ingruentem propulsare cœpimus: uerum
sufficere illis nostræ uires nequibant: maior erat numerus quàm à nobis re-
digi in ordinem posset. Retulimus igitur pedem: & iam è nostris ceciderant
tres uel quatuor, è suis uero septẽ uel octo. Dum igitur pedem retrahimus,
consauciantur è nostris complures: & uix portas occludere quiuimus, irruen-
te barbarorum incondita turba: tunc a muris propulsare cœpimus hostem:
at illi domum expugnant: ea enim ambiebatur muro, alto quidem haud su
pra equitis mẽsuram: nam nos septẽ uel octo arcus habebamus, quibus in-
numeros barbaros cõfecimus. Tandem prouocati magis Mauri in nos plus
solito sæuiunt: murũ quo cingebatur domus demoliuntur. Nos uero cõsilij
& opis egẽtes euasimus ædes, ut ad litus cõtendentes à nostris exciperemur:
nam non lõge à litore cymbæ nostræ exitum rei mœstissime præstolaban-
tur: opem ferre non poterant, licet certiores facti essent à nobis uexillo leua-
to, dum adhuc domi obsideremur: uerum tormenta lædere hostem nimis di
stantem nequibant. Itaque inter uitam & mortem ambigui ad litus conten-
dimus sequẽtibus Mauris: nec prius naues nostras ingredi potuimus q; ceci

derit

derit Araſchorea noſter,& è noſtris quinquaginta: qui uero euaſere,ſe iactabundo mari nantes credidere ferè xx. non enim naues ad litus accedere audebant,ne corriperentur à Mauris: inter eos qui ad claſſem peruenere ferè mortui, erat filius Araſchoreæ, natus annos undecim: præfectus uero cymbarum iam feſſus, regredi ad litus noluit, quum præſertim dux claſſis ægrotaret. Igitur hi ſolum uiginti mortem euaſere, reliquis à Mauris male acceptis. Hæc igitur ut ſunt relata præfecto claſſis, ipſum peruaſere plurimũ, moueregꝫ ad excandeſcentiam, quòd, uidelicet, ſui adeo male accepti fuiſſent, ut uix uiginti è tot uiris ſupereſſent. Itaq; iuſſit naues Maurorum decem, quæ in portu morabantur corripi,& occidi omnes qui in eis reperirentur. Captis igitur nauibus deſiderati ſunt homines plus quàm ſexcenti: delituerant nõnulli in ſentina, ubi etiam merces compertæ ſunt compluſculæ. Viros trucidauimus,& omnes merces nobis adiudicauimus, & naues omnes combuſſimus: erant etiam in nauibus elephanti tres, quos occidimus comedimusq;. Sequenti uero die propius urbẽ appulimus,& exoneratis tormentis mœnia demoliti ſumus,non ſine hominum ingentiſſima clade. Illatis damnis innumeris,& inuicem ipſi è continente tormenta in nos exonerabant: uerum nihil profecere,in uanum emittentes. Dum ſic congredimur, ecce naues duæ quæ portum quærebant,qui diſtat à Calechut leucis quinq;: quæ ut nos cõſpexere,mox effuſe fugerunt, ad portum contendentes, ubi ſeptem aliæ naues ferè in ſicco mercimonia opperiebantur. In eas igitur uela fecimus: uerũ operam luſimus, quoniam propius accedere nequibamus, tum quia erant propè in arido, tum uel maxime ob numeroſiorem hominũ cœtum, qui inibi naues tutabantur. Propterea decreuimus proficiſci ad urbem Chuchinã, ubi commercia exercere tutius quiremus.

Quomodo naues onerauimus. CAP. LXXVIII.

SOluimus igitur illinc Chuchinam uerſus euntes, quæ urbs abeſt à Calechut leucis triginta, regnumq; eſt nulli parens: & inter nauigãdum à nobis conſpectæ ſunt naues duæ, quæ, quum uela feciſſemus in eas, mox à ſuis deſertæ ſunt: Nam qui eas ducebant uecti paruis cymbis profecti ſunt in terram: nos uero accedentes eos, nullis compertis mercimonijs, præter orizam, eas comburi iuſſimus. Applicuimus ergo ad urbem Chuchinam uigeſimo quarto Decembris, & in oſtio cuiuſdam fluminis ancoras iecimus: quibus iactis præfectus noſter emiſit pauperculum quendam conſeruatũ, qui ſponte ſua naues noſtras fuerat ingreſſus, ultroq; in Hiſpaniam proficiſcebatur. Is igitur ad regem contendit, & quæ nobis in urbe Calechut euenerant regi explicat. Qui ubi hæc accepit, ut regem decuit, nobis compaſſus, uicem noſtram indoluit. Expoſuit etiam regi, præfectum noſtrum multa adduxiſſe, quæ libenter cum mercibus regionis, ſi complacitum foret regi, commutatus erat: & ubi merces non placuiſſent, pecuniam pollicebatur multiplicem.

Ad hæc

Digitized by Google

Ad hæc respondit rex ægre ferre, illatas nobis fuisse iniurias: quod uero ad se spectaret, merces suas aduentumq; eorum grata habere: quandoquidē iam pridem de fama & probitate Portugallensium certior factus fuerat, bonam propterea de eis opinionem induerat: accederemus itaq; intrepidi, cōmutaturi nostra cum suis pro nostro arbitratu. Tunc nūtius noster infit regi, nos nunquam ex uetere instituto consueuisse prius terram appellere, quàm obsides dati fuissent, mitteret propterea è suis quempiam, ut mox accederent negotiaturi. Tum rex his auditis, actutū duos patritios obsides dedit, ut confidentius accederent nostri, qui cōmercia exercebant. Hi igitur obsides regio iussu adiuere præfectum classis, sese illi committentes. Præfectus uero ut uicissitudinem rependeret, quatuor aut quinq; è suis in terram misit, negotiatoremq;, & hos commonefecit, ut quàm celerius possent expedirent merces suas, inuicem emerent eorum mercimonia pretio aliquando, nōnunq; uero permutatione, prout cōducibilius fore rati fuissent. Interea quoniam apud eos is inualuit mos pro lege, ut in mari si quis comederit, is nunquam regem uideat: obsidum adhuc nemo comederat, permutabātur in diem propterea aliis succedentibus tantisper, donec alij comedissent. Igitur illic cōmorati sumus circiter dies xv. naues exonerātes nō longe ab urbe Chuchina, ubi portus est qui dicitur Carnagallo, & ibi cōperimus Christianos, Iudæos, Mauros, & Zapharas. Inuenimus etiam ibi Iudæam quandā de Scuilia, quæ ex Cayro uenerat uisum Mecham, & inde Chuchinam, & cum ea duo Christiani, qui asseuerabāt se profecturos Hierosolymas, & inde Romam, quod profecto perquā gratū præfecto nostro fuit. Dum itaq; naues nostræ exonerantur, ecce ingens classis regis Calechut in mari apparuit, naues supra xxv. trahens. Huius certior factus rex, illico ad præfectum mittit quendam, qui ei nomine suo uim hominū maximam ad classem profligandā offerat. Huic præfectus respondit, se regi agere gratias, nec per id tempus opis suæ egere, se satisfacturum aduentanti classi, ostensurumq; illis eorum futiles conatus: & reuera credidit haudquaquā sibi opus fore alieno auxilio, quoniam iampridem expertus fuerat eorum uires: & ipsi non accedebant, sed altum tenentes à classe nostra una leuca aberāt: nihilominus præfectus uela explicare iussit, ab portu soluēs, & obsides secum ferens, dimissis in terra è nostris septem, & pleno gradu contendit in classem barbarorum, ratus non difficulter se subacturum Barbaros. Verum sequenti nocte classis nostra uentos haud habuit felices, ut in hostes contenderet. Postera uero die quæ fuit decima Ianuarij, M. D. I. propius alter alteri accessit adeò, ut congredi cōmode potuissemus. Dum igitur utrinq; naues se prælio expediūt, præfectus recēsens suos, uidit nauim Sancini Tonari abesse, propterea satius censuit, si per id tempus tem perauisset à pugna. Decreuit igitur in patriam redire suam, fauētibus uētis: nos tamen usquequaq; per diem totam classis Calechut cōsectata est: quum

Digitized by Google

uero adueſperauiſſet, mox euanuit: nos uero citato gradu patriam petebamus, dimiſſis ſeptem è noſtris, & duos nobiſcum ferẽtes obſides: quos cœpit præfectus enixe rogare, ut ſe tẽpori accõmodarent, nec deſperarẽt, uerũ cibũ quempiã caperẽt, ut ſuæ uitæ conſultum irent: nam triduo iam famem ſuſtinuerant: tandem adducti ducis hortamentis, comederũt non ſine mœſtitia. nos uero uerſus Luſitaniam uela fecimus.

De rege Chanone amico noſtro. CAP. LXXIX.

ITaq; die xv. Ianuarij ad quoddã appulimus regnũ, quod Chanonam appellant de Gafferes, quodq; à Calechut parum abeſt, & eiuſdem ſunt linguæ. Dum igitur è regione regni huiuſmodi nauigamus, rex ad nos amice nũtium mittit, qui referat ſe ægre tuliſſe, quod eò prius non conceſſerint, q̃ aliò iuiſſent: uerũ eos hortari plurimũ, ut ſi merces nõ habeãt quæ uoto ſuo faciant ſatis, ſe uberrime daturũ protinus. Ad hæc præfectus reſpondit, oneratas iam eſſe naues, nec alterius egere niſi cinamomi bacharis centum, quæ ſunt cccc. cantara, id eſt uaſis genus. Hoc accepto rex, mox ad ducẽ cinamomũ mittit diligentiſſime fidenterq; : pro eo dedit præfectus pecuniã ſignatã cruce, cruciferos appellant. Poſt hæc eò conuehebatur cinamomi plurimum certatim cymbis frequẽtantibus: uerũ nullus ſupererat ulteriori merci locus, onuſtæ erãt admodũ naues. Rex uero ratus nos nõ habere pecunias, rurſus ad nos mittit, qui renũtient regẽ ſponte daturũ mercimonia abſq; pecunijs, ſoluerẽt modo quũ redijſſent: nec ob hoc deſineremus cõmercia noſtra abſoluere, quoniã audiuerat regẽ Calechut bona noſtra deprædatũ fuiſſe, publicatis noſtris mercimonijs, ac illata hominũ Chriſtiani nominis ſtrage nõ mediocri: addebat etiam compertum habuiſſe iampridem inconcuſſam eſſe Portugallenſium fidem, ſe propterea eſſe propè addictum nobis. Huic itaq; regiæ uoluntati, & opinioni de nobis tam benignæ correſpõdens noſter præfectus, ut erat uir acerrimi ingenij, non uulgares retulit gratias: & eas ſe relaturum quandoq; ingenue profeſſus eſt, & introducto nũtio uim pecuniarũ maximã, quæ ſuperfuerat, oſtendit: & rurſus quærẽti regi an alicuius egeret: reſpõdit nullius, niſi uiri cuiuſpiã, quem ſecum in patriam ducat, qui rerum Portugallenſium teſtimoniũ locuples aliquando regi faciat. Rex igitur protinus patriciũ quendam miſit, qui nobiſcũ iret in patriã: nõ prius tamẽ illinc ſoluimus, q̃ de obſidibus regi Chuchini ſcriberemus, certioreẽ faciẽtes regẽ, nos ire in Luſitaniã, & obſides fore apud ſe ſua cauſa in prætio, & fauẽtibus ſuperis redituros quamprimum, & noſtros inſuper ſuæ altitudini cõmendabamus: dedit etiam præfectus noſter negotiatori literas: quibus hortabatur uirum & ſocios ut bono eſſent animo, & negotiarẽtur tantiſper, donec redirent, futurũ ſibi decus ingens, quod inibi Chriſtianũ nomen exornent, quũ apud immortalẽ deum, tum etiã apud principẽ noſtrum & reliquos conterraneos omneis. Itaq; apud hunc regẽ diem unum dũtaxat conſumpſimus.

Illinc

Illinc ſoluentes, uela uentis dedimus, iter facientes uerſus Melindæ regnum: ultima Ianuarij luce ſinum traiecimus Melindæ, & ibi nauim comperimus Combaiæ ex Melindæ regno, ueniebat onuſta mercibus compluſculis, hanc cepimus, arbitrati eſſe Mechæ regni aut Maurorum: ferebat enim ſupra tercentum uiros ſexus utriuſq; : ubi uero apparuit eam eſſe regni Gambræ, mox dimiſſa eſt, paſſa iacturâ nullam, pilotum ſolum accepimus ab eis, & demũ iter noſtrum perſequuti ſumus.

De naufragio ſinus Melindæ,

CAPVT LXXX.

Die duodecima Februarij ſub noctem piloti omnes, id eſt, itineris duces & reliqui, qui chartam nauigationis optime callent, terram applicuere: tum *Sancinus Tonarus, qui præfectus erat ingentis nauis, ultro ſe obtulit itineris præuiũ, & explicatis uelis, ipſe rates omneis præibat: & ecce nocte intempeſta mare ſæuit undabundum admodum, claſſem actutum cõturbat, modo huc modo illuc impellens: & tandem Sancini nauim impulit in ſiccũ, cœpit protinus cõflagrare, ubi ignis emicuit: mox certiores huius inauſpicati cuentus reliquas naues reddidit: quo uiſo igne, iuſſit præfectus claſſis naues eò uela facere, ubi ignis emicuerat: nox erat tenebricoſa, quum luna pernox minime eſſet, uenti etiam magis inualeſcebant, adeò ut uix tempeſtatem ferre poſſemus, non audebat propterea claſſi propius accedere, ne & aliæ naues igne corriperentur. Miſit itaq; eò paruas cymbas, ut iactis in pelagus mercibus, uel ipſos homines uendicarent ab incendio, uerum nauis iam dehiſcebat, conflagrabatq;, ut nullus ſpei locus ſupereſſet: ardebat enim tanto incẽdio, ut propè naues alias ignis corriperet. His uiſis uela deſerentes, remigare cœpimus, & omnium mercium nauis cõbuſtæ iacturam fecimus, ſaluis tantum uiris: nam aromata omne genus ferebat nauis quæ arſit, & ea erat ducẽtorum doliorum capax: & in hoc ſubmerſu & conflagratioue nihil prorſus ſeruatum eſt: uiri enim ſolis tunicis interioribus induti incendium euaſere.

Illinc itaque ſoluentes, prætermiſſo regno Melindæ, quoniam eò concedere minime licuit, uerſus Monachiæ prouinciam iter direximus, & inde ligna & aquam ſumpſimus, reductis in terram nauibus, ne à fremente ſalo ſubmergerentur: nam plenæ rimarum erant undequaque perfluentes. Tunc præfectus claſſis miſit Sancinum quæſitum celocem quampiam, necnon pilotum, quo præuio inſulam Zaphalæ exploraremus. Interea nos naues ſarciebamus: inde ſoluentes, petere inſtituimus locum quẽdam piſcoſum, ubi piſces erant innumeri. Ibi igitur uberrime piſcati ſumus, & quum multum piſcium conſequuti eſſemus, illinc abeuntes in atrociſſimam tempeſtatem rurſum incidimus, quæ perinde nos interturbabat, ut coacti fuerimus gradum referre: & dum ſic iactamur maris fluctibus, nauis quædam è noſtris correpta eſt à ſæuiente ſalo.

alias, ſanctus Tonarus

Digitized by Google

Quot naues redierint in Lusitaniam. CAP. LXXXI.

ITaq; post tot naufragia, & animi interturbationes, & ferè rerum omniũ iacturam, ac intertrimenta, die paschæ Sancti pneumatis caput bonæ spei
Fretũ Africæ appulimus. Id enim promontoriũ, quod Pomponius frontẽ Africæ appellat, ubi Africa se cuneat, & fastigiatur admodum. Inde uero uẽtis prosperis ad id oppidum quod adiacet promontorio Viridi deuenimus, regnum Tesenice dicitur. Ibi iraq; nacti sumus liburnicas tres, quas nuperrime rex Lusitanis eò miserat gratia explorandi orbis, ut est uir ad magna quæq; altus & educatus. Illic etiam cõperimus nauim quandã, quæ sæuiente freto à nostro conspectu euanuerat, è regione ostij sinus Mechæ: nam in urbe quadã commorati fuerant, ubi & cymbam, & maiorem hominũ partem reliquerãt: redibat enim nauis, uiros septem tantummodo ferens, eosq; ægrotantes, utpote qui uinum non bibebant, nec item aliam aquam, quàm pluuiam bibebant in naui, ut assolet, collectam. Tandem aliquãdo appulimus Vlisbonam solum patrium, ferè ultima Iulij. Postridie uero superuenit ea nauis, quæ euanuerat dum rediremus, necnon & sanctus Tonarus cum celoce quã fabricatus fuerat in insula Zaphale: & is nobis referebat eam insulam esse perq; angustam in ostio cuiusdam sinus à Mauris cultam, & ibi montes esse, ubi auri fodinæ sunt quamplurimæ: addebat etiam eò cõplusculos alios cõtendere emẽdi auri gratia permutatione rerum multarũ. Et id tempus quo Sanctus illuc cõcessit, cõperit ibi quãplures Maurorũ naues, cepitq; inibi Maurũ, qui apud eum tantisper obsidis officio fungeretur, donec Christianus quidam redijsset, quem ipse in Arabiam causa explorandæ regionis destinauerat. Quum autẽ nusquã cõparuisset, uela uẽtis dedit, secum ducens Maurum, & tandem in patriã diu optatam peruenit. Nec etiam id uos latere uolumus, Vlisbonam è tanta classe sex dũtaxat naues redijsse, reliquis pessundatis cũ hominũ strage, necnon mercium infinita iactura.

De pondere & moneta eorum. CAP. LXXXII.

POstquã in superioribus meminimus merciũ ferè omne genus, superest nunc, ut nonnihil de pretio & pondere earum in mediũ afferatur. Igitur in urbe Calechut bacchar nucum muscatarũ, id est mẽsuræ genus cõtinens cantaros quatuor, non pluris uẽditur q̃ pro cccl. fauis: & Faui xx. ducatum, id est, nummũ aureũ efficiunt. Item cinamomi baccar cccxc. fauis. Item faracula aridi zinziberis, id est xx. baccari pars, fauis sex. Item faracula zinziberis saccaro conditi fauis xxvij. Item baccar tamirindi fa. xxx. Item ba. piperis procerioris fa. cccc. Item ba. zerombeci fa. xl. Item ba. myrobalani fa. dlx. Item ba. zedouariæ fa. xxx. Item ba. sandali rubri fa. lxxx. Item ba. lachæ fa. cclx. Item ba. sandasij fa. clx. Item ba. masticis fa. ccccxxx. Item fa. conseræ fa. clx. Item ba. piperis fa. cccl. Item fa. thuris fa. v. Item fa. belzuini fa. vi. Item fa. ligni aloë fa. cccc. Item fa. cassiæ fa. ij. Item fa. reubarbari fa. cccc. Item ba. gario-

Digitized by Google

ba.gariophylli fa.Dc. Item fa.opij fa.cccc. Item ba. ſandali albi, fa.Dcc. Itē mit tricale ambræ,quod unciæ ſex cum quarta efficiunt mitricale unū ambræ. Itē ba. unum xx. farazolæ efficiunt,farazolam uero xiiij. aratollæ & tertia pars unius efficiūt Portugallenſiū,quoniā Venetijs xxiiij.aratollæ, libra efficiunt xxij.& ſecundū partem. Ad ſummam igitur nummus aureus non pluris ua let q̄ xx.fauis. Poſt hæc dicendū eſt de pretijs rerum,quas domo attulimus, uidelicet,quanti uendantur in urbe Calechut. Item fa.æris fa.xlv. Item fa.co ralli albi,fa.mille. Item fa.plumbi.fa.xvij. Itē fa.coralli obliqui fa.Dcc. Item fa.argenti fa.xx. Item fa.coralli nothi fa.ccc. Item fa. aluminis fa.*xx. Item almenum unum,quod eſt pondus excedens menſurā Portugallenſiū,aratis duobus & medio,quod efficiet libras tres uel circa,more Veneto,& hoc pon dere uendunt crocum,fauis, uidelicet lxxx. *aliàs,liiij*

De regionibus,unde comportantur aromata.

CAPVT LXXXIII.

NOn abſonum igitur crediderim, ſi eorum locorū nōnihil meminerim, unde afferuntur aromata fere omnium generum. Piper itaque adue hitur è turri quadam quæ eſt ultra Calechut, ſecus litus ad leucas ferè L. Ci namomū mittit regio dicta Zalon,nec alibi inuenitur,ea eſt ultra Calechut itinere leucarum cclx. Gariophyllū fert Meluza regio,quæ abeſt à Calechut ad leucas duodecim more Luſitano, in loco qui dicit Cananor. Nuces uero muſcatæ,& maſtix afferūtur ex Meluza quæ abeſt à Calechut leucis D ccxl. Caſtoreum,hoc eſt, muſcatum, uenit è prouincia quadā quæ dicitur Pego, diſtāte à Calechut leucis D. Vniones uero proceriores affert plaga Armuzi, citra urbem Calechut leucis Dcc. Spicus nardus, & myrobalanū aduehūtur ex Columbaia prouincia citra Calechut leucis Dc. Caſſiam in ſurculis mittit urbs ipſa Calechut. Mittūt uero ſua thura Sabæi citra Calechut leucis Dccc. Mirrham Fartica regio citra Calechut Dcc. Lignū autem aloë,& reubarbarū, camphoram, & calingā mittit Chiua regio ultra Calechut ad mille leucas. Zerombam fert Calechut, cardamomū maius Canona mittit oppidū Ca lechut,lōge ab eo leucis duodecim. Piper longū in Same inuenitur. Benzui, & zan ultra Calechut leucis D cc. Tamirindū,& Zedouariam mittit urbs Ca lechut. Lacham mittit oppidū dictum Samoterra, ultra Calechut leucis D. Braſille fert regio Tanazar, ultra Calechut leucis D. Opium fert plaga Adde citra Calechut Dcc. Satis igitur ac ſuper dictū ſit de pōderibus, & rerū pretio, necnō de locis unde hæc aduehuntur.

Digitized by Google

NAVIGATIO CHRISTO

PHORI COLVMBI, QVA MVLTAS REGIONES HA ctenus orbi incognitas inuenit, inuentasq; Hi spaniæ rex coli iussit & frequentari.

Quomodo rex Hispaniarum dedit liburnicas duas Christo phoro Columbo. CAP. LXXXIIII.

ITAQVE Christophorus natione Italicus, patria Genuẽsis, gente Columba, uir erat procera statura, colore ad rubedinẽ inclinato, facie oblõga. Is quum diutius in regia regis Hispaniarum inuictissimi di uersatus fuisset, animum induxit, ut hactenus inac cessas orbis partes perquam diligenter peragraret. Petijt propterea rursus & iterũ instantissime à rege memorato, ut uoto suo tam pio non deesset, futurũ sibi & toti Hispaniæ decus præclarum adseuerabat, si sua opera & impensa nouas inaccessasq; regiones nactus esset: & ad id opus nauigãdi ultro se of ferebat, nam pollicebatur plures posse nanciscì in occidente insulas, quæ ad usum, imò ad delitias mortaliũ minime forent ineptæ, & in primis in eis insu lis, quæ conterminæ sunt Indiæ, inueniri posse arbitrabat baccas, id est, unio nes, lapidesq; pretiosos fore omne genus, necnon aromata omnifariam, au ricq; plurimum. Hæc meditantem rex & regina identidẽ derisere, utpote co gitantem inania, & pensi nullius, uertebaturq; hic sermo propè in fabellam. Tandem peractis annis viij. insistẽte adhuc Columbo, cœpit rex his sermo nibus aures præstare attẽtiores, decreuitq; post multa experiri uiri ingeniũ, propterea in effectum huius celebris instituti, iussit liburnicam unam, & ce loces duas omni genere annonæ armamẽtorumq; cõmuniri: quibus expedi tis, prima Septembris luce M. CCCCXCII. soluit ab Hispanis litoribus, & diu optatum iter aggressus est.

De insulis compertis à Columbo uiro acerrimo. CAPVT LXXXV.

Canarie

ITaq; soluit à Gadibus iter faciens uersus insulas Fortunatas, quas nũc His pani appellant Canarias, ob id quod canibus maxime abundẽt: antiqui

Fortunate

uero Fortunatas dicebant. Hæ enim absunt à Gadibus milliaribus MCC. prout ipsi computãt suas leucas, dantes unicuique leucæ M. IIII. Fortuna tas propterea eas dixere ob aëris miram temperiem, cœliq; clementiam, sunt in climate per Syenem uersus meridiem: eas incolunt ferinæ gentes, quibus nulla est religio, nullius dei timor, nulla uerecundia, utpote qui nudi incedũt usquequaque: eò Columbus concessit aquæ nõnihil sumpturus, ut uel inibi socij prius parumper conquiescerent, quàm atrocioribus assuescerent labo ribus

Digitized by Google

ribus: nam qui sulcant maria incomperta, his necesse est prope labores innumeros exantlare. Soluens igitur illinc arabat maria, & per dies xxxiij. totidemq; noctes nauigans uersus occidentem, nihil telluris unquam apparuit: tandem è specula quispiam insulas quasdam conspicatus est: propius accedentes uidere insulas sex, quarum duæ erant uastissimæ, eisq; nomina indidit, alteram Hispanam, Ioannam alteram nuncupauit.

De magnis insulis. CAPVT LXXXVI.

IOannam non satis compertū habuere utrum esset insula uel ne: dum tamen eius latera legunt, audiuere innumeros auium cōcentus, & in primis luscinias rum, quæ densissimis nemoribus inerrabant, mense Nouembri. Inibi etiā conspexere limpidissima flumina, eademq; ad potādum suauissima, portus magnos celebresq;. Et quū uento Choro nauigarent, prouecti sunt magis secus insulæ litora, nusquam tamen ad calcem peruenere. Quum igitur progressi fuissent ferè milliaria DCCC. & nullum terminum adhuc comperissent, credidere continentem esse: propterea decreuere gradum referre, impellente pelagi sæuitia: nam malus, id est, arbor nauis nutare incipiebat. Conuertit itaque nauim ad orientem, & mox deuenere ad eam insulam, quæ dicitur Hispana: & quū summe appeterent terrā explorare quæ ad Aquilonē uergebat, & iam ipsis terræ appropinquantibus, condicto ratis maxima in scopulum quendam collisa est, adeo ut iam dehiscceret: uerum summergi nequiuit ob planiciem saxi: mox accurrunt cum cymbis uiri celocis alterius, & socios è faucibus Neptuni eripuere ferè moribundos. Quum terram appulissent, conspecti sunt ab incolis eius insulæ, qui protinus effuse fugerunt in nemora densissima, nō aliter quàm si fugacem leporem consectaretur canis, genus inauditum: nostri tamen uestigia persequūtur fugientium, & mulierē quandā corripuere, quam quū ad naues reduxissent, uino & obsonijs propè distentam, & eleganter uestitam missam faciunt: nam ipsi nudi incedunt, & humaniores ignorant delitias.

De situ & moribus Hispaniæ insulæ. CAP. LXXXVII.

QVamprimum igitur hæc mulier deuenit ad suos satura & prope farta, cultuq; insolito uestita decentissime, alij hac liberalitate adducti, mox certatim, cateruatimq; ad litus concurrunt, rati genus esse diuinum: nam desiliebant in pelagus secum ferentes aurum, quod cum ollis testaceis, uasisq; uitreis permutabant, pro minima quaq; re etiam despicabili aurum dabant, exempli gratia, si quis dedisset frustum speculi cōfracti, protinus aurum consequebatur. Contracta igitur amicitia, uigentibusq; commercijs, nostri cœpere diligētius eorum uitam & mores explorare, comperereq; protinus eos regē habere: propterea petētes mediterranea, hoc est interiora insulæ, à rege eorum perquam honorifice sunt excepti: quum uero adueſperauissent, edito signo de more salutādæ uirginis, nostri genua plicabant, quos æmulabātur

Barbari itidem agentes: ubi noſtri & crucem ſeruatoris trophæum uenerabantur, eam & ipſi condicto colebant: hi etiã ubi uidere nauim peſſundatã, certatim confluebant cum cymbis ſuis aduehẽtes noſtros, & ab undabundi maris faucibus eripientes. Cymbas huiuſmodi appellãt canoas: quæ ex ſola caua arbore factas, nõ quidẽ ferro, ſed cote præacuta excauãt: habẽt etiã longiores naues, id eſt, liburnicas, octuaginta remorũ capaces. Ferro carẽt omni, propterea noſtri admirabantur, quonam modo quirent domos cõſtruere, quas conſpiciebant miro modo extructas, necnon alia arte fabrefacta faberrime: uerum cote, ut diximus, pro ferro utuntur. Acceperũt etiã referentibus amicis, nõ longe ab ea inſula eſſe quoſdã populos, qui carnibus ueſcebantur humanis. Idcirco ubi nos uidere, crediderũt Antropophagos eſſe, ideo effu-
Canibali ſiſſime fugerũt, Canibalos appellãt ferinos populos, qui in cibatu homines habeãt gratiſſimos. Hos noſtri preterierant, eos ad meridiẽ relinquẽtes.

De Canibalorum moribus. CAP. LXXXVIII.

IGitur hi populi mœſtiſſime conquerebantur nobis de efferatis illorũ moribus, nam aiebant eos in ſe non aliter ſæuire, quàm tigrim uel leonẽ quẽpiam in manſuefacta animalia: horreſco referens. Impuberes, ſi qui corripiuntur, exectis teſtibus, ſagittant uti nos gallos gallinaceos, ut lautius eis ueſcantur. Puberes uero mox cõtrucidant, quibus exenteratis, ilia comedunt recentia, membrorumq; partes extremas, cætera ſaliunt, adſeruãtq; ut nos inſitia & farcimina omnis generis: nam inſitia fiunt ex ſanguine aprino uel bubulo, aut ex carnibus teſſellatim conciſis, alij apexabo appellant, haud dubie eſt genus farciminis. Mulieribus haud ueſcuntur, uerum eas ad prolem, ueluti nos gallinas ad oua ſeruant: ſiqua eſt anus, ea mancipij uicẽ gerit. Propterea hæ inſulæ, quas iam ſubegimus, ubi audiunt aduentare hos efferatio res immanesq; populos, actutum dant terga, licet ſagittis utantur, non ſunt tamen tantarum uirium, ut cõpeſcere eos queant, nam pauci complures fundunt, utputa centum decem profligant Canibali, nuſquam cominus cõgrediuntur, fuga tantum ſibi cõſulunt. Nos nequiuimus aliter intelligere, quos deos colant alios, q; ſolem & lunam, cœlumq;. Mores uero aliarum inſularũ idcirco non referimus, quoniam ob anguſtiam temporis & interpretum penuriam de eis nihil comperti habuimus.

De moribus illorũ qui Hiſpanã inſulã colunt. CAP. LXXXIX.

HVius inſulæ cultores loco panis utuntur radicibus quibuſdã, quæ ſunt (ſi magnitudinem formamq; ſpectes) inſtar napi, ſaporem habẽt, quẽ molles recentesq; caſtaneæ, ages uocant: aurũ apud eos eſt in pretio, id enim auribus appenſum ferunt: ſuis non emigrãt finibus, nec ut alij ultro citroq; commeantes commercia exercent: cœpimus eos percunctari ſignis, ubi eruerent aurum, intelleximus ab eis legi in harenis fluminis cuiuſdam, quod ex editiſſimis deriuatur montibus. Id enim labore eximio colligũt, funduntq;

in fruſta,

Digitized by Google

in frusta, & demum in bracteas, id est, laminas. Verum ubi nos eramus nō nascitur aliunde aduehitur, ut circūuecti insulam re ipsa cognouimus: quoniam postquam illinc soluimus, deuenimus ad quoddam flumen, quo profecti sumus sumendæ aquæ gratia, & ibi auriferas conspeximus harenas, ibi quadrupedia, non nisi cuniculos uidimus: serpētes uero immensæ uastitatis, numerosiores q̄, quos fert insula, sed innoxios conspeximus: necnon syluestres turtures, anates nostris proceriores, anseresq̄ oloribus candidiores, uerum capite tantum rubeo erant: ibi & psittaci complures, alij coloris prasini, fului alij, alij uero Indis non absimiles, id est, torque miniato. Tulere ex his igitur sexaginta uersicolores, cōiecturamq̄ ex his alitibus fecimus nō longe Indiam abesse: uerum huic sententiæ non adstipulabatur sphæræ ratio, & in primis philosophus in illo de cœlo & mūdo, Senecaq̄, & alij cōplusculi cosmographiæ haud expertes, qui adseuerant Hispanias nō multum ab India abesse, maritimo præsertim itinere. Hæc igit insula suapte natura gignit mastícem, aloē, & alia his non dissimilia. & in primis grana quædam rubea, quæ pipere sunt acriora: cynamomūq̄, & zinziber nostri tulere.

De uiris quos Columbus gratia explorandæ insulæ dimisit.

CAPVT XC.

IGitur Columbus de compertis terris satis ac super lætus, utpotè qui uidebatur nouum comperisse mundum. Quum uero primum uer iam appeteret, decreuit patriā repetere suam, dimissis apud regem uiris triginta octo, qui perquam diligenter scisciari & explorare deberent locorum situs, ac regionis mores, frugumq̄ ac arborum naturam. Rex enim appellatur Guancranillo, cum quo initi fœdus maximum, commendauitq̄ illi suos arctissime, adeò ut intuitus eos pio obtutu, coram Columbo illachrymari cœperit, miseratus conditionem remanentium. Tandem Columbus iussit uela uentis dare Hispaniam uersus, secum ducens ex insulanis uiros decem, non alia magis de causa, quàm ut eorum linguam aliquando discerent, quoniam id consequi haud difficulter poterant: nam caracteribus nostris suum idioma scribi probè potest: cœlum appellant Turci domum boa: aurum cauni: uirum probum toyno: nihil, maxani dicunt. Reliqua uero nomina æque ac nos nostra proferunt.

Quomodo Columbus fuit dictus Admirans mare. CAP. XCI.

REx itaq̄ & regina Hispaniarum nihil magis gerebant in uotis, imò supra uota, quàm ut almam Christi fidē indies augerent, auctamq̄ colerent, & cultam summopere uenerarētur: propterea id eximie obseruabāt, ut hæ gētes quæ hactenus nomen Christianū ignorauerant, tandem aliquādo ope & industria sua, scirent unā esse Christi fidē, extra quā nulla est salus, nec redemptio. Inq̄ huius rei specimen decreuere summis honoribus Columbum prosequi, nihilq̄ prætermittere, quod ad cultū & decus eius spectaret.

Igitur

Igitur multu ſereno eum excipiunt, cõdecorantq; innumeris titulis: & quod apud Hiſpanos eximius ducitur honos, cõſeſſum ipſum recipiũt: uolucreq; ut deinceps non Columbus, ſed Admirans oceanũ appellaretur: & ut licuit colligere ex Admirantis ſermonibus, ſperabat propediem fidem noſtrã magna incrementa habituram, ſi hæ inſulæ ad fidem reducerentur: in commercijs uero & alijs mortalium emolumentis, quibus plerũque omnes inhiant, nullam propè ſpem collocauerat. Itaque ſereniſſimi reges iubẽt ut protinus Liburnicæ xvij. expediantur, quæ arcem in prora habeant, id eſt ſpeculam, unde eminus ſpeculantur: celoces uero duodecim abſque ſpecula, inq; eis hominum mille ducenti, qui omni genere armorum communirentur. Fabrosq; lignarios, id eſt, carpentarios, artificesq; fere omnium generum ære annuo conduxit, qui claſſem ſequerentur: equites etiam quoſdã centuriauit, ut nihil claſſi deeſſet, quod ad ualidam expeditionem ſpectaret. Columbus uero ſues & boues ſexus utriuſque in claſſem introduxit, tritic ũq; & ordeũ, ac legumina propè omne genus corrogauit in nauibus, tum ut uitã in naui diutius protraheret, tum uel maxime ut inibi terræ mandaret ſemina: tulit etiam arborum taleas quas ibi plantaret: quoniam id genus illic haudquaq; arbores uiſuntur: nam præter pinum & palmas nullas habẽt arbores nobis cognitas, & hæ mira ubertate creſcunt, adoleſcuntq; in tantam altitudinem, ut non facile referri poſſit ob maximam ſoli ubertatem. Sunt enim illorum fructus propè innumerabiles, uerum nobis incomperti, aiuntq; ſub ſole feraciorem tellurem minime eſſe. Inſtituit etiam noſter Columbus ſecũ ferre inſtrumenta omnis generis ferrea, quæ cõducerent urbi condendæ: ut in noua regione nouas urbes conderent, quæ forent ſuorũ tutiſſima receptacula, multiq; inſuper regis clientes, contubernalesq; ultronei ſe obtulerunt huius nauigationis ſocios, deſiderio comparandæ gloriæ, prouocati geſtis Columbi prædaris. Igitur prima Septembris ſoluere ex Cades uentis proſpere flantibus, & prima Octobris applicuere inſulam Canariam, eam, inquam, quæ Fericta dicitur. Quarta uero Octobris uela facere uerſus meridiem, nihilq; comperti de eorum nauigatione uſque ad hyemale æquinoctiũ habuimus. At uigeſimo tertio Martij, rege ac regina diſcumbentibus, mox affuit uerecundarius quidã, qui renũtiauit celoces duodecim applicuiſſe Cades: ſucceſſum autem nauigationis ulterioris quinta Aprilis luce M. D. IIII. germanus frater altricis primogeniti regis miſſus ab Admirante ad regem peruenit, cunctaq; retulit quæ in ſequentibus adnotabuntur.

Quomodo Admirans adiuit Canibalorum inſulas.

CAPVT XCII.

ITaque prima Octobris Admirans Columbus ſoluit à Canarijs flante Affrico, ad læuam iter faciens, meridiem uerſus adnauigauit xxi. diebus priuſquam

Digitized by Google

priuſquam tellurem cõſpexerit aliquam. Tandem deuenit ad Canibalorum
inſulas ſæpe dictas, & primo conſpectu uidere noſtri inſulam uaſtiſſimam,
adeò arboribus condenſam, ut uix diſcerni poſſet, utrum ſylua foret uel ne:
& quoniam is dies erat dominicus, Dominicam eam nuncupauerunt: & ubi
cognouere incultã eſſe, minime uiſum eſt illic gradum ſiſtere, ſed ultra pro-
greſſi ſunt. In his igitur uiginti & uno diebus ſua ſententia ſulcarunt maria
per leucas fere mille trecẽtas & uiginti. Nam per id tẽpus Aquilonem uen-
tum proſperum ſemper habuerant: deinde ſoluentes ab dicta inſula, breui
peruenere ad aliam inſulam omni genere arborum refertiſſimam, quæ ine-
narrabilem ſuauitatis odorem fragrabat: nonnulli allecti amœnitate loci, in
terram deſcendentes, nihil animatum ibi cõſpexere, præter lacertas inauditæ
magnitudinis: eam Crucem appellarũt, primoq; loco de cultis poſt inſulas *Crucis inſula*
Canarias conſpecta eſt: & hæc erat Canibalorum inſula, ut re ipſa demum *rium mores*
cognouere, id adfirmitantibus interpretibus Hiſpanæ inſulæ, quos ſecũ du-
cebãt. Circũuecti itaq; inſulã, caſas humiles compluſculas cõperetunt: nam
uicatim degunt xx. uel ad ſummam xxx. domus ſimul continenterq; diſpo
ſitæ in orbem ambientes plateam quãdam, cuius diameter erat orbicularis:
domus erant ligneæ amphitheatri inſtar. Hunc morẽ conſtruendi ædes ſer-
uant, erigunt complures eminentiſſimas arbores in orbem, inq; eis trabes fi-
gunt, quibus arbores inhærẽt, fitq; ut his fulcimentis minime ruãt. Imbrices
uero, quum domum cooperiunt, ita conſtituũt, ut formam tentorij efficiãt,
ſurgitq; in modum pyramidis, id eſt, in acutum. Demum has ſic diſpoſitas
arbores intexunt palmarum foliis, & quarundam aliarum arborum, ut &
uentos & imbres tutius arceãt: introrſus uero trabes texunt funibus bombi
cinis, & radice quadam ſparto minime abſimili: cubilia habent eminentiſſi-
ma, quæ fœno & bombice ſternunt: porticus habent maximas, ubi ſaccara
collocant. Et ibi etiam conſpeximus duas ſtatuas ex ligno fabrefactas, quas
duo angues immenſe uaſtitatis ſuſtentabant, eas credimus eſſe eorum ido-
la: uerum compertum habuimus ſtatuas huiuſmodi ſolũ ornatus cauſa ere-
ctas fuiſſe, quoniam hi ſolem & planetas tantũmodo adorant. Eò igitur ubi
noſtri applicuere, mox uiri & mulieres effuſe fugerunt, deferentes eorum do
mos: ubi uincti erant impuberes compluſculi, quos ad ſaginam adſeruabãt:
necnon anus complures, quæ mãcipiorum obibant officia, protinus ad nos
contenderũt. At noſtri ingreſſi eorum domos, animaduerterũt illic uaſa eſſe
fictilia omne genus, quæ nos Samia appellamus, in quibus elixabãt carnes
humanas, pſitacis, anſeribus, & anatibus ſimul admixtis: alias autẽ uerubus
impoſitas torrebant, ſelectis oſſibus, & brachijs humanis, quibus pro ferro
utebãtur, ut ſagittis adfigerẽt ſuis: ferro enim prorſus carent. Vidimus etiam
ibi impuberis caput nuperrime abſciſum, ſanguine adhuc defluẽte, hoc erat
trabi infixum. Hæc inſula quatuor ingentiſſimis irrigatur fluminibus. Gua-
dalupeam

Guadalupe dalupeam appellauimus, quoniã non est absimilis monti illi sanctæ Mariæ, quem Guadalupum Hispani uocitant, incolæ uero Grachanam: fert hæc insula psitacos fasianis multo maiores, nec alis similes, nam alas habent uersicolores, cætera rubei: tantaq; psitacorum apud eos copia, ut apud nos cicadarum: & licet eorum nemora sint psitacis referta, eos tamen saginant, quos habẽt in cibatu gratissimos: mulieres uero quæ cõfugerãt ad nostros, Admirrãs nostro ritu exornari iussit, & compluscul is donari muneribus, mandans ut protinus eas ad Canibalos mitterent: quoniam hæ probe nouerant quò fugissent Canibali. Itaq; mulieres ad Canibalos profectæ sunt: quo factũ est, ut mox Canibali ad nostros accurrerint pellecti muneribus, quibus donatæ mulieres fuerãt, autumãtes itidẽ consequi posse. Vbi uero coràm fuere, siue timore, siue scelerũ conscientia, mutuo sese respiciẽtes, illico terga dedere, proxima petentes nemora: at nostri qui inerrabant insulæ explorabũdi, cymbas eorũ omnes cõfregere. Et illinc soluẽtes adiuere socios suos, quos dimiserant in Hispana insula primo itinere: & dum eunt utrinq;, complures præteriere insulas: ab ea parte uero, quæ respicit Aquilonẽ, apparuit insula, cuius inquilini nostros interpretes, quos ab insula Hispana duxerat Admirrans, intelligebãt, necnõ eos quos uẽdicaueramus à sæuitia Canibalorũ, dicebãt uocari Matininam, adfirmantes eam cultã esse à solis fœminis, quæ statis anni temporibus coibant cum Canibalis, ut solebãt olim Amazones: prolem parti-ebantur, mares dabant parentibus, fœminas uero fouebant ipsæ: aiunt etiam has fœminas specus habere altissimos, quò se recipiunt ubi extra stata tempora quispiam eò concesserit, & ibi se tutãtur sagittis propulsantes hostem, si forte fortuna explorauerint aliqui aditum: propterea nostri per id tẽpus propius accedere nequiuerũt, præternauigantes insulã ad milliaria ferè quinquaginta. Inuenimus aliã insulam, quam interpretes aiebant esse apprime cultam, habitatoribusq; frequentissimã, & inter alia habere innumeras fruges, & propè omnia quibus uita humana carere nequit: & quoniam montes habent præaltos, eam montẽ appellauimus Ferratum: at nostri interpretes, & hi quos adseruaueramus ab atrocitate Canibalorũ, adfirmabant Canibalos aliquando longa metiri itinera supra mille milliaria, ut carnibus uescãtur humanis. Postridie illius diei nacti sumus aliam insulam, quæ quoniã erat obrotunda, Admirrans eam nuncupauit sanctã Mariam rotundam. Supra istam comperimus aliam, cui diui Martini nomen indidit: uerum in neutra istarum stationẽ fecimus. Perendie uero aliã inuenimus, quam aiebant longitudine esse milliariũ cl. à parte, uidelicet, occidentali in oriẽtale latus: referebant mira de ea interpretes, quòd uidelicet, foret summe ferax, & pulcherrima, hanc postremo appellarunt sanctam Mariam antiquam. Post eam cõperit fere innumerabiles insulas, uerũ longe à prædicta, milliaria propè cccc. Interq; eas quædã cæteris præstabat magnitudine, quæ dicebatur ab incolis

Digitized by Google

Ay Ay, noſtri uero nuncuparũt Sanctam crucem: eò appulimus, ut aquam hauriremus: at Admirans emiſit triginta uiros, qui explorarent diligenter inſulam, qui mox quatuor Canibalos cum totidẽ fœminis inuenerũt, quæ mulieres uiſis noſtris, complicatis manibus eleuatisq; auxiliũ petere uidebãtur: quibus liberatis, uiri in nemora dilapſi ſunt. Biduo itaq; illic agẽs Admirans, triginta uiros in inſidijs collocauit, qui corriperẽt Canibalos, ſi qui apparuiſſent. Qui uero ſtabant in litore, uiderunt cymbam, caneam ipſi appellãt, homines octo, & totidem mulieres uehentem. Vbi igitur Admirans daſſicum cecinit, unà omnes ruunt in Barbaros, qui ſtrenue ſagittis pulſare noſtros conabantur, nec prius quiuere ſe clypeis tegere, quàm Hiſpanus à fœminis ſagitta ictus occubuit, alter uero male acceptus eſt. Hiſpani tamen ubi comperere ſagittas ueneno illitas eſſe, decreuerunt propius manus cõſerere, & ui remotũ in eos contendere: quod ut fecere, protinus Barbarorũ nauim peſſum dedere. Præeminebat enim ibi mulier quædam ueluti regina, cuius dicto parebant omnes: hæc natum habebat ſecum torui aſpectus atrocisq;, qui facie non regem ſed prædonem, aut furem quempiã ſæuiſſimũ præſentabat. Submerſa itaq; naui, non deſinebant nando noſtros onerare ſagittis, eleuatis tantum ſupra aquam brachijs, quæ res uiſa eſt monſtrifica. Dum itaq; nantãt ſagittantq;, ad ſaxum quoddam deueniunt, ubi tandem à noſtris ſunt expugnati, occiſis nonnullis, & regulo grauatim ſaucio uulnere duplici: hos ad Admirantem trahunt reluctantes, qui conſpectum tanti uiri minime pauentes, ferociam nuſquã exuerunt, ſpumas efferueſcentes non aliter quàm leo ubi in caſſes deuenit tunc rugitus edit maiores atrocioresq;, ſæuitq; magis: adeoq; efferebãtur, ut nullus eſſet inibi tam intrepidus qui ferocientes uiros non formidaret. Progreſſus itaq; Admirans Affrico flante aliquando, nõnunquam ſpirante Fauonio, peruenit ad quandam pelagi uaſtitatem, ubi propè innumeræ erant inſulæ multijugæq;: nam aliquæ frequentioribus obumbrabãtur nemoribus, aliæ uero ſumma apricitate amœnitatẽ non mediocrẽ præ ſe ferebant, nonnullæ autem ſqualebant ſaxis, humo ieiuna aridaq;, & præuſtis implicitæ montibus: aliæ etiam intra cautes colorem coccineum continebant, aliæ uiolaceum, albicantem aliæ: perinde ut multi rati fuerint eas eſſe minas gemmarum, aut loca metallorum corruſcantibus plurifariam coloribus. Eò itaq; non conceſſere ſæuiente pelago, nam uerebantur ob ſcopulorũ frequentiam, ne naues colliſæ ſaxis, dehiſcerent protinus ſubmergerenturq;, in aliud tempus rem differentes. Nequiuere etiam inſulas percenſere, ob eorũ implicitam frequentiã: tamen nonnullæ celoces, quæ altiore fundo haud egebant, mediocri contentæ alueo propius acceſſere, & ſupra xlvij. inſulas numerarunt, locumq; Arcipelagus nuncuparunt ob inſularũ frequentiã. Dum itaq; relictis inſulis in altũ prouehũt, in medio ferè itinere aliam nacti ſunt inſulã, quæ dicebatur Buchema, ubi complures erant illorum qui atrociſſimas Ca-

nibalorum manus euaserant: hi nobis retulere insulam cultã esse eximie, cultoresq; mitiores, & usquequaque Canibalis infensos: inq; ea nemora complura, quæ apros fouent ingentissimos: hi naues non habent, quibus sulcare possint maria, & Canibalos adire: uerum ubi Canibali eò contenderint, congrediuntur atrociter, propulsantq; eos: quos si ceperint male accipiunt, parpari referentes: nam erutis luminibus, eos in frusta minutatim concidunt, & ignibus torrent, & pro uindicta deuorant, alioquin humanis non uescuntur carnibus. Hæc nobis referebãt nostri interpretes, quos ex Hispana insula adduxeramus. At nostri parum illic immorati, præteriere insulam, nisi quod ab ea parte quæ occidentẽ respicit in terram descenderũt, ut aquæ nonnihil haurirent, ubi eminentem pulchramq; domum inuenerũt, & cum ea duodecim minores domos omni habitatore desertas, ibiq; nulla erant habitantium recentia uestigia: causam propterea ignorabãt, quur desertæ forent, ni forte haberent illarum habitationũ stata tempora, dum candens sydus feruet nimiũ, abeũt in mitiora loca, reuersuri quũ cõducibile arbitrabuntur: uel forte metu Canibalorum litora deserunt tantisper donec abeunt, utcunq; fuerit insula: unicum habet regem, cui perquam reuerenter adstant, obediuntq; mirum in modum, Chiasichium appellant eorũ regem: latus huius insulæ quod meridiem contuetur, longitudine ducentorũ milliarium patet: ea nocte duæ fœminæ, & totidem adolescentes, quos asseruerãmus de manibus Canibalorũ, ubi è conspectu suæ patriæ fuerunt, in mare sese proiecerunt, & nando ad solum patrium deuenerunt nobis nescientibus.

Chiasichius

Quomodo Admirans suos reperit uitã exuisse, CAP. XCIII.

TAndem aliquando Admirans peruenit cum tota classe ad Hispanam insulam, quæ abest à Canibalis leucis ferè cccc. Vetũ omine inauspicato infelicioq;: nam hi quos loco præsidij inibi reliquerat, uitam exuerant omnes. In hac insula est regio, quæ dicitur Xaynana, unde Admirans primo itinere profecturus in Hispaniam, quasi loco obsidum decẽ uiros abduxerat: ex his ob cœli mutationẽ, septem occubuerãt: unus uero eorum qui superfuerat, ubi suam patriam classis applicuit, Therema dicitur, sponte à nobis emissus est: reliqui uero nando clanculum aufugerunt. Quæ res parum Admirantẽ mouit, qui modo suos cõperisset uiuos, reliqua nihili pendebat: uerum ubi paululum est progressus, canea quædam apparuit, genus est liburnicæ longioris capax ingentium remorum: hæc regis fratrem uehebat, eiusq; præfecto apprime abiens suos cõmendauerat, cumq; eo fœdus magnũ inierat. Is igitur regis Guancenarilli frater alio tantum uiro comitatus, ad Admirantem contendit, & nomine regis imagines aureas duas dono Admiranti dedit. Post hæc cœpit Hispanorum miserabiles casus exponere: uerum uix id intelligere quiuimus, nostris interpretibus non satis eius linguam callentibus. His auditis progreditur Admirans, quoad deuenit ad ligneũ oppidũ, quod Hispani

Canea

sibi

sibi pro potiori tutela condiderant: id totum comperit demolitum combustumq;, nec alia supererant uestigia, præter pallidum cinerē: quæ res nos omnes dolore incredibili affecit: non tamen nobis facile persuasum iri poterat, quin aliqui superuiuerēt: propterea ut huius rei essemus certiores, Admirans iussit tormenta quædam exonerari, ut reboatu edito, si qui delitescerent è nostris mox excitarentur, scirentq; nos aduentauisse: uerum operam lusimus, quoniam nullus usquā comparuit, cunctis fato functis. Tūc Admirans nuntios misit ad regem Guancenarillum scisscitatum de suis, questus grauiter de occubitu suorum. Hæc nostri retulerunt, quantum colligere potuerunt ex regis responso, complures, uidelicet, in ea insula reges esse illo potentiores, qui ægre ferebant Hispanos subegisse insulas: propterea contenderant ad ligneū oppidum, ubi Hispani degebant, eoq; expugnato contrucidauerant uiros, & oppidum combusserant, ipsumq; ferentem nostris suppetias ictum sagitta fuisse, inq; eius rei fidem brachium fascijs circumuolutum ostētauisse, nec propterea ad Admirantem iuisse, quoniam consauciatus uulnere nō contemnendo fuerat. His acceptis nulla fide adhibita, postridie Marchionem quendam cognomine Sibilium, rursus ad regem mittit, qui perquam diligenter rem scisscitetur, perpendatq; an sint uera quæ ex rege allata fuerant. Is igitur eò concessit, & remotis fascijs comperit regem falsa loquutum, nullius cicatricis apparente uestigio: uerum procumbentem nactus est uirum simulantem ægritudinem, huius cubili coniungebantur concubinarum cubilia octo. Tūc deuenimus in eam opinionem, ut non difficulter crederemus nostros astu & insidijs eius occubuisse: tamen Marchio finxit fidē præstare regi, hortatusq; est uirum, ut in crastinum Admirantem uiseret. Postera itaque die ad Admirantem rex contendit, à quo est honorificentissime exceptus, & ueluti miseraretur nostrorum erumnas gemebundus indoluit. At ubi conspicatus est mulierem quandam, quæ nostro auxilio erepta fuerat à Canibalis, eam adfatus est sua lingua longiore subsellio, nobis haudquaquam intelligentibus, illi plurimū applaudēs, hæc dicebatur Catharina. Tandem post multa illinc abiuit, & amicitiam fœdusq; rursus pollicebatur: nō defuere tamen è nostris qui suggererent Admiranti, ut uirum corriperet, & correptum cædis nostrorum pœnas luere cogeret. Admirans uero, ut erat uir multi pensi, rem accuratius pensitatiusq; expendebat, loci & temporis rationem habens: nō enim sibi per id tempus conducere arbitrabatur, ut incolarum animos ad iracundiā prouocaret. Postridie uero illius diei quo illinc rex soluit, eius germanus daßem uisit, & mulieres subornauit, ut sequens effectus comprobauit. Itaq; nocte subsequente Catharina cum septem alijs in mare desilijt, ut superato pelago ad regem cōtenderet: nostri tamen, ubi fraus apparuit, consequuti natantes mulieres, tres tantum ceperunt: at Catharina cum tribus alijs ad regem

gem peruenit, qui susceptis mulieribus in interiora insulæ dilapsus est: quo facto nobis rex aperuit se nostros contrucidauisse.

De uindicta occisorum, CAP. XCIIII.

ADmirans igitur cognita proditione, decreuit hominem persequi usque ad regni interiora. Misit itaq; tercentũ uiros, qui Marchionem infensi consectarentur. Hi ergo dum hominẽ explorabundi quærunt, deuenere ad ostium cuiusdam signati fluminis, ubi perquam celebris erat portus, quem Regalẽ appellarunt: nam ubi ingressus est, adeò flumen se sinuat, obliquatq; efficiẽs multiplices recessus, & flexus innumeros, ut alter Mæandrus uideantur, nec licet sis ingressus, cognoscere queas an sis intra uel extra, quanquã in ostio adeò pateat, ut sit trium liburnicarum capax: ex aduersa fluminis parte mons uisitur conspicuus, qui impendio uiret, & prædaris exornatur nemoribus. Ibi psitaci complures, & auitia ferè omne genus exaudiuntur suauissime alternecq; concinentia. Hunc portum interfluũt fluuij duo, & dum altius progredimur, nacti sumus eminentissimas quasdam ædes, quas credidimus regis esse eius, quem persequebamur. Idcirco eò contendimus citato gradu, & ecce occurrunt nobis uiri propè centũ, qui habilissima habent corpora, quiq; arcus & sagittas ferentes, toruo uultu ibãt ad nos, subinde uociferantes se minime esse Canibalos, sed Taynos, id est, nobiles, ac patricios: nos uero signo pacis edito propius accessimus, & quũ mutuo colloquio frueremur, protinus fœdus & amicitiam nobiscum iniere, nec de cætero pauentes, ad nos ueluti ad suos cõfidentissime ibant, hos munere multiplici donauimus. At nostri dum illic agerent, domum mensi sunt, quæ diametrum habebat xxxiij. passuum, erat instar amphitheatri obrotunda, huic circunquaq; adiacebãt triginta aliæ minores ædes, in contignationibus pro trabibus harũdinibus uersicoloribus utebãtur, mira arte textis complicatisq;. Hos patricij nostri percunctati sunt de rege Marchione, quem adseuerarunt petijsse montes. Huius rei decreuere Admirantem certiorem reddere, & in primis conflatæ necessitudinis cum uiris patricijs. Verum Admirans flagrans perniciali odio in Marchionem ad diuersas insulæ partes exploratores expediuerat, qui regem si quo modo possent corriperẽt: nam præ cæteris quos miserat, erant duo strenui iuuenes, Horeda, uidelicet, & Gormalanus animo inuicto, alius alia loca petẽs, propè omnem regionem inter se partiti sunt explorandam. Hi ergo dum uarias regiones peragrarent, deuenere ad quædam spectatissima flumina, quorũ alia ab una parte montis defluebant, nõnulla uero ab altera deriuabantur. Is mons eminentissime attollebatur, qui aurifero sabulo conspergebatur, & inde aurũ effodiunt incolæ hoc modo: nam actis sinistris brachijs in præcordia montis egerunt aurum, egestumq; dextra excipiunt manu, dabantq; nostris: adseuerabant etiam uidisse grana compluscula zecare, quæ allata fuere regi Hispaniarum.

ſpaniarum,nam granū unum pondus erat unciarum nouē,hoc uidere com/plures uiri. De flumine auriſero,& alijs rebus repertis, CAP. XCV.

HIs uiſis noſtri condicto ad Admirantē rediere, ut nō recederēt à præſcripto:nam Admirans iuſſerat,ut nil aliud agerēt, quàm explorare regiones nouas,& mox referre earum ſitus & qualitates,nec ipſi pergerent eo incōſulto exercere cōmercia,pro quanto uitam caripenderent ſuam: accepere etiā ab incolis non longe eſſe in montibus regem quendā,quem Gazichium Canobam,ſua lingua appellāt,id eſt,dominū domus auri:nam boa domus interpretatur,canū aurū,& Gazichius rex. In hoc etiā flumine inuenere abſolutiſſimos piſces,aquāq; haud inſuauē. Marchio Sibilius refert apud Canibalos populos in menſe Decembri eſſe æquinoctiū,quod ratio ſphæræ nō patitur:addebat etiā inibi aues eodē menſe fœtificare:quū tamen ab eo ſciſcitaremur,quantum eis polus eleuaretur ab oriente, retulit Septentrionē nō uideri,ſed mergi ſub arctico polo,& tranſcendiſſe cuſtodes. Verū ut ingenue fatear,nemo inde uenit,cui indubia fides adhiberi poſſit,quoniā ferè omnes expertes erant literarum,& in primis ſyderalis ſcientiæ. *Gazichius Canoba*

De oppido ab Admirante condito, CAP. XCVI.

IGitur is Admirans claſſis præfectus in ſuam & gentis Hiſpanæ memoriā, decreuit urbem erigere:cooptato itaq; loco, qui Locifron dicitur, nō longe à portu,& ut bono omine ſuccederent cuncta,auſpicatus eſt à diuinis: nam primo loco eccleſiam dedicauit,cæteraq; abſoluiſſet,ni tempus appetiſſet patriæ repetendæ,uel ſaltem prout abiens pollicitus fuerat regi,ipſum de omnibus certiorem facere quamprimum. Expeditis ergo duodecim celocibus, regem protinus de compertis rebus commonefecit. Quum igitur Admirans in inſula Hiſpana adhuc ageret,alij appellant huiuſmodi inſulā Offiram, quā nonnulli eam eſſe adſeuerant, cuius commeminit ſacra uetus hiſtoria libro regum tertio,quæ patet latitudine graduum quinq; auſtralium,id eſt, milliaria ccdx,his polus eleuatur xxvij. gradibus:in meridie autē, prout referebat, xxij. longitudine uero, id eſt, ab oriēte in occidentē patet milliaria D.ccclxxx. & hæc inſula ſi forma conſideretur, folium balani, id eſt, arboris nucis caſtaneæ ſimillime refert. Statuit propterea Admirans in colle cuiuſdam montis huius inſulæ urbem cōdere,in umbilico inſulæ ab ea parte, quæ Aquilonem reſpicit,quoniam inibi uiſebatur mons alius,qui frequēs eſt nemoribus & lapidibus aſperatur, necnon calce ſcatet plurima, eam Medi appellant Iſſabellam:ad radices uero montis planicies eſt perquam aprica, longitudine patens milliaria lx.& lata xij. alicubi, peranguſta tamen alibi milliaria vi. hanc interluunt complura flumina,quorum celebrius fere præterluit urbem ad iactum arcus. Hæc igitur flumina adeò ubertim irrigant regionem, ut eam feracſſimam fere omniū rerum, quæ terra parens mittit, effecerint:nam in harena eorum fluminum iacta ſemina protinus germinant: fecimus huius rei *Hiſpana* *Locifron* *Iſſabella*

Digitized by Google

periculum, iecimus enim semina multijugarum herbarũ, uidelicet, lactucarũ, nasturtiorum, brassicæ, & bugloſſæ, quæ omnia sextodecimo die germinaue re: at pepones, cucumeres, cucurbitæ, trigesimo septimo die ad maturitatẽ peruencre: nec, ut ingenue fatear, meliora his comedi unquã. Hæc nouerat Admirans etiam relatu eorum, qui secum diuersabantur, qui & ipsum certiorem fecere rerum multarum, & in primis prouinciæ cuiusdam auriferæ: propterea misit illuc è suis triginta uiros: regio Cipagora dicitur, auro scatet: ubi uero rediere uiri triginta, retulerunt multa miratu digna, præsertim adseuerabant ab eo monte quatuor deriuari flumina, unum ad orientẽ proficiscebatur, aliud uersus occidentẽ contendebat, alterum in Septentrionẽ, in Austrum alterum citatissime fluebant. Insula quadripartitur, pars quæ uergit in orientem dicitur Suma, quæ occidentem respicit Atribuinea, quæ Aquilonẽ Lachem, quæ postremo meridiem contuetur Naiba dicta est ab omnibus.

Quomodo Admirans adiuit auri minas, CAP. XCVII.

VT reuertar unde sum digressus, Admirans urbem condidit muro præcinctam, & duodecimo Martij illinc soluit, ducens secum pedites circiter quater centum, ac equites nonnullos, pleno gradu contendens eò ubi acceperat minas auri esse uberrimas meridiem uersus: Igitur superatis eminentissimis montibus uallibusq; ac traiectis fluminibus limpidissimis, tandem in eam deuenit prouinciam, ubi auspicatur Cimbaga regio, in cuius patentissima planicie decursus quidam aquarum uisuntur, quarum harenæ intermiscentur auro. Igitur Admirãs ingressus mediterranea insulæ ad milliaria ferè lxxij. tantundem distans ab urbe quam condiderat, peruenit ad ripas cuiusdam ingentissimi fluminis, ubi collis impendio attollitur, eminetq; admodũ, & ibi arcem erigere decreuit, quò tutius arcana regionis scrutari quiret, huic diui Thomæ nomen inditum est. Dum itaq; arcem ædificat, ad eum undiq; cateruatim homines regionis eius confluebant, accepturi mercimonia: quorũ uoto Admirans satisfaciens, ab eis aliquid auri petebat: qui breui ad eum rursus redeuntes plurimum auri comportarũt. Nec id silentio inuoluam granũ allatum fuisse auri, quod pondere onziam excedebat, quæ res effecit, ut grani magnitudinem admiraremur, supra omnem credulitatem, quum præsertim adiecissent, se adhuc proceriora grana allaturos, quæ aiebant ferre aliam regionem, quæ illinc itinere mediæ diei aberat, eaq; grana inculta in harenis iacere adseuerabãt, uim auri incolis nescientibus: alij etiam tulere frustula auri dragmarum decem, maioraq; inueniri rursum adfirmantes. Illò igitur misit Admirans è suis complures, qui minas auri diligentissime explorarent, referrentq; protinus: qui euntes plura compererunt, quàm intellexerant, quamq; unquam autumassent. Inter alia admiratu nõ indigna nemora habent, quæ omnium aromatum genere ubertim abundant: uerum ea haud legunt, nisi ubi permutant cum conterminis quæpiam: alij uero cum quibus commercia

Onzia

exercent

exercẽt ſua, uaſa ferũt Samia, catinoſq; ligneos, pelues, malluuia, & id genus complura, quibus qui dant aromata prorſus carẽt. Inuenerũt in menſe Martij uuas præmaturas, uerum agreſtes. Hæc regio licet rupibus & ſaxis aſpereatur, ea tamen uiridantes gignit arbores: tota in colorem praſinum inclinat, imbres excipit frequentiores. Ideo inibi multa flumina decurſuſq; auriferi, nam quum imbres deriuantur è montibus, ſecum auri copiam maximã trahunt ad plana arua patentesq; campos, quos interluunt, ut præfecimus, innumera flumina eadẽq; amœniſſima ac placidiſſima, decurſu haud rapido citatoq;, ſed ſegni ac placido. Hæc loca habitãt gentes ignauæ, & ferè penſi nullius: ea gens otiatur plurimum, imò ignauia torpet, algoris admodũ impatiens, & quũ nemora habeant bombice referta, eo tamen uti neſciunt.

De mirabilibus compertis ab Admirante, CAP. XCVIII.

EXploratis his locis, ut præfecimus, Admirans rediit ad arcem Iſſabellam, ubi nonnullos è ſuis dimiſerat: ipſe uero cum liburnicis tribus profectus eſt peregre, nouas etiam quærens regiones, & in primis eas quas iam eminus conſpicati fuerant: nam continentem credidit eſſe, licet compertum habuerit inſulã eſſe, quæ milliaribus lxx. abeſt ab ea inſula quam appellarunt Hiſpaniam, regio Cuba dicitur. Ea præterea iter direximus ad meridiem, & inde cœpimus ad occidentem nonnihil flectere: uerum quanto magis progrediebamur, tanto plus litora extendi uidebantur, terris ſemper fugientibus: ſinuabant enim ſe litora ad meridiem ſemper, receſſu & ambage multiplici, adeò ut quum crederemus contendere in occidentem, ad meridiem tamen indies ferebamur, terris ducentibus, ac multijugis ſinibus: tandem Admirans deuenit ad inſulam, quam inquilini appellant Iamicam: hanc aiunt appellari ab coſmographis Lamiam maiorem, quæ magnitudine Trinacriã ſuperat: unicum in umbilico montem habet, qui ſenſim leniterq; ſurgit, ab omni regionis latere paulatim creſcens, ut uix conſcendere credas, ut in accliuis ſolet, donec deueneris in medium, tunc ſeſe attollit uertice eminentiſſimo, & tarditatem qua uſus fuerat ſurgendo, eminentia cõpenſat: hæc inſula æque ferax eſt ac ulla in maritimis aut mediterraneis, frequens habitatore, eodẽq; acerrimo ad quæque ſuheunda: nam in commercijs acri eſt ingenio, adeò ut non difficulter circumadiacentes populos excedat dexteritate. Eò ubi appulit Admirans ſuos in terram exponere contendebat, uerum reluctabantur illi, ac pugnatum eſt identidem ſuccumbentibus inſulanis, nõ ſine hominum ſtrage, tamen diſcordias pax eſt conſequuta. Relicta Iamica flante Zephyro, ſeptem diebus nec interpolatis, per latus Cubæ nauigauimus, intantũq; ſumus progreſſi, ut crediderimus uel ipſam Cherſoneſum aureã, quæ eſt in ipſo oriẽte, attigiſſe: adeò igitur prouecti eramus in altum, petẽtes uarias orbis partes, ut fere totum uniuerſum orbẽ metiti fuerimus, & ex uiginti quatuor ſolis horis, ſaltẽ uigeſimã & alterã comperimus: licet perpeſſi ſimus innumera mala, no- Lamia

mina tamē D.CCC. insulis indidimus, & supra ter mille præteriuimus, ubi multa erant memoratu digna, præternauigās latera Cubæ. Et paulo supra quàm incœperit nauigare, nactus est Admirans portum nauium capacem compluvium, ibi suos cœpit emittere: qui quum terram applicuissent, tantum mapalia inuenere, eaq; uidua omni habitatore: uerum ibidem conspexere in ueribus pisces quos ad ignem assabant piscatores: at nostri piscibus uesci tostis haud dubitarunt reiectis serpentibus: qui uisis Christianis, mox delapsi sunt in montes, & inde speculabātur quid sibi uellent nostri: à quibus prouocati, piscatores paulatim cœperunt timorem exuere, annuentibus nostris, ne pauerent. Quidam igitur audaculus in inferiorem rupem desiliuit, propius accedens, quem compellare cœpit quidā oriundus ex insula Hispana, qui à teneris in Hispania apud Admirantem altus & educatus fuerat, cuius lingua parum ab eorum idiomate differt. Hunc itaq; percunctatus est, quur fugerēt, & quænā gens esset, quo úe nomine regio appellaretur: cōtracta igitur necessitudine, uiribusq; animi reassumptis, dixit eos piscatores esse, qui eò piscatum concesserant rege iubente, qui alij regi cœnam parabat pōtificiam opiparāq;: addidit etiam pergratū habuisse plurimū, quòd serpentes minime comedissent, quandoquidem hi, ut affirmabant, regi ueluti delicatiores epulæ adseruabantur: quibus auditis Admirans, eos missos fecit: nam iam habebat satis cōpertum regionis mores: propterea iter suum uersus occidentē persequebatur: & dum regionem percurrit ad occidentem, eam nactus est feraciſſimam, refert tamq; habitatoribus domesticis: qui mox conspectis nostris ad litus descendebant panes ferentes, quibus ipsi utuntur: tulere etiam cucurbitas plenas aqua, nosq; ueluti amicos hospites inuitabant cordate: nos uero paulo ultra progressi, uidimus innumeras insulas, quæ primo conspectu cultæ uidebātur eximie, uirentibus plenæ arboribus, & in primis ab ea parte quæ cōtinentem respicit: dum latera percurrunt, deuenere ad ostium fluminis cuiusdam, cuius latices adeò feruēt, ut in eis diutius manum immergere nequeas feruescentibus aquis: rursus progredientes cōperere piscatores quosdā, qui in cymbis, id est, in caua arbore piscabantur, qui piscē rudentibus adligauerāt naui, eumq; post se trahebāt: eius forma est nobis incognita, & nisi gradiusculū caput haberet, instar anguillæ formaretur, capite gestat pelliculam quandā, quæ similitudinē habet crumenæ alicuius: quū uero pisces uel testudines emerserint supra aquā, mox is piscis solutus dimittitur ad eos, qui telo acrior ac omni uolucre ocyor, condicto uibrat pellē, quā diximus marsupiū referre aliquod, pisces corripit, ac retinet sua pelle implicitos, nec prius prædā dimittit, quàm aērem senserit, cuius est impatiēs admodū: tunc uincto rursus pisce, prædā legūt: nā nobis adstantibus cepere calandras iij. prægrandes, quibus nos donarunt amice, easq; in cibatu suauissimo habuimus. His uisis, percūctati sumus piscatores an latus huiusmodi lōgius adhuc protenderetur, & quantū in occidentē extenderetur.

Mira piscandi ratio.

Digitized by Google

extenderetur. Respõdêre latus huiusmodi finem habere nullum. Illinc igitur soluentes, progrediebantur à latere semper, litus percurrentes: hi inter nauigandum innumeras gentes conspexere. Non longe uero à terra huiusmodi quæ nunquam terminatur, uisitur insula, ibi mortaliũ uidêre neminem: nam si qui erant in ea, fuga pernici sibi consuluerant. At canũ inibi copia ingens conspecta est minime latrantium, licet toruo essent aspectu. Anseres etiã anatesq; insulæ inerrabant multiplices. Præternauigantes itaq; latera, Cubæ deuenimus ad quasdam angustias, ubi gurgites ac breuia propè erant infinita: & ibi mare undabundum spumas efferuescebat indignabundum admodũ: sæuitq; mare hoc modo itinere milliarium xl. aquis albicãtibus, non aliter q̃ si polline conspersum fuisset. Superatis his gurgitibus, prouecti ad milliaria octoginta, eminentiorem comperimus montem, & tunc lixas emisimus, qui aquã ferrent lignaq;. Eò etiã cõcessit arquita quidã, qui quũ inerraret insulæ, & in nemus condensum peruenisset, arboresq; admiraretur, huic mox à tergo affuit uir grandiusculus, toga indutus alba: sagittarius credidit primo conspectu religiosum quendã fuisse, quem in dasse habebãt: uerũ ubi compertũ habuit alium esse, actutũ alij duo uiri eiusdem habitus & staturæ apparuere, postq; eos supra triginta alios uidit, quibus conspectis, mox fugã cepit: at illi sequebãtur, manibus annuentes ne paueret, neue fugeret: sagittarius uero q̃ citius quiuit dassem repetijt, cuncta quæ uiderat denarrans Admiranti præfecto, qui ubi hæc accepit, protinus emisit multos, qui tenentes uaria itinera, propè totam insulam explorauerunt. Erant ibi arbores multijugæ, aliæ ferebant aromata, uiolas aliæ. Percurrẽtes itaq; Cubæ latera, uarias nationes nacti sunt. quorum linguam etiam incolæ Hispanæ insulæ, qui Admirãtem ultro sequebantur, minime callebant: & dum progredimur, magis ac magis se sinuabãt litora, modo Notho, modo Affrico flantibus: quibus ipsi impulsi aliquando ferebamur prope in siccum, adeò mare insulis est implicitũ compluribus, naues ferè pessundabantur nimia onustæ aqua, quam & madidum cœlum, & refluxus pelagi conrogauerant: quare operæpretiũ fuit referre gradum, & domum redire eodem itinere quo uenerant: neq; quempiam pauebant, quin potius sperabant ubiq; & amice & honorifice recipi: quandoquidẽ neminem læserant dum irent, uerum fere omnibus morem gesserant.

Quomodo Admirans insulas reddidit uectigales, CAP. XCIX.

QVum itaq; redijsset ad Hispaniam insulam, ubi abiens complures Hispanos patricios loco præsidij dimiserat, comperit Margaritum uirum strenuum illinc abiuisse, qui prope iratus patriciorum magna concomitatus caterua patriam repetebat: quæ ubi comperta habuit, hominem illico inducunt, ut & ipse patriam reuisat, ratus ne delatus regi, principis indignationem incurreret,

incurreret: domũ tamen contendebat sub uelamento consequendæ annonæ; & renouandi præsidij, licet, ut præfecimus, alia subesset caussa: non prius tamen abiuit, quàm sibi reges aliquos reconciliauerit, qui succensuerant Hispanis ob prædas, & latrocinia illata ab eis, absente Admirante: uerum coram ipsis regibus, quorum conspectum, ut par fuerat, minime erubuerant. Primo loco igitur sibi reconciliauit regem Guarionensium, & cum eo necessitudinẽ contraxit arctissimam, desponsata sorore uni ex insulanis, quem prius inter suos adnumeruerat, & habito interprete, citato gradu contendit ad id oppidum quod condiderat, nomenq; diui Thomæ indiderat. Hoc itaq; reperit à rege quodam obsideri, & parum abfuit quin deditionem fecerit, quoniã iam triginta diebus cõtinuis obsidebatur nemine auxiliante. Liberato itaq; ab obsidione oppido, regem cepit, qui bellum non prouocatus intulerat, applicueratq; animum, ut pergeret reliquos profligare reges: uerum ubi intellexit incolas ob caritatẽ annonæ fame laborare, quæ iam innumeros consumpserat populos, causa famis huius reiiciebatur in Christianos, qui eruerãt ferè omnes radices, quibus ipsi panem conficiebant Barbari. Statuit itaq; Admirans regredi: hæc meditantem præfectum mox commeatus regis Guarionexij largiter iuuere: nam regio eius nondum famẽ passa fuerat. Reuocato igitur ab incœpto itinere præfecto, ut tutius regio coleretur ab Hispanis, decreuit arcem erigere alteram, nõ longe à sancto Thoma oppido in monte eminentissimo; arcem de nomine Conceptionis nuncupauit. Vbi uero incolæ compertum habuere hæsisse cordi Christianis, ut regione diutius potirentur; legatos undequaque mittunt, qui præfectum orent exorentq;, ut suos frenet, nec ut ab eis ea patiantur, quæ uix ab hostibus expectassent: nam ut aiebant, sub prætextu quærendi auri, mala innumera inferebant, & ferè totam deuastabant regionem: adiecerecq; ad hæc legati, se malle pendere uectigal, quàm his assiduo uexari incursionibus, & quiete frui posse nulla. Conuenit itaque inter eos, ut regi Christiano uectigal soluerent hac lege, ut incolæ montium Cibanorum singulo trimestri (tres lunas appellant ipsi) auri quædã ponderа ad urbem ipsam conueherent: qui uero aurum non haberent, penderent aromata & cotonum.

De regibus qui ob malefacta Hispanorum desciuere à Christianis, CAP. C.

IGitur dicti reges fame compulsi polliciti fuerant uectigal soluere Hispanis, quoniam deficientibus radicibus, quæ illis loco siliginis ac tritici succedunt, panem sufficere nequibant, nisi intolerabili labore ferè nemora omnia peragrarent: tamen nonnulli fidem datam seruarunt inconcussam præscripto tempore, & ubi solidum præstare non poterant, excusabant paupertatem, promittentes se duplum soluturos, quin ad meliorem fortunam deuenissent.

Digitized by Google

deueniſſent: nam uictu deducto, uix habebant quod ſoluerent. Sub idem ferè tempus qui aurum è terra egerunt, inuenerunt auri granum pondere unciarum uiginti, in regno non procul diſtante à litore maris: Itaq; loco miraculi granum huiuſmodi allatum eſt Hiſpaniarum regibus inuictiſſis. idq; complures uidêre. Sunt ibi etiam nemora quæ ferunt complura miratu non indigna, & in primis lignum ibi uiſitur, quod appellant ſandalium. Verum ea argutulus aliquis forte illi intempeſtiue obiiciet, quur celoces onuſtas eo ligno in Hiſpanias miſerit, & nõ auro? quum illius relatu compertum habeant inſulas huiuſmodi auro ſcatere plurimo. Quæ obiecta nõ difficulter diluere poteſt hoc reſponſo, quòd licet ea regio uideatur abundare auro, ſi noſtris conferatur, non tamen tanta eſt copia eius, ut onerari poſſint naues, quũ præſertim illud non ſine magnis laboribus erui poſſet è corde terræ, languentibus etiam uiris, quos ſecũ ductitabat, qui otio & laſciuiæ uacabant, adeò ut quæq; deformarent tanto parta ſudore, deſidiæ ac uoluptati ſupra quàm poſſim ſcribere addicti: quippe qui uel ipſum præfectum moribus contrarium perniciali odio perſequebantur, effeceruntq; ſuis moribus, ut Barbari, qui ſuapte natura exleges ſunt & infrenes, magis ac magis efferarentur, proſilirentq; degenerantes ab omni probata uita, perinde ut uſq; in hanc diem expenſæ ſuperent lucra: tamen hoc anno qui milleſimus & quingenteſimus primus eſt, bimeſtri legerũt ſupra duodecim mille libras auri: libra uero penſatur unciis octo. Lucrati ſunt etiam alia complura, quorũ mentio fiet in ſequentibus, ſuperis fauẽtibus. Et ne digrediamur à propoſitis, id noueritis, eo anno tantam uim uentorum ruiſſe, ut illic arbores prope eradicauerit omnes, easq; in ſublime iaciebat, ut uiderentur cœlum ipſum contingere: inuertit etiam tres liburnicas Columbi, quæ erant in portu, adeoq; mare inundauit, ut ſupra menſurã brachij totam irrigauerit inſulam. Huius igitur diluuij cauſam barbari reiiciebãt in Chriſtianos ob piacula & ſcelera, quæ patrauerant, quiq; interturbauerãt eorum quietem: adiiciebantq; neminẽ eſſe tam longæuum, qui meminiſſet tantæ tempeſtatis, quæ nec ſimilem uiſa eſt, nec habere ſequentem. Itaq; Admirans, ubi portum applicuit, protinus iuſſit fabris lignarijs, quos optimos ſecum habebat, ut celoces duas fabricarentur.

De arce extructa apud minam auri.

CAPVT CI.

INterea Bartholomæum germanum ſuum, quem iam inſulis præfecerat, cum nõnullis expeditis copijs ad effodiendum aurum miſit: nam hi quos ſecum trahebat milites, eruendi aurum metallorumq; probe nouerant artes. Diſtãt hi mõtes unde egeritur aurum, ab Iſſabella inſula leucis ferè lx. interq; alia eos monuit, ut diligentius loca explorarent. Igitur dictus Bartholomæus profectus eſt imperator: ſiue, ut aiunt, ipſi Andelantadus, cõperitq; uaſtiſſimas foueas, ac ſpecus altiſſimos, eoſdẽq; uetuſtiſſimos: unde adſcuerãt Salomonem

monem suos thesauros eruisse, ut est in diuina ueteriq; historia: artifices qui aurifodinas erant exploraturi, cœperunt terram egerere, & iam superficiē telluris eruerant, quum mox compertum habuerunt aurifodinam huiusmodi protendi nimiū ultra milliaria xvi. in eaq; tantum auri effodi posse rati sunt, ut quilibet artificū singulo die uncias tres eruere non difficulter posset. Cuius rei illico Bartholomæus certiorem fecit Admirantem: qui ubi hæc accepit, decreuit rursus in Hispaniam redire: uerum prius nō abiuit, quàm insulæ fratrem suum præfecerit, & illinc soluit ingrediente Martio, M. C C C C X C V. patriam repetens. Interea Bartholomæus ut monitis fratris audiret, arcē condidit, quam appellauit Auream: quoniam dum conderent eam, inuenta est harena auro mixta: trimestri absoluit opus: cœperat uaria instrumenta auri cruēdi fabricari, uerum fame grassante nequiuit perficere. Soluit igitur inde, dimisso præsidio uirorum decem, qui arcem custodirent; prouiso ne fame laborarent, dimisso cane sagace, qui cuniculos uenaretur. Itaq; illinc abiens, deuenit ad insulā Cōceptionis eo mense, quo Guarionexius & Nanicantexius uectigal pendere tenebantur: & tributis exactis ab his duobus regibus, prouisoq; de annona, quæ sufficeret itineri pro se suisq;, qui cccc. erant, uentis uela dedit Hispaniam uersus.

De commeatibus missis à rege Hispaniarum, deq; eius præcepto, CAP. CII.

IGitur circiter initiū mensis Iulij celoces tres onustæ ferè omni genere commeatuū applicuerunt insulas, ubi nostri fame laborabant: uehebant enim uinum, oleum, carnes aprugnas, bubulasq; salitas, necnō insitia, & farcimina, & id genus alia complura, quæ mox partiti sunt singulis, ut unusquisq; suam haberet portionem. Erogatis igitur commeatibus, regia promunt mandata, uidelicet, regem iubere ut eas insulas colant, quæ meridiem respiciunt, ubi aurum egeritur, omnesq; insulæ accolas & reges, quorum insidijs nostri occubuerant, in Hispaniam transmittāt. Quare ut regio obsequerētur mandato, mox corripuere ccc. uiros, regesq; eorum, & in Hispaniam misere: deinde colere cœperunt eam insulæ partem, quæ respicit meridiem, & ibi in colle eminentissimo arcem cōstruunt, nō longe à portu celeberrimo, arcem appellant diui Dominici, quoniam die dominico eò peruenerunt: portum prædictum interluit eximium flumen, quod innumeris piscibus scatet, quodq; nauigantes uehit placido alueo, prope ipsam arcem ad duodecimum lapidem. In arce uero Issabellæ ualetudinarij milites causarijq; dimissi sunt, necnon fabri lignarij nonnulli, qui celoces duas fabricabantur: cæteri uero contenderunt ad arcem diui Dominici: qua erecta, illi præfecit uiros uigiati. Et soluens illinc, uersus occidentem profectus est.

Quomodo

Digitized by Google

Quomodo Columbus comperit ſuos periſſe,

CAPVT CIII.

IGitur inter nauigandum deuenit ad flumen Naybæ, quod ab memorata abeſt inſula milliaria fere centum & uiginti, deriuaturq; ab montibus Cibanis, qui meridiem reſpiciunt. Flumine traiecto, nonnullos præmiſit exploratum regiones quaſdam uerſus Auſtrum, ubi ingentiſſima ſandalij nemora conſpiciebantur. Exciderunt itaque huiuſmodi ſandalij ſtruem maximã, eamq; depoſuerunt apud quoſdam tamdiu, donec redirent, & ſuis liburnicis aſportarent. Dum igitur præfectus latus dextrum percurreret, non longe ab Nayba flumine, inuenerunt regem quendam præpotentem, qui illis populis bellum inferebat, ubi prædicta nemora uiſebantur, decreueratq; prius à bello haud deſiſtere, quàm ſuæ feciſſet ditionis. Huius uero regis regnum eſt in cornu cuiuſdam inſulæ ad occidentem, Saragna dicitur, & diſtat à Nayba flumine leucis triginta: regio aſperatur montibus, regiq; huic circumadiacentes reges tributa pendunt parentq;, ut principi ſupremo. At præfectus noſter alloquutus eſt regem huiuſmodi, perſuaſitq; ut ſponte uectigalis fieret, à quo non difficulter impetrauit, ut annis ſingulis tributa pendens, cotonum & canabim mitteret, & alia nonnulla, quibus ea regio abundat: aurum uero ibi non naſcitur. Itaque rebus pacatis compoſitisq;, concordes unà regem adeunt, à quo honorificentiſſime excepti ſunt, effuſa omni plebe, quæ illis occurrit hilaris admodum & iucunda. Inter cætera hoc genus ludicri in gratiam præfecti actum eſt. Primo aduentu occurrerunt adoleſcentulæ triginta, quæ tantummodo pudorem cooperuerant panno cotoneo ſuo more, cætera nudæ: hunc morem ſeruant pediſſequæ coſmetæ: at heræ nudæ prorſus incedunt. Igitur prædictæ ramos oliuarum manibus geſtabant, & ubi appropinquabant præfecto, in ſignum fœderis pacis que, illi ramos porrigebant: capillos uero promiſerant per humeros, uittata fronte ambulantes: colos ijs erat cyaneus, id eſt, nigricans uiridis: uerum pulcherrimæ ſunt, ſi omnem corporis habitudinem ſpectaueris, quod profecto his erat habiliſſimũ ſymmetricumq;. Poſtquam uero his iocis exceptus eſt, diſpoſitis lectis diſcubitorijs, cœna paratur opipera. Demum itur cubitum apparatu ſane regio. Poſtridie uero eunt in domum quandam patentẽ, quæ theatrum referebat, & ibi ludicra exercuere cõpluſcula, ut ſunt tripudia & alia id genus. Poſt hæc duæ hominum acies comparuere, hinc & hinc atrox prælium committentes: nam adeò acerrime digladiabantur, ut hoſtes uiderentur, & utrinq; ceciderũt multi: pluresq; occubuiſſent, niſi rex annuiſſet, ut temperarent à manibus. Arma erant tela, arcus, & ſagittæ.

Digitized by Google

Quomodo reges qui desciuerant rursus succumbunt, CAP. CIIII.

ILlinc itaq; tertio die soluit, & rursus Issabellam insulam uisit, ubi comperit suos uita functos: nam ferè ducenti occubuerant uariis affecti ægritudinibus: quæ res adeò Columbum mœsticia ac dolore affecit, ut propè de expeditione desperauerit: & id in primis hominem angebat, quod, uidelicet, liburnicæ Hispanæ uehentes annonam apparebant nullæ, & iampridem caritate commeatuum premebantur: tandem decreuere ægros partiri per loca mari adiacentia, inter Issabellam & sanctū Dominicum, secus iter, quod inter Austrum & Aquilonem uisitur, & ibi cœperunt condere noua oppida, & primo longe ab Issabella, milliaria fere xxxvi. arcem Spei construunt. Post eam ad milliaria propè xxiiij. arcem erigunt diuæ Catharinæ. Ab ea uero ad milliaria ferè xx. arcem condunt diui Iacobi. Post hanc autem ædificant arcem Conceptionis. Interq; eam & diui Dominici erecta est alia, quam Bonum annum nuncupauerunt de nomine Fundini regis. Collocatis itaq; ægris in memoratis arcibus, ipse ad oppidum diui Dominici contendit, & illic e regis uectigalibus accipit tributa. Dumq; diutius inibi immoratur, Hispanis uitam ducentibus per mille latrocinia, ac rapinas, complures reges desciuere, conspirarūtq; fere omnes in Hispanos: & quum quadā die conuenissent, paraturi expeditionem in nostros, Guarionexium præficiunt exercitui, qui numerum quindecim millium hominum excedebat. Verū præfectus noster, ubi de hac re certior factus est, mox eos diligentia & solicitudine præuenit, cœpitq; ad unum omnes profligare, ueluti manum tumultuariam, nō tamen sine magno sudore ac labore, ac magnis periculis, utpote qui cum Barbaris præliabamur. Monet Admirans, ut his omissis ad eum redeamus.

De nouis insulis, & gente multiplici compertis ab Admirante Columbo, CAP. CV.

ADmirans itaque Columbus die xxviij. Maij, M. CCCCXCVIII. soluit à Baramcda oppido non longe à Cades cum liburnicis octo onustis iter agens uersus insulas Fortunatas, prout consueuerat. Verū per id tempus uisum est conducere plurimum, si illàc iter faceret ob nonnullos piratas, qui tunc mare infestabāt. Illinc uero ad Mederæ insulas contendit, & ibi classem partitus est bifariam: nam quinq; naues ad insulā, quæ dicitur Hispana, direxit, reliquas uero secum retinens, uersus meridiē pergit, destinans animo uelle lineam æquinoctialem tandem aliquando superare, & inde ad occidentem uergere, ut fere omnia scrutaretur, ea in primis, quæ Christianis fuere hactenus inaccessa incognitaq;. Is enim erat uir alto animo celsoq;, nec nisi magnifica aggrediebatur, & tandem peruenit ad Caput uiride. Indeq; soluens flante Austro maria sulcabat, & quum in altum prouectus esset ad milliaria fere ccccIxxx. in quandam deuenit regionem, ubi adeò sol torrebat omnia, ut propè ipsa dassis conflagraret, uiriq; omnes æstu magno quasi animam exhalabant:

Digitized by Google

halabant: nam impellente calore dolia complura crepuere, effuſumq; eſt uinum oleumq; ſimul, quum id eis uſu euenisſet in exortu caniculæ, quo cõflagrant propè omnia. In his itaq; caloribus per octo dies uerſati ſunt, non ſine uitæ diſcrimine: pœnituit eos ſæpenumero has partes adiuiſſe. Trãſactis autẽ octo diebus, flante uento Fauonio, iter uertũt ad occidentem, rati clementius cœlum nanciſci poſſe, & accepto in puppi uento, eitatiſſime contendũt, indies clementius cœlum ſalubrioremq; aërem nacti: nam tertia die poſtquam illinc abiuerant, compererunt tantam temperiem aëris, ut ſi priori conferatur, hæc ſit prorſus felix & fauſta. Vltima uero Iulij è ſpecula eminentiori noſtrũ quiſpiam eminus tellurem cõſpexit, id eſt, montes editiſſimos: quæ res tanto nos aſperſit gaudio, ut propè geſtiremus, exiliremusq;: quandoquidem uſq; ad id tempus nos noſtræ uitæ tædebat plurimum: nam deficiebãt commeatus fere omnes, calore dolia crepuerant, & uitã propè deſponderamus, ut uſu ueuit aliquando à morte parum diſtantibus: tandem aliquando ſuperis faũentibus, terræ appropinquamus: uerum non appulimus ob breuia quædã, quæ mare procelloſum reddunt, faciuntq; ne ad litus tuto accedas, tamen cognouere terram cultã eſſe, & habitari frequentiſſime: nam è claſſe conſpectabant locorum amœnitatem, prata præſertim uirẽtia, inq; eis innumeros flores, qui ſuauitatem fragrabant inenarrabilem, ut uel ad ipſam claſſem mirus odor peruenerit. Illinc ſoluentes ad xx. milliaria portum nanciſcuntur abſq; fluminc, alioquin optimum: propterea inibi haud immorati, ultra progrediuntur, & mox alium comperiũt portum ſtationemq; peropportunam: eò itaq; proficiſcuntur ocyſſime, ut aquæ nonnihil haurirent: portum appellant Charanæ, Cuſpidem accolæ: propè portum nullæ erant domus, uerum animalium complurium innumera ueſtigia. Poſtridie uero eminus cõſpeximus caneam citatiſſime aduentantẽ, id eſt, apud eos cymbæ genus: in eaq; xxiiij. iuuenes ſagittis propè onuſti, geſtantes dypeos, pudore tantũ cooperto, cæteta nudi: nam pudibunda inumbrauerant bombicino panno, capillumq; admodum promiſſum habebant. Hos ubi Admirans conſpexit, nutu & ſignis, quomodocũq; quibat, inuitat prouocatq; ad mutua colloquia. Illi uero quanto magis accerſebantur, tanto minus nobis fidebant, ueriti ſemper ne fraus ſubeſſet quæpiam. Paulatim diſcedentes à cõſpectu noſtro, & ſubinde poſt terga reſpicientes, demirabantur ritus noſtros, formam corporũ hactenus eis inuiſam incompertamq;. Videns itaque Admirans minime allicere poſſe hos uiros nutibus neq; inclamationibus, decreuit eorum feritatẽ lenire melodia, aut concentu aliquo. Mandat propterea exiſtẽtibus in ſpecula eminentiore, ut muſicam multijugam excitent, choraules, uidelicet, & tibicines, ac id genus alios moneant, ut concentum efficiant non mediocrem, quo allecti barbari propius accedant. Hi uero ubi audiuere conſtrepẽtes tibias, rati ſunt belli ſignum eſſe, ueluti ſi ad arma conclamantum foret, expediunt arcus ſa-

Digitized by Google

gittasq; bello se præparantes: & quoniam mirum in modum fidunt suæ pernicitati, condicto deserta maiore canea, cymbam minorem ingrediuntur, ut fuga sibi consulerent ui remorũ adiuti: tamen tantũ eis appropinquauimus, ut quidam è nostris iecerit in eorũ cymbam prætextam & birretum: quo facto conuenit inter eos, ut litus appellẽtes mutuo fruerentur colloquio. Dum igitur præfectus it ad Admirantem, impetraturus commeatum egrediendi dassem, illi rati rursus ne sibi imponeretur, effusissime fugerunt. Igitur nihil aliud de populis huiusmodi cõperti habuimus. Et post hæc illinc abiuimus, & non longe prouecti, deuenimus ad profluentem quendam adeò rapidissimum, ut Admirãs, qui à puero assueuit mari, confessus sit ingenue se nõ tam tundem pauisse, formidauisseq;: nam deriuabatur is profluens ab oriente, petens occidentem gradu citatissimo. Eo itaq; propè superato, paulũ progressi, deuenimus ad quoddam ostium, quod uidebatur ad portũ quempiam nauigantes admittere, eoq; proficiscebatur profluens, interq; ostium & aliud profluentem sinus est ad potandum suauissimus, unde aquæ plurimũ hausimus: post quem aiunt semper aquas suas ad leucas uiginti sex inuenisse, & quanto magis appropinquabant occidenti, tanto plus ubertatis suauitatisq; aquarum nacti sunt. Deinde deueniunt ad montes quosdã eminentissimos, & eò accedentes uidere prædia culta admodum: uerum hominibus domibusq; uacabat regio, & ab alio latere montis occidentem uersus uisitur planicies maxima, exploratumq; habuere regionẽ nuncupari Pariam, essecq; pergrandẽ, nec raro habitatore. Inibi igitur pilotas accipiunt itineris duces quatuor, quorum ducatu una die ferè præteruecti sunt insulam, cuius amœnitate allecti terræ magis appropinquant, & insulam explorantes inuenerunt frequentiorem hominum numerum quàm unquã alibi nacti fuissent, & in primis reges qui Cachi dicuntur, quiq; continuo ad Admirantem legatos mittunt, se suaq; ultro offerentes, enixe deprecantes eum, ut continentem attingens, frui suis bonis pro arbitratu non dedignetur: uerum Admirans his minime assensus est. Illi uero ut hominem sibi demererentur, postridie innumeras cymbas exornari iubent, quibus patricij primoresque uecti fastu non mediocri ad Admirantem contenderent, torquibus aureis baccisq;, ac armillis decentissime honestati insignitiq;. Hos nostri incipiũt percunctari amice, unde tantum auri eruerint, & ubi margaritas legant: at illi illico respondent nutu, uniones reperiri in harenis maris sibi contermini: significantes rursus nutibus uim maximam baccarum inueniri inibi: uerum uix esse apud eos in pretio, utpote qui ferè nihili eas pendunt. Has igitur tantas opes subinde ostentantes nostris offerebãt, modo nonnihil illic cõmorarentur. Verũ quoniam triticum classis fathiscere incipiebat, uisum est cõducibilius, si hæc mercimonia in aliud tempus dilata forent: mittunt tamen è suis nonnullos, qui terram perquam diligenter explorent, mores ac ritus accolarum, necnõ situm regionis,

Cachi

regionis. Profecti sunt itaq; eò è nostris quidã, qui ab eis honorificentissime sunt excepti, & quidẽ honorificẽtius quàm unquã autumassent: nam ad eos salutatum accurrebant accolæ certatim cateruatimq;, nó secus quàm si uisum irent numen quodpiam: eos itaq; primo duo patricij excipiũt pater & filius, suoq; more consalutant, & mox consalutatos ad domũ instar theatri factam ducunt. Ante eam autem platea conspicitur grandis admodum, & eò allatæ sunt sellæ complures, fabrefactæ ex ligno nigricante, & quidẽ fabertime. Cõsederunt ergo omnes, & illico erupit adolescentũ caterua, ferés fructus omne genus uberrimos nobis prorsus incognitos. Posthæc œnophori subsequũtur uina electissima propinantes, quũ fulua, tum etiam rubicãtia: neq; id uinum expressum uuis aut racemis erat, uerum ex fructibus bacciscq; multijugis eisdemq; suauissimis: uitem non habent uiniferam. Vbi itaq; cõmessati sunt apud senem, in nati iuuenis mox diuertunt ædes, ubi cõplures uisebantur mulieres adolescentulæ formosæq; admodum, quæ bombicino panno uersicolori coopertis tantum pudibundis, cætera sunt nudæ, & hæ hominũ conuentus refugiunt, solitariã uitam degentes. Hos igitur uiros cœpere nostri percunctari, unde tantum auri eruerẽt. At hi quibus pro sermone nutus erat, innuebant id è montibus quibusdã egestũ esse, nec tutò nos eò per id tempus profici posse: quandoquidẽ prout colligere potuimus ex eorum nutibus, aut ibi sunt fera quædã animalia, aut anthropophagi Canibali, qui mõtes obseruãt infensi: id nobis permolestum fuit, nam alter alterũ haud intelligebat.

De reditu Admirantis ad insulã Hispanam, CAP. CVI.

ITaq; nostri illic immorati sunt ferè usq; ad meridiem, tempus non colloquijs, sed nutibus terentes: tandẽ ualedicto eis illinc abeunt non indonati, nam propè quisq; illorum donatus fuit baccarum torque nó contemnendo. Hos igitur Admirans saluos excipit in dassem, uelaq; uentis dedit ocyssime: nam triticum, ut præfecimus, nõ patiebatur moras ulteriores: hærebat tamen cordi eò rursus redire. Progredientes igitur indies minus profunditatis comperiunt, adeò ut uix mare capax esset liburnicarum aquis deficientibus: propterea uisum est expedire plurimum, si præmitteretur celox quæpiam, quæ contis uada exploraret, & subsequenti dassi iter præpararet. Dum ergo diebus compluscults cunctantur, pauideq; maria sulcant huiusmodi, rati esse insulam secus quam adnauigabãt, ut demũ eam circumuecti Aquilone flante, uergerent ad Hispanã insulam. Igitur inter nauigandũ deueniunt ad quoddam flumen, cuius altitudo mensuram triginta cubitorũ excedebat: latitudo autem prope immensa credebatur, adeò ut supra leucas xx. pateret: inter meridiem & occidentem decurrit, licet adeò sinuet, ut ad meridiem inclinare magis uideatur: mare illic implicatur herbis, perinde ut uix sulcari queat nauib. fluitantibus seminibus herbarum instar lenticularum. Ibi refert Admirans cœlũ esse usquequaq; demens saluberrimumq;, & ferè toto anno pars noctibus dies

bus dies esse, ut sit sub ipso æquatore: ubi itaq; animaduertit sinum esse implicitum, & uix exitum habere, præsertim uersus Aquilonem, ut ad insulam Hispanam remearet, naues uertendo, facit ut prora puppim cõsequatur, ordine præpostero, eà iter agens, quà ingressus fuerat: & herbas frequentiores tandem euasit, dirigens gressus ad Aquilonẽ: non desunt qui affirment eam tellurem continentem Indiæ esse: utcũq; fuerit, id Admirantem latuit, qui terræ exitum nusquam nactus est: propterea gradu relato, fauentibus superis, uersus Aquilonẽ nauigans, tandem aliquando ad insulam Hispanã deuenit uigesimo octauo Augusti, M. CCCCXCVIII. prout instituerat.

De discordijs repertis in insula Hispana, CAP. CVII.

VBi igitur Admirans appulit insulam Hispanam, nactus est ferè cuncta confusa, & in primis comperit Orlandum quendam alumnum suum desciuisse, qui asylum improbis omnibus aperuerat. Hunc igitur Admirans totis conatibus nixus est sibi reconciliare: uerum is nedum recõciliari uoluit, sed & regi serenissimo grauiter de Admirante conquestus est literis quibusdam, huius ferè tenoris, Nouerit V. regia M. nos iampridem passos fuisse ab Admirante, Bartholemæoq; fratribus, quæ ab impijssimis hostibus nusquam expectauissent quispiam: nam præter illud quòd sunt omnibus sceleribus addicti, uacantq; omni honestate: id plus etiã habẽt, quod uiri truculentissimi, pro re quaq; minima ueluti uitæ necisq; nostræ potestatẽ habentes, in homines sæuiunt atrocissime, & nullus est innocẽtiæ tutus locus, eis est impune occidisse hominẽ: uiri sunt & iniusti, & arrogãtes, inuidiq; plurimũ, & ambiunt supra modum quæ sibi haudquaquã conueniunt. Propterea rex serenissime, quum in nos grassarentur ueluti in pecudes, ab eis desciuimus, quoniam nimium sunt sanguinis humani appetentes, & uestrum imperium subuertere contendũt, nihil relinquentes intentatum, ut insula potiri queant aliquando: & hoc erit uobis non obscurum argumentum, quod ubi effodiendum est aurum, emendum'ue, neminem ad aurifodinas admittunt præter suos complices & alumnos, quos habent suorum scelerum consiliarios. At Admirans in hanc fere sententiã regi scribit, Rex serenissime, ne uos horũ uirorum scelestorũ impura natura lateat, uobis testatissimum fiet, hos hic iura omnia diuina pariter & humana contempsisse: uitam nanq; agunt impurissimam, per cædes, stupra, ac rapinas se exercentes: qui ueriti ne horum interdum pœnas luerent, desciuerunt ab imperio regio, uoluptati, desidiæ, ac libidini supra quàm scribere possim, dediti: qui ubi laxiori otio prosiliũt, corpora exercent inter humanas cædes: nam uoluptas apud eos ducitur maxima, hominem patibulo suspendere. Interea dum maledictis & probris mutuo contendunt, rex quidam, quem appellant Cigianorum, desciuerat ab Christianis, quiq; exercitum sex millia hominum secum trahebat, præter sagittas & arcus inermem: nam nudi incedũt, etiã exeuntes ad bella, corpora uero notis

complu-

Digitized by Google

compluribus inuruntᵗ, compunguntᵗᵍ stigmatibus à uertice usᵍ ad pedum plantas. Hũc igitur post uarias interturbationes ueluti tumultuariã manum fudit, ac protinus subegit, subactumᵗᵍ reddidit uectigalem.

Quomodo Admirans falso delatus regi missus est in Hispaniam uinctus ueluti captiuus quispiam, CAP. CVIII.

INterea reges Hispaniarũ ex utriusᵍ literis certiores facti sunt controuersiæ & uelitationis suorum, qui insulas præsidij causa incolebãt. Igitur ægre ferentes quæ referebãtur utrinᵍ, quũ præsertim in tanta auri copia nihil adhuc emolumenti susceptum esset, grassantibus iuter se suis: decreuerunt his quamprimum occurrere: propterea uirum strenuum dictis insulis præficiũt, qui eo cõtendens nemine excepto, animaduerteret in reos quoscunᵍ, aut in Hispaniam mitteret puniendos. Profectus est igitur gubernator, à rege acceptа persona, & ubi delatoribus aures præbuit, mox ab inuidis Admirantis subornatus, Admirantem & germanum uinctos in compedibus ad reges misit: qui ubi Gades applicuere soluti sunt, & ultro sese conspectui regio præsentarunt, inᵗᵍ regum regia splendidissima usᵍ in diem præsentem non inhonori degunt. De insulis inaccessis, & uarijs moribus, CAP. CIX.

POstᵗᵍ Admirans eò infelicitatis deuenit, ut regum indignationẽ incurrisse uideretur, cõplures è suis alumnis, qui sulcãdi maris probe nouerãt artes, decreuerunt inter se irreuocabili proposito, ut sese fortunæ cõmittentes, orbis partes adirẽt hactenus inaccessas: & mœstissime ualedicto Admiranti, impetratoᵗᵍ ab eo cõmeatu, sua impensa liburnicas quasdam expediunt: alij alias petentes orbis partes, ea lege, ut nemo eorũ ad quinquaginta leucas illis locis appropinquaret ubi Admirãs fuisset. Igitur Petrus Alonsus dictus Niger, celocẽ cõmuniuit suis impensis, decernẽs ad meridiẽ cõtendere. Dum itaᵍ adnauigat, peruenit ad id loci qui dicitur Paria, cuius in superioribus cõmeminimus, ubi baccas margaritasᵍ multiplices Admirans inuenit: & ut à præscripto regio non discederet, locũ præteruit, nusᵗᵍ appropinquans ad leucas quinquaginta. Illinc itaᵍ soluẽs, deuenit ad prouinciã, quæ Curtana dicitur, ubi portus uisitur nõ absimilis illi q Cades appellatur. Ingressus igitur portũ, uidit uicũ nõ mediocrẽ, domorũ forte lxxx. & propius accedens, nactus est uiros quinquaginta nudos, qui eum locũ minime accolebant, uerum illinc ad tertiũ lapidẽ oppidũ habebant, cũ quibus cœpit cõmercia exercere, complura permutans: nam pro mercibus quibusdam, ut sunt acus, & sonalia, licet nonnihil reluctati fuerint, unionum uncias quindecim cõsequuti sunt: hos enim appensos collo habebant. Postridie illinc soluit, & ad uicum minorem redijt: quò cũ deuenit, omnis populus effusus illi obuiã profectus est, rogans enixe, ut continentem attingens secum moram longiusculam traheret: uerũ Petrus Alonsus, ubi conspexit tantam hominũ frequẽtiam, nam supra triginta tres uiros celox minime uehebat, timuit ne sibi male succederet cum gente bar-

Petrus Alonsus

Digitized by Google

bara:propterea nutu & ſignis innuebat accolis, ut ſi quæ emere uellẽt eò ten tenderent,ſe haudquaquam deſcenſurum adfirmabat:quare his uiſis accolæ lembis quibuſdam uecti ad celocem contendunt onuſti unionibus & baccis, qui cœpere cum noſtris mercimonia exercere,& pro nonnullis uiliſſimis mercibus dederunt libras ferè quinquaginta unionum. Poſtquam aũt Alonſus Niger compertum habuit gentẽ huiuſmodi minime feram eſſe:nam per xx. propè dies illic immoratus quũ eam comperit nihil feritatis habere, ſtatuit in terrã deſcẽdere,& huic genti fidere humaniori.Igitur ubi terram tenuit, adeò honorifice exceptus eſt,ut id uix referre queam :domos habẽt ligneas,& pro imbrice palmarum folia habent, his tegunt omnia:in cibatu oſtreas habent gratiſſimas,& illorũ complures legunt uniones,apros,lepores,columbos,turtures affatim habent:mulieres uero anſeres ſaginant & anates,ut noſtræ. In eorũ nemoribus uiſuntur pauones innumeri,à noſtris nihil abſimiles,ſi pennas ſpectes:mares paui uix differunt à fœminis: faſianis regio ſcatet: accolæ ſagittandi ſunt peritiſſimi,quamcũq; rem pro ſcopo poſuerint, nuſquã aberrant.Ibi igitur Alonſus cum ſocijs lautiſſime multis diebus uixit fruſtũ panis pro clauis ferreis quatuor conſequebãtur:pro uno dauo faſianos, columbos & turtures emebant:loco pecuniæ corollas uitreas dabamus & acus: percunctabamur quandoq; eos, quur tanti facerent corollas huiuſmodi,id eſt, ſerta uitrea, & acus: reſpondebant quòd eis compurgant dentes, euelluntq; ſentes è pedibus,quoniã nudi uſquequaq; incedunt: propterea magnifaciũt acus, & in primis magni pendunt ſolania: ubi uero intorſus prouecti ſunt, conſpexere cõdenſiſſima nemora,uarijq; quadrupedum mugitus reboarũt, adeo ut cœlũ ipſum intonuiſſe uideretur:tamẽ rati ſunt ea animalia minime fera eſſe,argumento quod accolæ intrepide nudi nemora luſtrant, ſolis arcubus & ſagittis cõmuniti:pro arbitratu apros in promptu ſemper habent, mitiora armenta habent nulla,ut ſunt boues,capræ,& pecora:uiri non ſunt abſimiles illis,qui inſulã incolũt Hiſpanã, capillũ nigrũ promittũt, illumq; quaſi more Theutonico calamiſtratũ ferunt.ut autem dentes habeant albicantes, herbam quandam aſſiduo eſitant ruminantq;,tritã expuunt,moxq; abluũt latice:eorũ mulieres colunt curantq; rem domeſticam,at uiri uenatu exercent corpora,tripudijs ac ferà ludicris omnibus uſquequaq; inſiſtẽtes:uaſa Samia habent cõplura,quæ aliunde eò comportantur:figlinas tabernas ipſi neſciũt, nundinas habent & emporia,eoq; confluunt ferè contermini finitimiq; omnes,uarias multijugasq; ferẽtes merces, prout cuiuſq; ſolum gignit: pecunia eis haud eſt in uſu,cuncta uenduntur emunturq; permutatione rerum, non ſignata pecunia: aues manſuefactas, & cicurata animalia circunferunt ludicri cauſa, eáque exornant torquibus unionum baccarum ue, necnon auri,ut apud nos mos eſt colla canum torque quapiam condecorare. Ea regio non fert aurum,importatur aliunde,idq; conſequuntur ſuarum mercium permutationibus,

tationibus,& excuduntur Germanorum nummi aurei,quos Rhenenſes uocant. Viri loco fœmoralium utre utuntur:itidem mulieres agunt: uerum hæ perraro exeunt,domi ſe continentes: cœperunt noſtri uiros huiuſmodi percunctari, an longe ab ea regione eſſent maria, an forte regio in immenſum protenderetur. Reſponderunt ſe id neſcire, uerum credidere noſtri eam regionem nō inſulam ſed continentem, quandoquidem adeò ſcatet omni genere animalium, ut non ſit abſonum credere continentem potius eſſe quàm inſulam: quum præſertim per id latus uerſus occidentem nauigauerint ad millia ria propè mille,nec tamen terminus repertus eſt quiſpiam. Demum ſciſcitabamur ab eis,unde tantum auri haberēt:pro reſponſo habuimus, id erui in regione quæ dicitur Canchiete, quæ abeſt ab eis itinere ſex dierum occidentem uerſus.

DE GENTIBVS VARIIS LOCISQVE INNVMERIS AB ALONSO REPERTIS CAP. CX.

IGITVR Alonſus Niger proficiſci decreuit,& tandem prima Nouembris M.D. Canchietem regionē applicuit, quem ut uidere accolæ,mox exuto timore, cōmercij cauſa honorifice exceperūt, ferentes quicquid auri per id tēpus habebant:parum quidē tulerunt, uerū obryzum, defecatumq; regio abundat pſitacis, tēperieq; eſt incredibili:nā mēſe Nouembri multus ibi algor, & rurſus in æſtate nullus æſtus,torret plagam huiuſmodi,temperata eſt regio admodum:id hominum genus ſyncerum eſt, & ſimultatis nullius,fidunt cunctis,lædūt neminē. Ibant ad nos uecti lēbis & cymbis ſuo more fabrefactis intrepide,noctu præſertim,non aliter q; ſi proprias ædes frequentarēt:id habent tamen, quod zelotypia plurimum laborant:quū nos adeunt,mulieres domi dimittunt:bombice ſcatet regio,quippe qui ſuapte natura gignitur, colente nemine:eo ſubligacula conficiunt,quibus occulunt inguina. Tandem illinc ſoluēre,& progredientes itinere dierum decem,nacti ſunt regionem amœniſſimā,ubi erant cō plura oppida,flumina,uiridaria,adeò ut ſpectatiorem nuſquā locū uiderim: eò igitur ubi accedere uoluimus,mox apparuere ferè duo millia hominū,qui ſuo more arcus & ſagittas geſtabant loricasq;, litus perquam diligenter obſeruantes:hos cœpimus nutibus,ſignis,& inclamationibus ad amicitiā & fœdera prouocare:uerum nuſq; adduci quiuerunt, ut nobiſcum inirent fœdus, uidebantur magnā ruſticitatē,imò ferocitatem quandam præ ſe ferre:quamobrem credidimus ſylueſtres eſſe,corpora tamen habent habiliſſima ſymmetricaq;,colore ad nigritudinem indinato,in uniuerſum macilenta. Quare Alonſus Niger iam repertis cōtentus,ſtatuit referre gradum, & patriam uerſus eà rurſus tranſire quà uenerat.

Quomodo

Quomodo Alonsus patriam repetijt onustus baccis & margaritis, & quomodo congressus est cum Canibalis,

CAPVT CXI.

IGitur relato gradu Alonsus adnauigans deuenit in eam regionē quæ Ciniana dicitur, ubi innumeri sunt uniones, & illic immorati sunt xx. dies, ut fessa fouerent corpora: & priusquam eò deuenissent, non longe à regione obuiarunt caneæ, id est, cymbæ xviij. Canibalorū, quos anthropophagos iam diximus: qui ubi nostros eminus conspexere, continuo celocem ambiunt, arcus & sagittas intrepide expedientes: at nostri tormenta exonerant, & ueluti manum tumultuariam protinus fundūt: qui quum terga dediſſent, à nostris haud deserti cymbam amisere: qui uero in cymba erant, præcipites sese in pelagus dederunt, & nando ferè omnes euaserunt: unū tamen ex illis corripuere, qui adeò sæuiebat in homines ut in promptu uiros tres ligatos haberet, quos illico comederet. His itaq; solutis, illis custodiendum Canibalum dedimus, qui non immemores cædis suorum, uirum atrocissimum mox aggrediuntur pugnis scipionibusq; : quibus cōfectus parum abfuit, quin animam efflauerit: nā is socios cōtrucidauerat suos, & postridie eos quos libertate donauimus, trucidaturus erat. Post hæc percunctamur eos de Canibalorū moribus, hi nobis respondent eius consuetudinis esse ac feritatis, ut humanum sanguinem plus nimio appetentes, peragrent circumadiacentes regiones, & ubi terræ appropinquauerint, mox aggerem palis & id genus lignis cōpluribus extruunt, quo se tutantur tamdiu, donec regionem deuastauerint, homines corripientes. Regio baccis abundat plurimum. In funere primorum hunc morem seruant, Patricius ubi uitam exuit, in carpento quodam collocatur, & igne subdito sensim ueluti in suffitu corpus consumitur, guttatim distillante liquore humano, donec sola supersit cum ossibus cutis, & eam recondunt ueluti rem sacram: & is est uita functi non mediocris honos. Itaque his acceptis illinc per xiij. mēses soluerūt, patriā repetentes, ferè onusti unionibus plurifariam: nam uehebant complura, & in primis baccarum omne genus, libras xcvi. Libram uero unciæ octo efficiūt. Emerant enim huiusmodi margaritas perquam uili pretio. Nauigando tandem in Gallitiam diebus xvi. deuenimus, & ibi Mangonibus, quorum ingenium est & uniones & gemmas ad amussim cognoscere, margaritas huiuscemodi ostēdimus uisu quidem pulcherrimas, uerum eorum sententia pretij perquam mediocris.

DE NAVI

DE NAVIGATIONE PINZONI SOCII ADMIRANTIS, ET DE REBVS PER eum repertis, CAP. CXII.

INCENTIANVS dictus Pinzonus, necnó Aries eius germanus socij olim Colúbi in primæua nauigatione, anni, uidelicet, M. CCCCXCIX. sua impẽsa celoces quatuor expediunt, communiuntcꝫ omni genere commeatuum, & tandem superis fauentibus, à Palos oppido soluunt xviij. Nouembris uersus insulas Canarias, quas Fortunatas appellamus, & ut ipsi hactenus inaccessa adirent, & inde honorem, decus & emolumentum aliquando consequerentur. Relictis igitur insulis Fortunatis, ad Caput uiride deueniunt Apeliote flante: quo uento nauigarũt ad leucas propè ccc. & in ea nauigatione tantũ progressi sunt, ut Aquilonẽ iam nõ cernerent: & ubi id sydus, quo duce utebãtur, euanuit ab eorũ oculis, mox atrox sequuta est tempestas, uentus, uidelicet, ualidus cum imbre grandine mixto: tamen Apeliote uento adhuc uehebantur, nõ sine magno discrimine ad leucas ccxl. processerũt: & tandẽ aliquando xx. Ianuarij eminus conspexere tellurem: cui quanto magis appropinquabãt, tanto minus profunditatis inueniebant, deficiẽtibus subinde aquis, propterea contis uada explorãtes, nacti sunt profunditatẽ nõ excedere sedecim cubitorũ: tandẽ in terrã descendunt, & quũ ibi biduo imorati fuissent, nemo uscꝫ apparuit. Paulo igitur progressi noctu quũ luna pernox esset, cõspicati sunt à longe micantia arma, exercitũcꝫ nõ mediocrẽ. Eò igitur è nostris triginta profecti sunt, quibus præfectus iussit, ne hostẽ lacesserent: & quũ cõperissent armatorũ aciẽ esse, gradũ referunt, rem in crastinũ differentes, ne à præscripto præfecti recederent. Postridie itaqꝫ prima luce triginta uiri rursus eò contendunt: qui ubi à Barbaris conspecti sunt, mox excitarunt triginta duos uiros torui atrocisqꝫ aspectus, qui eis occurrerunt sagittis & arcubus suo more armati: hos nostri cœperũt nutibus & inclamationibus sibi uelle conciliare: at illi sæuiebant magis, ferociã incredibilẽ præ se ferentes, nec uncꝫ adduci quiuerũt, ut fœdera pacis nobiscũ inirent. Quare nostri his uisis, dassem repetũt, postero die Barbaris congressuri. Verũ illi nocte intempesta castra deseruere. Lusitani uero rati sunt uagos huiusmodi populos, nec alias habere stationes quàm Ægyptij populi habeant, Tartaricꝫ, qui errabundi per orbem, nec mapalia nec domos habent, nisi quas quæuis dies obtulerit: apud omnes aduenæ eò pergunt quocunque uoluptas trahit, modo huc, modo illuc: uxores & natos suppellectilemcꝫ secum trahunt: eorum uestigia è nostris complures persequuti sunt, & ut ex pedum uestigijs animaduerterunt, proceriores sunt nostris: nam planta pedis duplo maius uestigium impresserat, quàm procerus quisque apud nos figeret. Progressi itaqꝫ ultra, deueniunt ad flumen quoddam magnum quidem, uerum nostræ

dassis

classis minime capax, propterea cymbas expediũt, quæ terræ appropinquantes regionem exactius explorarent. His igitur iam terram tenentibus, mox occurrũt populi innumeri inermes, idemq; nudi, qui nutibus & signis nostrã appetere amicitiam uidebantur: nostri tamen utpote morum eorum expertes, non intrepide accedebãt: uisum est itaq; hoc modo populorum ritus experiri, si quo modo adduci possent ad exercenda cõmercia. Igitur unus è nostris iecit in confertam Barbarorum turbam sonaglium: at illi in nostros frustum auri, quo facto Hispanus audaculus accurrit, ut aurum proiectum acciperet: at illi condicto hominem corripiunt mira pernicitate, nostri uero relicta classe, socio suppetias ferunt, & mox ingens prælium consertum est, eoq; discriminis nostri peruenere, ut uix eis pedem referre licuerit, urgentibus Barbaris: nec profuit eis habuisse longiores hastas, ensesq;: quandoquidem id genus uulnerum & denicq; mortem contemnentes, ruebant in eos ueluti atrocissimæ feræ, urinantes, id est, aquis immersi, adhuc classem infestabant, effeceruntq; sua feritate, ut nostri male accepti celocem amiserint, occiso illius nauis præfecto: nostri aũt mœstissime id ferentes, illinc amissa celoce soluerunt, & ad Aquilonem contenderunt, eo modo se sinuante litore.

Quomodo Pinzonus mare potu suaue inuenit, & de insulis uarijs, CAP. CXIII.

PRogressi igitur ad leucas ferè xl. nacti sunt pelagus potu haud insuaue: & dum causam suauitatis insolitam quærunt, deueniunt ad quoddam ostium ingentis fluminis, quod in mare uastissimo impetu exonerat: contra autem ostium insulæ uisuntur complures cultæ admodum ac conspicabiles, uerum ibi nihil comperterũt, quod ad eorum spectaret commercia: mancipia tantum triginta sex emerunt, quoniam nihil compertum est ibi, quod expectationi illorum faceret satis, eis præsertim qui auide lucris inhiabant: regioni nomen Chiana marina Tambala: eius accolæ referebant introrsus esse aurifodinas complures. Postquam illinc abiuimus, non longe à flumine itinere perpaucorum dierum, rursus Septentrio apparuit ferè sub ipso horizonte, qui nostrum uisum terminat. Peractis itaque leucis quinquaginta, ea computatione ad eam regionem deueniunt, quæ Payra dicitur, & inde ad ostium quod appellant Draconis, quodq; eiusdem est regionis, quò aliquando profectus est Admirans, iter faciens per quasdam insulas, quæ sunt è regione Payræ prouinciæ propè innumerabiles: ibi sunt nemora sandalij, quo onerant negotiatores suas liburnicas, comportantq; alió. Inter has insulas, quarum meminimus, complures sunt incultæ desertæ que Canibalorum metu: propterea ingens domorum ruina conspiciebatur: uidêre etiamnum plurimos homines, qui uisis nostris mox dilapsi sunt in editissimos montes. Ea regio fert arbores, quæ gignunt casiam electissimam. Nos uero rati his mercimonijs inesse lucrum ingens, multum casiæ in Hispaniam compor-

Digitized by Google

comportauimus: uerum physici asseuerabant, eam quidem optimam esse, si opportuno tempore legissent. Ibi uideas arbores tantæ proceritatis ac magnitudinis, ut si sex homines restim ducerent, nec amplecti quirent arborem unam. Conspexere etiamnũ ibi animal quadrupes, prodigiosum quidẽ: nã pars anterior uulpem, posterior uero simiam præsentabat, nisi quod pedes effingit humanos: aures autem habet noctuæ, & infra consuetã aluum aliã habet instar crumenæ, in qua delitescũt catuli eius tantisper, donec tutò prodire queant, & absq; parentis tutela cibatum quærere: nec unq; exeunt crumenam, nisi quũ fugunt. Portentosum hoc animal cum catulis tribus Sibiliam delatum est, & ex Sibilia Illiberim, id est Granatam, in gratiam regum, qui nouis semper rebus oblectantur. Catuli licet in itinere perierint, conspecti sunt tamen à compluribus, qui huic rei astipulantur. Is itaq; Vincentinus affirmat adnauigasse secus litus Payræ ferè leucas D C. nec ambigit quin cõtinens existat. Illinc ergo soluentes ad insulam Hispanam deuenerũt uigesima tertia Iunij. M. D. & inde aiunt rursus maria sulcasse occidentem uersus supra C C C. leucas: & quum deuenissent ad quandam prouinciam, atrox tempestas adorta est eos, effecitq; ut protinus duæ celoces pessum ierint: altera uero crepuit: at altera salutem socijs præbuit, non tamen sine ingenti discrimine. Sæuiebat profecto supra modum tempestas: uerum ad id accedebat, quod socij laboribus innumeris fessi, uix sui potẽtes erant. Positi igitur inter salutem ambiguam & metum, eminus nauim conspiciunt, quæ uentis prosperis uecta, perquã celeriter maria sulcabat: & quoniã perpauci superarant, sibi nimium metuentes, ac uitam prorsus despõdentes, in eam deuenerant opinionem, ut se mutuo occiderẽt: propterea in terram descendunt, rati omnino se atrocia subituros. Hæc meditantibus non defuit supernum auxilium: nam pacatis uentis mari reddita est tranquillitas: propterea conspecta naui, in qua homines solum XVIII. superstites erant, resumũt animos, & in Hispaniam redire parant. Vtraq; igitur nauis uela uentis dedit, patriã repetens, quò deuentũ est ultima Septembris. Post hos uero complures alij nauigarũt meridiem uersus, iter agentes per Payram regionẽ, itinere millia/rium quinquies mille, nec unquã terminum nacti sunt: ideo arbitrãtur continentem, non insulam: unde nuperrime allata sunt complura, ut sunt casia, aurum, baccæ, piper, cinamomum, herbæ, arbores, animalia multijuga, & alia cõpluscula, quæ apud nos mini/me uisuntur.

Monstruosum animal

NAVIGATIONVM ALBERICI VESPVTII EPITOME.

De nouo orbe, è lingua Hiſpana in Italicam traducto.

CAPVT CXIIII.

SVperioribus diebus abũde reddidi te mei reditus certiorẽ, uir præſtãtiſſime: nam ſi probe memini, cõmonefeci tuam præſtãtiam de his omnibus orbis partibus, quas adiueram cum claſſe & impẽſa regis huius inuictiſſimi: quæ ſi ſingulæ penſitatius expẽdantur, uidebũtur profecto alterum orbẽ efficere: propterea non ab re nouũ orbem nuncupauimus. Nam priſci omnes harum rerum prorſus expertes fuere, ſuperantq; eorum opinionem quæ nuperrime abs nobis ſunt comperta: quandoquidem hi rati ſunt, ultra lineam æquinoctialem meridiem uerſus nihil eſſe niſi uaſtum æquor, peruſtas incultásue inſulas quaſdam: id pelagus Atlanticum dixere: & ſi quandoq; aſſenſi ſunt, nõnihil telluris eſſe, eam contendunt incultã eſſe nec habitabilem: quorum opinionem præſens ad eas partes nauigatio refellit, aperitq; omnibus haud dubie falſam eſſe, & ab omni uero extorrẽ: quoniam ultra æquatorem nactus ſum ego cultiores regiones, eaſdemq; habitatoribus frequentiores, quàm alibi gẽtium uſquam compererim, ſi Aſiam, ſi Europã ſi Aphricamúe ſpectaueris, ut latius in ſequentibus liquebit: nam prætermiſſis obſcuris rebus, illuſtres ſolum denarrabimus, quæ ſint ſcitu nõ indignæ, quasúe nos ipſi corã adiuerimus, uel ex fide dignorum relatu acceperimus. De mundo igitur huiuſmodi nuperrime inuento, ſedulo & citra mendacium complura mox explicabimus.

De ordine nauigationis, & de ſæua tempeſtate. CAP. CXV.

FElicibus igitur, ut aiunt, auibus ab Vlisbona XIII. Maij. M.D.I. ſoluimus iuſſu regis tribus liburnicis expeditis, profecti ſumus quæſitum nouum orbem, & uerſus Auſtrum iter agentes uiginti menſibus adnauigauimus. Cuius quidem nauigationis ſeriẽ primo explicabimus. Hunc igitur ordinem nauigando ſeruauimus: nam per inſulas fortunatas iter egimus, quæ nunc magnæ Canariæ appellantur: hæ enim ſunt in climate tertio, in parte extrema habitati occidentis: inde ſulcantes oceanum, litora Aphricæ Nigitarumq; gradu citato percurrimus, uſq; ad id promontoriũ, quod Ptolomæus appellat Aethiopum, noſtri uero Caput uiride, Aethiopes autẽ Biſecherẽ, & accolæ Mandangã: & ea regio eſt intra zonam exuſtam gradibus XIII. uerſus Aquilonẽ, quã Nigritæ incolunt. Ibi reſumptis uiribus, & cõmunita omni genere annonæ claſſe, ſublatis ancoris uẽtis uela dedimus, iter noſtrũ dirigentes uerſus polum antarcticum, nonnihil tamen ad occidentem declinantes Euro flante: nec prius tellus cõſpecta eſt, quàm iugi nauigatione tribus mẽſibus, ac diebus totidem uaſtiſſima æquora ſulcauerimus: in qua nauigatione

Digitized by Google

uigatione quæ discrimina subierimus, quæ uitæ pericula, quas animi anxietates, interturbationes, naufragia, quotiesue uitam pertæsi simus nostram, id multarū rerum scijs iudicādum relinquo, & eis in primis, qui optime norūt, quàm sit arduū incōperta quærere, & adire inaccessa. Qui uero hæc nesciunt, rerum expertes, huius rei iudices esse minime uolo. Et ut paucis multa cōprehendam, id sciāt, nos adnauigasse LXVII. diebus, quibus fortuna pertinax atroxq; sæuiebat: nā quadraginta quatuor diebus reboante cœlo, nihil nisi tonitrua, fulgura ac coruscationes, imbres grauissimos passi sumus, adeoq; tenebricosa nebula cœlum inumbrauerat, ut interdiu, noctuq; non aliter uideremus, quàm Proserpina existēte cum Plutone, id est, quum minime luna pernox est, nox atris tenebris obfuscatur: propterea adeo nos timor mortis incesserat, ut uitam propè despondisse uideremur. Post hæc uero tam sæua, tamq; atrocia, cōplacitum aliquādo deo fuit uitæ cōpati nostræ (quæ sua fuit clementia) mox tellus apparuit: qua uisa, animi qui ceciderāt elanguerantq;, cōdicto rediere ad se, ut usu euenit superātibus calamitates maximas, & præcipuæ ereptis de fortunæ reflantis faucibus. Igitur septimo Augusti M. D. I. in litore eius regionis iecimus ancoras, dantes deo maximo gratias quas poteramus maximas, ritu solenni, & Christiano more solēnia missarū celebrari iussimus. Tellus reperta uisa est non insula, sed cōtinens: quandoquidem in uastum protendebatur, nec finis apparebāt quispiam: cultaq; erat admodū, ac habitatore multiplici perquam frequēs: inibiq; animalia ferè omne genus syluestria, quæ huic orbi nostro sunt prorsus incognita. Nacti sumus etiā ibi alia pleraq;, quorum de industria non meminimus, ne surgat opus in Iliada magnam. Id solum haud prætereundum puto, quòd dei clementia adiuti, opportune tellus uisa est à nobis: nam diutius ferre nequibamus, deficientibus commeatibus omnibus: lignis, uidelicet, aqua, nautico pane, salitis carnibus, caseo, uino, oleo, & quod plus est, uigore animi. Igitur deo q; uiuimus referimus acceptum, cui honos & gloria ac gratiarum actio.

Quantum distet reperta tellus à Capite uiridi. CAP. CXVI.

CONuenit igitur inter nos, ut secus litus huiusmodi nauigaremus, cōspectum huius haudquaq; deserentes. Nauigauimus itaq; tātisper, donec deuenimus ad frontem quandam huiusce continentis, quæ uergit ad meridiem. Hæc frons ab eo loco, ubi primo tellus conspecta est, abest leucis ferè CCC. In hoc itinere sæpenumero terram applicuimus, & cum indigenis cōmercia habuimus, prout latius in sequentibus tibi compertum fiet: prætermisi enim Caput uiride ab hoc reperto cōtinente, abesse leucis propè DCC. licet ergo crediderim nauigasse plus quàm DCCC. & id effecit atrox tempestas & naufragia frequentia, & naucleri inscitia, quæ omnia iter prolongant: eoq; loci deueneramus, ut ni cosmographia nobis nota fuisset, incuria naucleri de nobis actū erat: nam nullus erat itineris dux, qui ad leucas quingen-

Digitized by Google

tas noſſet,ubinam gentium eſſemus: errabundi enim eramus & uagi.neſciẽ tes quò tenderemus,niſi aſtrolabio & quadrante, aſtrologicis inſtrumentis, adamuſſim mihi & ſocijs conſuluiſſem: comparauitq; mihi ob id nó mediocrem gloriam,adeo ut deinceps eius loci fuerim ſemper apud eos, cuius ſunt apud probos uiri eruditiores:docui enim eos chartam nauigationis,effeciq; ut fatentur conſuetos naucleros nihil hactenus ſciuiſſe,ſi mihi cõferrentur coſmographiæ expertes. Itaq; dicta frons reperti continentis, quæ uergit ad meridiem,in ulteriorẽ ſpem nos induxit ſcrutandi,uidelicet,eius orbis,peragrandiq; ad regulam. Communi igitur ſententia decretum,ut regionem exploraremus,etiã introrſus mores & ritus gentis illius percunctaremur. Adnauigauimus ergo ſecus litus leucis ferè D C. ſubinde in terrã deſcendentes, habito cum accolis colloquio frequentiore: à quibus profecto honorifice ac cordate excipiebamur: & eorum probitate,& natura innocentiſſima prouocati,nonnunquã quindecim uel uiginti diebus apud eos non inhonori uerſati ſumus: ſunt enim hoſpitales admodum,ſicuti latius infra patebit. Is igitur continens auſpicatur ultra æquinoctialem lineam gradibus octo uerſus polum antarcticum,& tamdiu ſecus hoc litus nauigauimus,donec ſuperato tropico hyemali prope polum antarcticum gradibus XVII. & medio applicuimus,ubi eleuatum horizontẽ habent gradibus quinquaginta. Quæ uero ibi conſpicatus fuerim,mortalibus noſtri æui incomperta ſunt: gẽtem,uidelicet,mores,humanitatem,ſoli feracitatem, aëris temperiem, ſalubritatem cœli,corpora cœleſtia,& in primis octauæ ſphæræ ſydera fixa, quorũ ſphæra noſtra non meminit,nec hactenus cognita fuere à priſcis etiã eruditioribus, ea mox ſedulo ſum denarraturus.

De moribus & natura gentis illius. CAP. CXVII.

FRequentior eſt igitur hæc regio cunctis quas unquam uiderim regionibus: nam uidetur innumera,ut cõmeminit diuus Ioannes in ſua Apocalypſi. Id genus hominum cicuratum eſt admodum & manſuefactum,nemini noxium: nudi prorſus incedunt,uti eos parẽs natura peperit: nudi naſcuntur,nudi rurſus moriuntur:corpora habẽt habiliſſima,utpote facta ad ſymmetriam:ſymmetrica dici iure poſſunt,colore ad rubedinem inclinãte: id efficit candens ſydus,quod non difficulter torret nudos homines: capillos habent nigros,ſed promiſſos:inceſſu & ludis agiles ſunt quàm qui maxime:facie ſunt perquã liberali ac uenuſta,niſi ipſi eam deformarent dehoneſtamẽto ferè incredibili: nam terebratam perforatamq; faciem circumferũt,uidelicet,genas,maxillas,nares,labra,aures: neq; foramine mediocri aut uno, ſed magnis compluribusq; : nam uidi quandoq; quempiã ſeptem foramina in facie habentem, quæ ſingula capacia erant pruni unius damaſceni: dempta itaq; carne, hæc opplent lapillis quibuſdam cœruleis, marmoreis aut cryſtallinis,uel ex alabaſtro pulcherrimis, aut ebore uel oſſibus cãdidiſſimis, more

ſuo,arte

ſuo, arte non inepta fabrefactis elaboratisq;. Quæ res adeo eſt inſolens & turpis, ut monſtrum prima facie præ ſe ferat, homo, uidelicet, qui gemmaram faciem circumfert, terebratus foramine multiplici: & ſi credere dignum eſt, lapides ſeptem in facie habens, qui ſinguli medij palmi magnitudinem ſuperant. Nemo eſt profecto qui non admiretur: quum præſertim animo attentiore apud ſe hæc tam prodigioſa expenderit: uera tamen ſunt. Nam ego aliquãdo obſeruaui dictos ſeptem lapides pondo ferè unciarum ſexdecim. Inaures & ipſi ferunt pretioſiores, uidelicet, annulos appenſos, aut baccas penſiles, more Aegyptiorum Indorumq;. Hunc morem uiri tantum ſeruant: at mulieres ſolum ferunt inaures. Habent etiam fœminæ & alium morem atrocem, & totius humanioris uitæ expertem. Quoniam igitur mulieres huiuſmodi in Venerem pronæ ſunt admodum & ſalaces, id facinus patrant, ut turpiori earum uoluptati faciãt ſatis: nam uiris in potu dant herbæ cuiuſdam ſuccum, quo epoto inguina mox tument & creſcũt non mediocriter: aut ubi id non profecerit, uenenata quædam admouent, quæ mordicus inguen lancinent tantiſper, donec tumeſcat, fitq; propterea ut apud eos compluſculi teſtes amittant, & eunuchi reddantur. Lanam non habent, nec linum, ideo omnifariam panno carent: nec goſipinis ueſtibus, id eſt, bombicinis utuntur: nullius enim egent amictus, qui nudi uſquequaque incedunt. Apud eos nulla ſunt peculia: communia ſunt omnia: regem non habẽt, nec imperium: unuſquiſque ſibiipſi rex eſt: tot ducunt uxores, quot libuerit: in promiſcuum coëunt, nulla ſanguinis ratione habita: cum matre filius, & frater cum ſorore coëunt: libidinem paſſim exercẽt inſtar brutorum animaliũ: nam ubique & cum quauis muliere, etiam ſibi forte obuia, rem peragunt ueneream. Dirimunt etiam pro arbitratu coniugia: quoniam exleges ſunt, & à iure ſunt extorres: templa non habent, nec legem, minusq; idola colunt. Quid plura? perniciosam quandam habent uiuendi libertatem, quæ Epicuris potius quam Stoicis quadrat. Commercia non exercent: pecuniam neſciunt: inuicem tamen diſſident, prælianturq; atrociter, ſed ordine nullo. Iuuenes ſenes concione flectunt trahunq; in eorum ſententiam, quocunque libuerit, accenduntq; ad bella, quibus hoſtes cõficiunt: quos ſubegerint profligauerintq; hoſtes in cibatu habent gratiſſimos. Carne ueſcuntur humana, adeò ut pater filios epuletur, & uiciſſim nati parentem, prout ſors tulerit & euentus. Vidi ego quendam perditiſſimum hominem, qui pro gloria nõ mediocri iactabat, ſe eſitauiſſe ſupra tercentum uiros. Vidi etiam urbem quandam, ubi immoratus ſum diebus ferè uiginti ſeptem, & ibi contignationibus humanas carnes, eaſdemq; ſalitas penſiles uidi, uti nos carnes aprugnas ſole uel fumo ſiccatas appendimus in culina trabibus, & in primis inſitia, & id genus alia: imò mirabantur plurimum, quòd nos non ueſceremur hoſtibus, quorum carnes aiunt appetentiam cibi facere, & miri ſa-

poris esse, easq; extollunt tanquã dapes ganeatas opiparasq; : arma habent nulla, præter sagittas & arcũ: his atrocissime diloricati præliantur: quippe qui nudi cõgrediuntur, consaucianturq; non aliter quàm fera animalia: hos nixi sumus pluries uelle trahere in nostrã sentẽtiam, persuadebamusq; identidẽ, ut tandem aliquãdo ab his improbatis moribus, ueluti ab re abominãda tẽperarent: qui nobis sæpenumero polliciti sunt se tẽperaturos ab hac sæuitia. Mulieres uero, ut præfeci, licet nudæ incedant, uagæ & salaces in Venerem, non sunt tamẽ deformes: quã habilissima corpora habẽt, nec quidẽ exusta, ut forte sibi complures persuadere quirent: & licet obesæ & præpingues, non tamen ob id deformãtur: & quod miratu non est indignũ, nullas uel puerperas uidi, quæ demissas haberẽt mammas: nam licet peperierint fœtæ, nõ sunt in aspectu corporis uirginibus absimiles: nõ caperatam cõtractamq; in uentre uidebis cutem, & ea quæ honeste nominari nõ possunt, prorsus à uirgine non absunt: ubi Christianorum copiam habebant, mirum est dictu quàm turpiter corpora sua prostituerent, libidinosiores supra omnem credulitatẽ. Annis uiuunt centum & quinquaginta: raro ægrotãt: qui si forte in morbos inciderint, sibi herbarum succo medẽtur protinus. Hæc sunt quæ apud eos comperi non obscura, uidelicet, aëris temperiem, cœli clementiam, solum ferax, longam ætatem. Id forte efficit Eurus, qui istic iugiter perflat, quicq; eius loci apud eos est, cuius Aquilo apud nos. Piscatu gaudẽt, coq; uictitant plurimum, adiuuãte hoc uotum natura: nam æquora inibi scatẽt piscium omni genere. Venatu parum oblectantur, quod efficit ferarum ingẽs multitudo: pauent enim ob non cicurata animalia syluas frequentare. Visuntur etiã ibi leones omnifariã, ursi, & id genus alia. Arbores ibi crescunt in tantam altitudinem ut uix credas. Temperant igitur à syluis, utpote qui nudi & diloricati inermesq; tutò feris haud congrederentur.

De soli feracitate. & cœli temperie. Cap. CXVIII.

REgio est aprica, ferax, & eximie amœna: & licet sit diuosa, irrigua tamen est fontibus ac fluuijs innumeris, syluasq; habet adeo cõdensas, ut uix transitũ præbeant, obstante arborum frequentia. His inerrant animalia multijuga, eademq; sæuissima: arbores & fructus absq; cultore suapte natura crescunt: fructus habent uberrimos, cosdemq; suauissimos, nec mortalibus noxios, nostris prorsus absimiles. Gignit etiamnum terra innumeras herbas & radices, quibus panẽ conficiũt & alia pulmenta. Semina sunt complura, uerum nostris minime similia. Regio nullum fert metallum, præter aurum: auri igitur ibi ingẽs est copia: licet nihil nobiscum attulerimus inde hoc primo itinere: nam de hac re certiores nos fecerunt indigenæ omnes, qui plagam hanc auro scatere affirmabant, idq; apud eos minime in prætio esse, & ferè nullius momenti, identidem prædicabant: baccas margaritasq; complures habent, ut in superioribus commeminimus: quorum omnium si uellem singillatim

gillatim meminisse ob innumeram multitudinẽ, multijugamq; nãtura, sur geret in opus magnũ hæc historia: nam Plinius uir absolutissimus, qui tan tarum rerum texuit historiam, non tamen horum millesimam partem con sequutus est: quæ si singula percẽsuisset, longe aliud opus effecisset, si ad ma gnitudinem spectes, alioquin absolutissimum: & id in primis admirationem præbet non mediocrem, psitacorum multijuga natura, colosq; multiplex & uarius, adeo ut Polydetus, uir in pictura tãtus, has auitiorum uarietates uix consequi potuisset. Arbores omnes inenarrabilem suauitatem fragrãt, gum mas, liquores & succos emittũt passim, quarum uirtus si nobis comperta fo ret, puto nihil nobis non solum ad uoluptatem, sed etiam ad sospitatem, bo nam quæ ualetudinem defuturum: & si qui est in orbe paradisus terrestris, non longe ab his regionibus haud dubie esse debet. Itaque ut sum præfa tus, regio uergit ad meridiem tanta cœli temperie, ut nec hyeme algeant, nec æstate exæstuent.

De syderibus poli arctici. CAP. CXVII.

COelum inibi & aëra perraro nubes inumbrant, ferè semper serena sunt: rorat quandoque, sed leniter: uapores sunt propè nulli: nec diutius to rat, quàm tribus uel quatuor horis, & instar nebulæ mox fathiscit: cœlũ detẽ tissime exornatur syderibus quibusdam, quæ sunt nobis incomperta, quorũ ego consignantissime memini, & percensui ferè uiginti tantæ daritudinis, ut apud nos Venus & Iupiter. Perpẽdi etiãnum eorum circuitus & uarios mo tus, metitusq; circũferentiam ac diametrum nõ difficulter quum geometriã non ignorarem: propterea pro comperto habui, maioris esse magnitudinis quàm autument mortales: & in primis Canopos tres conspicatus sum: duos claros admodum, tertium obscurũ & dissimilem alijs. Polus antarcticus ur sam maiorem nec minorẽ habet, sicuti est uidere in nostro arctico polo: nec eum contingunt sydera quæpiam clara. Quæ uero ipsum ambiunt tria sunt, quæ figuram præ se ferunt triãguli orthogoni, quorum id quod medio loco uisitur, nouem gradus & medium circumferentiæ habet: & ubi hæc exorium tur, à læua cõspicitur Canopus albicans eximiæ magnitudinis, quod ubi in medium cœli deuenerit, infrascriptam præsentat figuram.

*

* *

His succedunt tria alia præclara sydera, quorum medium habet diame trum circumferentiæ duodecim graduum cum dimidio, & in medio eo rum alter Canopus cernitur albus. Hunc sequuntur sex alia conspicua syde ra, quæ claritate cunctis octauæ sphæræ syderibus præstant, quorum me

Digitized by Google

dium in superficie firmamenti diametrum circumferentiæ habet graduũ triginta duorũ: hæc astra cõcomitatur Canopus ingens, sed niger: quæ omnia cernuntur in uia lactea: & ubi ad lineam peruenerint meridionalem, infrascriptam referunt figuram.



De nonnullis illius hemisphærij, quæ philosophis repugnant.

CAPVT CXX.

ILlic itaq; conspicatus sum complura alia sydera, quorum motus multiplices admussim obseruans librum edidi quendam consignantissime, in quo commemini ferè omnium, quæ in hac mea nauigatione non obscura digno scere quiui: & is apud hunc inuictissimum regem adhuc hospitatur, quẽ spero propediem ad suum dominum rediturum. In eo itaq; hemisphærio non indiligenter quædam perpendi, quæ philosophorum sententiæ refragantur, utpote contraria, ac omnino pugnantia: inter cætera irim, id est arcum cœlestem album circiter noctem mediam: quoniam secundum opinionem quorundam colores trahit à quatuor elemẽtis, ab igne, uidelicet, rubeum, à terra prasinum, ab aëre lacteum, ab aqua cœruleum: sed longe aliter sensit Aristoteles in metheoris, dicitq; irim esse repercussionem radij redundantis ad uaporem sibi appositæ nubis, sicut splendor in aqua refulgens, in pariete refulget, rediẽs ad ipsum sua interpositione feruorem solis temperat resolutione in pluuias, inferiora fœcundat, specie sua superiora pulchra reddit, dominiũ humiditatis in aëre esse ostendit: unde infra quadraginta annos à mundi fine non apparebit, quod elementorum desiccationem indicabit: pacem inter deum & homines denuntiat: semper ex opposito solis est: nunquam apparet in meridie: quia sol nunquã est in septentrione. Plinius tamen ait, quòd post autumni æquinoctium apparet quacunque hora. Hæc excerpta sunt à Landino ex Aeneidos quarto ab interprete, ut nemo suis fraudetur laboribus, sed suus cuiq; reddatur honos: eum uidi rursus & iterũ: neq; ego unus arcum huiusmodi animaduerti, uerum complusculi è nautis huic sententiæ suffragantur meæ. Rursus uidimus neomeniam, id est nouam lunam, eadẽ die, qua cum sole coniungitur. Ibi etiam singulis noctibus uideas uapores & faces ardentissimas cœlo inerrare. Præfeci paulo supra, si tibi succurrit, id hemisphærium, quod nisi loquamur improprie, hemisphærium dici nõ posse, si nostro collatum fuerit: tamen quia nonnihil formam eius effingere uidet, uisum est improprie loquendo hemisphærium id appellare.

Iris

De forma

De forma quartæ partis terræ nuperrime inuentæ. Cap. cxxi.

IGitur, ut ſum præfatus, ex Vlisbona, unde nos ſoluimus, quæ diſtat ab æquinoctiali uerſus ſeptẽtrionem gradibus ferè xl. nauigauimus uſq; ad eam regionẽ, quæ eſt ultra æquinoctialem gradibus quinquaginta: quos ſi ſimul collegeris, uonagenariũ efficiẽt numerũ: qui quidẽ numerus quartam partem obtinet maximi circuli, iuxta ueram priſcorũ ſupputationẽ traditam nobis. Liquet igitur omnibus, nos quartã orbis partem metitos fuiſſe: propterea nos qui Vlisbonã incolimus, citra æquatorẽ gradibus propè quadraginta in regione ſeptẽtrionali diſtamus ab eis, qui ultra æquinoctialem lineã degunt, in meridionali longitudine angulariter gradibus nonaginta, id eſt, à linea trãſuerſali: & ut etiam cõpertius rem intelligas, linea perpendicularis, quæ dum nos recto gradu cõſiſtimus, ſurgit à puncto cœli, & tẽdit ad noſtrũ Zenith, eademq; linea eorũ qui ultra æquatorem ſunt ad gradus quinquaginta, latera percutit: fitq; propterea ut nos i linea recta ſimus: ipſi uero ſint, ſi nobis conferantur, in tranſuerſali: & is ſitus efficit figuram trianguli orthogoni, quarum linearũ rectam nos tenemus, prout latius declarat ſubſequẽs figura: & de coſmographia ſatis ſuperq; dictũ arbitror.



Cur liber dictus ſit dies tertius. Cap. cxxii.

HÆc ſunt itaq; quæ in hac ultima nauigatione ſcitu digna cẽſui, quæ etiã ocalis ſubieci: nec ab re opus nuncupaui Diem tertium: quandoquidẽ prius edidi libros alios duos eius nauigationis, quam ex præcepto regis perfeci occidentẽ uerſus, inq; eis cõplura ſcitu non indigna cõſignantiſſime ſunt exarata, & ea in primis quæ ſpectãt ad gloriã noſtri ſeruatoris, qui hãc orbis machinã miro extruxit artificio: quis enim ſatis deo pro meritis deũ laudare poſſit, cuius mirabilia cõmemoraui in opere prædicto, legẽs curſim quæ ſpectant ad

ctant ad ſitum & cultum orbis, ut dum latius otium dabitur, exactius de geographia opus quodpiã edam, ut mei uel poſteri meminerint, & ex hoc opere diſcerent uberius deum maximũ colere indies magis, eaq; aliquãdo ſcirent, quæ noſtri ueteres priſciq; patres prorſus neſciuerunt. Propterea ſeruatorem noſtrum, cui proprium eſt miſereri mortalitatis, omnibus uotis precor ſupplicibus, ut ſinat me tãtiſper uiuere, donec id peregerim quod mente cõcepi. At alios duos dies in aliud tempus differẽdos reor, quum præſertim tediero ſoſpes in patriam, eruditiorum opera & conſilio, necnon amicorum hortatu luculentius opus edam.

De excuſatione Alberici, & uoto eius. CAP. CXXIII.

DAbis ueniam uir candidiſſime, ſi ultimæ nauigationis diaria ad te nondum miſi, ſicuti pollicitus fueram. In cauſa fuit rex ſereniſſimus, qui adhuc domi mec libellos detinet: uerum poſtquam diſtuli in hũc diem edere id opus, forte fortuna addam & quartũ diem. Hæſit mihi cordi rurſum peragrare eam orbis partem, quæ ſpectat meridiem: & huic operi iam nauando in expedito ſunt liburnicæ duæ, armamentis ac commeatibus ubertim communitæ. Dum igitur proficiſcar in orientem iter agens per meridiem, Noto uehar uento: quo quum deuenero, plura abs me fient in decus & glotiã dei, necnon patriæ emolumentum, & mei nominis æternitatem, & in primis in ſenectutis meæ, quæ iam propè appetit, honorem & leuamen. Quare nihil deſideramus in hac re præter cõmeatum regis: quo impetrato, pleno gradu contendam: quod deus bene uertat.

De his qui plura quærunt quàm liceat. CAP. CXXIIII.

FIdus interpres præſens opus Luſitano Italicum fecit, ut ſcirent qui Latiũ accolunt, quàm magna indies occurrũt, & item qui ſibi nimiũ arrogant, intelligerẽt omnia ſe ſcire nõ poſſe: quãdoquidẽ hæc mira tot uiris acerrimis ingenio, hucuſque à cõdito orbe incõperta fuere. Hinc arguitur temeritatis & ſuperbiæ noſtra arrogans natura, quæ ſcire poſſe putat omnia.

RERVM MEMORABILIVM CALECHVT, QVAE NON SVNT ABSIMILES ILLIS quas Petrus Aliares ſecundo & altero tractatũ ſcripſit, quæ rurſum colliqueſcunt ex literis quorũdam nobiliũ uirorum ut latius in ſequentibus patebit.

Exemplum literarũ cuiuſdam Cretici dominorũ Venetorũ legati apud regẽ Luſitanorũ die uigeſima ſeptima Iunij, M. D. I.

CAPVT CXXV.

SERENISSIME PRINCEPS ET CAETE. Reor ueſtram dominationem certiorem iam factam fuiſſe ab præſtantiſſimo legato, rerum omnium memorabilium, quæ hic uiſu euenerunt, & in primis de daſſe, quam nuperrime rex Luſitaniæ

Digitized by Google

Lusitaniæ inuictissimus in Indiam expediuit, quæ superis miserantibus re-
diit, sed mulctata ratibus septē: nam eò concesserāt liburnicæ quatuordecim,
& septem tantū incolumes rediere, reliquis pessundatis. Igitur egregie prin-
ceps per latus Mauritaniæ ac Getuliæ Noto ducti, deuentū est ad Caput ui-
ride, dictū olim Experias, ubi uisuntur Hesperidum insulæ: & ibi auspicatur *Experias*
Aethiopia inferior uersus orientē, ultra quam prisci minime iuere. Hinc egre-
ditur latus Aethiopiæ uersus orientē, donec respondeat lineæ Siciliæ, à dctio
latere intra lineā æquatoris ad quinq; uel sex gradus: & circiter medium dicti
lateris uisitur aurifodina huius regis: postq; eam surgit caput ad Austrum,
excedēs hyemalem tropicū per gradus nouem. Istud Caput dicit' Bonæ spei:
& illinc itur in nostras barbarias introrsus ad milliaria ferè quinq; millia uer-
sus plagam nostram. Quum uero præterieris dictū Caput, mox regio se si-
nuat, donec ad Prasum deuenias promontorium, quod antiqui & in primis *Prasum*
Ptolemæus, pro termino meridionalis regionis posuit: ulteriorē uero plagā
appellauit incognitam: Inde itur ad Troglo ditos: aurifodina uisitur, quā ap-
pellant Zaphallam, ubi maiores nostri affirmant uim auri ingentissimā esse
quàm alibi gentiū. Hic intrant sinum barbaricū, & inde in oceanū deuenitur
Indicum, & demum ad urbem Calechut. Id est eorum iter: quod si recte sup
putaueris, milliaria propè quindecim millia uastitate sua occupat, ubi secus
litora itur. Si uero desertis litoribus recto itinere ibis, recessus terrarum & an
fractus montium prætermittens, sed in altum tendens usquequaq;, longe mi
nus iter erit quàm prædiximus. Supra Caput Bonæ spei Lebegio uecti uen-
to, nacti sunt nouam tellurē, quam appellarunt Psitacorum: quoniā inibi in *Psitaci*
neniuntur alites huiusmodi incredibilis proceritatis, utpote qui brachium &
dimidium longitudine excedant, multijugi coloris: duos nos uidimus, qui
fidem rei præbent. Nautæ itaq; ubi cōspexere latam plagam, credidere con-
tinentem: propterea adnauigarunt tantisper, donec terræ spatiū duūm mil-
lium milliariū superarūt: nec tamē finis est repertus tantæ uastitatis. Plagam
incolunt uiri nudi & proceri, formosiq; admodū. In eo itinere amisere naues
quatuor: duas ipsi miserant ad aurifodinam, quas autumant nō reuersuras:
septem uero concessere Calechut: ubi honorifice nostro pro congressu sunt
excepti, ædesq; à principe consequuti sunt: & ibi nostræ naues statiuam fece-
runt. Obiter superuenerunt Maurorum & circumadiacentium populorum
rates, & cōprimis magni Soldani liburnicæ: & hi omnes cōspirarunt in Chri
stianos: quippe qui ægre ferebant Christianum genus usque in illas partes
propagari: iactabantq; eò nostros contendisse, ut illis lucra adimerent sua:
propterea primo loco naues onerare contendebant, nostro negotiatore relu
ctante, qui mox regi de Maurorū insolētia questus est, quē illico deprehendit
Mauris fauere, tamen ut erat uir ambiguæ fidei, nostris respōdit in hūc mo-
dū, se animo haud æquo laturū, ut Mauri prius mercimonia liceant', quàm
Christiani

quàm Christiani sua commercia absoluerint: & in huius rei specimen iubebat, ut Mauris, qui huius decreti prævaricatores comperti forent, mercimonia omnia impune adimerent, eaq; occupātibus adiudicabat. Cōgressi igit Christiani cum Mauris, illico tota urbs in partes Maurotū declinauit. Quare Christiani generis strages magna facta est, in qua supra quadraginta homines desiderati sunt Christiani nominis: inter quos oppetijt negotiorū nostrotū gestor: qui licet undabundo mari sese credidisset, correptus est tamen à barbaris, & uitam efflauit mœrore omniū. Hæc igitur ut nostris nota fuere, condicto tormenta omne genus exonerant, & classem præfecti Syriæ, id est Soldani, rogo consumpserunt: nam in ea erant naues decem: catapultis uero & bombardis urbem propè deuastarunt, complures domos incendentes, quæ pro imbrice, instar mapalium, paleas habebant. Quamobrem illinc abiuere, & duce Iudæo, qui fidem Christi induerat, aliud regnum petiere ultra Calechut, ad milliaria ferè quadraginta. Cuchinum appellant: eius rex odit regem Calechut, quàm qui maxime. Is igitur in odium regis Calechut nostros perbenigne excepit: & hic maiorē habet aromatū copiam, quàm rex Calechut. Quare nostri tot diuitias inde asportarunt, ut uix id audeam referre: nam ipsi aiunt emisse illic cantarum, id est genus mensuræ non mediocris, cinamomi aureo uno. Rex igitur huius regionis legatos misit ad regem Lusitanum, duosq; obsides, ut securius eò nostri redirent. At rex Calechut interea ingentissimā classem expediuit in nostros: qui quoniam onustas habebant naues, illis congredi haudquaquam uoluere, sed altum petentes Borea ducti, quem uentum ipsi ignorant, euaserunt: erat enim pertimescenda classis: quippe quæ supra centum & quinquaginta naues habebat, ferebatq; hominū quiudecim millia. Igitur quum euasissent discrimen, deuenerūt ad quandam insulam, ubi diui Thomæ corpus quiescit. Huius insulæ dominus Christianos honorificentissime excepit, & sancti corporis reliquias in specimen amicitiæ nostris dedit. Quid plura? aromata omne genus nostris, quos nunquam uiderat, absq; pecunia obtulit: soluerēt demum quum sibi peropportunum fuisset, & redijssent felicibus, ut aiūt, auibus. Verum nostri illius cōmercij non egebant, utpote qui onusti erant admodum. Abfuerūt in hoc itinere menses quatuordecim, uerum trimestri rediere: & addebant deinceps celerius iter perficere posse, utpote qui iam recessus & ambages maris nouerant, utputa in decē mensibus iter se facturos rentur. Naues rediere omnes, præter unam, quæ illisa scopulis quibusdam pessum iuit: saluis tamen uiris quos uehebat: & ea capax erat sexcentorum doliorum: nondum tamen applicuit classis: una tantum liburnica portum appulit: reliquæ uero nō longe ab urbe esse censentur: hæc enim quæ nuperrime aduenit, portum attigit ea die quæ est diuo Ioanni percelebris admodum: agebam enim per id tempus apud sereniſſimū regem, qui me compellās his uerbis inquit: Heus uir probe con-

Digitized by Google

be congratulare mihi, quoniam mea classis iam est in uado, omni aromatum genere onusta: quod ego audiens, ut par erat, hæc noua læto animo excepi, & in gratiam regis iussi meis, ut festiuissimũ quàm possent diem agerent, æris tinnitu & cymbalorum, tibicinumq; ut assolet, modulationibus, & tormẽtorũ reboatu frequentiore. Postridie actæ sunt gratiæ deo, & nuncupata uota à cuncto populo. Rursus regẽ adiui, qui ut me uidit, monuit protinuus ut uestram serenitatem commonefacerem de sua lætitia, quæ per id tempus obtigerat: adiecitq; ad hæc, ut deinceps tuto & intrepide eò mitteretis uestras liburnicas, mercaturi sua aromata: nam pollicebatur se uestros perquam beni gne accepturum, adeò ut domi esse censerentur. Addebat etiam se nauaturũ operam, ut præfectus Syriæ, id est Soldanus, haudquaquã aromata ex India comportare queat: in cuius rei euidens argumentum expedire cœpit liburnicas & celoces supra quadraginta, quæ eò contendant, & earum quædam inibi iugiter commorentur: aliæ uero ultro citroq; commercij gratia commeent assidue: nec dubitat quin India pro arbitratu suo potiri possit. Nauis quæ iam aduenit, est Bartholomæi cuiusdam Thusci, quem tulit urbs Florẽtia. Ea igitur infrascripta conuexit mercimonia, uidelicet, piperis cantaros c c c. cinamomi cantaros c x x. lachæ cantaros l x. castorei, & id genus odorum cantaros x v. Gariophyllum & zinziber non attulere, quoniã præuenti sunt à Mauris, qui & gariophyllũ & zinziber asportauerant: neq; hæc fert regio Calechut, aliunde importantur. Minutiora aromata non tulere. At margaritas & uniones omne genus licitati quidem fuerant, uerũ in congressu incolarum Calechut omnia perdidere, fecereq; hominum pariter ac mercium nõ modicam iacturam. Nec id inuoluam silentio, nuperrime huc aduenisse legatos quosdam, qui à rege Vbene Æthiope accepta persona, consalutatum nostrum regem uenere, onusti muneribus compluscults. Munera fuere mancipia & elephantorũ dentes, & complura alia, quæ & nostra regio fert. Hæc itaque celox quæ primo loco aduenit, dum patriam peteret obuiam habuit naues duas, quæ proficiscebantur ex mina auri noua, & uersus Indiã pergebãt. Hæ igitur ubi nostram conspicatæ sunt, rati se fore nostrorum prædam, condicto, ut sese redimerent nostris auri x v. m. quingentorum ducatorum obtulerunt: uerum nostri temperarunt ab eorum auro, immo eos compluscults donarunt muneribus, ut hac prouocati liberalitate, liberum pelagus nostris deinceps permitterent.

EXEMPLVM QVARVNDAM LITERARVM NEGOTIATORum & collybistarũ, ac trapezitarum Hispaniæ, ad correspõsales suos in urbe Florentiæ & Venetiarum, de pace & fœdere inter reges Portugalliæ & Calechut. CAP. CXXVI.

EX relatu eorum qui classem concomitati sunt: eam, inquam, quæ m. d. ii. mense Maij ab Vlisbona soluit, & anno m. d. iii. die x v. Decembris

m redijt,

redijt, certiores facti sumus, regem Calechut cum nostro rege in hæc fœdera pacis descendisse, ut, uidelicet, pro illata strage nostris pēderet baccharas quatuor mille piperis, id est, cantara duodecim millia, & quòd Mauri undequaq; aduenientes inibi commercia tractare nequeant, oriundis ex urbe Calechut exceptis, quodq; ijdem Mecham Mahumetis adire non possint, & quòd rex noster pro suo arbitratu erigere possit arcem in urbe Calechut, acceptis à rege lapidibus, calce & lignis, quæ sufficiant condendæ arci, ære pro eis prius soluto: ita tamen ut rex eis faueat in cunctis, patiaturq; regem nostrum inibi uirum Lusitanū nostris præficere qui ius dicat, quiq; & uitæ & necis nostrorum habeat potestatem, adeò ut nec ad ipsum regem prouocare liceat, & ubi aliqui desciscerēt à negotiatore nostro, ij protinus dedantur plectendi pro arbitrio præfecti Christianorum: & si qui Mauri capti detineantur, hi omnes negotiatori nostro reddantur: necnon Mediolanenses duo mangones gemmarū, qui ex urbe Roma profecti sunt in Indiam, & ibi artē balistariam exercent, in Christiani nominis dedecus & detrimentum ingens, nauesq; nostro more fabricantur: hos igitur in pedicis ferreis captos, postulabat dandos præfecto classis. Præterea quòd rex regni Cuchini & Canoræ inter cōfœderatos percenseretur, ea lege, ut unum & commune periculum, una salus esset omnibus: perinde ut si quispiam sumeret contra eorum aliquem arma, is omniū confœderatorum hostis declararetur: & si usu euenisset, ut aliquis desciscæret ab hac pace & cōcordia, in eum ueluti perfidum aliorum uires exercerentur, essetq; ab omnibus tanquam proditor, & fidei hostis explosus: & hæc omnia eò tendebant, ut diutius pax inter eos uigeret. Cauebatur etiam, ut dum classis Lusitanorum inibi agebat, illò naues cuiusuis generis non accederent, nisi prius nostris onustis. Vbi uero tantum mercium foret, quod sufficeret omnibus, tunc liberum erat unicuiq; naues onerare: ita tamen, ut ad consuetum pretia non adderēt, id est, ut pluris solito non uendant, quàm pro centum pcto: quod genus fœnoris illic exercent. Hæ sunt pacis conditiones & fœdera, quæ in nostri regis decus maximū suscepta sunt, ut colliquescit omnibus: nā reuera iam is noster rex non ab re dici potest dominus Indiæ. Quin iam & Turcæ, & Syriæ præfecto leges imposuit, adeò ut ad urbem Calechut eis non pateat aditus. Nec ambigimus quin intra quatuor annos rex noster nauet operam, ut nostri nautæ tutò & impune Byzantium Thracum metropolim, & Alexandriam Aegypti, emporia orientalium dariſſima contendant, & tandem se aliquando ulciscātur de Mauris, à quibus crebro pessime sunt accepti. Classis igitur præfectus nauium duodecim hoc anno eò profectus est, & comperit regem Cuchini extorrē à suo regno: nam secesserat in quandam insulam, ubi in locum editum receptus delitescebat ab insidijs regis Calechut. Causam non afferebant aliam, nisi quòd memor datæ fidei sæuienti regi Calechut nostros haudquaquam tradere uoluerat: nam maluit exulem

agere,

Digitized by Google

agere quàm fidem labefactare præstitam. Opportune igitur nostra classis suppetias tulit socio regi, & expeditis auxiliaribus copijs iuere intrepidi in regem perfidum, magnam cladem inferentes hosti. Regem Cuchini in regnũ continuo restituunt. Id regnum est non longe ab angustijs maris Erythræi, ubi arcem erigunt munitissimam: aliam ædificant in ostio sinus Cuchini, ubi tormentorum ferè genera omnia iam uisuntur, eisq; decernunt hostem propulsare eminus, & tutam classi stationem præbere suæ: neque eò illis reluctantibus deinceps concedet quispiam. Itidem fiet in sinu Calechut, perinde ut stationem & litora proximiora non difficulter tueri queant. Naues uero quæ superiore anno remanserant istic, prædam fecerant non mediocrẽ: nam quadam die mane ceperunt Maurorum naues quinq; regni Cambaiæ, quæ ad Mecham, Mahumetis aram, proficiscebantur. In eis igitur nacti sumus gariophylli cantaros mille defecati, id est mundi, sine quisquilijs, inq; eis erat plurimum gariophylli haud decorticati, ut apud nos uisitur. Ferebant etiam hæ naues castoreum, & id genus odores, sandalium, ambram, lacham purissimam, & tenuissimas telas lini: aurum uero & argentum signatum abunde habebant, adeò ut opes quæ compertæ sunt ibi, ualorem c c. mille ducatorum excederent. Quare iam uobis testatum esse remur, quanti sit habenda ea regio, quæ ferè omnibus rebus scatet effuse. Itaque ex his ratibus quas præfecimus, duæ pessum iere: duæ uero dum statiuam agerent, iactis ancoris in quodam portu huius insulæ, ui tempestatis actæ, supra sexcentum homines amisere non longe ab ostio maris Erythræi. Occubuit etiam ibi præfectus Vincentius. Cymba uero alia, quæ licet atrocem tempestatem euasisset, paulum profecta in scopulum elisa, pessundata est, adeò ut totum æquor tum corporibus humanis, tum uel maxime mercimonijs omnifariam stratum & oppletum foret. Hunc finem quandoque male parta habent, ut est in adagio ueteri: Male partum male fruitur. Ex tot nauibus igitur sola celox parua superstes fuit, ut dadis suorum nuntia foret. Noueritis ergo hunc nostrum regem commeatum omnibus dedisse eundi in Indiam, & exercendi inibi commercia: si tamen ex centenario lucro quadragenarium ipse habeat, hoc addito, ut ab eo naues emant non minoris, quanti sibi constitisse uidebuntur: nec nauium huiusmodi solutionem tantisper differri patitur donec redierint, sed priusquam abeant, aurum innumerato habere operæpretium est. Visus est is princeps cognouisse iacturam quam fecit in tot naufragijs, propterea cupit alios suo periculo eò proficisci. Vix credimus reperturum regem quempiam, qui oblatas suscipiat conditiones: indies tamen huius, rei certiores uos reddam. Illud etiam non præteribo, huius commercij res haudquaquam stabiles esse: quicquid erit, euentus declarabit futurus. Cum his nauibus portum appulit Lusitanus quidam, qui uisit minam auri in regno Zaphalæ: de qua re mira refert. Asseuerat nobis ibi na-

Digitized by Google

uem Christianorum adhuc esse,& propè incredibilia de auri quantitate,quæ inibi reperitur refert. Propterea rex noster aliò non tendit, nisi ut frenet hos barbaros,arcemq; ibi erigat munitissimam, ac propulset Indos, & eos qui incolunt regnum Cambaiæ,ne ipsi deinceps mina potiri possint. Omnẽ igitur aurifodinã sibi protinus arrogabit. Pro comperto etiam habemus,hanc aurifodinam fuisse minam Salomonis,unde tot hausit thesauros: & ibi regina Saba, quæ iuit ad Salomonem, ut testatur sacra uetus historia. Hæc profecto sunt magna,ut uos non latet. Nec ab re hic rex dicendus est felix & bene auspicatus, cui contigit tam locuples thesaurus. Rentur igitur homines se mox consecuturos ab eo commeatum eundi in Indiam,soluto fœnore,uidelicet,pro centenario quadragenarium,acceptis suis nauibus,ut præfati sumus. Hunc modum uidetur uelle seruare, ut mercatores eò mittãt suos gestorum negotiatores,qui interfint mercimoniis,non tamen præsint: uult esse dominus rerum,adeò ut omnia sui exerceant,etiam impensa mercatorum: nam aromata suscipienda erunt de manibus Viceregis, nec liberum erit cuiq; mercari, Quare creditur commercium huiusmodi non susceptum incrementa maiora. Indies tamen de his omnibus uos cõmonefaciã. Nec uos fugit nos aliâs uobis scripsisse, Cayrum ob hanc causam decoxisse: nã ex magno orientalium emporio,si hæc succedunt regi, fiet ciuitas confusa, ut non ab re dicatur Babylon, neque iniuria: nam illic Mauri consueuerant Christianos pessime accipere: forte erratorum dabunt pœnas. Eò igitur deinceps non comportabuntur aromata omne genus,neq; omnifariam gemmæ & margaritæ, & alia præclara complura: quoniam urbem Calechut, neque Zaphalam ultra non frequentabunt,reluctantibus Lusitanis ob arces nuperrime erectas: & de omnibus certiores facti,gratias agetis deo maximo. De aurifodina uero Zaphalæ, ut præfecimus, mira hic feruntur. Huius rex possessor efficietur intra biennium. Res est profecto digna miratu: nam tota India & Persis inde suum aurum hauriebat,quæ nunc à gentilibus possidetur: licet sit ditionis Chaldæorum regis ostium, sinus, ubi commercia & permutationes fiunt cum gentilibus: singulis enim annis Maurorum naues ueniũt onustæ uilioribus mercibus ex Cambaia, ut aurum asportent. Merces sunt cotoni, panni uiliores, sericum plurifariam ac multijugi coloris, & in primis Turcarũ more contextum. Hæc igitur sunt mercimonia, quæ inibi fiunt. Neque illic rex Chiloæ diutius commorabitur metu gentilium, qui non longe degunt ad leucas sexaginta in insula quæ dicitur Chiloa: & eò contendunt naues omnes,ut soluant uectigal priusquam eant ad minam Zaphalæ. Quò quum perueniunt, ante sex uel octo menses non expediuntur. Inde comportant aurũ,ebur,& ceram merces optimas. Illinc soluentes Chiloam contendunt, & ibi rursus pendunt præstinati auri uectigal. Inde concedunt Cambaiam siue Mecham: & in nostris nauibus sunt duodecim aut quindecim negotiatores

Digitized by Google

tores regis Chiloæ, qui tributum pendit noſtro regi quotannis, id eſt, miti/
gallas M. D. & id eſt genus ponderis: nam mitigal quodlibet ualoris eſt du/ Mitigal
catorum centum quinquaginta: tamen is rex pendet à rege noſtro, adeò ut
in manu ſua ſit ipſum pro libito profligare, & id quidem parua manu: nam
quotiens libuerit eò mille hominum mittere, protinus is rex terga dabit: cre/
ditúrq; ut id breui eueniat: nec res foret ardua, ſi profligato rege, redditus
D. C. M. ducatorum ſingulo anno conſequeretur. Neq; arbitremini, uos ro/
go, hanc eſſe fabulam: uera eſt hiſtoria. Iam noſſe debetis, me iampridem
de nouis rebus crebro uos commonefeciſſe, & ſemper uera loquutum. Non
ſum is qui delecter mendacijs: relatu etiam aliorum, qui inde ueniunt, teſta/
tiſſimum uobis fiet, me haud ficta, neque commentitia ſcripſiſſe. Si uero a/
pud uos bene ſupputaueritis, quid ferre poſſint naues, quas expectamus in
dies: comperietis certe eas ferre poſſe cantaros circiter ducentos uiginti duos
aromatum omnifariam. Nam deinceps iſtuc mittam aromata omne genus,
nauabóq; operam, ut nuſquã uobis deſint, poſtquam fœdus initum eſt cum
rege Calechut: licet non paruum diſcrimen illò nauigantibus immineat ob
quoddam arcipelagus, in quo innatant inſulæ propè quatuordecim mille, &
etiam ob anguſtias cuiuſdam freti, ubi mare uix eſt nauigiorum patiens: ta/
men tantum conabimur, quod pericula conſuetudine & frequentia efficie/
mus innoxia: ut quandoque gloriari poſſimus, ferè totum orbem peragra/
uiſſe, & ea præſertim, quæ priſci minime adiuere. Solum ſupereſt ut Tapro/
banam adeamus inſulam, teſte Plinio omnium rerum locupletiſſimã, ſi au/
rum, ſi gemmas, ſi ebora ſpectaueris: tantumq; noſtra opera & ſolicitudine
fiet, ut omnis India mercimonijs noſtris pateat. Illic, ut ſcribunt noſtri, non
magni penduntur noſtræ merces. Monẽt propterea ipſi, ut eò mittamus cru
ciferos aureos, ſi breuem cupiamus expeditionem noſtrarum rerum: quonã
aliæ merces diutius manent in portu, procraſtinantibus ex compoſito Indis,
ut tandem fatigatis impenſa & diuturniore expectatione noſtris, minore pre/
tio noſtra conſequantur. Eius ſunt ingenij, ut quandoq; ſunt Itali, qui ſimu/
lant mercium non egere, ut demum uiliore pretio præſtinent. Ibi etiam cari/
pendunt æra, alumina alba, non rubea, & in primis grandia: minutiora uero
ſpernunt. Coralium autem non floccipendunt, ſi ſit magnum & fabrefactũ:
alioquin nullius eſt apud eos pretij. Habent ij populi uices cõtrarias cum Ale
xandrinis, adeò ut ſi illi minuta quærant, hi proceriora, & uerſa uice. Plumbũ
non uilipenditur ibi, ſi inſtar lateris ſit conflatum. Argentum uiuum & am/
bra nihili penditur. Ibi æra fabrefacta minore pretio licitantur: quoniam rur
ſus ſuo more ea conflant, uoluntq; nos in conflando operam luſiſſe: non eo
utuntur ut nos. Hæc igitur ſumma erit: alias merces, exceptis memoratis, ibi
nullius eſſe penſi, lucriq; perquam mediocris.

Digitized by Google

EXEMPLVM QVARVNDAM LITERARVM PETRI PASQVALIGI ORATORIS DOMINORVM VENETORVM APVD SERENISSIMVM ET INVICTISSIMVM PORTVGALLIAE REGEM, AD SVOS germanos in Vlisbona commorantes, die decima nona Octobris, M. D. I.

CAPVT CXXVII.

PRAESTANTISSIMI FRATRES TANQVAM patres honorandi, salutem. Petro cuidam Verzo tabellario, & nonnullis Valentinis ad uos literas dedimus superioribus diebus, quibus uos certiores reddidimus omnium quæ hic usu eueniunt. Nunc autem rursum uisum est uos per Bartholomæum Marchionem auunculum Dominici Benedicti Florentinum commonefacere de rebus nostris, ut intelligatis nobis cordi hæsisse, ad uos quamcreberrime literas dare, modo tabellarij habeantur. Vt igitur noua anni præsentis intelligatis, scitote hic esse eam triremem, quam superiore anno rex Portugalliæ serenissimus expediuerat uersus Aquilonem, præfecto Gaspare Corterato, qui nobis refert continentem inuenisse, distantem ad milliaria duo millia, inter Corum & Fauonium, hactenus toti penè orbi incompertam terram, cuius latus aiunt ad milliaria propè octingenta percurrisse: nec tamen finis compertus est quispiam: ideo credunt continentem, non insulam esse: regióque uidetur esse coniuncta cuidam plagæ, aliás à nostris peragratæ, quasi sub ipso septentrione: eò usque celox tamen non peruenit ob congelatum æquor, & ingruentes cœlo niues: argumento sunt tot flumina, quæ ab illis montibus deriuantur, quòd, uidelicet, ibi magna uis niuium existat: arguunt propterea insulam non posse tot flumina emittere. Aiunt præterea terram esse eximie cultam. Domos subeunt ligneas, quas cooperiunt pellibus ac coriis piscium. Huc adduxerunt uiros septem sexus utriusque. In celoce uero altera, quam præstolamur in horas, aduehuntur quinquaginta illius regionis incolæ, Hi si proceritatem corporis, si colorem, si habitudinem, si habitum spectes, Cinganis non sunt absimiles. Pellibus piscium uestiuntur & lutrarum, & eorum in primis, qui instar uulpium pilosas habent pelles, eis que utuntur hyeme, pilo ad carnes uerso, ut nos: at æstate ritu contrario: neque eas consuunt aut concinnant quouis modo, uerum uti fert ipsa bellua, eo modo utuntur: eis armos & brachia præcipue tegunt. Inguina uero fune ligant multiplici, confecto ex piscium neruis. Videntur propterea

propterea ſylueſtres homines: non ſunt tamen inuerecundi: & corpora habent habiliſſima, ſi brachia, ſi armos, ſi crura reſpexeris, ad ſymmetriam ſunt omnia. Faciem ſtigmate compungunt, inurunt'que notis multijugis inſtar Indorum, ſex uel octo ſtigmatibus, prout libuerit. Hunc morem ſola uoluptas moderatur. Loquuntur quidem, ſed haud intelliguntur, licet adhibiti fuerint ferè omnium linguarum interpretes. Eorum plaga caret prorſus ferro: gladios tamen habent, ſed ex acuminato lapide. Pari modo cuſpidant ſagittas, quæ noſtris ſunt acuminatiores. Noſtri inde attulerunt enſis confracti partem inauratam, quæ Italiæ ritu fabrefacta uidebatur. Quidam puer illic duos orbes argenteos auribus appenſos circumferebat, qui haud dubie cælati more noſtro uiſebantur, cælaturam Venetam in primis præ ſe ferentes. Quibus rebus non difficulter adducimur, continentem eſſe potius quàm inſulam: Quia ſi eò naues aliquando applicuiſſent, de ea comperti aliquid habuiſſemus. Piſcibus ſcatet regio, ſalmonibus, uidelicet, & alecibus, & id genus compluribus. Syluas habent omnifariam, perinde ut omni lignorum genere abundet regio. Propterea naues fabricantur, antemnas, & malos, tranſtra, & reliqua quæ pertinent ad nauigia. Ob id hic noſter rex ſereniſſimus inſtituit inde multum emolumenti ſumere, tum ob ligna frequentia pluribus rebus haud inepta, tum uel maxime ob hominum genus laboribus aſſuetum, quibus ad uaria eis uti quibit. Quandoquidem ſuapte natura hi uiri nati ſunt ad labores, ſuntq; meliora mancipia quàm uiderim unquam. Viſum eſt propterea non fore ab amicitia noſtra deuium, ſi hæc uos non celarem. Vbi uero alia celox, quæ expectatur indies, aduenerit, mox aliarum rerum certiores uos reddam. Naues uero, quæ contendunt ad urbem Calechut expediuntur. Neque id præteribo, regi hæſiſſe cordi, ut tota claſſis, quæ proficiſci in Orientem conſueuit, ea primo Mechæ claſſem corripiat, ut tandem Soldano Syriæ præfecto aditus illuc non pateat, nec inde deinceps aromata exportet: & huic rei rex unice ſtudet, perſuadet'que ſibi, nihil poſſe obſtare, quin potiatur uotis huiuſmodi. Aſſentitur tota curia, urbs & regnum omne cum eo conſpirant: Quoniam ſi ſibi ſuccedet, mirum dictu eſt, quàm breui omnium locupletiſſimus ſit euaſurus in tanta rerum copia & ubertate, & in primis aduentantibus Venetis biremibus & triremibus, ut hinc aſportent mercimonia. Igitur pro comperto habetur, non poſſe niſi maxime lucrari, Venetorum celocibus huc accedentibus, & id in manu habere ſibi perſuadet. Tædet propterea ipſum moræ: Quoniam deſiderio etiam ipſa celeritas eſt in mora. Peroptat igitur, & perquam ardentiſſime inſiſtit rex ſereniſſimus, ut uoto frui queat ſuo. Ob quam rem uereor plurimum, ut ab hac ſententia, quæ cordi inhæſit, uix poſſit dimoueri: nec facile adducetur,

Digitized by Google

ut in rebus orientalibus nobis adsit, quum sit huic expeditioni prorsus addictus. Nos uero, qui anno elapso prouinciam sustinuimus à nemine adiuti, neque ære ecclesiastico, sed solum nostris opibus, uix, ni faueat ipse, nobis bene consultum ibit. Valete.

EXEMPLVM QVARVNDAM LITERARVM FRANciſci de Sagitta Cremonenſis, datarum Vlisbonæ decimasexta Septembris, M. D. II. directarum ad oratorem Venetum Petrum Pasqualigum, apud reges Castiliæ agentem.

CAPVT CXXVIII.

PRæstantissime orator, & domine obseruandissime, iam binis meis literis pollicitus sum iampridem uestræ præstantiæ, me haudquaquam præter missurum, quin certiores redderemini earum mercium, quas ferrent quatuor celoces, quæ indies expectantur. Nunc uero, quoniam portum applicuerũt, uisum est uos latius de rebus huiusmodi commonefacere: & res ueras solum denarrabo. Igitur hæc sunt mercimonia quæ attulerunt. Primo piperis cantaros mille, cinamomi cantaros quadringẽtos quinquaginta, zinziberis cantaros circiter quinquaginta, lachæ cantaros quinquaginta, cotonorũ tantum, quantum emeremus ducatis quadringentis. Alia non attulerunt. Quur uero non attulerint plura aromata, causam adducunt, quòd, uidelicet, quum hinc soluissent, conuenit inter eos, ut duæ celoces ad minam auri proficiscerentur: duæ uero aliæ ad urbem Calechut: propterea unusquisq; eas merces comportauit, quas arbitrabatur inibi quò contendebat, fore in pretio. Quũ uero dictæ naues contendissent ad urbem Calechut, nec quiuissent accedere ad minam auri, merces expedire non potuerunt, licet uaria loca adiuerint. Nam fuere Canoræ, & ibi certiores facti sunt de rebus Petri Aliaris, qui agebat in urbe Cuchina, ubi etiam erat regis negotiator. Igitur ab rege Canoræ excepti sunt honorifice, qui nostro præfecto aromata omne genus ultroneus obtulit. Huic noster præfectus benigne respondit, uidelicet, se prius uelle adire regem Cuchini, ubi regis negotiator erat: demum se reuersurum ad eum, & præstinaturum aromata perquam libenter. Itaque illinc soluens contendit Cuchinum, ubi comperit regis negotiatorem, cum quo egit plura. Quum uero naues signatam pecuniam non tulissent, sed solum merces, quæ inibi parui pendebantur (nam ea regio appetens est signatæ pecuniæ admodum, mercium uero ferè nihil) decreuit propterea præfectus classis redire ad urbem Canoræ. Eò ergo concessit quamprimum: eius enim rex Lusitanos colit quàm qui maxime: propterea cum eo permutatũt merces, quas aduehebant meliore pretio, datis pro suis mercibus aromatibus, dimissis illic tribus è nostris uiris, qui commercia nostra exercerent: negotiatorem nauis & amanuensem dimiserunt, qui omnibus præessent mercimonijs, quiq; indies regi persoluerent pecuniam pro creditis aromatibus. Itaque naues illinc sol-

linc soluerunt onustæ omni aromatum genere, relictis illic uiris, ut dictum est, tribus, ne uiderentur regi imposuisse, qui sua eis dederat aromata absq; uade & pignore. Rediere tandem naues semionustæ, ob id quod non tulerant secum signatam pecuniam, & merces comportauerant tales, quæ illic minime sunt in pretio: propterea uisi sunt operam lusisse suo periculo. Hæc ergo summa est, Indos non cupere nostras merces, sed signatum aurum uel argentum, quibus ipsi utuntur eximie: nam ibi pecunia ubertim expenditur, cuius hoc regnum maxime eget. Nequibit propterea rex absque pecunia, quæ ferè est omnium neruus, uoto potiri suo, nisi forte ui credat exercere cum Indis commercia, & sua gratis consequi posse. Quoniam aiunt his elapsis diebus eos reges metu nominis Christiani absque pretio dedisse tot mercimonia Admiranti nostro, qui iam istuc concesserat, ut quatuor naues gratis onerauerit, & in primis rex Calechut, cui ab ariolis suis prædictum fuerat, ut caueret sequenti anno: quoniam astra illi magnam hominum stragem minitabantur: & eam accipiendam à Christianis hariolabantur, addebant que diuini, eum eodem anno regnum metu & pauore desertutum. Hæc noua habemus ab illis tribus uiris, qui in eo congressu barbarorum, quo oppetijt Araschorea mortem, euaserunt. Eadem retulit Pergamensis quidam, qui apud urbem Calechut annis uigintiquinque egit. His adstipulatur Valentinus alius, qui inibi sex annis commoratus est. Hi sunt ergo, qui de his rebus certiorem fecerunt regem. Quod uero falsa sint, uel ne, sicuti dederunt ita accepimus. Rex itaque Calechut magnam classem expediuit in nostros, qui apud Canoram agebant: uerum illi fuga sibi consulere, uela uentis protinus dantes. Propterea rex noster proximo mense Ianuarij decreuit nouam expedire classem, uidelicet, octo uel decem naues onerarias: in cuius rei argumentum iam sunt fabrefactæ naues septem: duas enim hac æstate expediuit, quarum una est capax septingentorum doliorum: altera uero quingentorum. Est & alia in portu Vlisbonæ, quæ est capax quadringentarum & quinquaginta amphorarum. Duæ aliæ fiunt in insula Mederæ: quarum altera capit dolia ter centum & quinquaginta: altera uero ducenta & triginta: Alia expeditur in Setunal, quæ supra centum & sexaginta dolia capit. Hæ igitur naues senarium implent numerum. Insuper his addit aliam triremem, quæ ex Chio Ianuensi insula & profugio nuperrime aduenit: & has omnes, præter duas, rex sua impensa expediet. Duas uero, quarum altera est capax quadringentorum, & quinquaginta doliorum: altera ter centum & quinquaginta, negotiatores quidam conuenere cum rege, ut sua impensa communiant, his pactis & legibus, quod, uidelicet, rex negotiatores huiusmodi ueluti stipendiatos, & sub eo merentes alat in his omnibus quibus egent nautæ. Negotiatores uero tantum signatæ pecuniæ in nauibus secum aduehant, quæ emundis illic mer-

lic mercimonijs faciat satis: & ubi redierint naues, dimidium mercium dent regi, reliquum uero sibi uendicent. Et ut dilucidius intelligatis: negotiatores pro cantaris duobus aromatum non plus exponunt quàm aureos septem, uel ad summum octo: & hos cantaros bisariam diuidunt, alterum regi, sibi alterum, expensis, ut dictum est, regis: & iam compertum habemus, conducibilius nobis fore, hoc modo commercia exercere, quàm nostro periculo illuc contendere, ut hactenus egimus. Fit propterea, ut non difficulter rex nanciscatur, qui conditionem huiusmodi non renuunt. Nos duarũ prædictarum nauium hoc modo portionem habuimus. De futuris uero, quæ forte eò concedent, bene perspiciat deus ipse maximus, qui est omnium autor. Video me prouectum nimis, & quasi epistolarem stylum egressum: uerum rapuit me charitatis & amicitiæ Fauonius: nolui enim aliquid uos latere. Scio quidem de alijs meis uos cõmonefeciſſe, sed non ad regulam, de his quæ usu euenerant: non enim comperta tunc mihi erant cuncta. Me igitur commendo, oroq; ut si forte fortuna uobis nostra fuerit opus opera, ea uelitis uti æque ac uestra: non enim sum unquam defuturus, quin uobis operam getam, dum spiritus hos reget artus. Valete. Datum Vlisbonæ, die XXVI. Septembris, M. D. II.

QVOMODO IOSEPHVS INDVS VENIT VLISBONAM ET EXCEPTVS A REGE honorifice, contendit Romam & Venetias, à nostris sociatus.

CAPVT CXXIX.

QVVM igitur aliàs suis celocibus & liburnicis rex noster regiones australissimas peragrauisset, dum eà iret in Indiam hærendo suorũ sententiæ, qui easdem partes retroactis temporib. lustrauerãt, decreuit eo anno, qui est in ordine M. D. rex Emanuel memoratus rursum eò mittere classem XII. nauiũ, cui præfecit Petrũ Aliares, qui suscepto de manu præfecti sui trophæo, octauo mensis Martij, eius anni, soluit Vlisbona, qui inter nauigandum innumeras passus est anxietates & discrimina. Tandẽ annuentibus superis decima tertia Septembris, eiusdem anni, deueniunt ad urbem Calechut cum septem tantum celocibus: nam ex classe perierant quatuor, obrutæ tempestatibus sæuissimis: alia uero Zaphalam concesserat. Steterunt igitur in portu urbis Calechut mensibus ferè tribus: & demum orta inter nostros & urbis incolas controuersia, occisisq; hinc inde hominibus nonnullis, nostræ celoces Cuchinũ profectæ sunt uigesima quarta Nouembris, anni supradicti: nam Cuchinũ distat ab urbe Calechut milliaribus fere centũ & decẽ. Id regnũ mari adiacet, cui dominatur rex gentilis, eius sectæ cuius est rex Calechut. Is igitur rex Cuchini nostras celoces perbenigne excepit, & dum

dum illic commoramur commercia exercentes, uti in superioribus retulimus libro tertio capite LXXVIII. duo germani fratres Indi Christianiq; uenerunt ex urbe quadam dicta Caranghanora, quæ abest ab urbe Cuchina milliaribus ferè uiginti, qui aiebant se in uotis gerere plurimũ, ut occidentalem uiserent plagam: supra autem uota gerere, ut Romam, & demum sanctam ciuitatẽ Hierusalem inuiserent: qui nostras celoces ingressi, nobiscum ultronei ibant: & ecce per id tempus ingens classis soluit ab urbe Calechut, ut nostrã classem pessime acciperet: quod ut nobis compertum fuit, mox uela uentis dedimus altum petentes, euntibus nobiscum dictis fratribus, & nonnullis obsidibus, qui loco & compensatione nostrorum dati fuerant, eorum, inquã, qui in urbe Cuchina negotiaturi remanserant. His igitur conspectis uersus Vlisbonam iter cepimus. Ex his uero fratribus Indis, quorum iam memini, alter uiuit, alter uero uita functus est, dum in Lusitaniam proficisceremur. Tandẽ aliquando mense Iunij M. D. I. Vlisbonam deuenimus: quò ubi applicuimus, dictus Ioseph commeatu à rege habito socioq;, Romam, & demum Venetias contendit, & rursum rediit Vlisbonam: & per id tempus complura scitu non indigna accepimus, referente eodem Ioseph Indo, quorum latius meminisse animus est in sequentibus.

De patria Ioseph, & habitudine corporis, CAP. CXXX.

IGitur Ioseph prædictus natione Indus, patria Caragonorensis, annum agens quadragesimum, coloris subcinericij, staturæ fuit mediæ, hoc est, inter proceriores & breues medius: id asseuerant, qui sæpenumero hominem contemplati sunt. Vir erat ingenio non mediocri, uerax admodum, utpote qui nihil magis oderat quàm mendacia: uirq; abstemius, & integritatis non uulgaris: & reuera quantum colligere ex eius consuetudine quiuimus: uir erat non pœnitendus, & in primis fidei incõcussæ illibatæq;. Vrbs igitur, unde oriundus est uir memoratus, abest ab urbe Calechut ferè milliaribus nonaginta, quæ est in sinu quodã dicto Milibar, introrsus terras ad quintum decimũ lapidem: muro haud ambitur: longitudine uero milliarium triginta: quoniã domus ut apud nos haudquaquam sunt contiguæ, sed inuicem distant, adeò ut uideantur uicatim habitare: eamq; interfluunt complura flumina: & plerũq; eorum ædes adiacent fluminibus. Hanc urbem incolit hominum duplex genus: alterum Christianorũ, gentilium alterum. Et ut uobis cunctisq; colligue scat qui sint gentiles, scitote itaq; eos esse populos, qui olim pro dijs colebant idola, necnon animalia multijuga, uti in sequentibus denarrabitur. Rex eorũ seruit idolis. Inibi etiam sunt complures Iudæi, uerũ uilipenduntur plurimũ: eò etiamnum contendunt negotiatores ferè innumeri cõmercij causa, ut sunt Syri, Ægypti, Persæ, Arabes, Medi, & id genus compluscul: quoniam illic cõportantur ferè omnia aromatum genera, fertq; plaga huiusmodi multa humano generi non ingrata.

De incolis,

Digitized by Google

De incolis urbis Carangoræ, deq; eorum delubris & moribus.

CAPVT CXXXI.

VRbs trifariã diuiditur. Primores, id est, patritij, ac primæ classis uiri: suæ lingua Naires dicuntur. Secundo loco, homines census fere nullius, ut proletarij, succedunt, ut sunt apud nos gregarij, Canes suo idiomate appellantur. Postremo tertiam partem absoluunt capite censi, uiri nullius census & classis postremæ: hi piscatu uictum quæritant, suntq; deteriores cæteris. Nuiram eorum lingua appellantur: hos adeò odit nobilitas, ut si forte eos obuios habuerit, ni fuga sibi condicto consulant, pessime accipiat. Priuæ tribus priua habent delubra. Mulieres uero alia tẽpla habent, quæ non adeunt uiri. Dant deo bonorum suorũ, loco primitiarũ, fruges multijugas. Adorant deum cœli, eumq; trinum credunt: propterea trifrontem pingunt in statuis complicatis manibus, Tambram nuncupãt. Ante eorum statuas trahuntur plagæ, nos cortinas appellamus, ex lino candidissimo: hæ reserantur dum sacrificant, sicuti latius in sequentibus referemus. Habent etiamnum statuas animalium uarias, uerũ eas minime colunt. Quando delubra adeũt, alij frontem terra cooperiunt, aqua alij aspergunt: ter in die uisunt templa, mane, meridie, & uesperi. Sacrificant hoc modo: Conuocant plebem buccinatores, cornicinæ, & choraulæ nõnulli, ut nos campano ære: & tantisper concentum efficiunt, donec magnus eorum sacerdos aduentauerit, qui indutus ueste nescio qua sacerdotali, astat altari, & canere quædam incipit ad cultum diuinũ pertinentia: orationes nos appellamus. Mox subsequitur alius sacerdos, cantãs & ipse nõnulla. His populus respondet omnis: usq; tertio hæc fiunt. Demũ peractis his egreditur sacerdos quadam porta nudus totus, habens pro corona sertum rosarũ in capite, duoq; magna lumina, totidẽq; cornua fictitia. In manibus gerit enses duos denudatos, & gradu citato ueluti lymphatus quispiã uersus eorũ deum currit, cortinamq; mox referat, & ensem alterum magno sacerdoti porrigit, altero uero seipsum compluscul is consauciat uulneribus: & ubi se propè confecit plagis innumeris, illic prosilit in rogum ardentissimum, ibi ex composito paratum, inq; eo saltat more tripudiantiũ & chorizantium: euadit tandem rogum, tortuosissimisq; oculis dicit se esse loquutũ cum deo suo, taliaq; mandauisse: & tunc quasi à deo accepta persona incipit docere populum. Sunt & alia complura sacrificia, quorum non meminit Ioseph, tum quia uix eum intelligere quiuimus, tum uel maxime quia is Ioseph cum gentilibus uix diuersatus fuerat, utpote qui eius sectæ minime erat. Satis itaq; ad super de delubris ac sacrificijs horum dictum arbitror.

De regum moribus & indigenarum, & quod ibi sunt quidam Christiani, CAP. CXXXII.

REx gentilium colit idola, & complures habet coniuges, quibus nullus est pudor, nullaue pudicitia: passim prostituunt corpora: ubi functi sunt uita, concre-

Digitized by Google

ta,concremantur:at eorũ mulieres per octiduum tantũ ſuperuiuunt:demum ut in memoriam uirorũ & ipſæ concrementur uiuæ,ſunt ſuæ ſpontis. Hæc referebat Ioſeph coràm uidiſſe. Filij regum regni haudquaquã ſunt hæredes, uerum qui ſecundo gradu ſuccedunt in ſtemmate: argumentum ſumunt ex incontinentia coniugum,quòd,uidelicet,filij ſunt nothi, propterea regno priuantur. Quum humãt corpora,uarijs utũtur cærimonijs. Gentiles hoc modo induuntur,Rex apicem aureum atalici panni gerit in capite: at urbis primores birretum ex ſerico contextũ,cæteri aperto capite prodeunt,nudi incedunt, pudorem contegunt ſindone mundiſſima,brachia condecorãt armis pretioſiſſimis,omne genus gemmarum faberrime excultis: in pedibus condalia ferunt magni pretij, uidelicet, annulos omnifariã inſignitos lapidibus pretioſis,qui inibi magni penduntur:bis & iterum lauantur in die, locaq; ad id deputata habent complura:uiri & fœminæ in uniuerſum ſunt formoſi,pulchritudine eximia honeſtantur: comunt capita mirum in modum,uti decet muliebrem mundum:caput exornant gemmis & margaritis: gentiles non aliter ſcribunt quàm ſtylo ferreo in libris arborum:linguam habent Indam. Et de his hactenus. Verum quia in ſuperioribus cõmeminimus Chriſtiani nominis,diximusq; complures eſſe in urbe Caranganora Chriſtianos, non ab re erit ſi eorum mentionem in hoc capite fecerimus. Nouerint igitur omnes ab Indo flumine,ubi auſpicatur India occidentem uerſus, inſulam Ormis, quæ eſt non longe à ſinu Perſico,Chriſto tantũ parêre:alibi non ſunt Chriſtiani, præterquam in Caranganora urbe. In india uero ſunt multiplices reges, qui Chriſtum norunt. Qui uero incolunt Caranganoram urbẽ,Chriſtiani complusculi ſunt,penduntq; uectigal regi gentilium:nam conducunt ære annuo eorum ædes,præterquam quòd tributa ſoluunt,ut latius dictum eſt.

De domibus eorum,& quòd eorum pontifices moderantur eccleſias, CAP. CXXXIII.

EOrum ædes parietibus fulciunt,habentq; uarias contignationes:at gentiles ſuas domos tegunt aſſamẽtis & lignis id genus. Chriſtiani uero ibi delubra habent noſtris nõ abſimilia: uerum ſolas cruces inibi uidebis: nullas habent ſanctorum imagines,concamerata ſunt ut noſtra, inq; eorum crepidine crux uiſitur pergrandis,ut eſt uidere apud nos: tintinabula habent nulla:quando uocant populum ad diuina,ſeruant morẽ Græcorum. Hi populi habent magnũ antiſtitem,cui adſtant cardinales duodecim, patriarchæ duo, archiepiſcopi uero & epiſcopi complures. Referebat propterea dictus Ioſeph cum quodam epiſcopo ſoluiſſe ab urbe Caranganora, & conſcenſis ratibus iuiſſe ad inſulã Ormũ,quæ eſt à Caranganora milliaribus ferè mille & quingentis. Et inde petijt mediterranea itinere trium mẽſium,unà cum epiſcopo memorato,peruenit in Armeniam maiorem, ut conſalutarẽt reuerentiſſime ſuum magnum pontificem,à quo epiſcopus dictus initiatus ſacris, Ioſephq;

Digitized by Google

memoratus ad ſacerdotiꝫ gradum promotus eſt. Itidem agunt Chriſtiani
Catholica omnes Indi, & regni Cataꝫ. Eorum pontifex Catholica dicitur, fertq; tonſuram inſtar crucis: præficit patriarchas ſuos, ut dictum eſt, alterum in India, in Cataio alterum: alios uero epiſcopos aliò mittit, prout expedire uiſum fuerit, ut ad ſuas prouincias moderandas tranſmittantur. Huius Catholicæ commeminit Marcus Paulus in tractatu Armeniæ, & ibi dicit duo eſſe genera Chriſtianorum, Iacobitarum, uidelicet, & Neſtorianorum, quorum papa dicitur Iacobita, qui eſt hic Catholica, de quo eſt ſermo, cuiusq; meminit Ioſeph ſæpe dictus. Et quũ dictus papa uarios homines promoueat ad gradus huiuſmodi, efficiatq; multiplices antiſtites, poſſet non ab re ambigere quispiam, unde ei hæc ſit autoritas, autorandi homines cum ſancta Romana eccleſia, quæ eſt unica, & unicam habet fidem, unumq; Romanum pontificem recipit. Sciant igitur tempore quo Alexander vi. ſceptra moderabatur eccleſiæ uniuerſalis, dictum Ioſeph Romam contendiſſe: hunc Alexander maximus pontifex percunctatus eſt, à quo Catholica præfatus habuiſſet facultatẽ antiſtandi in Oriente: huic reſpõdit Ioſeph his uerbis, Olim diuum Petrum apoſtolorũ Antiochiæ præfectũ fuiſſe: & quũ ſancta Romana eccleſia ſchiſmate laboraret atroci, duce Simone mago, qui ſui nominis monumenta reliquit, ſanctus Petrus accerſitus eſt Romam, ut Simonem cõfunderet, & laborantibus Chriſtianis nõ deeſſet. Hic itaq; Petrus nõ prius ſoluit Antiochia, conceſſurus Romã, quàm uicarium Antiochiæ præfecerit, & is eſt qui Orientalem plagam moderatur, & dicitur Catholica, geritq; Petri uices: hunc uero Catholicam præficiunt cardinales duodecim in Armenia, & id iactant autoritate Romani pontificis facere: quod eſſe falſum nemo eſt qui neſciat, quandoquidẽ una eſt ſponſa Chriſti, quæ unam figurat eccleſiam Romanã, extra quam ſalus eſt nulla: quæ uero dicuntur de aliꝫs, cõmenta ſunt omnia, & fidei nullius. Hæc dixerim, ne quis putet à ſoliditate petræ Chriſti eſſe recedendũ. Vnus deus, igitur una fides, una eſt ſancta Romana eccleſia.

De modo conſecrandi eorum eccleſias, & de moribus quos ſeruant dum humant corpora, CAP. CXXXIIII.

ITaq; hi habent ſacerdotes, leuitas, & hypodiaconos. Sacerdotes uero non ferunt tonſuram, ſed nonnihil capillorum in ſumma parte capitis habent. Infantes non baptizantur ante quadrageſimum diem ſui ortus, niſi morte ingruente. Confitentur ut nos, euchariſtiam ſacram ſumunt: extremam autẽ unctionem non habent, ſed loco eius corpora benedicunt: quũ ingrediuntur eorum delubra, latice benedicto corpora aſpergunt ut nos: conſecrãt corpus Chriſti & ſanguinẽ, ſi tamen id conſequi poſſunt, in azymis, hoc eſt, in pane non fermentato, more noſtro: & ubi non habent uinum, quoniam eo regio uitium eſt impatiens, uuas paſſas immergunt aqua, & demum ſuccum exprimunt, eoq; uice uini utuntur: nam eò ex Cataio comportantur uuæ paſſæ complures

complures: humant humana corpora more nostro, quumq; quispiam uitam exhalauerit, mox cõueniũt multi, & diebus octo cõtinuis simul comessantur. Peractis uero epulis, fundunt pro defuncto preces, testantur, suprematq; colitur uoluntas: & ubi intestati decesserint, qui arctiore gradu defuncto est proximior, is est hæres. Eorum coniuges uiris uita functis, cum dotalitio abeunt in paternas ædes: ita tamen, ut intra annum luctus nõ nubant. Quatuor euangelistas habent, totidemq; euangelia colunt: obseruant quadragesimã, & aduentum ieiunijs & orationibus perquam diligentissime: inter cætera, à die parasceues usq; in diẽ paschæ omni cibo abstinent, nocte sancti Veneris orationibus & concionibus sacris iugiter insistunt. Intra annum has sanctorum celebritates mire obseruant. Primo diẽ sanctæ resurrectionis cum duobus sequentibus diebus. Octauum diem paschæ supra omnem festiuitatem colunt. Quippe qui affirmant ea die diuum Thomam, cuius sunt ipsi perquã studiosi, in latus nostri seruatoris manum posuisse, cognouisséque non esse phantasma. Deinde diem qua Christus cœlos cõscendit, eximie colunt. Post hæc trinitatis, assumptionis beatæ uirginis, natiuitatis eiusdem, & purificationis, natiuitatis nostri seruatoris, epiphaniæ, & omnium apostolorum, diesq; dominicos obseruant. At primam diem Iulij mirum in modum custodiunt in memoriam diui Thomæ Christiani pariter ac gentiles. Cœnobia habent ubi continentissime uiuũt monachi nigri, habent & sanctimoniales complures: sacerdotes uiuunt castissime, & si qui comperti fuerint incontinentes, hi mox priuantur missarum celebratione. Qui Christo parẽt, diuortijs minime utuntur, bonum uel malum sit matrimonium, perennat ad ultimum usque fati diem. Ter in anno populus suscipit eucharistiam sanctissimam. Doctores habent egregios, eosq; eruditissimos. Literarum studia ibi uigent plurimum. Prophetas ut nos legunt. Addebat etiam dictus Ioseph inibi esse complures sanctos doctores, qui uetus & nouum testamentum explicarunt cordatissime: habitu utuntur Maurico, id est, lineis tunicis: diuiserunt annum ut nos in menses duodecim, & habent intercalarem diem. Verum diem partiti sunt in horas sexaginta, easq; ad aspectum solis interdiu cognoscunt, noctu uero intuitu stellarum.

Quando hyems est in urbe Caranganora, & de nauibus eorum, CAPVT CXXXV.

QVi Caranganoram incolunt, hi sunt inter tropicum æstiuum & æquatorem, & ut referebat dictus Ioseph, diem habent maiorem horarum tredecim cum dimidia, minorem uero decem, ita ut intelligas de nostris horis, non autem de suis, quæ sunt multo minores, ut dictum est. Quum uero sol est in tauro, umbram habent perpendiculariter: quando est in cancro, proijcitur umbra ad Austrum: & ubi est in uirgine, rursum habent perpendicularem: quando autem est in capricorno, ad Septentrionem umbra proijcitur:

temporis mutationem apud eos uidebis à medio menſe Maij, uſq; ad mediũ Auguſti: tunc temperant à nauigationibus, & nullo pacto ob ſæuientem per id tempus fortunam maria ſulcant. Sunt etiam nũ in illis Indiæ partibus innumera nauigia, quæ in occidentẽ contendunt: alia uero in Arabiam, in Perſidem alia: nonnulla marè Erythræum arant: alia uaſtiſſimam luſtrant Indiã ad orientẽ in primis, uſq; ad Cherſoneſum auream, & deinceps ad extrema Indiæ, prætereuntes Cataium & Taprobanam inſulam Fayllamq;, & complures alias. Naues itaq; huiuſmodi quibus ſulcant, ſunt prægrãdes, adeò ut circa duodecim uela habeant, remiges innumeros, nõnullæ uero minus, aliæ autem pro uelis tegetes, id eſt, ſtorias habent, & huiuſmodi ab inſulis proficiſcuntur: aliæ uero ex cotonina omne genus uela conficiunt. Naues fabricãtur clauis ferreis: & propterea id dixerim, quoniam falſo arbitrati ſunt quidã clauis ligneis eorũ naues conſolidari. Hæc enim non indiligenter ſciſcitatus ſum à Ioſeph prædicto. Oſtendi illi aliquando formam conficiendi noſtra nauigia, ratus longe alium eſſe eorum morem: at ille ſubridens, ait itidem Indos quoad fabricandas naues ſeruare, eas etiam ferruminãt thure admixtis nonnullis alijs. Quum autem in mare fabrefactas naues proijciunt, elephantos hinc & hinc ponunt, qui non ſine hominum ſtrage molem trahunt in mare. Cœperunt ob tot hominum dadem ab hoc more temperare, & dimiſſis beluis, quibus utebantur ad nauandam hanc operam, numeroſiorem hominũ cœtum addunt, donec moles in pelagus trahatur.

De moneta illorum, & de rebus quæ ibi naſcuntur, CAP. CXXXVI.

TRiplex eſt genus monetæ illic, ſaraphum appellant ſuũ aureũ nummũ, ualoris & ponderis noſtri ducati. Aliam uero appellant parantẽ argenteam, & ea eſt ualoris ſolidorum ſex è noſtris. Habent & aliam ualoris ſolidi unius: & hæ omnes habent imaginem ſubſcriptionemq; ſui regis: ibi aurum neq; alia metalla inueniuntur, illuc comportantur aliunde, uidelicet, ab montibus quibuſdã, qui abſunt milliaribus ferè ccc. Plaga Caranganoræ eſt ſoli patentis eiuſdemq; aprici, & feracis: longe abſunt montes: cœli eſt perquã clementis: uiri ſunt ſubcinericij: qui uero montes incolunt, hi ſunt albicantis coloris, & nõ niſi annoſi pereunt. Referebat Ioſeph inibi uiros centenarios eſſe, qui adhuc dentium ordinem illæſum habebant. Regio eſt admodum ferax, licet triticum non gignat, neq; equos: eò triticum comportãtur à quibuſdam inſulis eiuſdem naturæ, cuius eſt regio Calechut, & Cambaiæ, & id efficit arenoſa plaga: equos mittunt Ormus & montes quidam, eis minime utuntur, niſi ad gerulam operam, quum ultro citroq; comportantur merces, ad bella non utuntur: pedites præliantur arcubus & ſagittis, necnon machæris & clypeis obrotundis, haſtis nonnullis utũtur in prælio, digladiatores ſunt eximij, alij ſe loricant piſcium pellibus, quæ ſunt ad quoſcunq; ictus propè impenetrabiles, alij loricas & thoraces ferro fabricantur. Animalia omnifariã habẽt, ut ſunt

ut sunt boues, arietes, bubali, pecora, & id genus complusc̃la, & ea uice numi nis gentiles colunt. Regio etiam fert elephantos uberrime, minutiora etiam habent animalia, ut sunt gallinæ, anseres: sues nõ habent. Percunctati sumus etiam pretium rerum, & ostensis gallinis ipsi Ioseph Indo, dixit apud suos se centum gallinas aureo unõ consequi quire.

De oriza, palmis, & nucibus Indiæ, CAP. CXXXVII.

HÆc plaga fert orizam eximie, & saccarum tritum, utrunque emittit, ac oleo conditum: oriza panem conficiunt nõ insuauem: habent herbarũ genera uiginti, quæ hominem alunt plurimũ: radicibus in primis oblectãtur: rosmarinum non habent, neq; bussum, poma, uites, nec persica: hæc omnia ostendimus illi, quæ dixit haud esse in regione sua: ficus habent complures, adeò ut uix sit credibile, quantum scateat regio fructibus huiusmodi: habent & aliam arborem quæ fert Indas nuces: & hæ arbores, ut referebat Ioseph, quadrigeminos gignunt fructus, uidelicet, oleum, uinum, acetum & saccarũ: qui uero his fidem non adhibẽt, legant Strabonem in xvi. suæ geographiæ, & adstipulabuntur Ioseph Indo uera narranti: sic enim Strabonis caput incipit, Cætera uero ex palma præbet, ex ea enim panis, mel, acetum, & oleum fit, & testilia uaria: nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur, qui in aqua macerati bobus & ouibus in pabulum dantur. *Strabonis locus*

Quomodo ex palma fit uinum, oleum, acetum, & saccarum, CAPVT CXXXVIII.

EX palma igitur hoc modo quatuor fiunt fructus in mense Augusti, id enim est eis primum uer: palmam putant, ut nos uites: & quoniam tunc arbores potissimũ luxuriant, gemunt incisæ, lachrymasq; instar consauciatæ uitis emittunt: has uasis excipiunt, tribus solum diebus ab arbore sauciata, ea pro uino utuntur albicante aqua. Elapso triduo ex latice fit acetũ suapte natura: qui uero saccarum efficere uoluerit, is aquã huiusmodi sumat emanantem intra triduũ, & ahenis impositam tantisper coquat, donec uix tertia pars superstit, tunc sic decocta mel efficitur suauissimum. Vbi uero mel est effectũ, id rursum aquis immergunt, & compurgãt subinde usq; ad uigesimum diẽ: & quum diligenter defecauerint, eo utuntur pro uino, & quidẽ ut aiunt, suauissime. E nucleis uero fructus palmæ exprimũt oleum. Habes igitur ex una arbore fructus complures: ex lignis etiam semicombustis carbones fiunt, ex libro arboris funes. Hæc itaq; summa sit nullam esse aliam arborẽ, quæ magis humanis usibus conducat. Ibi etiam ubertim piper nascitur, quod torrent ad calorem solis, ne forte satum alibi germinet in damnum eorum. Arbores ibi non sunt magnæ proceritatis, nusquam tamen sunt frequentiores, præsertim in India. Ibi etiamnum copia est ingens zinziberis, myrobalani, cassiæ, & aromatum ferè omne genus. Hæc omnia præstinant Mauri negotiatores

ciatores,& ea Babyloniam,Cayrum nunc appellant,urbem Niloticam comportant,inde Alexandriã,Damaſcum,& demũ ad Perſas. Conuehunt hæc etiam uerſus montes,& ad Cataium,quæ regiones plurimũ à nobis abſunt, prout latius referemus in ſequentibus. Verũ poſtq; ſatis ac ſuper de urbe Caranganora dictũ eſt,æquũ cenſeo ut rurſum ad urbẽ Calechut redeamus. De urbe Calechut,deq; eius rege & moribus,necnõ mercibus, Ca. CXXXIX.

VRbs itaq; Calechut occidentem reſpicit, abeſtq; ab urbe Caranganora milliaribus propè xc. mari adiacet, & portũ habet non incelebrẽ, maior eſt Caranganora,cuius dominus eſt idolorum cultor,& eius ſectæ, cuius eſt dominus Caranganoræ:in nullo propè differunt, ſi cultũ deorum, ſi mores, ſi ſuperſtitiones ſpectaueris,uti latius commeminimus in ſuperioribus: propterea ut parcamus iuſto uolumini,parcius in præſentia de hac re loquemur. Illud tamen non præteribo, illic eſſe propè innumeros negotiatores, Perſas uidelicet,Mauros,Indos,Medos,Aſſyrios,Syrios,Arabas,Ægyptios, & ferè ex omni orbe conuenas: alij alias ducunt merces, adeò ut ibi ferè nihil quod ad humanum cultum ſpectet deſideres. Sunt inter cæteros illic nonnulli qui Guzerati appellantur,qui multijuga tractant mercimonia. Eò itaq; quaſi tota India merces comportat uberrimas: frequẽtior etiam inibi negotiatorum numerus erat,quum incolæ Cataij illò proficiſcebantur. Hi igitur Cataij populi colunt Chriſtum,& coloris ſunt albicantis ut nos, uiri ſunt perquã ſtrenui,qui olim in urbe Calechut eximie negotiabantur. Verum quum rex Calechut male eos accepiſſet,ſoluêre illinc,& paulopoſt reuertentes, ſtragem nõ mediocrem incolis urbis Calechut intulerunt, & deinceps non ſunt regreſſi. Poſt hæc adiuere urbem Mailapetam, quæ urbs paret regi Narſindo: regio reſpicit orientem,& diſtat ab Indo flumine milliaribus xc. ibi nunc ſua exercent mercimonia: populi dicuntur Malafines,multijuga ferunt mercimonia, uidelicet,ſerica omne genus, æra, plumba, ſtagna, ac caſtorium, & id genus innumeros odores, hæc ſunt quæ eò ipſi comportant. Quæ uero exportant illinc,hæc ſunt,uidelicet,coralli omnium generum & aromata. Aiunt eorum regionem abeſſe ab urbe Calechut milliaribus ſex mille:in capite ferũt ornamenta quædam ingentiſſimi pretij,locupletes ſunt in uniuerſum. Redeamus ergo ad urbem Calechut, cuius rex dicitur Baufer, qui magnam regiam habet inſtar theatri, cuiusq; latera ſtipant ſeptem millia hominum, qui pro ſalute principis uigilant. Hi noctu urbem luſtrant: quoniã uaſta eſt & patens abſq; mœnijs. Per uices propterea uigiliæ diſponuntur, ne quid inopinatum accidat,dum dant membra quieti. Hanc curam uiri ccc. habẽt. In theatro uiſuntur aulæ ſiue cœnacula magna quatuor, quæ ſingula ſingulis patent nationibus, alia Indis, Mauris alia, alia Iudæis, Chriſtianis alia patent: unaquæq; natio nouit ſuum auditoriũ, in alieno nõ admittitur. Priui priua loca

Baufer

audientiæ

audientiæ habent,& ibi expediuntur:uerum eò prius nõ accedunt,quàm loti fuerint,alioquin ad regem minime admitterentur,illoti,uidelicet, utpote immundi,ac fœdi. Gentiles hunc morem ſeruãt,In mari nunquam comedunt, quoniam ſi id agerent,nunquã regem uiderent deinceps: neque omittemus quin & rurſum de hac re mentionem faciamus,licet in ſuperioribus cõmemi nerimus: nam retulimus paulo ſuprà, mulieres Indas hunc morem habere, quòd,uidelicet,nihil ducunt honorificentius, quàm cum uiris ſimul occumbere. Comburi propterea cum coniugibus iam fato functis ſumme appetunt:nec id mirum. Putant enim non poſſe aliter ſibi parare immortalitatẽ. Huius rei cõmeminit Strabo xv. ſuæ geographiæ: eius caput ſic auſpicatur. Refert enim Nicolaus Damaſcenus ſe Antiochiæ &c. quæ ſequuntur. Sicuti igitur præfeci,in urbe Calechut magna fiunt cõmercia, & ſtatis anni temporibus fiunt nundinæ non incelebres,eoq; undequaq; cateruatim populi confluunt,ex Cataio in primis,: demum Indi omne genus, Perſæ, Medi, Syrij, Turcæ,Aſſyrij,Arabes. Ægyptij,& hi præſertim qui Babylonem,id eſt,Cayrum incolunt,urbem Ægyptiam,quæ Nilo adiacet amni famigerato, multarumq; gentium ac regionum termino. Percunctati ſumus etiam Ioſeph prædictum Indum,an illi noſtræ huius regionis cognitionẽ habeãt quampiam. Referebat Romanam urbem & Venetias,necnon Galliam, quæ Francia dicitur,eſſe apud eos nonnihil in pretio,& in primis aurũ Venetorum ſignatũ argentumq; illic eſſe eximio in pretio. Is ergo Ioſeph adiuit illuſtriſſimos dominos Venetos,& eis oſtendit nõnullos antiquiſſimos aureos,in quibus erat expreſſa Veneti ducis perquam uetus imago.

Strabonis locus

De regnis Cambaiæ,Ormus, & Guzerat. CAP. CXL.

POſtq; ſatis ac ſuper de urbe Calechut dictũ remur, de rebus occiduis fiet ſermo, & in primis de regno Cambaiæ, quod abeſt ab urbe Calechut milliaribus propè mille:& deinde ad inſulam Ormus milliaria ccc. & ea eſt in principio ſinus Perſici introrſus terras milliaria xx. & id loci dicitur caput Mogoliſtanũ,ubi auſpicatur ſinus;hæc inſula circuitu patet milliarib. ferè d. eius dominus ſeruit Mahumeti,urbs eſt uaſta admodũ,& habitatore frequentiſſima, ac propè omniũ rerũ ferax: mercimonia emittit quaſi innumera:ibi & uitrea fiunt uaſa elegantiſſime: Legũt illic unionũ copiã maximã, equos fert eximios,quos in Indiã uenales mittũt,eis etiã merces cõportãt ſuas: hinc igitur id eſt,ab hoc capite Mogoliſtano, q̃d eſt in umbilico inſulæ Ormus uſq; ad urbẽ Cambaiã,intercedũt innumeræ Maurorũ urbes,inter quas hæ minime ſũt obſcuræ,uidelicet,Sobobec,Semath,& Cheſimij. Introrſus uero eſt urbs Guzerat. Secus aut litus urbs Cãbaiæ uiſit,quæ ut præfecimus,poteſt abeſſe à capite Mogoliſteno mil. quaſi ccc. hæc urbs Cãbaiæ plurimũ ſinuat,& ubi eſt ſita urbs,dicitur ſinus Guzerat: uerũ olim dicebatur Betroſia. Et qa memi-

Guzerat nimus huius loci Guzerat, nonnulla de eo referemus. Eius itaq; plaga habet urbes complures, uicos & oppida, frequētissimis est habitatoribus, eisdemq; negotiatoribus: idola colunt, necnō solem, & lunam, bouesq; fœminas adeo, ut apud eos capitale sit bouē fœminam occidisse. Morticina non comedunt: uinum nō bibunt album: uiri sunt albicantis coloris, superantq; albedine incolas Calechut: fascinatores sunt eximij, comunt capillū & barbam, & cincinnos ut mulieres circunferunt, torqueq; ex capillo facto caput mire exornant: mulieres uni uiro solum nubunt, & rursus uiri unam ducunt coniugem. Post quam uitam cœlibem agūt, in uniuersum sunt cōtinentissimi, nec in Venerē facile ruunt ut reliqui salaces: legumine uiuunt, & oleribus, quæ parens mittit terra, ut autor est Pithagoras. Abūde dictū arbitror de urbe Guzerat, superest ut nōnihil de urbe Cambaiæ disseramus.

De situ urbis Cambaiæ, deq; eius rege & nōnullis alijs locis, ac de aromatibus. CAP. CXLI.

VRbs Cambaiæ sita est in sinu Guzerat: ea est maxime culta, eximiaq; uastitate, & uirorum frequentia, ac ferè omnium est Indiæ urbiū excellentior. Cayrum propterea Indiæ appellatur, muro ambitur, & pulcherrimas habet ædes. Olim eius dominus erat gentilis, & idolis seruiebat, nunc sectæ est Mahumetanæ, id effecit numerosior cœtus Mahumetanorū, qui urbem incolunt, eamq; moderandam suscepere, quæ scatet gentilibus. Ibi lacha nascitur uberius quàm alibi gentium: negotiatores sunt nō incelebres, naues habent innumeras, quibus sulcant maria, & in primis Æthiopicum, Erythræū, Persicum, necnon Indicum. Abest hæc urbs à capite quod dicitur Diongul milliaribus ccc. In eius sinu sunt compluscułæ urbes, quas percensere longum foret. Inq; ea insula quæ Maya dicitur, & post id caput Diongul orientē uersus aliud caput occurrit, quod appellatur Ely, ad milliaria ferè d. & inde ad urbem Calechut milliaria D.C.

De rege Narsindo, & quadam ecclesia sancti Thomæ, CAP. CXLII.

HVcusq; litoralia omnia percurrimus, uidelicet, ab urbe Caraganora usq; ad insulā Ormus. Superest ut de regno Cuchini præsertim de mediterraneis nonnihil exaremus. Est igitur introrsus ad milliaria ferè ccc. non longe à montibus rex quidā nimiū potēs Narsindi. Is quum sit ualde potens, urbē habet triplici circūdatam muro, ea dicitur Besenegal. Is rex, ut retulit Ioseph Indus, quum ad bella proficiscitur, secum ducit elephantos Dccc. equites iiij. mille, pedites uero innumeros, adeoq; magnū innumerūq;, quū exit ad bella, secū trahit exercitū, ut spatio xxx. milliariū ad quancunq; orbis partē minime contineri possit, id est, quadrata acie tantundē terrarum uersus orientē & occidentem, & rursum itidem uersus Aquilonē & meridiem exercitus occupat.

Res

Res propè incredibilis, licet uera: addebatq; dictus Ioseph regnum huiusce regis patere circuitu trium millium milliarium. Is rex colit idola. Verum reuertamur ad litoralia, & primo loco auspicabimur ab urbe Cuchina, quæ respicit orientem, & prætenta est Indiæ. Dum igitur soluis ab urbe Cuchina, tendisq; ad ortum solis, ad milliaria ferè centum, caput comperies quod appellant Cumar, & inde usq; ad Indum fluuiũ, ubi auspicatur India intercedunt milliaria quingenta. Incq; eo itinere sinus uisitur nõ incelebris, cui nomen est Orizæ, & ibi famigerata urbs de nomine sinus Oriza dicta, eam præterfluit Indus. Et in eodem sinu est urbs alia, quæ instar promontorij in mare promi net, ea dicitur Milapar, in qua diui Thomæ apostoli delubrũ celebre colitur eximie, idq; templum refert ecclesiam sanctorũ Ioannis & Pauli Venetiarũ. In eo igitur delubro corpus diui Thomæ quiescit, quod claret innumeris miraculis. Colitur propterea eximie ab omnibus, licet infidelibus. Propterea in hoc mari Indico complures insulæ uisuntur: & inter alias duæ sunt, quæ cæteras omni rerũ celebritate præstant: altera Sayla dicitur, quæ abest à dicto capite Comar milliaribus propè cc. ea est quæ mittit equas. Post hanc ad orientem altera uisitur, quæ dicitur Samotra, nos Taprobanam appellamus, quæ abest ab urbe Calechut itinere trium mensium. Vltra eam est Cataium ferax issima, ut dictũ est, insula cum alijs compluribus, quarum haudquaquã meminisse est animus: quandoquidem ab dicto Ioseph Indo plura non accepimus, necq; nos eas remotiores orbis partes adiuimus. Potuissemus quidem longiore subsellio gemmarum ac lapidum, margaritarumq; naturam indagare, necnon de aromatum generibus differere complura; quũ hæc in primis ferat India. Verum quũ minime pertineant ad id quod retulit Ioseph prædictus, ex composito temperabimus: tum ut præter uerum nihil relatum putetis, tum uel maxime, ut tandem aliquãdo cœptum opus ad umbilicum deueniat.

FINIS.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO RENATO HIERVSALEM ET SICILIAE regi, duci Lothoringiæ ac Barñ. Americus Veſputius humilem reuerentiam, & debitam recõmendationem.

IERI poteſt illuſtriſſime rex, ut tua maieſtas mea iſta temeritate ducatur in admirationem, propterea quod haſce literas tam prolixas ad te ſcribere non ſubuerear, quum tamen ſciam te continuo in arduis conſilijs & crebris reipublicæ negotijs occupatiſſimum. Atq; exiſtimabor forte non modo præſumptuoſus, ſed etiam otioſus, id mihi muneris uendicans, ut res ſtatui tuo minus conuenientes, non delectabili, ſed barbaro prorſus ſtylo, ueluti amuſus ab humanitatis cultu alienus, ad Fernandũ Caſtiliæ regem nominatim ſcriptas, ad te quoque mittam. Sed ea quam in tuas uirtutes habeo confidentia, & comperta ſequentium rerum, neq; ab antiquis neq; neotericis ſcriptarũ ueritas me coram t. M. fortaſſis excuſabunt. Mouit me in primis ad ſcribendũ præſentium lator Beneuenutus, M. t. humilis famulus, & amicus meus nõ pœnitendus: qui dum me Lisbonæ reperiret, precatus eſt ut t. M. rerũ per me quatuor profectionibus in diuerſis plagis mũdi uiſarum, participem facere uellem. Peregi enim bis binas nauigationes ad nouas terras inueniendas, quarum duas ex mandato Fernandi indyti regis Caſtiliæ per magnum oceani ſinum occidentẽ uerſus feci: alteras duas iuſſu Manuelis Luſitaniæ regis ad auſtrum. Itaq; me ad id negotij accinxi, ſperans quod t. M. me de clientulorum numero non excludet, ubi recordabitur, quòd olim mutuã habuerimus inter nos amicitiã tempore iuuentutis noſtræ, quũ grammaticæ rudimenta imbibentes ſub probata uita & doctrina uenerabilis & religioſi fratris de S. Marco Fra. Georgij Anthonij Veſputij auunculi mei pariter militaremus. Cuius auunculi ueſtigia utinã ſequi potuiſſem, alius profecto, ut & ipſe Petrarcha ait, eſſem cẽ ſum. Vtcũq; tamen ſit, nõ me pudet eſſe qui ſum. Semper enim in ipſa uirtute & rebus ſtudioſis ſummam habui delectationẽ. Quod ſi tibi hæ narrationes omnino nõ placuerint, dicam ſicut Plinius ad Meccœnatem ſcribit, Olim facetijs meis delectari ſolebas. Et licet M. t. ſine fine in reipublicæ negotijs occupata ſit, nihilominus tantum temporis quandoq; ſuffuraberis, ut has res quãuis ridiculas, quæ tamen ſua nouitate iuuabunt, perlegere poſſis. Habebis enim hiſce meis literis poſt curarum fomenta & meditamenta negotiorum, non modicã delectationẽ, ſicut & ipſe fœniculus prius ſumptis eſculentis, odorem dare, & meliorẽ digeſtionẽ facere aſſueuit. Enimuero ſi plus æquo prolixus fuero, ueniam peto, uale.

Indytiſſime rex, ſciat t. M. quod ad has ipſas regiones mercandi cauſa primum uenerim. Dumq; per quadriennij reuolutionẽ in eis rebus negotioſus eſſem, & uarias fortunæ mutationes animaduerterẽ, atq; uiderem quo pacto caduca & tranſitoria bona hominem ad tempus in rotæ ſummo tenerent, &

deinde

Digitized by Google

deinde ipſum præcipitarent ad imum, qui ſe poſſidere multa dicere poterat, conſtitui mecũ uariȝs talium rerum caſibus exantlatis iſtiuſmodi negotia dimittere, & meorum laborum finem in res laudabiliores ac plus ſtabiles ponere. Ita diſpoſui me ad uarias mundi partes contemplandas, & diuerſas res mirabiles uendẽdas. Ad quam rem ſe & tempus & locus opportune obtulit. Ipſe enim Caſtiliæ rex Fernandus tunc quatuor parabat naues ad terras nouas occidentem uerſus diſcooperiendas, cuius celſitudo me ad talia inueſtigãda in ipſam ſocietatem elegit. Et ſoluimus xx. die Maȝ, M.CCCCXCVII. de portu Caliciæ, iter noſtrum per magnum oceani ſinum capientes, in qua profectione decem & octo conſummauimus menſes, multas inuenientes terras firmas, & inſulas penè innumerabiles ut plurimum habitatas, quarum maiores noſtri mentionem nullam fecerunt: unde & ipſos antiquos talium nõ habuiſſe notitiam credimus. Et niſi memoria me fallat, memini me in aliquo legere, quod mare uacuum, & ſine hominibus eſſe tenuerint. Cuius opinionis ipſe Dantes poẽta noſter fuit, ubi duo de uigeſimo capite de inferis loquens Vliſſis mortem cõfingit. Quæ autem mirabilia uiderim, in ſequentium proceſſu tua maieſtatis intelliget. Dantes

AMERICI VESPVTII

NAVIGATIO PRIMA.

ANNO domini, M. CCCCXCVII. uigeſimo menſis Maȝ die, nos cum quatuor conſeruantiæ nauibus Calicium exeuntes portum, ad inſulas olim Fortunatas, nũc uero magnam Canariam dictas, in fine occidẽtis habitati poſitas in tertio climate, ſuper quo extra horizontem earũ ſe xxvȝ. gradibus cum duobus tertiȝs, Septentrionalis eleuat polus, diſtantesq; ab hac ciuitate Lisbona, in qua conſcriptum extitit hoccine præſens opuſculum, cdxxx. leucis, uento inter meridiem & Lebecciũ uentum ſpirãte, curſu primo pertigimus. Vbi nobis de lignis, aqua, cæteriſq; neceſſariȝs prouidendo, conſumptis octo ferè diebus nos, facta in primis ad Deum oratione, eleuatis dehinc & uento traditis uelis, nauigationẽ noſtram per Ponentem incipientes, ſumpta una Lebecciȝ quarta, tali nauigio tranſcurrimus, ut uiginti ſeptẽ uix elapſis diebus, terræ cuidam applicaremus, quam firmam fore exiſtimauimus. Diſtatq; Canaria magna ab inſulis mille uel circiter leucis, extra id quod in zona torrida habitatum eſt. Quod ex eo nobis conſtitit, quòd Septentrionalem polum extra huiuſcemodi telluris horizontem xvi. gradibus ſe eleuare, magisq; occidentalem lxxv. quàm magnæ Canariæ inſulas gradibus exiſtere conſpeximus, prout inſtrumenta omnia monſtrabant.

Digitized by Google

monſtrabant. Quo in loco, iactis de prora ancoris, claſſem noſtram, leuca à litore cum media diſtantem, reſtare cõgimus, nõnullis ſolutis phaſelis armis & gẽte ſtipatis, cum quibus ipſum uſq; ad litus attigimus. Quo quàm primũ peruenimus, gentẽ nudam ſecundũ litus euntem innumerã percepimus, unde non paruo affecti fuimus gaudio: omnes enim qui nudi incedere conſpiciebantur, uidebantur quoq; propter nos ſtupefacti uehementer eſſe, ex eo, ut arbitror, quod ueſtitos, alteriuſq; effigiei quàm ipſi forent, non eſſe intuiti ſunt. Hi poſtquã nos aduenisſe cognouerunt, omnes in propinquum montem quendam aufugerũt, à quo tunc nec nutibus, nec ſignis pacis & amicitiæ ullis, ut ad nos accederent allici potuerũt. Irruente uero interea nocte, nos claſſem noſtram male tuto in loco, ubi nulla marinas aduerſus procellas tuta reſidentia foret, conſidere timentes: conuenimus unà, ut hinc mane facto diſcederemus, exquireremusq; portũ quempiam, ubi noſtras ſtatione in tuta collocaremus naues. Qua deliberatione arrepta, nos uento ſecundũ collem ſpiranti traditis uelis, poſtquã uiſu terram ipſam ſequendo, atq; ipſo plagæ in litore gentes continue percipiendo, duos integros nauigauimus dies, locũ nauibus ſatis aptum comperimus. In quo media tantum leuca diſtantes ab arida conſtitimus, uidimusq; tunc inibi innumerabilem gentium turbam, quã nos cominus inſpicere & alloqui deſiderantes, ipſamet die litori cum cymbis & nauiculis noſtris appropiauimus, necnon & tunc tunc in terram exiuimus, ordine pulchro xl. circiter uiri, huiuſcemodi gente ſe tamen à nobis & conſortio noſtro penitus alienam præbente, ita ut nullis eam modis ad colloquium communicationem ue noſtram allicere ualuerimus, præter illos paucos quos multos poſt labores ob hoc ſuſceptos, tandem attraximus ad nos. dando eis nolas, ſpecula, crateres cryſtallinos aliaq; ſimilia leuia: qui tum ſecuri de nobis effecti, conciliatum nobiſcum, necnon de pace & amicitia tractatũ uenerunt. Subeunte autem interim nocte, nos ab illis noſmet expedientes, relictis eis, noſtras ingreſſi ſumus ad naues. Poſtea uero ſubſequentis ſummo diluculo diei, infinitam in litore uirorum & mulierum paruulos ſuos ſecum uectantium gentem rurſum cõſpeximus, cognouimusq; multitudinẽ illam ſupellectilem ſuam ſecum deferre totam, qualem infra ſuo loco dicetur. Quorũ complures quamprimũ terræ appropiauimus, ſemet in æquor proiicientes, quum maximi natatores exiſtant, quantus eſt baliſtæ iactus, nobis uenerunt natantes obuiam: ſuſceperunt nos humaniter, atq; ea ſecuritate & confidentia ſeipſos inter nos commiſcuerunt, ac ſi nobiſcum diutius antea conſueuiſſent, & pariter frequẽtius practicauiſſent. Pro qua re tunc haud parum oblectati fuimus. De quorum moribus, quales eos habere uidimus, hic quandoquidem ſe commoditas offert, interdum etiam interſerimus.

De moribus

DE MORIBVS AC EORVM VIVENDI MODIS.

QVantũ ad uitam eorumq; mores, omnes tam mares q̃ fœminæ nudi penitus incedunt, tectis non aliter uerẽdis, quàm quum ex utero prodierunt. Hi mediocris existentes staturæ multum bene proportionati sunt, quorum caro ad rufedinem, ueluti leonũ pili uergit: qui si uestimentis operti mearent, albi credo tanquam nos extarent. Nullos habent in corpore pilos præter quam crines, quos proceros ni grescentesq; gerunt, & præsertim fœminæ, quæ propterea sunt tali longo nigroq; crine decoræ. Vultu nõ multũ specioſi sunt, quoniam latas facies Tartarijs adsimilatas habent: nullos sibi sinunt in supercilijs, oculorúmue palpebris, ac corpore toto, crinibus demptis, excrescere uillos, ob id quod habitos in corpore pilos quid bestiale brutaleq; reputãt. Omnes tam uiri quàm mulieres, siue meando, siue currendo leues admodum atq; ueloces existũt, quoniam, ut frequenter experti fuimus, ipse etiam mulieres unam aut duas percurrere leucas, nihil putant, & in hoc nos Christicolas multum præcellunt. Mirabiliter ac ultra quàm sit credibile natant, multo quoque melius fœminæ quàm masculi, quod frequẽti experimento didicimus, quum ipsas etiam fœminas omni prorsus sustentamine deficiẽtes, duas in æquore leucas pernatare perspeximus. Arma eorum arcus sunt & sagittæ, quas multum subtiliter fabricare norunt. Ferro metallisq; alijs carent: sed pro ferro bestiarum pisciúmue dentibus suas sagittas armant, quas etiam, ut fortiores existant, unamquanque sæpe præurunt. Sagittarij sunt certissimi, ita ut quicquid uoluerint, iaculis suis feriant, nonnullisq; in locis mulieres quoq; optimæ sagittatrices extant. Alia etiam arma habent ueluti lanceas præacutásue fudes, necnõ & dauas, capita mirifice laborata habentes. Pugnare potissimum assueti sunt aduersus suos alienigenæ linguæ confines, contra quos nullis parcendo, nisi ut eos ad acriora tormenta reseruent, multum crudeliter dimicãt. Et quum in prælium properant, suas secum uxores, non belligeraturas, sed eorũ post eos necessaria perlaturas ducũt, ob id quod sola ex eis mulier tergo sibi plus imponere possit, & deinde xxx. uel xl. leucis subuehere, prout ipsi sæpe uidimus, quàm uir, etiam ualidus, à terra leuare queat. Nulla belli capita, nullosúe præfectos habẽt, quinimmo quum eorum quilibet ex se dominus extet, nullo seruato ordine meant. Nulla regnandi dominiumúe suũ extendendi, aut alterius inordinatæ cupiditatis gratia pugnant: sed ueterem solum ob inimicitiam in illis ab antiquo insitam, cuius quidem inimicitiæ causam interrogati, nullam aliam indicant, nisi ut suorum mortes uendicent antecessorum. Hæc gens sua in libertate uiuens, nulliq; obediens, nec regem nec dominũ habet. Ad prælium autem se potissimũ animant & accingunt, quum eorum hostes ex eis quempiam aut captiuum detinent aut interemerunt. Tunc enim eiusdẽ captiui interemptiue consanguineus senior quisq;

exurgens,exit cito in plateas & uicos paſſim clamitans, inuitansq; omnes,& ſuadens ut cum eo in prælium conſanguinei ſui necem uindicaturi propere nt:qui omnes compaſſione moti,mox ad pugnam ſe accingunt,atque repente in ſuos amicos irruunt. Nulla iura, nullámue iuſtitiã ſeruant,malefactores ſuos nequaquam puniunt, quinimmo nec parẽtes ipſi paruulos ſuos edocent aut corripiunt. Mirabiliter eos inter ſeſe cõqueſtionari nonnunquã uidimus. Simplices in loquela ſe oſtentãt, uerum callidi multum atq; aſtuti ſunt. Perraro,& ſubmiſſa uoce loquũtur, eiſdem quibus utimur accentibus utentes. Suas ut plurimum uoces inter dentes & labra formantes,alijs utuntur uocabulis quàm nos. Horum plurimæ ſunt idiomatum uarietates,quoniam a centenario leucarum in centenarium diuerſitatem linguarum ſe mutuo nullatenus intelligentium reperimus. Comeſſandi modum ualde barbarum retinent,nec quidẽ notatis manducant horis, ſed ſiue nocte ſiue die, quoties edendi libido ſuadet. Solo manducantes accumbunt,& nulla mantilia,nulláue gauſapa,quũ lineamentis pannisq; alijs careant,habent. Epulas ſuas atque cibaria in uaſcula terrea quæ ipſimet cõfingunt,aut in medias cucurbitarum teſtas ponunt. In retiaculis quibuſdã magnis ex bombice factis,& in aëre ſuſpenſis dormitant: qui modus quãuis inſolitus & aſperior fortaſſis uideri queat,ego nihilominus talem dormitãdi modũ ſuauem plurimum iudico. Etenim quum in eiſdem eorum retiaculis mihi plerũq; dormitaſſe contigerit, in illis mihimetipſi melius quàm in tapetibus quæ habebamus eſſe,perſenſi. Corpore ualde mundi ſunt & expoliti, ex eo quod ſeipſos frequentiſſime lauant. Et quum egeſtum ire,quod ſalua dixerim reuerentia,coacti ſunt,omni conamine nitũtur,ut à nemine perſpici poſſint:qui quidẽ in hoc quãtum honeſti ſunt,tantũ in dimittenda urina ſe immundos inuerecundosq; tam mares quàm fœminæ præbent: quum ſiquidem illos nobiſcum loquentes, & coràm poſitos ſuam impudiciſſime urinam ſæpius eminxiſſe perſpeximus. Nullam legem,nullum legitimum thori fœdus in ſuis connubijs obſeruant, quinimmo quotquot mulieres quiſquam concupiſcit,tot habere, & dein illas quandocunque uolet, abſque hoc quòd id pro iniuria aut opprobrio habeãt, repudiare poteſt. Et in hac re utique tam uiri quàm mulieres eadem libertate fruũtur. Zeloſi parum,libidinoſi uero plurimum extant, magisq; fœminæ quàm maſculi, quarum artificia ut inſatiabili ſuæ ſatisfaciant libidini, hic honeſtatis gratia ſubticenda cenſuimus. Eæ ipſæ in generandis paruulis fœcundæ admodum ſunt, neque dum grauidæ effectæ ſunt, pœnas aut labores euitant. Leuiſſimo minimóque dolore pariunt,ita ut in craſtinum alacres ſanataq; ubiq; ambulent:præſertimq; poſt partum in flumen quodpiam ſeſe ablutũ uadunt, tumq; ſanæ mundataq; inde,ueluti piſces apparẽt. Crudelitati autem acodio maligno adeo deditæ ſunt,ut ſi illas ſui forſitan exacerbauerint uiri, ſubito certum quoddam efficiant

ciant maleficium, cum quo præ ingenti ita proprios fœtus in proprijs uteris necant abortiuntq; deinde, cuius rei occasione infiniti eorũ paruuli pereunt. Venusto & eleganti proportione compacto corpore sunt, ita ut in illis quicquam deforme nullo inspici modo possit. Et quamuis dissnude ambulent inter fœminas, tamen earum pudibunda sic honeste reposita sunt, ut nullatenus uidere queant: præterquam regiuncula illa anterior, quam uerecũdiore uocabulo pectusculum imum uocamus, quod & in illis utiq; nõ aliter quàm honeste natura ipsa uidendum reliquit. Sed & hoc nec quidem curant, quoniam, ut paucis expediam, non magis in suorum uisione pudendorum mouentur, quàm nos in oris nostri aut uultus ostentatione. Admirandam perualde rem ducerent, mulierem in eis mamillas, pupasue laxas, aut uentrem rugatum ob nimium partum habentem, quum omnes æque integræ ac solidæ post partum semper appareant, ac si nunquam peperissent. Hæ quidẽ se nostri cupientissimas esse monstrabant. Neminem in hac gente legem alí quam obseruare uidimus, nec quidem Iudæi aut Mauri nuncupare solidè queunt, quum ipsis gentilibus ac paganis multo deteriores sint. Etenim nõ persensimus quòd sacrificia ulla faciant, aut quòd loca orationisue domos aliquas habeant. Horum uitam, quæ omnino uoluptuosa est, Epicuream existimo. Illorum habitationes singulis ipsis sunt communes, ipsæq; illorũ domus campanarum instar constructe sunt, firmiter ex magnis arboribus solidatæ, palmarum foliis desuper contectæ, & aduersus uentos & tempestates tutissimæ, nonnullisq; in locis tàm magnæ, ut in illarum unica sexcentas esse personas inuenerimus. Inter quas octo populosissimas esse cõperimus, sicut in eis essent habitarẽtq; pariter animarũ decem millia. Octennio quolibet aut septennio, suas sedes habitationesue transferunt: qui eius rei causam interrogati, naturale responsum dederunt, dicentes quod phœbi uehementis æstus occasione hoc facerẽt, ob id quod ex illorum longiore in eodẽ loco residentia aër infectus corruptusq; redderetur: quæ res in eorum corporibus uarias causaret ægritudines, quæ quidem eorũ ratio non male sumpta nobis uisa est. Eorum diuitiæ sunt, uariorum colorum auium plumæ, aut in modum lapillorum illorũ, quos uulgariter Paternoster uocitamus, laminæ siue calculi, quos ex piscium ossibus, lapillisue uiridibus aut candidis faciunt, & hos ornatus gratia sibi ad genas, labia uel aures suspendũt. Alia quoque similia futilia & leuia pro diuitijs habent, quæ nos omnino parui pendebamus. Commutationibus aut mercimonijs in uendendo aut emendo nullis utuntur, quibus satis est, quod natura sponte sua propinat: aurum, uniones, iocalia, cæteraq; similia, quæ in hac Europa pro diuitijs habemus, nihil extimant, imò penitus spernunt, nec habere curant. In dando sic naturaliter liberalissimi sunt, ut nihil quod ab eis expetatur abnegẽt. Et quemadmodũ

in dando liberales ſunt, ſic in petendo & accipiendo cupidiſſimi poſtquam ſe cuiquam amicos exhibuerint. Maximum potiſſimumq; amicitiæ ſuæ ſignum in hoc perhibent, quòd tam uxores quàm filias proprias amicis ſuis pro libito habẽdas offerunt: in qua re parens uterque ſe longe honoratum iri exiſtimat, quum natam eius, & ſi uirginem, ad concubitũ ſuum quiſpiam dignatur & abducit, & in hoc ſuam inter ſe amicitiam potiſſimum cõciliant. Varijs in eorum deceſſu multiq; modis exequijs utuntur. Porrò ſuos nonnulli defunctos in humo cum aqua ſepeliunt, & inhumant illis ad caput uictualia ponentes, quibus eos poſſe ueſci & alimẽtari putant: nullum deinde propter eos alium planctum, aut alias cærimonias efficiẽtes. Alijs quibuſdã in locis barbariſmo atque inhumaniſſimo ſepeliendi utuntur modo. Quippe quum eorum quempiam mortis momento proximum autumant, illum eius propinquiores in ſyluam ingentẽ quandam deferũt, ubi eum in bombiceis retiaculis illis, in quibus dormitant, impoſitum & recubantem ad duas arbores in aëra ſuſpendunt, ac poſtmodum ductis circa eum ſic ſuſpenſum una tota die choreis, irruente interim nocte, ei aquam, uictum'que alium, ex quo quatuor aut circiter dies uiuere queat, ad caput apponunt: & deinde, ſic inibi ſolo pendente relicto, ad ſuas habitationes redeunt: quibus ita peractis, ſi idem ægrotus poſtea manducet & bibat, ac inde ad conualeſcentiam ſanitatemq; redeat, & ad habitationem propriam remeet, illum eius affines ac propinqui cum maximis ſuſcipiunt cærimonijs. At perpauci ſunt qui tam grande prætereant periculum, quum eos ibidem nemo poſtea uiſitet. Qui ſi tunc inibi forſitan decedunt, nullam aliam habẽt poſtea ſepulturam. Alios quoque complures barbaros habent ritus, quos euitande prolixitatis hic omittimus gratia. Diuerſis uarijſq; medicaminibus in ſuis morbis & ægritudinibus utuntur, quæ ſic à noſtris diſcrepant & diſconueniunt, ut mirarentur haud parum qualiter inde quis euadere poſſet. Nempe, ut frequenti didicimus experientia, quum eorum quempiam febricitare contigerit, hora qua febris eum aſperius inquietat, ipſum in frigentiſſimam aquam immergunt & balneant, poſtmodumq; per duas horas circa ignem ualidum, donec plurimum caleſcat, currere & recurrere cogunt, & poſtremo ad dormiendum deferunt, quo quidem medicamẽto complures eorum ſanitati reſtitui uidimus. Diætis etiam, quibus tribus quatuórue diebus abſq; cibo & potu perſiſtunt, frequentiſſimis utuntur. Sanguinem quoq; ſibi perſæpe commiuunt non in brachijs, ſalua ala, ſed in lumbis & tibiarum pulpis. Seipſos etiam ad uomitum cum certis herbis quas in ore deferunt medicaminis gratia plerumq; prouocant, & multis alijs remedijs antidotisq; utuntur, quæ longum dinumerare foret. Multo ſanguine, multoq; flegmatico humore abundãt, cibariorum ſuorum occaſione, quæ ex radicibus, fructibus, herbis,

uarijſq;

uarijsq; piscibus faciunt. Omni farris granorumq; aliorum semine carent. Communis uero eorũ pactus, siue uictus, arborea quædam radix est, quam in farinam satis bonam comminuunt, & hanc radicem quidam eorum iucha, alij chambi, alij uero igname uocitant: alijs carnibus, præterquam hominum perraro uescuntur, in quibus quidem hominum carnibus uorandis sic inhumani sunt & immansueti, ut in hoc omnem feralem, omnem'ue bestialem modum superent: omnes enim hostes suos quos aut perimunt, aut captos detinent tam uiros quàm fœminas indistincte cum ea feritate deglutiunt, ut nihil ferum, nihilue brutum magis dici uel inspici queat: quos quidẽ sic efferos immanesq; fore, uarijs in locis mihi frequentius cõtigit aspexisse, mirantibus illis quòd inimicos nostros sic quoque nequaquam manducaremus. Et hoc pro certo maiestas uestra regia teneat: Eorum consuetudines, quas plurimas habẽt, sic barbaræ sunt, ut hic nunc sufficienter satis enarrari non ualeant. Et quoniã in meis hisce bis geminis nauigationibus, tam uaria diuersaq;, ac tam à nostris rebus & modis differentia perspexi, idcirco libellum quẽpiam, quem Quatuor diætas, siue Quatuor nauigationes appello, conscribere paraui, conscripsiq;, in quo maiorum rerum à me uisarum partẽ distincte satis, iuxta ingenioli mei tenuitatẽ collegi, ueruntamen non adhuc publicaui. In illo uero quoniã omnia particulariter magis ac singillatim tangentur, idcirco uniuersalia hic solummodo prosequens, ad nauigationem nostram priorem perficiendam, à qua paulisper digressus fueram, iam redeo. IN HOC nauigij nostri primordio notabilis commoditatis res non uidimus, idcirco, ut opinor, quod eorum linguam nõ capiebamus, præterq; nonnullam auri denotantiam, quod nõnulla indicia in tellure illa esse monstrabant. Hæcce uero tellus quo ad sui situm positionemq; tam bona est, ut uix dari melior queat. Concordauimus autem, ut illam derelinquentes, longius nauigationem produceremus. Qua unanimitate susceptа, nos dehinc aridam ipsam collateraliter semper sectantes, necnon gyros multos, scalasq; plures circumeuntes, & interim cum multis uarijsq; locorum illorum incolis conferentiam habentes, tandem certos post aliquot dies portui cuidã applicuimus, in quo nos grandi à periculo altitono spiritui cõplacuit eripere. Huius enim modi portum quamprimũ introgressi fuimus, populationẽ unam eorum, hoc est, pagum, aut uillam super aquas, ut Venetiæ, positam comperimus, in qua ingentes xx. ædes aut circiter erant, in modum campanarum, ut prætactum est, effectæ, atq; super ligneis uallis solidis & fortibus firmiter fundatæ, præ quarum porticibus leuatici, pontes porrecti erant, per quos ab altera ad alteram tanquam per compactissimã stratam transitus erat. Igitur huiusmodi populationis incolæ quamprimum nos intuiti sunt, magno propter nos timore affecti sunt: quam ob rem suos cõfestim pontes omnes con-

tra nos eleuauerunt,& sese deinde in suis domibus abdiderunt. Quam rem prospectantibus nobis,& haud parum admirãtibus, ecce duodecim eorum lintres uel circiter singulas ex solo arboris caudice cauatas,quo nauium genere utuntur,ad nos interim per æquor aduentare conspeximus,quorum nauclerj effigiem nostram habitumq; mirantes, ac sese circum nos undique circumferentes,nos eminus aspiciebant. Quos nos quoq; ex aduerso prospicientes,plurima eis amicitiæ signa dedimus,quibus eos,ut ad nos intrepidi accederent exhortabamur,quod tamen efficere cõtempserunt. Quam rem nobis percipientibus mox ad eos remigrare incepimus,qui nequaquã nos præstolati sunt, quinimmo omnes cõfestim in terram fugerunt, datis nobis interim signis,ut illos paulisper expectaremus,ipsi enim exemplo reuersuri forent. Tumq; in montẽ quendam properauerunt, à quo eductis bis octo iuuẽculis,& in lintribus suis præfatis una secum assumptis,mox uersus nos regressi sunt. Et post hæc ex iuuẽculis ipsis quatuor in singulis nauiũ nostrarũ posuerunt,quem faciendi modum nos haud parum admirati tunc fuimus, prout uestra satis perpẽdere potest maiestas. Cæterumq; cum lintribus suis præmissis inter nos nauesq; nostras cõmixti sunt,& nobiscum sic pacifice loquuti sunt,ut illos amicos nostros fidelissimos esse reputaremus. Interea uero ecce quoq; ex domibus eorum præmemoratis gens nõ modica per mare natitans aduentare cœpit, quibus ita aduenientibus & nauibus nostris iam appropinquare incipientibus,nec tamen proinde mali quicquam adhuc suspicaremur, rursum ad earundem domorum eorum fores, uetulas nõnullas conspeximus,quæ immaniter uociferãtes,& cœlum magnis clamoribus implentes, sibimet in magnæ anxietatis indicium proprios euellebant capillos: quæ res magnam mali suspicionem nobis tũc attulit. Tumq; subito factum est,ut iuuenculæ illæ quas in nostris imposuerũt nauibus, mox in mare prosilirent,ac illi qui in lintribus erant, sese à nobis elongantes mox contra nos arcus suos intenderent,nosq; durissime sagittarent. Qui uero à domibus per mare natantes aduenìebant,singuli latentes in undis lanceas ferebãt,ex quibus eorum proditionem cognouimus. Et tum nõ solum nosmet magnanimiter defendere, uerumetiam illos grauiter offendere incepimus. Ita ut plures eorum faselõs cum strage eorum non parua perstregerimus,& penitus in ponto submerserimus: propter quod reliquis faselis suis cum damno eorũ maximo relictis, per mare natantes omnes in terram fugerunt, interemptis ex eis uiginti uel circiter, uulneratis uero pluribus: & ex nostris quinq; duntaxat læsis,qui omnes ex dei gratia incolumitati restituti sunt. Cõprehendimus autem & tunc ex prætactis iuuenculis duas, & uiros tres, ac dehinc domos eorum uisitauimus,& in illas introiuimus: uerum in eis quicquã,nisi uetulas duas & ægrotantẽ uirum unicũ,non inuenimus: quas quidem eorum

domos

domos igni succendere non uoluimus, ob id quod conscientiæ scrupulum hoc ipsum esse formidabamus. Post hæc autem ad naues nostras cum præ/tactis captiuis quinq; remeauimus, & eosdem captiuos, præterquam iuuen/culas ipsas in compedibus ferreis alligauimus. Eædem uero iuuenculæ, capti uorumq; uirorum unus superuenienti nocte à nobis subtilissime euaserũt. His itaq; peractis, sequenti die concordauimus, ut relicto portu illo, longius secundum collem procederemus, percussisq; lxxx. ferè leucis, gentem aliam quandam comperimus, lingua & conuersatione penitus à priore diuersam. Conueuimusq; ut classem inibi nostram ancoraremus, & deinde in terram ipsam cum nauiculis nostris accederemus. Vidimus autem tunc ad litus in plaga gentium turbam iiij, millia personarum uel circiter existere, qui quum nos appropinquare persenserũt, nequaquã nos præstolati sunt, quinimmo cunctis quæ habebant relictis, omnes in syluas & nemora diffugerũt. Tum uero in terram prosilientes, & uiam unam in syluas tendentem, quantus est balistæ iactus perambulantes, mox tentoria plura inuenimus, quæ ibidem ad piscandum gens illa tetenderat, & in illis copiosos ad decoquendas epu/las suas ignes accenderat, ac profecto bestias ac plures uariarum specierum pisces iam assabat. Vidimus autem inibi certum assari animal, quod erat, demptis alis quibus carebat, serpenti simillimum, tamq; brutum ac syluestre apparebat, ut eius non modicum miraremur feritatem. Nobis uero per eadem tentoria longius progredientibus, plurimos huiuscemodi serpentes uiuos inuenimus, qui ligatis pedibus, ora quoque funibus ligata, ne eadem aperire possent habebant, prout de canibus aut feris alijs, ne mordere que/ant effici solet. Aspectum tam ferum eadem præ se ferunt animalia, ut nos illa uenenosa putantes nullatenus auderemus contingere. Capreolis in ma/gnitudine, brachio uero cum medio in longitudine æqualia sunt. Pedes longos materiales que multum ac fortibus ungulis armatos, necnon & di/scolorem pellem diuersissimam habent, rostrum que ac faciem ueri serpen/tis gestant, à quorum naribus usque ad extremam caudam seta quædam per tergum sic protenditur, ut animalia illa ueros serpentes esse iudicare/mus, & nihilominus eis gens præfata uescitur. Panem suum gens eadem ex piscibus quos in mari piscantur efficiunt. Primum enim pisciculos ipsos in feruenti aqua aliquantisper excoquunt. Deinde uero contundunt & com pistant, & in panes conglutinant, quos super prunas insuper torrent, & tan/dem inde postea manducant: hos quidẽ panes probantes quambonos esse reperimus. Alia quoque quammulta esculenta cibariáque tam in fructibus quàm in uarijs radicibus retinẽt, quæ longum enumerare foret. Quum au/tem à syluis ad quas aufugerãt nõ reditẽt, nihil de rebus eorum, ut amplius de nobis securi fierẽt, auferre uoluimus, quinimmo in eisdem eorum tento/

rijs permulta de reculis noſtris, in locis quæ perpendere poſſent, derelinquẽtes ad naues noſtras ſub noctem repedauimus. Sequenti uero die quũ exoriri titan inciperet, infinitam in litore gentem exiſtere percepimus, ad quos in terram tunc acceſſimus. Et quamuis ſe noſtri timidos oſtenderent, ſeipſos tamen inter nos permiſcuerunt, & nobiſcum practicare ac cõuerſari cum ſecuritate cœperunt, amicos noſtros ſe plurimum fore perſimulantes, inſinuãtesq; illic habitationes eorum non eſſe, uerum quod piſcandi gratia aduenerant. Et idcirco rogitãtes, ut ad eorũ pagos cum eis accederemus, ipſi etenim nos tanquam amicos recipere uellent: & hanc quidem de nobis conceperant amicitiam, captiuorũ illorum duorũ, quos tenebamus occaſione, qui eorum inimici erant. Viſa autem eorum magna rogandi importunitate, cõcordauimus xxiij. ex nobis cum illis in bono apparatu, cum ſtabili mente, ſi cogeret neceſſitas, omnes ſtrenue mori. Quum itaque nobiſcum per tres extitiſſent dies, & tres cum eis per plagam terramq; illam exceſſiſſemus leucas, ad pagum unum nouem dũtaxat domorum uenimus: ubi cum tot tamq; barbaris cærimonijs ab eis ſuſcepti fuimus, ut ſcribere pẽna nõ ualeat, utpote cum choreis & canticis, ac planctibus hilaritate & lætitia mixtis, necnon cum ferculis cibarijsq; multis. Et ibidem nocte illa requieuimus, ubi proprias uxores ſuas nobis cum omni prodigalitate obtulerunt: quæ quidem nos ſic importune ſolicitabant, ut uix eiſdem reſiſtere ſufficeremus. Poſtquam autem illic nocte una cum media die perſtitimus, ingens admirabilisque populus abſq; cunctatione ſtuporeq; ad nos inſpiciendos aduenit, quorum ſeniores nos quoque rogabant, ut ſecum ad alios eorum pagos, qui longius in terra erant cõmearemus, quod & quidem eis annuimus. Hic dictu facile non eſt, quantos ipſi nobis impenderunt honores. Fuimus autem apud quammultas eorum populationes, per integros nouem dies cum ipſis eũtes, ob quod uobis noſtri qui in nauibus remanſerant, retulerunt ſocij ſe idcirco plenũq; in anxietate timoreq; non minimo extitiſſe. Nobis autem bis nouem leucis aut circiter in eorum terra exiſtentibus, ad naues noſtras repedare propoſuimus. Et quidem noſtro in regreſſu tam copioſa ex eis uirorum ac mulierum multitudo accurrit, qui nos uſque ad mare proſequuti ſunt, ut hoc ipſum mirabile foret. Quumq; noſtri quempiam ex itinere fatigatum iri cõtingeret, ipſi nos ſubleuabant, & in ſuis retiaculis, in quibus dormitant, ſtudioſiſſime ſubuehebant. In tranſitu quoque fluminum, quæ apud eos plurima ſunt & maxima, ſic nos cum ſuis artificijs ſecure tranſmittebant, ut nulla uſquã pericula pertimeſceremus. Plurimi etiam eorum eos comitabantur rerũ ſuarũ onuſti, quas nobis dederant, illas in retiaculis illis quibus dormiunt uectantes plumaria, uidelicet, prædicta, necnõ arcus multos, ſagittasq; multas, ac infinitos diuerſorũ colorum pſitacos. Alij quoq; cõplures ſupellectilem ſuam

totam

totam ferentes, animalia etiam ſua ſecum ducebãt. Et quiddam admirabile dicam, quod is fortunatum ſe felicemq; putabat, qui in tranſmeandis aquis nos in collo dorſóue ſuo tranſuectare poterat. Quãprimum autem ad mare pertigimus, & faſelos noſtros conſcendere uoluimus, in ipſo faſelorum noſtrorum aſcenſu, tanta ipſorũ nos comitantium, & nobiſcũ aſcẽdere concertantium, ac naues noſtras uidere cõcupiſcentium preſſura fuit, ut noſtri idẽ faſeli penè præponderè ſubmergerentur. In ipſis autẽ noſtris eiſdem faſelis recepimus ex eis nobiſcũ quotquot potuimus, ac eos ad naues noſtras uſq; perduximus. Tanti etiam illorum per mare natantes, & unà nos cõcomitantes aduenerũt, ut tot aduẽtare moleſtiuſcule ferremus: quum ſiquidẽ plures quàm mille in noſtras naues, licet nudi & inermes introiuiſſent, apparatũ artificiumq; noſtrũ, necnõ & nauium ipſarũ magnitudinẽ mirantes. Aſt tunc quiddam riſu dignum accidit: nam quum machinarũ tormẽtorumq; bellicorum noſtrorũ quædam exonerare cõcuperemus, & propter hoc impoſito igne, machinæ ipſe horridiſſime tonuiſſent, pars illorũ maxima, audito huiuſcemodi tonitruo, ſeſe in mare natitans præcipitauit, ueluti ſolitæ ſunt ranæ in ripa ſidentes: que ſi fortaſſis tumultuoſum quicquam audiunt, ſeſe in profundũ luti latitaturæ immergunt, quemadmodũ & gens illa tunc fecerũt, illiq; eorũ qui ad naues aufugerãt, ſic tũc perterriti fuerũt, ut nos facti noſtri noſmet reprehenderemus. Verũ illos mox ſecuros eſſe fecimus, nec amplius ſtupidos eſſe permiſimus, inſinuãtes eis quod cum talibus armis hoſtes nõſtros perimeremus. Poſtquam autem illos illa tota die in nauibus noſtris feſtiue tractauimus, ipſos à nobis abituros eſſe monuimus, quoniam ſequẽti nocte nos abhinc abſcedere cupiebamus. Quo audito, ipſi cum ſumma amicitia beneuolentiaq; mox à nobis egreſſi ſunt. In hac gente eorumq; terra quãmultos eorum ritus uidi cognouiq;, in quibus hic diutius immorari nõ cupio. Quum poſtea noſſe ueſtra queat maieſtas, qualiter in quauis nauigationum harum mearum magis admirãda annotatuq; digniora conſcripſerim, ac in libellum unũ ſtylo geographico colligerẽ, quem libellum Quatuor diætas intitulaui, & in quo ſingula particulariter & minutim notaui: ſed hactenus à me nõ emiſi, ob id quòd illũ adhuc reuiſere collationareq; mihi ne ceſſe eſt. Terra illa gẽte multa populoſa eſt, ac multis diuerſisq; animalibus & noſtris pauciſſime ſimilibus undiq; denſiſſima: demptis leonibus, urſis, ceruis, ſuibus, cepreolisq;, & damis, que & quidem deformitatem quãdam à noſtris retinẽte: equis, ac mulis, aſinisq;, & canibus, ac omni minuto pecore, ut ſunt oues & ſimilia, necnõ & uaccinis armentis penitus carent: uerũtamen alijs q; plurimis uariorũ generũ animalibus, quæ nõ facile dixerim, abũdantes ſunt: ſed tamẽ omnia ſylueſtria ſunt, quibus in ſuis agẽdis minime utunt. Quid plura? Hi tot tãtisq; diuerſorũ modorũ ac colorũ pẽnarumq; alitibus

fœcundi

fœcundi ſunt, ut id ſit uiſu enarratúque mirabile: regio ſiquidem illa multũ amœna fructiferaq; eſt, ſyluis ac nemoribus maximis plena, quæ omni tempore uirent, nec eorum unquam folia fluunt. Fructus etiam innumerabiles, & noſtris omnino diſſimiles habent. Hæcce tellus in torrida zona ſita eſt directe ſub paralello, qui cancri tropicum deſcribit, unde polus horizontis eiuſdem ſe uiginti tribus gradibus eleuat in fine climatis ſecundi. Nobis autem inibi exiſtentibus nos cõtemplatum populus multus aduenit, effigiem albedinemq; noſtram mirantes: quibus unde ueniremus ſciſcitãtibus, e cœlo inuiſendæ terræ gratia nos deſcendiſſe reſpondimus, quod & utique ipſi credebant: in hac tellure baptiſteria fontésue ſacros plures inſtituimus: in quibus eorum infiniti ſeipſos baptizari fecerunt, ſe eorum lingua charaibi, hoc eſt, magnæ ſapientiæ uiros uocantes. Et prouincia ipſa Parias ab ipſis nuncupata eſt. Poſtea autem portum illum terramq; derelinquentes, ac ſecundum collem tranſnauigantes, & terram ipſam uiſu ſemper ſequentes, dccclx. leucas à portu illo percurrimus, facientes gyros circuituſq; interim multos; & cum gentibus multis conuerſantes practicantesq;: ubi in pleriſq; locis aurum, ſed non in grandi copia, eminus quum nobis terras illas reperire, & ſi in eis aurum foret, tunc ſufficeret cognoſcere. Et quia tunc tredecim iam menſibus in nauigatione noſtra perſtiteramus, & naualia noſtra, apparatusq; noſtri, toti penè conſumpti erant, hominesq; labore perfracti: communem inter nos de reſtaurandis nauiculis noſtris, quæ aquam undique recipiebant, & repetunda Hiſpania iniuimus concordiam: in qua dum perſiſteremus unanimitate, prope portum unum eramus totius orbis optimum, in quem cum nauibus noſtris introeuntes, gentem ibidem infinitam inuenimus, quæ nos cum magna ſuſcepit amicitia: in terra autem illa nauiculam unam cum reliquis nauiculis noſtris ac doliis nouam fabricauimus, ipſasq; machinas noſtras ac tormenta bellica, quæ in aquis undiq; penè perierant, in terram ſuſcepimus, noſtrasq; naues ab eis exonerauimus, & poſt hæc in terram traximus, & refecimus correximusq;, & penitus reparauimus. In qua re eiuſdem telluris incolæ, non paruum nobis adiuuamen exhibuere, quinimmo nobis de ſuis uictualibus ex affectu largiti ſponte ſua fuere, propter quod inibi perpauca de noſtris conſumpſimus: quam quidem rem ingenti pro beneplacito duximus, quũ ſatis tenuia tunc teneremus, cum quibus Hiſpaniam noſtram non niſi indigẽtes repetere potuiſſemus. In portu autem illo xxxvij. diebus perſtitimus, frequentius ad populationes eorum cum eis euntes, ubi ſinguli nobis nõ paruũ exhibebãt honorẽ. Nobis autẽ portum eũdem exire, & nauigationẽ noſtrã reflectere cõcupiſcentibus, cõqueſti ſunt illi gẽtem quãdam ualde ferocem, & eis infeſtam exiſtere, qui certo anni tempore per uiam maris in ipſam eorum terram per inſidias ingreſſi, nũc prodi-

torie,

Digitized by Google

torie, nunc per uim quammultos eorum interimerent, manducarentq; deinde: alios uero in suam terrã suasq; domos captiuatos ducerent, contra quos ipsi se uix defendere possent, nobis insinuantes gentem illam quandam inhabitare insulam, quæ in mari leucis centum aut circiter erat. Quam rem ipsi nobis cum tanto affectu ac querimonia cõmemorauerunt, ut eis ex condolentia magna crederemus, promitteremusq;, ut de tantis eos uindicaremus iniurijs: propter quod illi lætantes non parum effecti, sese nobiscum uenturos sponte sua propria obtulerunt, quod plures ob causas acceptare recusauimus, demptis septem, quos data cõditione recepimus, ut soli in suis lintribus in propria remearent, quoniam reducendorum eorum curam suscipere nequaquam intendebamus, cui cõditioni ipsi quàm gratanter acquieuerũt. Et ita illos amicos nostros plurimum effectos derelinquentes, ab eis abscessimus. Restauratis autem reparatisque naualibus nostris, septem per gyrum maris, uento inter Græcum & Leuantẽ nos ducente, nauigauimus dies. Post quos plurimis obuiauimus insulis, quarũ quidẽ aliæ habitatæ, aliæ uero discretæ erant. Harum igitur uni tandem appropinquantes, & naues nostras inibi sistere facientes, uidimus ibidem quammaximum gentis aceruum, qui insulam illam Ity nuncuparẽt, quibus prospectis, & nauiculis phaselisq; nostris uiris ualidis, & machinis tribus, stipatis, terræ eidem uicinius appropinquantes, quadringentos uiros cum mulieribus quammultis iuxta litus essẽ cõspeximus: qui, ut de prioribus habitum est, omnes nudi meantes, corpore strenuo erant, necnon bellicosi plurimũ, ualidiq; apparebant, quum siquidẽ omnes armis suis, arcubus, uidelicet, & sagittis, lanceisq; armati essent, quorũ quoq; complures parmas etiam, quadratáue scuta gerebãt, quibus sic oportune sese præmuniebant, ut eos in iaculandis sagittis suis in aliquo non impedirent. Quumq; in phaselis nostris terræ ipsi quantus est sagittæ uolatus appropiassemus, omnes citius in mare prosilierunt, & infinitis emissis sagittis sese contra nos strenue, ne in terram descendere possemus, defendere occeperunt. Omnes uero per corpus diuersis coloribus depicti, & uarijs uolucrum pennis ornati erant: quos hi qui nobiscum uenerãt aspicientes, illos ad præliandum paratos esse, quotiescunque sic picti, aut auium plumis ornati sunt, nobis insinuauerunt. Intantum autem introitum terræ nobis impedierunt, ut saxiuomas machinas nostras in eos coacti fuerimus emittere, quarum audito tumultu, impetuq; uiso, necnon ex eis pleriſque in terram mortuis decidisse prospectis, omnes in terram sese receperunt. Tumq; facto inter nos consilio xlij. de nobis in terram post eos concordauimus exilire, & aduersus eos magno animo pugnare, quod & quidem fecimus. Nam tum aduersum illos in terrã cum armis nostris prosiliuimus, cõtraq; illi sic sese nobis opposuerunt, ut duabus fermè horis continuũ inuicẽ gesserimus præliũ,

præter id quod de eis magnã faceremus uictoriã, demptis eorum perpaucis, quos baliſtarij colubrinarijq; noſtri, ſuis interemerunt telis, quod idcirco ita effectum eſt, quia ſeipſos à nobis ac lanceis enſibusq; noſtris ſubtiliter ſubtrahebãt. Verũtamen tanta demũ in eos incurrimus uiolentia, ut illos cum gladijs mucronibusq; noſtris cominus attingeremus. Quos quidem quum perſenſiſſent, omnes in fugã per ſyluas & nemora cõuerſi ſunt, ac nos campi uictores, interfectis ex eis uulneratisq; plurimis, deſeruerũt. Hos autem pro die illa longiore fugã nequaquam inſequi uoluimus, ob id quòd fatigati nimium tũc eſſemus: quin potius ad naues noſtras cum tanta ſeptẽ illorũ qui nobiſcum uenerãt, remeauimus lætitia, ut tantum in ſe gaudium uix ipſi ſuſcipere poſſent. Sequenti autem aduentãte die uidimus per inſulam ipſam, copioſam gentium appropinquare cateruam, cornibus inſtrumentisq; alijs, quibus in bellis utuntur, buccinantem: qui & quoq; depicti omnes, ac uarijs uolucrum plumis ornati erãt, ita ut tueri mirabile foret: quibus perceptis, ex inito rurſum inter nos deliberauimus cõſilio, ut ſi gens hæc nobis inimicitias pararet, noſmet omnes in unũ cõgregaremus, uideremusq; mutuo ſemper, ac interim ſatageremus, ut amicos nobis illos efficeremus: quibus amicitiam noſtrã non recipientibus, illos quaſi hoſtes tractaremus, ac quotquot ex eis comprehendere ualeremus, ſeruos noſtros ac mãcipia perpetua faceremus: & tunc armatiores ut potuimus, circa plagã ipſam in gyrum nos collegimus. Illi uero, ut puto, præ machinarũ noſtrarum ſtupore, nos in terram tunc minime prohibuerũt exilire. Exiuimus igitur in eos in terram quadrifariam diuiſi lvij. uiri ſinguli decurionem ſuum ſequẽtes, & cum eis longum manuale geſſimus prælium. Verũtamen poſt diuturnã pugnam, plurimumq; certamen, necnon interẽptos ex eis multos, omnes in fugam coẽgimus, & aduſq; populationem eorum unà proſequuti fuimus: ubi comprehenſis ex eis xxv. captiuis, eandem eorum populationem igni combuſſimus, & inſuper ad naues noſtras cum ipſis xxv. captiuis repedauimus, interfectis ex eadem gente uulneratisq; plurimis. Ex noſtris autem interempto duntaxat uno: ſed uulneratis xxij. qui omnes ex dei adiutorio ſanitatem recuperauerũt. Cæterum autem recurſu in patriam per nos deliberato ordinatoq;, uiri ſeptem illi, qui nobiſcum illuc uenerant, quorum quinq; in præmiſſo bello uulnerati extiterant, phaſelo uno in inſula illa arrepto, cum captiuis ſeptem, quos illis tribuimus, tres, uidelicet, uiros, & quatuor mulieres in terrã ſuam cum gaudio magno, magna uirium noſtrarum admiratione regreſſi ſunt. Nosq; Hiſpaniæ uiam ſequentes, Calicium tandem repetiuimus portum, cum ccxxij. captiuarũ perſonis, decimo quinto Octobris die. Anno domini M. CCCCXCIX. Vbi lætiſſime ſuſcepti fuimus, ac ubi eoſdẽ captiuos noſtros uendidimus. Et hæc ſunt quæ in hac nauigatiõe noſtra priore, notatu digniora cõſpeximus.

De ſecun-

Digitized by Google

DE SECVNDAE NAVIGATIONIS CVRSV.

QVantum ad ſecundariæ nauigationis curſum, & ea quæ in illa memoratu digna conſpexi, dicetur in ſequentibus. Eandem igitur inchoantes nauigationẽ, Calicium exiuimus portum, anno domini M.CCCCLXXXIX. undecimo Maij die. Quo exitu facto, nos curſum noſtrum Campiuiridis ad inſulas arripientes, necnon ad inſularum magnæ Canariæ uiſum tranſabeuntes, in tantum nauigauimus, ut inſulæ cuidam, quæ Ignis inſula dicitur, applicaremus: ubi facta nobis de lignis & aqua prouiſione, & nauigatione noſtra rurſum per Lebecciũ uentum incepta, poſt enauigatos XIX. dies, terram quandam nouam tandem tenuimus, quam quidem firmam exiſtere cenſuimus, contra illam de qua facta in ſuperioribus mentio eſt, & quæ quidem terra in zona torrida extra lineam æquinoctialem ad partem Auſtri ſita eſt: ſupra quam meridionalis polus ſe quinq; exaltat gradibus extra quodcunq; clima, diſtatq; eadem terra à prænominatis inſulis, ut per Lebeccium uentum conſtabat, leucis quingentis. In qua terra dies cum noctibus æquales XXVII. Iunij, quũ ſol in cancri tropico eſt, exiſtere reperimus. Eandem terram in aquis omnino ſubmerſam, necnon magnis fluminibus perfuſam eſſe inuenimus, quæ & quidem ſemet plurimum uiridem, & proceras altiſſimasq; arbores habentem monſtrabat, unde neminẽ in illa eſſe tunc percepimus. Tum uero conſtitimus, & claſſem noſtram ancorauimus, ſolutis nõnullis phaſelis, cũ quibus in terram ipſam accedere tentauimus. Porro nos aditũ in illam quærentes, & circum eam ſæpius gyrantes, ipſam ut prætactum eſt, ſic fluminũ undis ubique perfuſam inuenimus, ut nuſquam locus eſſet, quí maximis aquis non immadeſceret. Vidimus tamen interim per flumina ipſa ſigna quàm multa, quemadmodũ ipſa eadem tellus inhabitata eſſet & incolis multis fœcunda. At quoniam eadem ſigna cõſideraturi, in ipſam deſcendere nequibamus, ad naues noſtras reuerti concordauimus, quod & quidem fecimus. Quibus ab hinc exancoratis, poſtea inter Leuantem & Seroccum uentũ collateraliter ſecundum terram, ſic ſpirante uento, nauigauimus, pertentantes ſæpius interim, pluribus quàm quadraginta durantibus leucis, ſi in ipſam penetrare inſulam ualeremus. Qui labor omnis inanis extitit: quum ſiquidem illo in latere maris fluxũ, qui à Serocco ad magiſtralem abibat, ſic uiolẽtum comperimus, ut idem mare ſe nauigabile non præberet. Quibus cognitis inconuenientibus, conſilio facto cõuenimus, ut nauigium noſtrum per mare ad magiſtralem reflecteremus: tumq; ſecundum terram ipſam in tantũ nauigauimus, ut tandem portui uni applicaremus, qui belliſſimã inſulam, belliſſimumq; ſinum quendam in eius ingreſſu tenebat: ſupra quem nobis nauigãtibus, ut in illum introire poſſemus, immẽſam in inſula ipſa gentiũ turbam à mari quatuor leucis aut circiter diſtantẽ uidimus. Cuius rei gratia læ-

p tati non

tati non parum extitimus. Igitur paratis nauiculis noſtris,ut in eãdem inſu lam uaderemus,lintrem quandam,in qua perſonæ complures erant,ex alto mari uenire uidimus: propter quod tunc cõuenimus,ut eis in uaſis ipſos cõ prehenderemus: & tunc illos nauigare, & in gyrum,ne euadere poſſent,cir cundare occepimus: quibus ſua quoq; uice nitentibus,uidimus illos,aura tẽ perata manente,remis ſuis omnibus ſurſum erectis, quaſi firmos ac reſiſten tes ſe ſignificare uelle: quam rem ſic idcirco illos efficere putauimus, ut inde nos in admirationem conuerterent. Quum uero ſibi nos cominus appro pinquare cognouiſſent,remis ſuis in aquam cõuerſis, terram uerſus remiga re inceperũt. At tunc nobiſcum carbaſum unam quadraginta quinq; dolio rum uolatu celerrimam educebamus, quæ tunc tali nauigio delata eſt,ut ſu bito uentum ſuper eos obtineret. Quumq; irruendi in illos aduenisſet com moditas,ipſi ſeſe apparatumq; ſuum in phaſelo ſuo ordinate ſpargentes,ſe quoq; ad nauigandum accinxerunt. Itaque quum eos præterijſſemus, tunc fugere conati ſunt. At nos nonnullis tunc expeditis phaſelis,ualidis uiris ſti patis,illos tunc cõprehendere putantes,mox in eos incurrimus: contra quos bis geminis ferè horis nobis nitentibus, niſi carbaſus noſtra, quæ curſu eos præterierat, rurſum ſuper eos reuerſa fuiſſet, illos penitus amittebamus. Quum uero ipſi ſe eiſdem noſtris phaſelis carbaſoq; undiq; conſtrictos eſſe perſpicerent,omnes,qui circiter uiginti erant,& à terra duabus ferè leucis di ſtabant, in mare ſaltu proſilierunt: quos nos cum phaſelis noſtris tota proſe quentes dic,nullos ex eis,niſi tantummodo duos, prehendere potuimus, a lijs omnibus in terram ſaluis abeũtibus. In lintre autem eorum quam deſe ruerant,bis gemini iuuenes extabãt,non de eorum gente geniti,ſed quos in tellure aliena rapuerant, quorum ſingulis ex recenti uulnere uirilia abſcide rant: quæ res admirationem nõ paruam nobis attulit. Hos autem quum in noſtras ſuſcepiſſemus nauiculas, nutibus nobis inſinuarũt, quẽadmodum illi eos ab ipſis manducandos abducerent: indicãtes interim quòd gens hæc tam effera & crudelis,humanarum carnium comeſtrix,Canibali nuncupare tur. Poſtea autem nos ipſam eorum lintrem nobiſcum trahẽtes, & cum na uiculis noſtris curſum terram eorum uerſus arripiẽtes, parumper interim cõ ſtitimus, & naues noſtras media tantum leuca à plaga illa diſtantes ancora uimus, quum in populum plurimũ oberrare uidiſſemus, in illam cum ipſis nauiculis noſtris ſubito properauimus, ductis nobiſcũ duobus illis,quos in lintre à nobis in uaſa comprehenderamus. Quamprimũ autem terrã ipſam pede contigimus, omnes trepidi & ſeipſos abdituri in uicinas nemorum la tebras diffugerunt. Tum uero uno ex illis quos prehenderamus abire per miſſo, & plurimis illi amicitiæ ſignis, necnon nolis, cymbalis, ac ſpeculis ple riſque datis, diximus ei, ne propter nos cæteri qui aufugerant expaueſcerẽt, quoniam eorum amici eſſe plurimum cupiebamus. Qui abiens iuſſa no

ſtra ſo

Digitized by Google

ſtra ſolerter impleuit, gente illa tota, quadringentis, uidelicet, ferè uiris, cum fœminis multis à ſyluis ſecum ad nos eductis. Qui inermes ad nos ubi cum nauiculis noſtris eramus, omnes uenerunt, & cum quibus tunc amicitiã bonam firmauimus, reſtituto quoque eis alio, quem captiuum tenebamus, & pariter eorum lintrem, quam inuaſeramus per nauium noſtrarum ſocios, apud quos erat, eis reſtitui mandauimus. Porrò hæc eorum linter quæ ex ſolo arboris trunco cauata, & multum ſubtiliter effecta fuerat, longa uiginti ſex paſſibus, & lata duobus brachijs erat: hanc quum à nobis recuperaſſent, & tuto in loco fluminis repoſuiſſent, omnes à nobis repente fugerunt, nec nobiſcum amplius conuerſari uoluerunt. Quo tam barbaro facto comperto, illos malæ fidei, malæque conditionis exiſtere cognouimus. Apud eos aurum duntaxat pauculum, quod ex auribus geſtabant, uidimus. Itaque plaga illa relicta, & ſecundum eam nauigatis octoginta circiter leucis, ſtationem quandam nauiculis tutam reperimus, in quam introëuntes tantas inibi comperimus gentes, ut id admirabile foret. Cum quibus facta amicitia, iniuimus deinde cum eis ad plures eorum pagos, ubi multum ſecure, multumq; honeſte ab eis ſuſcepti fuimus, & ab eis interim quingentos unionces unica nola emimus, cum auro modico, quod eis ex gratia contulimus. In hac terra uinum ex fructibus ſementibusq; expreſſum, ut ciceram ceruiſiam'ue albam & rubentem bibunt: melius autem ex myrrhæ pomis ualde bonis confectum erat: ex quibus cum multis quambonis alijs fructibus guſtui ſapidis, & corpori ſalubribus, abundanter comedimus: propterea quod tempeſtiue illuc aduenieramus. Hæc eadem inſula eorum rebus ſupellectiliue quammultum abundans eſt, gensq; ipſa bonæ conuerſationis & maioris pacificentiæ eſt, quàm uſquam alibi reperiremus aliam. In hoc portu decem & ſeptem diebus cum ingenti placito perſtitimus, uenientibus quotidie ad nos populis multis, nos effigiemq; noſtram & albedinem necnon ueſtimenta armaq; noſtra, & nauium noſtrarum magnitudinem admirantibus. Hi etiam nobis gentem quandam eis infeſtam, occidentem uerſus exiſtere retulerunt: quæ gens infinitam habebat unionum quãtitatem, quodq; quos ipſi habebant uniones, eiſdem inimicis ſuis in belligerationibus aduerſus eos habitis abſtulerant: nos quoque & quemadmodum illos piſcarentur, & quemadmodum naſcerentur edocentes. Quorum dicta uera profecto eſſe cognouimus, prout & maieſtas ueſtra poſthæc amplius intelligere poterit. Relicto autem portu illo, & ſecundum plagam eandem, in quam continue gentes affluere proſpiciebamus, curſu noſtro producto, portum quendam alium reficiendæ unius nauiculæ noſtræ gratia ſubiuimus, in quo gentem multam eſſe comperimus, cum quibus nec ui, nec amicitia conuerſationem obtinere ualuimus: illis ſi quãdoque in terram cum nauiculis noſtris deſcenderemus, ſe contra nos aſpere defenden-

tibus, & si quandoque nos sustinere non ualerent, in syluas aufugientibus, & nos nequaquam expectantibus: quorum tantam barbariem nos cognoscentes, ab eis ex hinc discessimus. Tuncq; inter nauigandum insulam quandam in mari leucis à terra quindecim distãtem uidimus, quam si in ea populus quispiam esset, inuisere cõcordauimus. In illam igitur accelerantes, quandam inibi inuenimus gentem, quæ omnium bestialissima simplicissimaq; omnium quoque gratiosissima benignissimaq; erat. Cuius quidem gentis ritus & mores eiusmodi sunt.

De eiusdem gentis ritu & moribus.

HIuultu ac gestu corporis brutales admodum extãt, singulicq; maxillas herba quadam uiridi introrsum repletas habebãt, quam pecudum instar usque ruminabant, ita ut uix quicquam eloqui possent: quorum quoq; singuli ex collo pusillas siccatasq; cucurbitas duas, alteram herba ipsa, quam in ore tenebant, alteram uero farina quadam albida, gypso minuto simili plenam gerebant, habito bacillo quodam, quem in ore suo madefactum masticatumq; sæpius, in cucurbitam farina repletam mittebant, & deinde cum eo de eadem farina extrahebant, quam sibi post hæc in ore utrinque ponebant, herbam ipsam, quam in ore gestabant, eadem farina respergitando: & hoc frequentissime paulatimq; efficiebant. Quam rem nos admirati, illius causam secretumq;, aut cur ita facerent, satis nequiuimus comprehendere. Hæcce gens, ut experimento didicimus, ad nos adeo familiariter aduenit, ac si nobiscum sæpius antea negotiati fuissent, & longæuam amicitiam habuissent. Nobis autem per plagam ipsam cum eis ambulantibus colloquentibusq;, & interim recentem aquam bibere desiderantibus, ipsi per signa, se talibus aquis penitus carere insinuantes, ultro de herba farinaque quam in ore gestabant offerebant: propter quod regionem eandem aquis deficientem, quodq; ut sitim subleuarent suam, herbam ac farinam talem in ore gestarent intelleximus. Vnde factum est, ut nobis ita meantibus, & circum plagã eandem una diè cum media illos concomitantibus, uiuidam aquam nusquam inuenerimus, cognouerimusq; quòd ea quam bibebant aqua, ex rore noctu super certis foliis, auriculis asini similibus, decidente collecta erat. Quæ quidem folia eiusmodi rore nocturno tempore se implebant: ex quo rore, qui optimus est, idem populus bibebat: sed tamen talibus foliis pleraque eorum loca deficiebant. Hæcce gens uictualibus, quæ in terra solida sunt, penitus carent: quinimmo ex piscibus quos in mari piscantur uiuunt. Etenim apud eos, qui magni piscatores existunt, piscium ingens abundat copia, ex quibus ipsi plurimos turtures, ac quãbonos pisces alios plures ultro nobis obtulerunt. Eorum uxores herba, quam in ore uiri ipsi gerebant, nusquam utebãtur: uerum singulæ cucurbitam unam

aqua

Digitized by Google

aqua implctam, ex quá biberent habebant. Nullos domorum pagos, nul/
laq; tiguria gens hæc habent, præterquam folia grandia quædam, ſub qui/
bus à ſolis feruore, ſed non ab imbribus ſe protegunt: propter quod autu/
mabile eſt, quòd parum in terra illa pluitet. Quum autem ad piſcandum
mare adierint, folium unum adeo grande ſecum quiſque piſcaturus effert,
ut in illo in terram defixo, & ad ſolis meatum uerſato, ſub illius umbra ad/
uerſus æſtum totum ſe abſcondat. Hæcce in inſula quammulta uariorum
generum animalia ſunt, quæ omnia aquam lutulentam bibunt. Viden/
tes autem quòd in ea commodi nihil nanciſceremur, nos relicta illa aliam
quandam inſulam tenuimus: in quam nos ingredientes, & recentem unde
biberemus aquam inueſtigantes, putantes interim ipſam eandem terram
à nullis eſſe habitatam, propterea quòd in ea neminem inter adueniendum
proſpexeramus, dum per arenam deambularemus, ueſtigia pedum quam/
magna nonnulla uidimus, ex quibus cenſuimus, quod ſi eiſdem pedibus
reliqua membra reſpondebant, homines in eadem terra grandiſſimi habi/
tabant. Nobis autem ita per arenam deambulantibus, uiam unam in ter/
ram deducentem comperimus, ſecundum quam nouem de nobis euntes,
inſulam ipſam inuiſere parauimus, ob id quòd non quam ſpatioſam illam,
nec quammultas in ea habitare gentes exiſtimauimus. Pererrata igitur ſe/
cundum eandem uiam una ferè leuca, quinque in cõualle quadam, quæ po/
pulatæ apparebant, uidimus caſas: in quas introëuntes quinque in illis re/
perimus mulieres, uetulas, uidelicet, duas & iuuenculas tres: quæ quidem o/
mnes ſic ſtatura proceræ erant, ut inde ualde miraremur. Hæ autem proti/
nus ut nos intuitæ ſunt, adeò ſtupefactæ permanſerunt, ut a fugiendi ani/
mo penitus deficerent. Tumq; uetulæ ipſæ lingua eorum nobiſcum blan/
diuſcule loquentes, & ſeſe omnes in caſam unam recipientes, permulta no/
bis de ſuis uictualibus obtulerunt. Eædem uero omnes longiſſimo uiro ſta/
tura grandiores erant, & quidem æque grandes ut Franciſcus de Albicio,
ſed meliore quàm nos ſumus proportione compactæ. Quibus ita comper/
tis, poſthæc unà conuenimus, ut iuuenculis ipſis per uim arreptis, eas in Ca/
ſtiliam quaſi rem admirandam abduceremus: in qua deliberatione nobis
exiſtentibus, ecce triginta ſex, uel circiter uiri, multo quàm fœminæ ipſæ al/
tiores, & adeò egregie compoſiti, ut illos inſpicere delectabile foret, caſam
ipſam introire occœperunt: propter quos tanta tunc affecti fuimus animi
turbatione, ut ſatius apud nauiculas noſtras quàm cum tali gente eſſe du/
xiſſemus. Hi etenim ingentes arcus & ſagittas, necnon & ſudes perticasq;
magnas inſtar dauarum ferebant. Qui ingreſſi loquebantur quoque inter
ſe mutuo, ac ſi nos comprehendere uellent. Quo tali periculo percepto, di/
uerſa etiam inter nos tunc fecimus conſilia: unis ut illos in ipſa eadem caſa

inuaderemus: alijs uero nequaquam, sed foris potius & in platea: & alijs, ut nusquam aduersus eos pugnam quæreremus, donec quid agere uellent intelligeremus, assseuerantibus. Inter quæ consilia casam illam simulate exiuimus, & ad naues nostras remeare occœpimus: ipsi'que quantus est lapidis iactus, mutuo semper loquentes nos insequuti sunt, haud minore quàm nos, ut autumo, repedantes formidine, quum nobis manentibus ipsi quoque eminus manerent, & nisi nobis ambulantibus nõ ambularent. Quum uero ad naues nostras pertigissemus, & in illas ex ordine introiremus, mox omnes in mare prosilierunt, & quammultas post nos sagittas suas iaculati sunt, sed tunc eos perpaucum metuebamus: nam tunc machinarum nostrarum duas in eos, potius ut terrerentur quàm ut interirent, emisimus. Quarum quidem tumultu percepto, omnes confestim in montem unum propinquum fuga abierunt. Et ita ab eis erepti fuimus, discessimúsque pariter. Hi omnes nudi, ut de prioribus habitum est, eunt: appellauimúsque insulam illam Gigantum, ob proceritatem eorum, insulam. Nobis autem ulterius, & à terra paulo distantius transremigantibus sæpius interdum cum eis pugnasse nobis accidit, ob id quòd quicquam à tellure sua sibi tolli nequaquam permittere uellent. Et utique quidem repetundæ Castiliæ propositum iam nobis in mentem subierat, ob id potissimum, quòd uno iam ferè anno in mari perstiteramus, nec nisi tenuem alimentorum necessariorumq; aliorum munitionem retinebamus. Quæ quidem adhuc exuehementibus, quos pertuleramus, solis caloribus iam contaminata inquinatáque erant, quum ab exitu nostro à Campiuiridis insulis usque tunc continue per torridam nauigassemus zonam, & tuansuersim per lineam æquinoctialem bis, ut præhabitum est. In qua quidem uoluntate nobis perseuerantibus, nos à laboribus subleuare nostris sanctifico complacuit spiritui: nempe receptum quempiam pro rursum nouandis naualibus nostris nobis quærentibus, ad gentem quandam peruenimus, quæ nos cum maxima susceptit amicitia, & quam quidem unionum perlarúm ue orientaliũ comperimus in numero maximo tenere. Propter quod quadraginta & septem diebus ibi perstitimus, & centum, decem & nouem unionum marchas, pretio, ut æstimabamus, quadraginta non superante ducatos, ab eis comparauimus. Nam nolas, specularia, crystallinósque nonnullos, necnon leuissima electri folia eis tantum propter ea tradidimus. Nempe quotquot quilibet eorum obtineret uniones, eos pro sola nola donabat. Didicimus quoque interdum ab eis, quomodo & ubi illos piscarentur: qui & quidem ostreolas, in quibus nascuntur, nobis plures largiti sunt. Et pariter nonnullas mercati fuimus: ubi in quibusdam centum & triginta uniones, in quibusdam uero non totidem reperiebantur. Noueritque maie-

stas uestra.

Digitized by Google

ſtas ueſtra, quod niſi permutari ſint, & à conchilijs in quibus gignuntur, per ſeſe excidant, omnino perfecti non ſunt. Quinimo in breui, ut ſæpius ipſe expertus ſum, emarceſcunt, & in nihil redacti ſunt. Quum uero maturi fuerint, in oſtrea ipſa inter carnes, præter id quod ipſis carnibus hæreant, ſe ſeparant: & huiuſcemodi optimi ſunt. Effluxis igitur quadraginta & ſeptem diebus, necnon gente illa, quam nobis plurimum amicam effecera mus, relicta, hinc ab eis exceſſimus, ob plurimarum rerum noſtrarum indigentiam, uenimúsque ad Antigliæ inſulam, quam paucis nuper ab annis Chriſtophorus Columbus diſcooperuit, in qua reculas noſtras ac naualia reficiendo, menſibus duobus & diebus totidem permanſimus, plures interdum Chriſticolarum inibi conuerſantium contumelias perpetendo, quas, prolixus ne nimium fiam, hic omitto. Eandem uero inſulam uigeſima ſecunda Iulij deſerentes, percurſa unius menſis cum medio nauigatione, Calitium tandem portum octauo menſis Septembris ſubiuimus: ubi cum honore profectúque ſuſcepti fuimus. Et ſic per dei placitum finem noſtra cepit ſecunda nauigatio.

AMERICI VESPVTII NAVIGATIO TERTIA.

ME in Sibillia exiſtente, & à pœnis atque laboribus, quos inter præmemoratas pertuleram nauigationes, pauliſper requieſcente, deſiderantéque poſt hæc in perlarum terram remeare, fortuna fatigationum mearum nequaquam adhuc ſatura, ſereniſſimo illi domino Emanueli Portugalliæ regi miſit in cor, neſcio ut quid, ut deſtinato nuntio literas regales ſuas ad me tranſmitteret, quibus plurimum rogabat, ut ad eum apud Lisbonam celerius me transferrem: ipſe etenim mirabilia mihi plurima faceret. Super qua re nondum tunc deliberaui: quinimo ei per eundemmet nuntium, me minus bene diſpoſitum, & tunc male habere ſignificaui. Verum ſi quandoque reconualeſcerem, & maieſtati eius regiæ meum forſan complaceret obſequium, omnia quæcunque uellet ex animo perficerem. Qui rex percipiēs, quod me ad ſe tunc traducere nequirem, Iulianum Bartholomæū Iocundū, qui tunc in Lisbona erat, rurſum ad me deſtinauit cum cōmiſſione, ut omnibus modis me ad eundem regē ſecum perduceret. Propter cuius Iuliani aduentum & preces coactus tunc fui ad regem ipſum meare: quod qui me nouerant omnes, malum eſſe iudicarunt. Et ita à Caſtilia, ubi honor mihi non modicus exhibitus extiterat, ac rex ipſe Caſtiliæ exiſtimationem de me bonam conceperat, profectus ſum: & quod deterius fuit, hoſpite inſalutato, ac mox corā ipſo rege domino Emanuele me-

Digitized by Google

ipsum obtuli. Qui rex de aduentu meo non paruam uisus est concepisse lætitiam, plurimum me interdum rogitans, ut unà cum tribus eius conseruantiæ nauibus, quæ ad exeundum, & ad nouarũ terrarum inquisitionem præparatæ erant, proficiscì uellem: & ita, quia regum preces præcepta sunt, ad eius uotum consensi.

Tempus profectionis tertiæ.

IGitur ab hoc Lisbonæ portu cum tribus conseruantiæ nauibus die Maij decima M. D. I. abeuntes, cursum nostrum uersus magnæ Canariæ insulas arripuimus, secundum quas & ad earum prospectum instanter enauigantes, idem nauigium nostrum collateraliter secundum Aphricam occidentem uersus sequuti fuimus. Vbi piscium quorundam, quos Parghi nuncupant, multitudinem maximam in æquore prendidimus, tribus inibi diebus moram facientes. Exinde autem ad partem illam Æthiopiæ, quæ Besilicca dicitur, deuenimus: quæ quidem sub torrida zona posita est, & super quam quatuordecim gradibus se septentrionalis erigit polus in dimate primo: ubi diebus undecim nobis de lignis & aqua prouisionem parantes restitimus, propter id quod Austrum uersus per Atlanticum pelagus nauigandi mihi inesset affectus. Itaque portum Æthiopiæ illum post hæc relinquentes, tunc per Lebeccium uentum in tantum nauigauimus, ut sexaginta & septem infra dies insulæ cuidam applicuerimus, quæ insula septingentis à portu eodem leucis ad Lebeccij partem distaret. In quibus quidem diebus peius perpessi tempus fuimus, quàm unquam in mari quisquàm antea pertulerit, propter uentorum nimborum' ue impetus, qui quamplurima nobis intulere grauamina, ex eo quòd nauigium nostrum lineæ præsertim æquinoctiali continue iunctum fuit. Inibiq; in mense Iunio hyems extat, ac dies noctibus æquales sunt, atque ipsæ umbræ nostræ continue uersus meridiem erant. Tandem uero omnitonanti placuit nouam unam nobis ostendere plagam, decima septima, scilicet, Augusti, iuxta quam, leuca sepositi ab eadem cum media, restitimus, & postea assumptis cymbis nonnullis in ipsam uisuri si inhabitata esset, profecti fuimus. Quam & quidem incolas plurimos habitare reperimus, qui bestijs prauiores erant, quemadmodũ maiestas regia uestra posthæc intelliget. In hoc uero introitus nostri principio gentem non percepimus aliquã, quamuis oram ipsam per signa plurima, quæ uidimus, populo multo repletã esse intellexerimus. De qua quidẽ ora pro ipso serenissimo Castiliæ rege possessorium cepimus, inuenimusq; illam multum amœnã acuiridem esse, & apparentiæ bonæ. Est autem extra lineã æquinoctialem Austrũ uersus quinq; gradibus: & ita eadem die ad naues nostras repedauimus. Quia uero lignorum & aquæ penuriam patiebamur, concordauimus iterũ in terrã altera die reuerti, ut uobis de necessarijs prouidere-

Digitized by Google

prouideremus: in qua quidem nobis extantibus, uidimus ſtantes in unius montis cacumine gentes, quæ deorſum deſcendere non auderent, erantq; nudi omnes, necnon conſimilis effigiei coloriſq;, ut de ſuperioribus habitum eſt. Nobis autem ſacagentibus, ut nobiſcum conuerſatum accederent, non ſic ſecuros eos efficere ualuimus, ut de nobis adhuc non diffiderent. Quorum obſtinatione proteruiaq; cognita, ad naues ſub noctem remeauimus, relictis in terra, uidentibus illis, nolis ſpeculisq; nonnullis, ac rebus aliis. Quumq; nos in mari eminus eſſe proſpicerent, omnes de ipſo monte propter reculas quas reliqueramus deſcenderunt, plurima inter ſe admirationis ſigna facientes. Nec tunc de aliquo, niſi de aqua nobis prouidimus. Craſtino autem effecto mane, uidimus è nauibus gentem eandem numero quàm antea maiorem, paſſim per terram ignes fumosq; facientem: unde nos exiſtimantes, quòd nos per hoc ad ſe inuitarent, iuimus ad eos in terram, ubi tunc populum plurimum aduenisſe conſpeximus, qui tamen à nobis longe ſeipſos tenebant, ſigna facientes interim nonnulla, ut cum eis interius in inſulam uaderemus. Propter quod factum eſt, ut ex Chriſticolis noſtris duo protinus ad hoc parati, periculo ad tales eundi ſemetipſos exponerent, ut quales gentes ipſi forent, aut ſi quas diuitias ſpeciesue aromaticas ullas haberent, ipſi cognoſcerent. Quapropter in tantum nauium prætorem rogitauerunt, ut eis quod poſtulabant annueret. Tum uerò illi ad hoc ſeſe accingentes, necnon pleraſque de rebus ſuis minutis ſecum ſumentes, ut inde à gentibus eiſdem mercarentur alias, abierunt à nobis, data conditione, ut ad nos poſt quinq; dies ad ſummum remeare ſoliciti eſſent: nos etenim illos tamdiu expectaremus. Et ita tunc iter ſuum in terram arripuerunt, atque nos ad naues noſtras regreſſum cepimus, ubi expectando eos diebus octo perſtitimus: in quibus diebus gens permulta noua dietim ferè ad plagam ipſam adueniebat, ſed nuſquam nobiſcum colloqui uoluerunt. Septima igitur aduentante die nos in terram ipſam iterum tendentes, gentem illam mulieres ſuas omnes ſecum adduxiſſe reperimus. Quàm uero primum illuc peruenimus, mox ex eiſdem uxoribus ſuis ad colloquendum nobiſcum quamplures miſerunt, fœminis tamen eiſdem non ſatis de nobis confidentibus. Quod quidem nos attendentes, concordauimus ut iuuenem unum è nobis, qui ualidus agiliſq; nimium eſſet, ad eas quoq; tranſmitteremus: & tunc ut minus fœminæ eædem metuerent, in nauiculas noſtras introiuimus. Quo egreſſo iuuene, quum ſeipſum inter illas immiſcuiſſet, ac illæ omnes circūſtantes cōtingerent palparentq; eum, & propter eum non parum admirarentur: ecce interea de monte fœmina una uallum magnum manu geſtās aduenit: quæ poſtq; ubi iuuenis ipſe erat appropiauit, tali eum ualli ſui ictu à tergo percuſſit, ut ſubito mortuus in terrā concideret: quē confeſtim mulieres aliæ corripiētes, illum in montem à pedibus pertraxerunt

xerunt, uiriq; ipsi qui in monte erant, ad litus cum arcubus & sagittis adue-nientes, ac sagittas suas in nos conijcientes, tali gentem nostram affecerunt stupore, ob id quod nauiculæ illæ in quibus erant, harenam nauigando ra-debant, nec celeriter aufugere tunc poterant, ut sumendorum armorum su-orum memoriam nemo tunc haberet: & ita quamplures contra nos sagit-tas suas eiaculabantur. Tum uero in eos quatuor machinarum nostrarum fulmina, licet neminem attingentia, emisimus. Quo audito tonitruo, om-nes cursim in montem fugerunt, ubi mulieres ipsæ erant, quæ iuuenem no-strum quem trucidauerunt, nobis uidentibus in frusta secabant, necnō fru-sta ipsa nobis ostentantes, ad ingentem quem succenderant ignem torre-bant, & deinde post hæc manducabant. Viri quoque ipsi signa nobis simi-liter facientes, geminos Christicolas nostros alios se pariter peremisse man-ducasseq; insinuabant: quibus, qui & utique uera loquebantur, in hoc ipso credidimus. Cuius nos improperij uehementius piguit, quum immanita-tem quam in mortuum exercebant, oculis intueremur ipsi proprijs. Quam obrem plures quàm quadraginta de nobis in animo stabiliueramus, ut om-nes pariter terram ipsam impetu petentes, tam immane factum, tamq; be-stialem ferociam uindicatum uaderemus. Sed hoc ipsum nobis Nauipræ-tor non permisit: & ita tam magnam ac tam grauem iniuriam passi, cum maleuolo animo, & grandi opprobrio nostro, efficiente hoc Nauipræce-ptore nostro, impunitis illis abscessimus. Postquam autem terram illam re-liquimus, mox inter Leuantem & Seroccum uentum, secundū quos se con-tinet terra, nauigare occepimus, plurimos ambitus, plurimosq; gyros in-terdum sectantes: quibus durantibus gentes non uidimus, quæ nobiscum practicare, aut ad nos appropinquare uoluerint. In tantum uero nauiga-uimus, ut tellurem unam nouam, quæ secundum Lebeccium se porrigeret, inuenerimus. In qua quum campum unum circuiuissemus, cui sancti Vin-centij campo nomen indidimus, secundum Lebeccium uentum post hæc nauigare occœpimus: distatq; idem sancti Vincentij campus à priore terra illa, ubi Christicolæ nostri extiterunt interempti, centum quinquaginta leu-cis ad partem leuantis: qui & quidem campus octo gradibus extra lineam æquinoctialem uersus Austrum est. Quum igitur ita uagantes iremus, qua-dam die copiosam gentium multitudinē, nos nauiumq; nostrarū uastitatē mirantiū, in terra una alia esse conspeximus, apud quos tuto in loco mox re-stitimus, & deinde in terrā ipsam ad eos ex nauiculis nostris descendimus: quos quidē mitioris esse conditionis q; priores reperimus: nam etsi in edo-mandis illis diu elaborauimus, amicos tamen nostros eos tandē effecimus: cum quibus negotiādo practicādoq; uarie quinque mansimus diebus, ubi cannas, fistulas uirides, plurimū grossas, & etiam nōnullas in arborū cacumi-nibus siccas inuenimus. Concordauimus autem, ut ex eadem gente duos,

qui nos

qui nos eorum linguam edocerent, inde traduceremus. Quamobrem tres ex eis, ut in Portugalliam uenirent, nos ultro comitati sunt. Et quoniam me omnia prosequi ac describere piget, dignetur uestra nosse maiestas quòd nos portum illum linquentes, per Lebeccium uentum, & in uisu terræ semper transcurrimus, plures continue faciendo scalas pluresq; ambitus, ac interdum cum multis populis loquendo, donec tandem uersus austrum extra Capricorni tropicũ fuimus. Vbi super horizonta illum meridionalis polus triginta duobus sese extollebat gradibus, atq; minorem iam perdideramus ursam, ipsaq; maior ursa multum infima uidebatur, ferè in fine horizontis se ostentans, & tunc per stellas alterius meridionalis poli nosmetipsos dirigebamus, quæ multo plures, multóque maiores ac lucidiores, quàm nostri poli stellæ existunt: propter quod plurimarum illarum figuras confinxi, & præsertim earum quæ prioris ac maioris magnitudinis erant, unà cum declinatione diametrorum, quas circa polum austri efficiunt, & unà cum denotatione earundem diametrorum, & semidiametrorum earum, prout in meis quatuor diætis, siue nauigationibus inspici facile poterit. Hocce uero nauigio nostro, à campo sancti Augustini incepto, septingentas percurrimus leucas, uidelicet, uersus Ponentem centum, & uersus Lebeccium sexingentas: quas quidem dum peragraremus, si quis quæ uidimus enumerare uellet, nõ totidem ei papyreæ chartæ sufficerent. Nec quidem interdum magni commodi res inuenimus, demptis infinitis casiæ arboribus, & pariter plurimis, quæ laminas certas producunt, cum quibus & miranda alia permulta uidimus, quæ fastidiosa recensitu forent. Et in hac quidem peragratione decem ferè mensibus extitimus. In qua cognito quod mineralia nulla reperiebamus, conuenimus unà, ut ab inde surgẽtes aliò per mare euagaremur. Quo inito inter nos consilio, mox edictum fuit, ac in omnem cœtum nostrum uulgatum, ut quicquid in tali nauigatione præcipiendum censerem, idipsum integriter fieret. Propter quod confestim edixi, mandauiq; ubique, ut de lignis & aqua pro sex mensibus munitionem omnes sibi pararent: Nam per nauium magistros nos cum nauibus nostris adhuc tantũdem nauigare posse indicatum est. Qua quidem, quam edixeram, facta prouisione, nos oram illam linquentes, & inde nauigationem nostram per Seroccum uentum initiantes, Februarij decima tertia, uidelicet, quum sol æquinoctio iam appropinquaret, & ad hoc Septentrionis hemisphærium nostrum uergeret, in tantum peruagati fuimus, ut meridianum polum super horizonta illum quinquaginta duobus gradibus sublimatum inuenerimus, ita ut nec minoris ursæ, nec maioris stellæ amodo inspici ualerent: Nam tunc à portu illo, à quo per Seroccum abieramus, quingentis leucis longe iam facti eramus, tertia, uidelicet Aprilis. Qua die tempestas ac procella in mari tam uehemẽs exorta est, ut uela nostra omnia colligere, & cum solo nudoq; malo remigare com-

Digitized by Google

re compelleremur, perflante uehementissime Lebeccio, ac mari intumescente, & aëre turbulentissimo extãte. Propter quem turbinis uiolẽtissimum impetum nostrates omnes non modico affecti fuerũt stupore. Noctes quoq; tunc inibi quammaximæ erant. Etenim Aprilis septima, sole circa Arietis finem extante, ipsæ eædem noctes horarũ quindecim repertæ sunt: hyemsq; etiam tunc inibi erat, ut uestra satis perpendere potest maiestas. Nobis autẽ sub hac nauigantibus turbulentia, terram unam Aprilis secũda uidimus, pene quam uiginti circiter leucas nauigãtes appropiauimus: uerũ illam omnimodo brutalem & extraneam esse comperimus, in qua quidem nec portum quempiam, nec gentes aliquas fore conspeximus, ob id, ut arbitror, quod tam asperum in ea frigus algeret, ut tam acerbum uix quisquam perpeti posset. Porrò in tanto periculo, in tantaq; tempestatis importunitate nosmet tum reperimus, ut uix alteri alteros præ grãdi turbine nos uideremus. Quãobrem demum cum nauium prætore pariter concordauimus, ut connauitis nostris omnibus, terram illam linquendi, secq; ab ea elongandi, & in Portugalliam remeandi signa faceremus. Quod consilium sanum quidem & utile fuit, quum si inibi nocte solum adhuc illa perstitissemus, disperditi omnes eramus: nempe quum hinc abijssemus, tam grandis die sequenti tempestas in mari excitata est, ut penitus obrui perdite metueremus. Propter quod plurima peregrinationũ uota, necnon alias quamplures cærimonias, prout nautis mos esse solet, tunc fecimus. Sub quo tempestatis infortunio quinq; nauigauimus diebus, demissis omnino uelis. In quibus quidem quinq; diebus ducentas & quinquaginta in mari penetrauimus leucas, lineæ interdum æquinoctiali, necnõ mari & auræ temperatiori semper appropinquando, per quod nos à præmissis eripere periculis altissimo deo placuit. Eratq; huiusce modi nostra nauigatio ad transmõtanum uentum & Græcum, ob id quòd ad Aethiopiæ latus pertingere cupiebamus, à quo per maris Atlãtici fauces eundo, mille tercentum distabamus leucis. Ad illam autem per summi tonantis gratiam Maij bis quina pertigimus die. Vbi in plaga una ad latus Austri, quæ Serraliona dicitur, quindecim diebus nos ipsos refrigerando fuimus. Et post hæc cursum nostrũ uersus insulas Lyazori dictas arripuimus: quæ quidem insulæ à Serraliona ipsa septingẽtis & quinquaginta leucis distabant, ad quas sub Iulij finem peruenimus, & pariter quindecim inibi nos reficiendo perstitimus diebus. Post quos inde exiuimus, & ad Lisbonæ nostræ recursum nos accinximus, à qua ad occidentis partem tercentum sepositi leucis eramus, & cuius tandem deinde portum [illegible] D. II. cum prospera saluatione & cunctipotentis nutu rursum subiuimus cum duabus duntaxat nauibus, ob id quod tertiam in Serraliona, quoniam amplius nauigare non posset, igni combusseramus. In hac autem nostra tertio cursa nauigatione, sexdecim circiter menses permansimus: è quibus undecim absq; transmontanæ

montaneæ ſtellæ, necnon & maioris urſæ minoris ue aſpectu nauigauimus, quo tempore noſmetipſos per aliam meridionalis poli ſtellam regebamus: quæ ſuperius commemorata ſunt, quæ in eadem noſtra tertio facta nauigatione, relatu magis digna conſpexi.

DE QVARTAE NAVIGATIONIS CVRSV.

RElíquum autem eſt, ut quæ in quarta nauigatione noſtra proſpexerim ediſſeram. Quia uero iam quæ longa narratione fathiſco, & quoque hæc eadem noſtra nauigatio ad ſperatum à nobis finem minime perducta eſt, ob aduerſitatē infortuniúm ue quoddam, quod in maris Atlantici nobis accidit ſinu: idcirco breuior fiam. Igitur ex Liſbonæ portu cum ſex conſeruantiæ nauibus exiuimus, cum propoſito, inſulam unam uerſus horizontem poſitam inuiſendi, quæ Melcha dicitur, & diuitiarum multarum famoſa, necnō nauium omnium, ſiue à Gangetico, ſiue ab Indico mari uenientium, receptus ſiue ſtatio eſt, quemadmodum Calitia receptus ſiue hoſpitale omnium nauigantium eſt, qui ab oriente in occidentem, & econuerſo uagantur, prout de hoc ipſo per Calicutiæ uiam fama eſt. Quæ quidem inſula Melcha plus ad occidentem, Calicutia uero ipſa plus ad meridiem reſpicit. Quod idcirco cognouimus, quia ipſa in aſpectu triginta trium graduum poli antarctici ſita eſt. Decima ergo Maij die, M. D. III. nobis unde ſupra egredientibus, curſum noſtrum ad inſulas uirides nuncupatas, primo direximus: ubi rerum neceſſariarum munimina, necnon & plura diuerſorum modorum refrigeramina ſumentes, duodecim interdum inibi diebus caſſantes, per uentum Seroccum poſt hæc enauigare occœpimus, quum Nauidominus noſter tanquam præſumptuoſus capitoſuſq; præter neceſſitatem, & omnium noſtrum unanimitatē, ſed ſolum ut ſeſe noſtri & ſex nauium præpoſitum oſtentaret, iuſſit ut in Serralionam Auſtralem Æthiopiæ terram tenderemus. Ad quam nobis acceleratibus, & illam tandem in conſpectu habentibus, tam immanis & acerba ſuborta tempeſtas eſt, ac uentus contrarius, & fortuna aduerſa inualuit, ut in ipſam, quam noſtris ipſi uidebamus oculis, per quadriduum applicare non ualeuerimus: quinimo coacti fuerimus, ut illa relicta ad priorem nauigationem noſtram regrederemur: quandoquidem nos per Sudueſium, qui uentus eſt inter meridiem & Lebeccium, reaſſumentes tercentum per illam arctitudinem nauigauimus leucas. Vnde factum eſt, ut nobis extra lineā æquinoctialem tribus penè gradibus iam tunc exiſtentibus, terra quædam, à qua duodecim diſtabamus leucis, apparuerit: quæ apparitio non parua nos affecit admiratione. Terra etenim illa, inſula in medio mari multū alta & admirabilis erat, quæ leucis duabus longior, & una dilatatior non exiſtebat: in qua quidem terra nunquam quiſquam hominū aut fuerat, aut habitauerat: & nihilomi-

Digitized by Google

nus nobis infelicissima fuit. In illa enim per stolidum consilium suum & regimen, præfectus nauium noster nauem suam perdidit: nempe illa à scopulo quodam elisa, & inde propter hoc in rimas diuisa, sancti Laurētij nocte, quæ Augusti decima est, in mari penitus submersa extitit, nihil inde saluo manente, demptis tantummodo nautis: eratq; nauis eadem doliorū trecentorū, in qua nostræ totius turbæ totalis potentia erat. Quum autem omnes circa illam satageremus, ut si forte ipsam è periculo subtrahere ualeremus, dedit mihi in mandatis idem nauium præfectus, ut cum nauicula una receptū quempiam bonum, ubi puppes nostras secure omnes recipere possemus, apud insulam eandem inuentum pergerem: nolens tamen ipse idem præfectus, ut nauem meam, quæ nouem nautis meis stipata, & in nauis periclitantis adiutorio intenta foret, mecum tunc traducerem, sed solum ut edixerat portum unum inquisitum irem, & in illo nauem meam ipsam mihi restitueret. Qua iussione recepta, ego ut mandauerat, sumpta mecum nautarum meorū medietate, in insulam ipsam, à qua quatuor distabamus leucis, properans, pulcherrimū iuibi portum, ubi classem nostram omnem tute satis suscipere possemus inueni. Quo comperto, octo ibidem diebus eundem nauium præfectum cum reliqua turba expectando perstiti. Qui quum non aduenirēt, moleste non parum pertuli: atq; qui mecum erant sic obstupescebant, ut nullo consolari modo uellent. Nobis autē in hac existentibus angustia, ipsa octaua die puppim unam per æquor aduentare conspeximus, cui ut nos percipere possent, mox obuiam iuimus, confidentes sperantesq; unà quod ad meliorem portum quempiam nos secum ducerent. Quibus dum nos appropinquassemus, & uicissim nos resalutassemus, retulerunt illi nobis, eiusdem præfecti nostri nauem in mari penitus, demptis nautis, perditā extitisse. Quæ nūtia, ut contemplari uestra potest maiestas, me non parua affecerunt molestia, quum à Lisbona, ad quam reuerti habebam, mille longe existens leucis, in longo remotoq; mari me esse sentirem: nihilominus tamen fortunæ nosmet subijcientes ulterius processimus, reuersiq; in primis fuimus ad memoratam insulam, ubi nobis de lignis & aqua in conseruantiæ meæ naui prouidimus. Erat uero eadem insula penitus inhospitata inhabitataq;, multa aqua uiuida & suaui in illa scaturiēte, cum infinitis arboribus innumerisq; uolucribus marinis & terrestribus, quæ adeò simplices erant, ut sese manu comprehendi intrepide permitterēt. Propter quod tot tunc prendidimus, ut nauiculam unam ex illis adimpleuerimus. In ea autē nulla alia inuenimus animalia, præterquam mures quammaximos, & lacertas bifurcam caudam habentes, cum nonnullis serpentibus, quos etiam in ea uidimus. Igitur parata nobis inibi prouisione, sub uento inter meridiem & Lebeccium ducente perreximus, ob id quod à rege mandatum acceperamus, ut qualicunq; non obstante periculo, præcedentis nauigationis uiam insequeremur. Incepto ergo huiuscemodi

nauigio

Digitized by Google

nauigio, portū tandem unum inuenimus, quem omniū ſanctorum abbatiā nuncupauimus, ad quem, proſperam annuēte nobis auram altiſſimo, infrà XVII. pertigimus dies: diſtatq; idem portus tercentum à præfata inſula leucis: in quo quidem portu nec præfectum noſtrum, nec quenquam de turba alium reperimus, etſi tamen in illo mēſibus duobus & diebus quatuor expectauerimus: quibus effluxis, uiſo quòd illuc nemo ueniret, conſeruantia noſtra tunc & ego concordauimus, ut ſecundum latus longius progrederemur. Percurſis itaq; ducētis ſexaginta leucis, portui cuidā alij applicuimus, in quo caſtellum unū erigere propoſuimus: quod & quidem profecto fecimus, relictis in illo uiginti quatuor Chriſticolis nobiſcum exiſtentibus, qui ex præfecti noſtri puppe perdita collecti fuerant. Porrò in eodem portu præfatum conſtruendo caſtellum, & breſilico puppes noſtras onuſtas efficiendo, quinque perſtitimus menſibus, ob id quòd præ nautarum perpaucitate, & plurimorum apparatuum neceſſitate, longius progredi non ualebamus. Quibus ſuperioribus ita peractis, concordauimus poſt hæc in Portugalliam reuerti: quam rem per Græcum tranſmontanumq; uentū neceſſe nobis erat effectuare. Relictis igitur in caſtello præfato Chriſticolis uiginti quatuor, & cum illis duodecim machinis, ac alijs pluribus armis unà cū prouiſione pro ſex menſibus ſufficiente, necnon pacata nobiſcum telluris illius gente, de qua hic minima fit mentio, licet infinitos inibi tunc uiderimus, & cū illis practicauerimus. Nam quadraginta ferè leucas cum triginta ex eis in inſulam ipſam penetrauimus. Vbi interdum plurima perſpeximus, quæ nunc ſubticeſcens, libello meo quatuor nauigationum reſeruo. Eſtq; eadem terra extra lineam æquinoctialem ad partem auſtri octodecim gradibus, & extra Lisbonæ meridianum ad occidentis partē triginta quinq;, prout inſtrumēta noſtra monſtrabant. Nos nauigationem noſtram per Nornordenſium, qui inter Græcum tranſmontanumq; uētus eſt, cum animi propoſito ad hanc Lisbonæ ciuitatem proficiſcendi initiantes, tandem poſt multos labores, multaq; pericula in hunc eiuſdem Lisbonæ portum infra LXXVII. dies XXVIII. Iunij. M. D. IIII. cum dei laude introiuimus. Vbi honorifice multum, & ultrà quàm ſit credibile feſtiue ſuſcepti fuimus, ob id quòd ipſa tota ciuitas nos in mari diſperditos eſſe exiſtimabat, quemadmodum reliqui omnes de turba noſtra per præfecti noſtri nauium ſtultam præſumptionem extiterant. Quo ſuperbiam modo iuſtus omnium cenſor deus compenſat. Et ita nunc apud Lisbonam ipſam ſubſiſto, ignorans quid de me ſereniſſimus ipſe rex deinceps effieere cogitet, qui à tantis laboribus meis iam ex nunc requieſcere plurimū peroptarē. Hunc nuntiū maieſtati ueſtræ plurimū quoq; interdum cōmendans.

Americus Veſputius in Lisbona.

Digitized by Google

EPISTOLA POTENTISSIMI AC INVICTISSIMI EMANVELIS REGIS PORTVGALliæ & Algarbiorum, de uictorijs habitis in India & Malacha, ad S. in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Leonem x. Pont. Max.

SAnctissimo in Christo patri, ac beatissimo domino, domino nostro E. S. addictissimus filius Emanuël, dei gratia rex Portugalliæ, & Algarbiorum, citra ultraq; mare in Aphrica, dominus Guineæ, & conquisitæ nauigationis ac cõmercij Aethiopiæ, Arabiæ, Persiæ, atq; Indiæ, humillima beatorũ pedum oscula. Quantũ deo optimo maximo, quantum & tibi gratulari debeamus, beatissime pater, uel ex nuntio, quod nostra Indica classis proxime attulit satis apparet. Quod enim te Pontifice Maximo, te S. Romanæ ecclesiæ & Christiano orbi præsidente, tam admiranda in dei laudem ac gloriam gesta tam ex uoto successerint, tua certe laus, tua gloria censeri debet. Iure itaq; uisum est, quæ in India dei suffragio ad ipsius cultum spectantia nostris armis modo facta sunt, ad tuam sanctitatem, utpote totius Christianæ reipublicæ caput, & orthodoxæ religionis normam, carptim ac summatim, ne stylum epistolarem excedamus, describere, ut pro rerum dignitate cuncta pensari, summoq; deo accepta referri ualeant, ac indices sui sanctissimi nominis glisscentem laudem, Christianiq; dogmatis propagationẽ facile speremus. Igitur post plures dubij Martis uictorias, non sine labore & sanguine partas, India relictis in ea opportunis præsidijs, Alphonsus de Albiecher protocapitaneus noster, ut iacturam quam superioribus annis nostri fecerãt, iniuriamq; ulcisceretur, aureã Chersonesum, Malacham accolæ appellant, contendit: ea est inter sinum magnũ & Gangeticum sita urbs miræ magnitudinis, utq; uiginti quinque millium & amplius, larium censeatur. Terra ipsa fœcundissima, ac nobilissimarum, quas fert India, mercium feracissima: celebratissimum ob id emporium, ubi non modo uaria aromata, & omnigeni odores, sed auri quoque, & argenti margaritarum, ac pretiosorum lapillorum magna copia affluit. Hanc rex Maurus gubernabat, eatenus uires suas Mahumetica secta protendente, cætera gentiles tenent. Huc itaq; quũ instructa classe applicuisset Alphonsus, urbẽ oppugnare destinat. Quod præsentientes Sarraceni, bello se multis munitionibus & armis præparauerant, sed frustra: nam cõmisso cum eis prælio, nostri tandem dei auxilio superiores, plurimis ex hostibus cæsis, urbem ui intrant, occupant, data prædæ libertate diripiunt, incendunt. Rex ipse, qui ex elephanto pugnabat, grauiter uulneratus, cum superstitibus Mauris fuga sibi consuluit. In ea pugna magnus hostium numerus exiguo nostrorum damno interit: capti plures: magna etiã ablata spolia, in quibus & septẽ ipsius regis bello

regis bello assueti elephantes, suis turribus, sericis atque auro intextis ephippijs, illius prouinciæ more muniti, ac æneorum omnis generis tormentorũ ad duo millia summa arte fabricata. Capta sic urbe, hostibusq; profligatis, quo nostræ rei tutius cõsuleretur, in fluminis quod mediã urbem interfluit, ostio, unde terra mariq; subacto undiq; suæ securitati prospiciat, munitissimam arcem murorum quindecim pedum latitudine constituxit, ex lapide, uidelicet, qui ex dirutis Sarracenorum, quas Mesquitas uocant, ædibus excerptus est. Mirabilis profecto diuina prouidentia, quod ubi tanto tempore Mahumeticæ perfidiæ cultus celebratus, ubi redemptoris nostri nomen toties blasphematum, inde occulto Dei cõsilio magna sua laude ac satanæ dedecore, qui tanto labore ac nostrorum sanguine tamdiu pro catholicæ fidei augmento affectamus, huic ædificio, & Christianis tam necessario operi opem acceperimus. Erant eo tempore Malach & plures extranei, ac diuersarum nationum mercatores, scilicet, Zamatri, Pegus, Iaames, Gores, & ab extremo oriente atque ultima Sinarum regione Chines, alijq; gentiles, qui urbem commercij gratia frequentes multis diuitijs, auro, argento, margaritis, & pretiosis lapillis, Irrico etiam uellere, ac multifarijs aromatibus & odoribus affatim replent. Hi cum multis quoque finitimis ab Alphonso fœdus & amicitiam ultro flagitantes, ab ipso & benigne & fauorabiliter sunt accepti, pactoq; commercij & mercaturæ tractatu, suas negotiationis domos circum arcem, ubi tutius uersari possent, secum transtulere: mutuo fœdere adeò læti, ut quamuis hactenus illud emporium omnium fuerit celeberrimũ, deinceps tamen si fieri poterit, multo maius ac celebrius futurum existimetur. Quin & ipsi Chines nuntium ad nos mittũt, à quo perfectius res suas intelligamus: atque adeò tam hi quàm cæteri urbis accolæ dicto audire, imperatisq; legibus parêre non recusarunt, ut reipublicæ regiminis, iustitiæq; officiales nostro nomine Alphonsi manu acceperint: quorũ iudicio & arbitrio gubernantur, simul & monetam nostro ibi nomiue cusam, tanquam regis dominiq; sui agnoscentes excipiunt, & expendunt, auream catholicos mille, scilicet, rumorum, argenteam centum ualore Malachenses inscripsere. Hæc quum cognouisset rex de Ausiam, & gente & solo orientem uersus potẽtissimus, ad quem fama erat iure Malacham spectare, & à Mauris olim usurpatam, legato ad præfectum nostrum destinato, qui se suaq; nostro manciparet obsequio, aureum simul craterem cum pretioso magnæq; existimationis carbunculo, ensemq; auro affabre elaboratũ, in signũ, uidelicet, recognitiõis ac ueræ perpetuæq; futuræ amicitiæ dono misit: ad quem præfectus aliquos è nostris expertos uafrosq; uiros intima regionis scrutaturos cum multis etiam muneribus remisit, unde maximum dei obsequium & catholicæ fidei augmentum fore non dubiramus. Rebus sic apud Malacham compositis, & obfirmato tractatus commercij fœdere, relicto in arce tormentis machi-

nisq; munitissima, sexcentorũ etiam uirorum, ac strenuorum militum se-
curo præsidio, & classe ad maritimæ oræ tutelam uiris armisq; optime instru
cta. Alphonsus in Indiam reuertens, Goæ urbis præcipuam arcem, quam
ipse superioribus annis magno nostrorũ periculo. sed maiore hostium stra
ge occupauerat, nostræq; ditioni & imperio adiunxerat à Mauris obsessam
reperit, extructa etiam iuxtà alia firmissima arce, unde Ruminum Turca-
rumq; sex millia nostros continue infestabant. Quos quum adoriretur præ
fectus, plurimis iam trucidatis, desperata salute, pacta tantummodo corpo-
rum incolumitate, sed tandem ac reliqua nostris dedidere: partisq; & ibi ma-
chinarum, equorum, armorum, & huiusmodi haud contemnendis spoliis,
quibusdam etiã qui inter Mauros reperti sunt apostatis, qui à fide nostra de
sciuerant, debito afflictis supplicio, urbem pristinæ quieti restituit. Appule-
rat interea Vabuli, urbi haud procul à Goa, presbyteri Ioannis potentissimi
Christicolarum domini, ad præfectum nostrum legatus, qui eius nomine,
ut Christiani Christiano omni ope omnia ad bellum contra catholicæ fidei
hostes opportuna, militum exercitus, armorum & commeatus præsidia ul-
tro offerat, præsertim si mare Rubrũ suo coniunctum dominio nostra clas
sis traiiciat, ubi cõmodissime utriusq; uires iungi possent: haud exiguũ ado-
randæ & ueræ crucis lignum ad nos mittit, uiros uafros & industrios poscẽs,
quorũ ingenio & artificio à Sultani territorio & regione ad Nilum deflecti
aliquando & diuerti posse existimat. Aderant tunc apud nostrũ præfectum
à Narsingue rege legati, rege gentili adeò potentissimo, ut mille & quingen
tos belligeros elephantes, armatorum equitum quadraginta millia, præter
innumerum peditum numerum suo arbittio in aciem paruo negotio pro-
ferre, tantumq; agri possidere perhibeatur, quantũ semestri uix iti nere eme-
tiri possit. Huic plures reges ac satrapes parent: quorum nonnulli maritimis
oris proximi nobis sunt tributarij. Apud Alphonsum & Gambaiæ regis le
gatus, terra mariq; potentissimi, atque inter Mauros maximi: item à Za-
baio Goæ quondam domino, atque à rege Grosapa, aliiq; complures re-
gum satrapumq; legati à nostro præfecto fœdus pacemq; ultro exorantes,
ac sua munera singuli afferentes. In hac etiam quæ proxime appulit classe,
ab Armusij rege legatus cum multis margaritarum rerum pretiosarum do-
nis, in signum, uidelicet, fidelitatis & recognitionis ad nos uenit. Hunc regem
Alphonsus idem, urbe opulentissima & præcipuo emporio Armusio ui ca-
pto, quindecim millium saraphorum (id est aurea moneta ducatis æquiua-
lens) annuorum nobis tributarium effecerat. Inter hos successus, pater beatis
sime, diuino suffragãte numine per uniuersam Indiam plurimi, spiritus san
cti gratia igneq; afflati, depositis gentilitijs erroribus indies ad nostram re-
ligionem conuersi, ueram dei fidem agnoscunt. Ob quod deo optimo ma-
ximo summæ gratiæ sunt merito referendæ, quod tam procul à nostro orbe
in tam

in tam remotis regionibus,quò ne fama quidē sui sanctissimi nominis pene trauerat,nostraq; nunc opera sedulo suam ueram fidem cultumq; celebrari,publicari ac propagari dignatus sit. Vnde proculdubio diuina fauente clementia sperandum est, quum nunc præfectus noster ad mare Rubrum, ut eius ostio occupato, Sarracenis earum partium commercia interdicat, relictis in India opportunis præsidijs, ingenti classe properet, ut ibi coniunctis sub crucis uexillo presbyteri Ioannis nostrisq; uiribus,maximum Dei obsequium, & Mahumeticæ sectæ detrimentum & ignominia sequatur, extremaq; Orientis ora,quò & sactas Apostolorum uoces intonuisse compertū est,occidentali nostræ propediem iungatur,& ad ueri Dei cultum ipsius suffragante numine traducatur,S. sedi Apostolicæ,ac tuæ sanctitati ut optimo pastori,Christiani gregis more debitum obsequium & obedientiam oblatura.Bene ualeat beatitudo tua,quam pientissimus Deus diu ac fœlicissime cō seruare & augere ad uotum dignetur. Dat. in urbe nostra Olisipone,octauo Idus Iunias,anno domini M. D. XIII. FINIS.

PRAEEATIO LVDOVICI VARTOMANNI BOLONIENSIS, QVI ET PATRITIVS ROMANVS.

PLures ante me fuerunt, qui ut mirabilia mundi cognoscerēt, indefesso studio autores quosq;,qui de his rebus scripserunt,legerūt:alij uero uiuæ uoci magis fidem adhibentes,à peregrinis hominibus,atq; è remotis regionibus aduentantibus hæc percontari maluerūt,quàm ex libris discere qui plerunq; falsa ueris admixta habēt. Fuerunt deniq; alij,qui tanto flagrarunt desiderio uisendi exteras regiones, atq; cognoscendi peregrinos populorum mores,conditiones terrarum,& naturas rerū,ut nec librorum lectio,nec aduenarū narratio illorum sitim restinguerent,sed potius accenderent,& quodammodo cogerent etiam cum iactura rerum familiarium egredi terras suas, & coràm ea uidere, quæ absentia illorum animos tanta sauciarunt cupidine:id quod mihi planè,ut uerū fatear, usuueniisse scio: nihil enim erat,quod irrequietum animū meum sedare posset,quoties exterarum nationū mihi recordatio incideret,præsertim orientalium,de quibus tā mira apud historicos & cosmographos leguntur,nisi ipse hæc lustrassem & oculis conspexissem. Sunt qui maiori ingenio prædiți,hæc terrena tanq; humilia transcenderūt,& subuolantes in cœlum usq;,motum illius atq; stellarū dispositionē subtili disquisitione inuestigarunt,& totū animi sui studium huc destinarūt,ut singularū rerū,quæ in corporibus illis cœlestibus fiunt,rationes redderēt in terris, nihil iucūdius & fœlicius ducentes, quàm de retrogradationibus,directionibus,absidū mutationibus,epicyclorum reuolutionibus,indinationibus,deuiationibus,reflexionibus,& alijs id

Digitized by Google

genus philoſophari: quod neutiquam damnamus, imò laudamus, & perpetua memoria dignos huiuſmodi uiros iudicamus: ſed noſtro pede nos metientes, grauem illam cœleſtem ſarcinam robuſtiſſimis humeris Atlantis atque Herculis ſuſtinendam relinquentes, repere uoluimus in terris, propriaq; in perſona conſpicere terrarum ſitus, hominum ritus & mores, uarietatē animalium, arborum mirabiles proprietates & naturas: potiſſimum quæ apud Arabes, Perſas, Indos & Æthiopes inueniuntur. Et quum in his inquirendis, tandem nonnihil uotis noſtris, laus Deo, ſatisfecerimus, parum egiſſe arbitramur, niſi & hæc quæ uidimus & experti ſumus, etiam aliis, qui ex taliū lectione uoluptatem non mediocrem capiunt, impertierimus: in quorum fauorem totū iter noſtrū, & uariū illum periculoſumq; diſcurſum, quæq; in tot & tam uariis regionibus, atque hominū ſectis experti ſumus, uoluimus breui & ueraci deſcribere ſermone, non ignorantes ueritatē in his ſcriptis potiſſimum deſiderari. Cæterum quid incommodi in qualibet regione mihi acciderit, quantam paſſus ſim famem, ſitim, frigus, calorem, bellum, captiuitatem, cædes, terrores, & alia innumera pericula, obiter in ipſo itinerario meo ſuis in locis oſtendam. Tantum autem abeſt ut hæc perpeſſa pericula me ab aliis regionibus adeundis coërceant, ut etiam peruestigatis terris, quæ ad orientem, meridiem & occidētem ſunt, iam deliberauerim adoriri aliud iter, exploraturus terras ad Aquiloné ſitas, reſiduos uitæ meæ dies talibus conſumpturus laboribus. Dominus proſperum reddat iter meum.

LVDOVICI

LVDOVICI ROMANI

PATRITII NAVIGATIONIS AETHIOPIAE, AEGYPTI, utriusq; Arabiæ, Persidis, Syriæ, ac Indiæ intra & extra Gangem, liber primus, Archangelo Madrignano interprete.

De urbe Alexandria. CAP. I.

SI qui forte profectionis huius causam admirati, instituti mei abs me rationē cōtenderint, ij proculdubio sciāt me non alia causa actū esse, cū ea qua & cōplures alij, qui uisendi orbis desiderio enixissime deflagrarūt: uerū quia pleraq; reliqui orbis à nostris sunt crebrius pagrata aditu frequētiore, animo destinaui eas partes uisere, quæ minus essent à nostris explora tæ. Ob id Venetijs soluētes auspicato, id est, nō sine diuini numinis iuocatione, uela uētis dedimus, pelagoq; cōmissi Alexādriā urbē Ægypti appulimus, & nouarū rerū æque cupidi ac sitiētes frigidā apprime exoptāt. Illinc ueluti à cōpertiore orbis parte abscedentes, Nilo uecti Babylonē, cui Cayro recentior ætas nomen indidit, deuenimus.

De Babylone urbe Nilotica. Cap. II.

ILlò ut peruenimus, tāta sum affectus admiratione, ut uix id referre queā: ubi tamē propius accessi, licuitq; urbē introspicere, repta est sanè fama longe inferior: quippe quæ tāta nō est inuēta, quātus erat rumor: neq; urbe Roma maior est ambitu, licet sit multo frequētior, utpote quæ longe plures habet idigenas: uerū fefellit cōpluſculos suburbanus ager, qui uicis propè innumeris dispergitur: ob id rati sunt cōplures, eā esse Babylōis partē: quod mihi me cōuenit, quādo certe rura uicisq; huiusmodi ad secundū tertium ue lapidē ab urbe sunt ruſculis haud absimiles. Nec opæpretiū est ut denarrādis eorū fide ac moribus multū tpis absumā: quādo colliquescit fermè cūctis eā plagā à Mahumetanis atq; Mamaluchis (ij sunt nostræ fidei desertores) cultā esse: quibus Syriæ præfectus, Sultanū uocāt, impitat. Huic famulātur Mamaluchi his uero Mahumetani.

De Berynto, Tripoli, ac Antiochia. Cap. III.

OPes, amœnitatē, fastūq; Babylonis, mamaluchorūq; siue peregrinorū militū mentionē, ceu notiora prudēs prætereo. Relicta itaq; Babylone urbe Nilotica, pniore uectus flumine rursum Alexandriā rediēs ac mare nostrū ingressus Beryntū pueni, urbē Phœniciæ Syriæ maritimā, ubi cōpluſculos diesabsūpsi. Ea à Mahumetanis colitur, nullius propè indiga: æquor mœnia allatrat, nec usq; muro ambitur, nisi ubi pelago alluit occidētē uersus. Nihil ibi memoratu dignū cōperi, præter id q; icolæ memorāt, locū, scilicet, uetustate exesum squalentēq;, ubi autumāt diuū Georgiū regis filiā à dracōe immanissimo asseruisse, beluaq; mactata parēti natā restituisse. Inde soluentes Tripolim uersus uelificauimus: ea est urbs Syriæ, & à Berynto orientē uersus bidui itinere distat: cultores præfecto parēt Syriæ, latriæ Mahumetanæ addicti: uber est solū, & ob mercimonia olim fermè rerū illic uisit ubertas copiaq;

incredi-

Antiochia. incredibilis. Illinc diſcedens in urbem Comagenen Syriæ Alep nomine me contuli: ea à noſtris dicitur Antiochia, ſub monte Tauro urbs eſt elegantiſſima & Babylonis præfecto paret: ibiq; ſcalæ Turcarum & Syrorum (ita enim uulgo dicuntur) nam mōti adiacet Olympo: Azamiorum Perſarumq; præſertim famigeratum eſt emporiū: ſunt enim Azamij Meſopotamij, Perſis finitimi, Mahumetem colunt. Eò uſq; memorati populi ceu ad nundinas cōmercij cauſa contendunt. Illinc iter ad Turcas Syroſq; habetur, ab illis cū primis, qui ab ea parte Meſopotamiæ, quæ Azamia dicitur, proficiſcuntur.

De Aman & Menin urbibus. CAP. IIII.

INde diſcedens Damaſcum contendi itinere decem dierum: uerū prius q̄ Damaſcum peruenias, circiter mediū iter urbs ſita eſt Aman nomine. Ea fert xylon abunde, & fructus ſuaues admodū fermè omne genus. Progredientibus pauliſper ad ſextū lapidem à Damaſco, obuia eſt urbs Menin nomine, quæ in diuo montis poſita eſt: colitur à Chriſtianis Græcorum ritu. Ii principi Damaſceno parent. Ibi uiſuntur duæ cōſpicuæ baſilicæ, quas ut memorant indigenæ, diua Helena Conſtantini parens conſtrui iuſſit. Illic fructus omnifariam optimi, ediles uuæ præſertim: hortiq; perēnibus fontibus irrigui. Inde itaq; abiens tandem aliquando Damaſcum conceſſi.

De urbe Damaſco. CAP. V.

DIctu propè incredibile eſt, fidemq; ferme omnem excedit, quàm elegās ſit urbs Damaſcena, quam'ue ſit eius ager fœcundus: nā urbis allectus amœnitate, inibi dies plurimos inſumpſi moram trahens, ut eorum linguā doctus, mores incolarū imbiberē. Ea colitur à Mahumetanis Mamaluchisq; eximie, necnon Chriſtianis cōpluribus, qui ritu Græcorū degunt. Obiter nō ab re fortaſſe erit, quippiā de eorū hexarchatu diſſerere. Ea, ut præfati ſumus Syriæ præfecto paret. Primum igitur omniū ibi arx eſt munitiſſima: huius fuiſſe autorem ferunt Ethruſcum quendam ab urbe Florentia oriundū: ære proprio exædificaſſe dicebatur, dū inibi hexarchus foret. Id teſtantur in uetuſtiſſimo marmore inſculpta lilia Florentinæ urbis inſignia. Vrbs cingitur altiore foſſa, quaternisq; inſigni faſtigio turribus. Pōte penſili traijcitur foſſa, iſq; tollitur ac demitur pro arbitratu. Tormentis omne genus, ac Mamaluchorū fortiſſimo præſidio, utpote numero L. arx munita eſt: ij arcis præfecto aſſiſtuut aſſidue. Sub Syriæ domino ſtipendio merent. Peperit huius urbis principatū Florētino uiro fortuna: ut enim de incolis accepimus, ita rem denarrabimus. Ferunt itaq; præfecto Syriæ Sultano quādoq; propinatū fuiſſe nenenū: & quū remediū quæſiſſent, ab quodā Florētino id repertū eſſe. Is inter Mamaluchos cōnumerabatur. Inuēto igitur antidoto, principi in paucis charus erat: ob id ea urbe clariſſima donatus eſt, propterea q; uiueret princeps, illi retuliſſet acceptū. Arce ergo cōſtructa Florētinus inibi rebus humanis exēptus eſt. Vita functū colūt uice numinis indigenæ, in ſeruati principis perennem me-

Hexarchatus

nem memoriam. Superstitionē funalibus accensis testantur. Defuncto successit rursum Syriæ præfectus. Adijciebant ad hæc incolæ, Sultanū post indeptum imperium suis regulis (Amirre lingua Syriaca dicuntur) gratum esse admodum: quippe qui hexarchatus & præfecturas paruo negotio, potentibus elargitur: ea tamen lege, ut aureorum (saraphos ipsi appellant) complura millia quotannis pendant. Abnuentibus sponsa dissoluere exitium imminet certissimum. Principem cōcomitantur ex summatibus deni uel duodeni. Et ubi principi cordi hæserit, uelle auri quippiam à satrapis aut commercia exercentibus (quia summa inibi uiget iniuria, passim debacchantibus latrunculis, sæuientibus præsertim in Mahumetanos Mamaluchis) dat princeps ad arcis præfectum binas literas: alteris continetur, ut concione aduocata in arcem quos uoluerit accersat: alteris continuo colliquescit mens principis, id est, quid princeps à subditis consequi uelit. Quibus perlectis, haud mora, imperata faciunt, æquum uel iniquum iubeatur, nulla habita ratione. Hunc morem corrogandi auri commentus est princeps. Vsu tamen quandoq; euenit, ut sint tantarum uirium satrapæ, ut etiam iussi adesse nolint, gnari uim illaturum tyrannum esse. Ob id sæpenumero, ubi exploratum habēt uocaturum eos esse arcis præfectum, mox in Turcarum regionem dilabūtur. Hæc sunt quæ quasi de eorum moribus collegimus. Id etiam obseruauimus, uigiles in turribus non uoce, sed tympano uigilias custodiasq; agere, correspondentibus inuicē ictu tympani uigilibus. Sed si qui forsan uigilū semisomnes, uel paruo horæ momento ad tesseram non respondērint, illi actutum ueluti suarum desertores custodiarum carceri ad annum mancipantur.

De his quæ Damasci uisuntur. CAP. VI.

POstquam reguli Damascenī mores explicuimus, in rem esse iudicamus, ut nonnulla quæ inibi conspicati sumus, elegantiam urbis concernentia expediamus: nam ea urbs incolarū numero frequēs est admodum, eademq; ditissima. Mirū dictu est, quantū opulentia ac eximio artificio polleat: quippe quæ affatim cōmeatuum fermè omniū habet, rei præsertim frumentariæ carniumq;, & id genus annonæ. Scatet omnifariam fructibus, & cumprimis per totum annū recentiū uuarum illic est ubertas. Sunt præterea ibi mala punica, chrysomela, amygdalæ, & proceriores oliuæ, eædemq; optimæ, rosæ itē albicantes rubentesq;, & sanè pulchriores quàm uncq; uiderim: & rursum poma omne genus suauissima: pyra uero ac persica gustu insuauia. Rationē huius insuauitatis non aliā afferebant, q; aquarū copiā nimiā. Fluuius lympidissimus urbē interfluit: ob id plerunq; in singulis ædibus signati fontes conspiciuntur elaborati: præsertim opere tessellato, museaceum appellant. Aedes autem eorum à foris inelegantes sunt, sed intus decentissimæ multiplici marmore, & cumprimis ophite lapide eas exornante. In urbe sunt complura delubra, Moscheas appellant. Sed quod cæteris præstat, id constructum est

Damasci opulentia.

instar

instar basilicæ diui Petri urbis Romæ, ubi magnitudinẽ inspexeris: si tamen id demas, quod in meditullio nulli sunt imbrices uel tecta, sed patefecit ut sis sub diuo. Circum uero delubrũ omnia concamerata sunt. Illic peculiari cultu sanctissimi uatis Zachariæ ut uerũ corpus obseruãt, idq; summo in æstimato habent. Valuæ delubri præcipue ex metallo quaternæ insignes plurimũ: inq; delubro plures fontes, ĩdemq; cõspicui. Supersunt adhuc collapsarũ ædium monimenta, quæ à Christianis olim incolebantur, Canonicam appellant: ea opere Moseaco exculta erat. Videre etiam licuit eum locum, ubi ferunt seruatorem nostrum diuum Paulum increpuisse his uerbis: Saule, Saule, quid me persequeris? Is locus est extra urbem ad primum lapidem: ibi Christiani humantur, qui in ea urbe è uiuis decedunt. Visitur etiam ibi ea turris, quæ diuo Paulo pro custodia data est: ea mœnibus urbis connexa est. Eum uero locum turris, unde ab angelo sanctus Paulus exẽptus est, nequicquã obstruere Mahumetani tentarunt: nam ubi uesperi obstruxerint, mane reseratum offendunt: idq; ui numinum euenire autumant, ne actæ rei testimoniũ desit. Vidi etiam illas ædes, in quibus, ut fama fert, Cain Abel fratrem cõfecit germanũ: eæ enim ab altera urbis parte sunt ad primum lapidem in conualle quadam sitæ, tamen in colle decliui. Sed hinc redeamus ad peregrinos milites, quos uocant Mamaluchos, deq; eorum licentia, qua in ea urbe abutũtur multo licentius, quàm par est, prosilientes differamus.

De Mamaluchis Damasci. CAP. VII.

SVnt itaq; Mamaluchi ex ea hominum nota, qui à nostra fide desciuerũt, abq; Syriæ præfecto ueluti mancipia emuntur. Illud compertum habemus, id hominum genus solers esse admodum: quippe qui tum disciplina militari, tum literarũ studio exercentur tantisper, donec peritiores euaserint. Indiscriminatim tam parui quàm magni stipendia sub præfecto merent: id stipendium sẽnos saraphos (id est auri genus) nõ excedit mense singulo, præter sui, ac serui, necnon equi uictum: tantoq; maiore stipendio conducuntur, quanto strenuiores & manu promptiores euaserint. Igitur nõ perambulant urbem, nisi bini, uel terni simul: illis enim probro daretur maximo, si sine comite incederẽt. Et ubi inter eundum obuias habuerint ternas uel quaternas mulieres, licentia eis cõcessa uel extorta, in quibusdam diuersorijs, chanos uocant, qua sciũt iter facturas mulieres opperiuntur, & ut propius accesserint pri ui priuas corripiũt, eisq; introductis licenter nimiũ utuntur. Conãtibus Mamaluchis frontẽ earũ retegere (uelata enim facie incedunt) obsistũt maxime, nec cognosci uolunt mulieres: nos enim norunt, licet à nobis agnosci nolint. Instant audacius Mamaluchi, & solita petulantia se uelle eas detegere asseuerant. At illæ inquiũt: Satisne ac super est, quod corpora nostra uulgastis, proq; libito usi estis, nisi etiam frontẽ nostram aperiatis? Tunc Mamaluchi eas missas faciunt. Verum quandoq; accidit, ut rati prostituere principis filiam,

Digitized by Google

liam, ſuasmet uxores comprimant: idq; dum ego illic agerē uſu euenit. Mundum muliebrem curant quàm quæ maxime: ueſtibus ſericeis utuntur, & eas cooperiunt goſſipinis pannis, eiſdemq; tenuiſſimis, quaſi inſtar ſerici. Ocreis utuntur albicantibus: ſoleis uero coccineis, aut ſanè purpureis. Caput multiiugis exornant monilibus: delectantur inauribus, & in digitis geſtant condalia. Nubunt toties, quoties libuerit: ubi enim pertæſæ fuerint prioris coniugis, ſacerdotem ſuæ fidei præfectum (Cadi appellant) adeunt, ſeiungiq; *Cadi*
eſflagitant à priore coniugio. Diſcretionem huiuſmodi eorum lingua Talacare nuncupant. Peracto itaq; à Cadi eorum ſacerdote diuortio, ad alia noua tranſeunt: itidemq; uiris licet. Sunt qui autumēt Mahumetanos quinas *Polygamia*
uel ſenas ſimul habere uxores: quod minime animaduerti: reor tamen, ut licuit intelligere, binas, uel ad ſummum ternas eos uxores ducere. Veſcuntur in propatulo, in emporijs præſertim, ubi promercalia uiſunt: & ibi quicquid eſt eſculenti excoquitur. Veſcuntur equis, camelis, bubalis, hœdisq;, & id genus animalibus. Recentis caſei ſumma eſt copia. Quibus lac eſt uenale, ij circunducunt quadraginta uel quinquaginta capreas, easq; ubi lac emere uolueris, in ſuperius deuehunt cœnaculū, etiā ſi triplex foret contignatio, coràm in uaſe ſtannea lac emungunt. Supra palmum longas habēt capreæ auriculas: ubera habent multiplicia: fœcundæ admodum. Tuberum ibi ingens eſt ubertas: nam nōnunq; illò uiginti quinq;, aut triginta cameli tuberibus onuſti conſpiciuntur: & tamen intra triduum uenduntur. Aduehūtur ex Armeniæ montibus, ex Aſiaq; minore, quā Turchiam, alij Anatoliam appellant. *Turchia*
Mahumetani longioribus ueſtibus utuntur fluxisq;, eiſdēq; ſolutis panneis uel ſericeis: plerunq; caligis utuntur goſſipinis, ſoleisq; albicātibus. Si ubi obuiam habuerint quempiam ex Mamaluchis, etſi Mahumetanus præſtaret cæteris, qui inibi mercimonia exercent, illum tamen honore proſequitur, cedit q; illi de ſemita: qui ſi ſecus agerent, ſcipione haud dubie uapularēt, admonerenturq;. Sunt itē ibi tabernæ cōplures merciū à Chriſtianis conductæ: in illis ſerica omnifaria, & præſertim ex altera parte uilloſa, uelutū appellāt, & id *Velutum*
genus cōplura: uerū Chriſtiani ibi à Mahumetanis male accipiuntur.

Quomodo ex Damaſco itur ad Mahumetis Mechā, & de Arabum moribus, Cap. VIII.

POſtq; plus iuſto forte de Damaſcenis rebus diſſeruimus, urgeorq; ſolicitudine perficiendi ſuſcepti itineris, pergam expedire alia. Igitur anno ſalutis quingenteſimo tertio ſupra milleſimū, menſis Aprilis octaua luce, quū accepiſſem camelos, Carauanam uocant, expediri, ut Mecham contenderēt, nouarum rerum percupidus, eſſemq; expers eorum conſuetudinis, qui illuc erant profecturi, inij cum Mamaluchorum duce amicitiā: is fidem noſtram abnegauerat. Ad eum itaq; ubi receptum habui, ære medio mox me donauit amictu, quo Mamaluchi uti ſolent: datoq; equo pernici ac feruido, cæteris con-

ris consociauit mamaluchis. Id, ut sum præfatus, ui maxima auri, ac aliarum rerum, quas illi dono dedi, consequutus sum. Ingressi tandem iter sumus, ac itinere dierum trium perfecto, ad locum quendam peruenimus, cui Mezarib nomen est. Illic tridui moram fecimus, ut itineri capessendo sumerent mercatores necessaria, camelos præsertim, & complura alia. Eius loci princeps quidam est, quem Zambei uocant: aruis Arabibus simul imperitat, estq; ingentium uirium dominus. Huic terni sunt germani, ac nati quatuor: alit equorum quadraginta millia, incq; eius regia equarum dena millia, ac camelorũ quaterna millia uisuntur. Patescit in immensum ager, utpote itinere bidui, ubi armenta huiusmodi pecuascere solent. Is princeps Zambei capessurus bellum, tantarum est uirium, ut Babylonis Sultano, ac Damasci præfecto, Hierosolymorumq; principi simul arma inferat. Et quũ leguntur fruges, prædæ inhiat studio incredibili, miraq; impostura circumuenit Arabas. Nam aliquando arbitrantur Arabes procul, utpote spatio mille passuum uirum abesse, & mane postridie prædabundus adest, inopinatoq; corripit nihil tale metuentes: adueniens insperatò rem frumentariam ac hordeũ ipsis inditum sacculis asportat aliò. Nonnunquam perdius ac pernox excursionibus populabundus insistit irrequietus admodum. Vbi uero gradum sistere placuerit, equabus iam ob cursum fessis camelorum lac propinat, ceu rem frigidam. Verum enimuero uisum est mihi iumenta huiuscemodi non cursu, sed uolatu ferri instar accipitris. Id licet testari, quoniam coràm uidi iens cum eis simul. Illud etiam uobis compertum sit, memoratos Arabes equis in-

Zambei

Arabes

stratis insidere, solaq; tunica interiore amiciri. Pro telis ferunt harundinem longam decẽ aut duodecim brachiorũ, cui ferrum in cuspide inest, circumq; cuspidem sericum elaboratũ. Et ubi excursiones sunt faciendæ, adeò confertim incedunt, ut turmatim eos iter agere existimes. Statura sunt despicabili paruáq; : color est inter fuluum & nigrum: uox est muliebris: capillum habent promissum extentumq;, eundemq; nigricantem. Frequentiores sunt quàm quisquam autumare queat: inter seq; concertant diuturniore prælio: montana incolunt: statáq; prædandi habent tẽpora: id enim tempus miro studio obseruant, quo exploratum habent illàc transituros esse qui ad Mecham contendunt. Tunc ueluti latrunculi obsident itinera, & prætereuntes opperiuntur, ut eorum fortunas populentur. In prędam ituri ducunt secum omnia, uxores, natos, & quicquid possident fortunarum. Ædes eorum imponunt camelis: quandoquidem nullas habent ædes: tentoriis & conopeis ut nostri milites utuntur. Huiusmodi tabernacula ex lana nigra sunt confecta, eademq; depexa uilíq; admodum. Igitur undecima Aprilis cameli, id est carauana, numero quasi triginta quinq; milliũ ex Mezarib discessere, ad quadraginta millia hominũ numerus ascendit. Nos uero non plus sexaginta eramus & Mamaluchis, qui loco præsidij custodiendos susceperamus camelos,

Digitized by Google

melos, id est, ipsam carauanam: sic enim collocabantur pro custodia mamaluchi trifariam diuisi: alij in fronte: mediā aciem tenent alij: alij agmen claudebant: eo modo incedunt itinerantes, ut paulo post aperiemus. Primū igitur omnium scire conuenit, quod à Mecha Damascus abest itinere quadraginta dierum, ac totidem noctium. Discessimus ergo à Mezarib, iterq; egimus ea die usque ad horam uigesimam secundā. Tunc Agmirus dux tessara data iubet eo loci sisti omnes, ubi signum exaudierint. Et simul omnes exaudito signo consistunt: exonerandis onustis camelis, cibo capiēdo, spatium duarū horarum absumitur. Dat tesserā rursum dux, & actutū onustis camelis illinc abeūt. In cibatu camelis dantur singulis quini panes hordeacei, haud cocti, magnitudine mali punici. Inscensis equis iter agunt nocte ac die sequentibus usque ad horam uigesimā secundam. Hora uigesima secunda eundem seruant morē quem paulo ante memorauimus. Singulis octonis diebus aquam hauriunt, egesta humo aut sabulo. Inueniuntur tamen nonnulli putei ac cisternæ. Temperant octauo die ab itinere, camelis bidui mora data ad recuperandas uires. Grauantur pondere incredibili cameli, quippe qui geminū pondus ferunt, utpote duorum mulorum. Illis est potus in ternos dies tantum.

De robore mamaluchorum. Cap. IX.

VBi gradum sistere contigit ad aquas prædictas, semper oportuit cum maxima Arabum manu confligere, sed plerunq; incruentū certamē: nam etsi crebrime manum conseruimus, tamen unum tantum hominē occubuisse cōstat: adeo enim sunt imbelles Arabes, ut à sexaginta mamaluchis Arabū quinquaginta millia cohiberi potuerint: quoniā ex eis qui pagani nūcupantur, non sunt mamaluchis strenuiores, armisq; capessendis aptiores, ac manu promptiores. Noueritis profecto me coràm plura uidisse, quæ mamaluchorum bellicam uirtutē præ se ferebant. Memini inter cætera uidisse è mamaluchis quendā, qui posito supra uerticem serui malo Assyrio, & ad distantem ad duodecim, uel quindecim passus ueluti ad scopum ictum destinare, & altero iactu malū Assyrium è uertice deturbare. Vidi & alium mamaluchum citatissimo gradu agentem equum, ephippia eidem equo quo insidebat detrahentem inter currendum, eáque capiti imponentem, & rursum sternentē currendo eundem equum. Ephippijs more nostro utuntur.

De Sodoma & Gomorrha urbibus, Cap. X.

PEracto itinere duodecim dierum deuenimus ad conuallē Sodomæ ac Gomorrhæ. Vera equidem refert sacra pagina. Supersunt adhuc collapsarum urbium uestigia, diuinæq; iræ testimonium. Astruere licet, tres esse urbes, quæ singulæ in diuo singulorū montium sunt positæ, & circiter altitudinē trium uel quatuor cubitorū adhuc uisitur nescio quid instar sangui-

Digitized by Google

nis,quasi exprimat rubicantem ceram humo admixtam. Ego certe credide rim id genus hominum corruptissimum uitiorum labe fuisse,argumento quod circum urbes regio arida incultaq; squalet humo,nullius ferax,aqua rum præsertim expers. Vescebantur olim illi manna:& quum diuino mu nere abusi fuissent,uapularunt uerbere atrocissimo. In dei euidens miracu
Eremus ante urbes. lum adhuc conspicitur ruina urbium. Præteritis ad uiginti mille passus ur bibus,è nostris circiter triginta tres siti occubuere, obruti fuere inibi sabulo complures semineces,tantũ fronte retecta. Progressi nonnihil nacti sumus montem paruum,ad cuius radices aqua reperta est:cuius inuentu gauisi su mus plurimum:ibi statiua fecimus. Postridie illius diei luce prima affuere Arabũ uiginti quatuor millia, haustæ aquæ pretium reposcebãt. Respon dentibus nobis,soluere nolle, id quoq; munere deorum datũ esse:cõtinuo consertũ est prælium:succlamantibus illis,nos eorum latices hausisse. Nos uero in monte prædicto tanquã in loco tutiore cõglobati, camelos ceu pro pugnaculũ aliquod obiecimus uice muri. Mercimonia exercentes recepti erant in aciem mediam,id est,in medio camelorum,nobis quaquauersum
Atrox prelium acriter præliantibus:tam diuq; certatum est,quoad hostes nosq; bidui mo ra latices defecere. Montẽ corona cinxerant Arabes, iactabantq; in came los irrumpere uelle. Tandem ut modum prælio faceremus, adhibitis ad cõ silium negotiatoribus,dux noster Arabibus ducentũ ac mille aureos num mos dari iubet. At illi accepto auro dixere nos minime psoluturos esse hau stam aquam denis aureorũ millibus. Tunc intellectũ est à nobis alia quæ rere gentem quàm nummos,quasi nodũ quæreret in scirpo: ob id dux no ster continuo edicit,ut in omni agmine nullus qui armis ferendis aptus so ret, camelum insenderet, sed prælio se expediret quamprimum. Postridie mane præmissis camelis, nobisq; agmen claudentibus,ut iter agere cœpi mus,tercentum ferme numero eramus,cõsertum est prælium: è nostris ce cidere duo,uir & mulier: nec aliud incõmodi passi sumus. Ex Arabibus ue ro confecimus mille ac quingentos. Nec uos subeat admiratio,quòd tantã stragẽ pluribus pauci intulerimus. Occidioni causam præbuit,quòd illi so la interualla propè nudi agebãt, instratisq; equis insederant,eoq; necessita tis adducti erant,ut instantibus nobis ad propria uix remeare quiuerint.

De monte culto à Iudæis. CAP. XI.

SPatio dierum octo nacti sumus montẽ,qui patet ambitu decẽ aut duo decim mille passuum. Hunc montem incolunt Iudæorũ circiter quina millia. Ii nudi incedunt: magnitudine sunt inter quintũ & sextum palmũ: uox est illis muliebris,nigri sunt coloris, sed inter se nigricante colore diffe runt. Nulla alia re uescuntur quàm hœdinis carnibus. Circuncidũtur, nec se inficiantur esse Iudæos. Si casu quopiã Mahumetanus ad eorũ manus deuenerit,is crudelem in modum decoriatur uiuens. Ad radices montis of

fendimus

Digitized by Google

fendimus cuniculū, is est meatus subterraneus, unde deriuabant aquæ plurimæ. Nacti hanc opportunitatem, sexdecim millia camelorū onerauimus, cuius rei pretæsum est Iudęos. Palabantur errabundi in eo monte ceu hinnuli. A descensu tamen montis temperabant: quippe qui Mahumetanos oderunt quàm qui maxime. Infra montē uisebantur septem uel octo spineæ arbores mira pulchritudine, inq; eis par turturum cōperimus: quæ res cessit loco miraculi, quum tot itinera mensi essemus, & nulla animalia uolucresq; conspicati fuissemus. Post hæc iter egimus duorum dierum, & tandem peruenimus ad urbem quandam, cui nomē est Medinathalhabi. Ad quartū lapidē à dicta urbe puteum inuenimus. Ibi carauana, id est, camelorum agmen constitit, ibiq; unius diei sumpta mora, illic quisque se lauit, induitq; mutatoria, ut nitidiore amictus habitu urbem lætius ingrederetur. Ea frequens est populo, quippe quæ circiter ædes trecentas habet. Mœnia ut aggeres ex humo: domus uero tum lapideæ, tum lateritiæ sunt: Ager qui urbi adiacet ob diuinam interminationem nullius ferax, si id excipias quòd ab urbe ad geminum lapidis iactum circiter quinquaginta palmæ uisuntur, quæ cariotas ferunt. Præterfluit hortum quendam ibi aquarum decursus. Is quasi ex loco cliuoso ad gradus fermè uicenos quaternosq; in subiectam planiciem effunditur: inde aquantur cameli, quum illuc proficiscūtur. Sed tempus iam appetit ut eorum refellam opinionem, qui autumant Mahumetis uiri impurissimi arcam apud Mechā in aēre absq; adminiculo pensilem consistere. Ego longe aliter sentio, adfirmoq; ea nec uera, neq; uerisimilia esse, utpote qui coràm hæc perpendi, uidiq; locū ubi humatus est Mahumetes in memorata urbe Medinathalhabi: morā enim inibi tridui fecimus, ut in horum omnium certissimam deueniremus notitiā. Prima die urbem inijmus. Quum uero delubrum eorum, Meschitam appellant, ingredi contendebamus, id prius non licebat quàm comite quopiam paruo uel magno. Ii apprehensa manu nos illò ducebant, ubi humatum adseuerant Mahumetem.

Medinathalhabi urbs.

De delubro & sepulchro Mahumetis, déque eius socijs.

CAPVT XII.

DElubrum eius testudinatum est, longitudine passuū centum, latitudine uero passuū octuaginta patescit. Gemina porta ingressus, adeuntibus patet. A latere triplici tegitur opere concamerato: fulcitur columnis quadringētis ex lateritio opere albicantibus. Lychni pensiles accēsi, lampades appellamus, plures admodū numero quasi triū milliū. Ab altera delubri parte in priore loco Meschitæ turris uisitur ambitu quinq; passuū quaquauersum testudinata, pannoq; contecta sericeo: ea crate ærea faberrime facta fulcitur, distantia duorū passuum, abq; adeuntibus quasi per transennam conspicitur. Læuorsum angusta porta itur ad turrim: & quum eò per

ueneris, rursum angustiore ianua admittendus est. Hostium huiusmodi hinc & hinc complures codices bibliothecæ instar honestant: alterum latus uiginti, alterũ uero quinque & uiginti condecorant: illi enim Mahumetis sociorumq; traditionis fœdissimas, tenoremq; uitæ eius cõtinent. Intra dictam portam sepulchrum uisitur, id est, defossus locus, ubi adstruunt cõditum esse Mahumetẽ, sociosq; eius. Nabi uidelicet, Bubacar & Othomar, Aumar & Fatoma. At Mahumetes dux erat, Arabsq; natione. Mahumetis gener erat Hali: quippe qui eius natã Fatomã uxorẽ duxerat. Bubacar is est, quem ferunt inter purpuratos patres relatum esse, adq; summũ apostolatus apicem nequicquam aspirauisse. Othomar & Aumar in exercitu Mahumetis præfecti militum erant. Ii singuli singulos habent gestorum traditionumq; suarum codices. Ob eam rẽ discors admodum id genus fœdissimũ, inter se concertant, alijs alia affirmantibus: multifariam enim diuidunt, nec satis sciunt cui potissimũ credant, mutuisq; ob id cædibus se cõficiũt ceu belluæ, his addicti hæresibus ac falsis opinationibus pẽsiq; nullius.

Nomotheta Turcarum

De secta Mahumetis. Cap. XIII.

NVnc uero denarrabimus mores ac sectam Mahumetis. Igitur in excelsiore turris parte est locus patens in circuitu fastigium turris extra ambire uolentibus. Mox cõpertũ fiet uobis, quibus usi sint dolis, ut caraunæ impostura facerẽt. Primo uesperi quo illò deueneramus, ut uiseremus Mahumetis sepulchrũ, dux agminis ad se accersiri delubri, id est Meschitæ antistitem iubet, eumq; in hunc ferme modũ alloquitur: Eò ueniisse ut uiseret Nabi, quæ uox prophetã Mahumetem significat, corpus: pretium eius rei saraphorũ fore quaterna millia: parentes se habere nullos, minusq; germanos, sorores, cõiuges natosq;: neq; se illò contendisse commercij causa, ut aromata, aut baccar, & id genus monilia præstinaret: profectioni causam dedisse desiderium seruandæ animæ, amoremúe comparandæ salutis: ob id se ardere desiderio uisendi corporis prophetici. Ad hæc præfectus delubri, Sidi appellant, quasi lymphatus respondit: Audésne his luminibus, quibus tot patrasti scelera, eũ uelle conspicari, cuius intuitu deus maximus cœlum ac terram creauit? Et rursum dux noster: Domine rex uerũ dicis, sed abs te unum liceat impetrasse, ut uideam prophetã: quo uiso, in eius gratiã effodiam mihi mox lumina. Side uero respondit: Cuncta tibi aperiã princeps, Nemo it inficias quin hic propheta noster uitam exuerit: qui si uoluisset, potuisset quidem apud Mecham decedere: uerũ ut inopiæ specimẽ præ se ferret, eoq; nos instrueret exẽplo, hic quàm alibi maluit rebus humanis exui: illicoq; in deorum sedes relatus est ab angelis, adeoq; in cœlũ ueluti compar receptus est consessum. Et iterum dux noster ad templi præfectũ: IESVS CHRISTVS MARIAE filius ubi est? At Sidi: Ad Mahumetis pedes. Ad hæc dux noster respondit: Sufficit, sufficit, nolo plura scire.

Impia persuasio

ra ſcire. Poſt hæc delubro egreſſus dux cõuerſus ad nos inſit: Reſpicite pro qua re terna millia ſaraphorũ prodigere uolebam. Eadem die ueſperi hora ferme tertia noctis, ex ſenioribus Mahumetanæ ſectæ decẽ forte uel duodecim carauanam ingreſſi ſunt: ea enim ad iactũ lapidis ab urbis porta cõſtiterat. Ii igitur ſnclamare cœperunt huc atq; illuc curſitantes ceu fanatici, Mahumetes dei nũtius reſurget: ô propheta, ô deus, Mahumetes reſurget, parce mihi deus. Exciti his inclamationibus dux noſter nosq; arma expedire cœpimus, rati Arabas eſſe, qui direpturi carauanã aduentaſſent, percunctantes quidnã rei eſſet, quidúe inclamarene: quoniã non aliter tumultuabantur, quàm nos Chriſtiani, quũ inopinato reſcimus factum eſſe miraculi quippiam. At ſenes reſponderunt: Num cõſpicitis fulgorem qui è ſarcophago prophetæ Mahumetis effulſit? Ad hanc uocem dux noſter: nihil, inquit uideo: nosq; percunctatus eſt, uidiſſemus ne quippiã. Reſponſum eſt à nobis, nihil uidiſſe nos. At unus ſenũ: eſtisné, inſit, mancipia, id eſt mamaluchi? Huic rurſum dux: ſumus ſanè mancipia. Tunc ſenex: uos domini nequitis cœleſtia cõſpicari, utpote neophyti, inq; noſtra fide nondum firmi. Ad hæc noſter dux reſpondit: O inſani, daturus eram aureorum terna millia, mehercle dabo nunquã, canes canibusq; prognati. Noueritis itaq; non ſplendorem è ſepulchro emicuiſſe, ſed ſenes ignem flammamq; cõmentos eſſe, ut ſub uelamento fulgoris nobis imponerent, ceu diuinitus id ſplendoris contigiſſet. Ob eam rem iuſſit dux, ut de cætero nemo noſtrum delubrũ iniret. Id etiam explotatum uobis fiet, adiuratiſſimeq; uobis adſtruimus, inibi ferrum calybemué haud eſſe, minusq; magnetem, nec propius montem quàm ad quartum lapidem eſſe. Nos illic tridui morã egimus, cauſa reficiẽdi agminis. Ad eam urbem cõmeatus omneq; annonæ genus ex Arabia felici, abq; Babylone, Cayrum uocant, nec nõ Æthiopia cõportantur mariq; aduehuntur Erythræo, à quo urbs abeſt itinere quatuor dierum. *Præſtigiæ*

Quomodo itur ad Mecham: Cap. XII.

POſteaquam ineptiarum deliramentorumq; ac nugarum Mahumetis ſatietas, imò faſtidium nos cepit, decreuimus progredi, iterq; cœptum perficere duce piloto, qui itineris curſum moderabat pyxide ac pagina marina, ut ſunt ſulcãdi æquoris peritiſſimi. Auſtro igit ferebamur, puteũq; elegantiſſimũ offendimus: inde enim immẽſa aquarũ ubertas deriuabat: eius fontis incolæ autorẽ memorãt diuũ Marcũ euangeliſtã architecto deo quũ ea regio ſiccitate incredibili exaruiſſet: is ab agmine noſtro epotus eſt. Nollem tamẽ obliuioni tradere, quæ cõperi in mari cognomẽto Arenæ: id à nobis prius repertũ eſt quàm Iudæorũ montẽ nacti eſſemus. In mari igitur huiuſmodi arenoſo iter quinque dierũ ac noctium habuimus. Iam iam uobis innoteſcet, cuiuſmodi mare exiſtat. Ea ſunt arua patẽtia, quæ arenis ſtrata ſunt albicantibus pollinis inſtar. Si quò ſiniſtro pede uſu ueniret, ut ij *Pilotus* *Arenoſi maris pericula*

qui illàc iter agũt Auſtro ferrentur, ut ſeptentrione aguntur, ſabulo obruti occumberent omnes. Nam etſi proſperis uehebantur flatibus atro tamen turbine ſabuli adeo inuoluebamur, ut adempto è cõſpectu interuallo decẽ paſſuum alter alterum non conſpiceret. Ob id incolæ camelis uehuntur caueis incluſi ligneis, inq; eis uitam trahunt, ducibus tamen pilotis, qui nõ aliter quàm in undabundo mari pyxide ac pagina ducuntur: & ibi ſiti exanimati ſunt complures: alij interiere ob hauſtos plus iuſto latices, quũ fontis facta fuiſſet poteſtas tantum aquæ biberunt, ut crepuerint medij. Et illic ſit Momia. Vbi uero à ſeptentrione flant uenti Eteſiæ, tũc arena tollitur in altum, in montemq; conglobata fertur. Is mons Sinai montis eſt brachium. Quò ut peruenimus, pylæ à nobis repertæ ſunt manu & arte elaboratæ: ianuam ipſi appellant. Ad læuam dicti montis in faſtigio antrũ eſt, ad quod patet aditus porta ferrea. Comminiſcuntur quidam, eò loci Mahumetem contẽplationi uacauiſſe. Illic noſtris auribus ingẽs ſtrepitus, clamorq; horridus inſonuit: nam prætereundo montem prædictum tantũ diſcriminis ſubijmus, ut uix nos euaſuros arbitrati fuerimus. Relicto itaque puteo iter egimus dierum decem, bisq; cum quinquaginta millibus Arabũ præliati ſumus, & tandem aliquando ad Mecham deuenimus: & ibi uigebant bella, concertantibus inuicẽ germanis, uter eorũ regno Mechæ potiri deberet.

Momia

De forma & ſitu Mechæ, & quur illuc contendant Mahumetani.

CAPVT XV.

IAm tẽpus appetere uidetur, ut de famigerata urbe Mechæ nonnihil diſſeramus, quidnam ſit, quomodo'ue ſituetur, qui'ue illi moderentur. Vrbs eſt elegantiſſima, cultaq; magnopere: quippe quæ ambitu ſenum millium ædium continetur. Domus ſunt incolatu optimæ, æque ac noſtræ, uiſuntq; nonnullæ trium aur quatuor millium aureorũ impenſa. Vrbs mœnia non habet. Ad geminum ferè ſtadium ab urbe nacti ſumus montem, ubi uia erat ui inciſa, ea ducebat ad ſubiectam planiciẽ. Vrbis mœnia ſunt montes, quibus quaquauerſum uallatur: quadruplicẽ habet aditum. Moderator urbis & ipſe Sultanus eſt, è quatuor germanis unus, ex ſtirpe Mahumetana, paretq; Sultano Babylonis, quo cum reliqui tres fratres diuturniore prælio certant. Igitur octauadecima Maij Mecham inijmus urbẽ. Ingreſſus patuit ab ea parte quæ ſeptentrionem reſpicit: mox per dediuũ locum in planiciem deuentũ eſt. Ad meridionalem partẽ montes bini ferme ſe complectuntur, diſcreti anguſto interuallo: eà itur ad Mechæ portũ. Quà uero ſol oritur, uiſuntur montis fauces inſtar conuallis cuiuſpiam. Illàc iter pateſcit ad eum montem, ubi Abrahæ & Iſaac patriarchis ſacrificãt. Is mons ab urbe abeſt ad octo uel decem millia paſſuum. Altitudine cõſurgit terni iactus lapidis, conſtatque non marmore, ſed neſcio quonã lapide colore

colore ab marmore dissimili. In fastigio montis est delubrum, Meschitam uocant, fabricatum more eorum: id tres habet aditus. Ad montis radices sunt geminæ cisternæ, quæ incorruptas seruant aquas: altera caravanæ Babylonis, altera Damascenis camelis latices propinat. Aqua est pluuia, procul & illinc deriuat. Sed ad urbem reuertamur, quum opportunum erit de more sacrificandi, quo ad radices montis utuntur, affatim dicturi. Itaq; urbe inita, mox Memphiticam caravanam offendimus, quæ spatio dierum octo nos præuenerat: neque eà uenerat, quà nos iter feceramus. Caravanã huiusmodi sexaginta quatuor millia camelorũ complebãt custodibus mamaluchis centum. Id in primis innotescet uobis opinione cunctorum, urbẽ memoratam deum maximum diris maledictionibus esse execratum, argumento quòd nullius est ferax fructus, cunctarum q; regionũ infœcundissima. Aret comprimis aquarum indigentia: adeoq; in immensum aquarum pretium excreuit, ut duodenis denarijs tantillũ aquæ emere nequeas, quo sitim unius diei expleas. Iam subijciam quo nam modo uictitent. Plerunq; ex Babylone, siue Memphi Nilotica urbe, Cayrum uocant, commeatus illo mari Erythræo cõportantur, portu præsertim inseruiente, cui Gidæ nomen est: is abest ab Mecha quadraginta mille passibus. Commeatus suppeditat perbeata appellatione felix Arabia, annonam mittit & Æthiopia. Illic comperimus peregrinorum numerum maximum: Alij ex Æthiopia. ex utraque India alij, ex Persíde alij, alij ex Syria profecti erant. Nusquam profecto frequentiorem uidi populum, quantum mora uiginti dierũ perspicere licuit. Iì uarijs de causis illò accesserant: commerciorum alij causa, nõ nulli ut uotũ absoluerent, ignoscentiarũ causa eò contenderant, in quibus ignoscentijs mox exploratum fiet uobis quidnam agant.

Caravana

Mechæ ager sterilis.

De commercijs Mechæ. CAP. XVI.

PRimum omnium de mercimonijs quæ illò cõportantur dicemus. Ex India maiore, quæ est intra extraq; Gangem fluuium, baccæ, id est uniones, & id genus monilia aduehuntur, affatim q; aromatũ: & præsertim ex ea urbe Indiæ maioris, cui nomen est Bangellæ, panni gosipini sericíque ducuntur. Æthiopia etiam sua mittit aromata. Quo fit ut fateri liceat, eam urbem famigeratum esse emporium omnium ferme rerum, baccarũ, monilium, aromatumq; omne genus, serici, gosipini, ac unguentorum, quæ suauissimũ fragrant odorem, quorum omnium summa est ubertas, & copia incredibilis.

De ignoscentia siue indulgentijs Mechæ. CAP. XVII.

TAndem redeamus ad peregrinorum indulgentias, quarum causa illò contendunt aduenæ. In urbe media delubrum instar colossei Romani, amphitheatrum dicimus, non tamen ex marmore ptocerioribúsque lapidibus, sed ex coctis lateribus: Amphitheatri instar nonaginta, aut sanè centum

Templum Mechæ

centum portas habet, ĉſt que concameratum: ingreſſus deſcenſu ſcalarum duodecim graduum patet hinc & hinc. In propylæo monilia tantum uenduntur. Ingreſſis undique auro obducti parietes effulgẽt ſplendore incomparabili. In inferiore parte templi, id eſt ſubtus loca concamerata, ingens hominum turba: nam inibi ad quatuor, uel quinque hominum millia nó niſi unguenta odoratiora uendunt, & cum primis puluiſculum odoriferu n, quo humana corpora condiuntur. Inde ad Mahumetanos ferme omnes traducuntur odoramenta. Excedit enim omnẽ fidem, quàm inenarrabilem ſuauitatis odorem fragrent ea unguenta, non aliter quàm ſi fores in myropolio, quod caſtorem & id genus fragrantiores odores redoleat. Vigeſima tertia Maij indulgentiæ in delubro cœptæ ſunt erogari. Quonam modo id fiat iam iam referabimus. Delubrum in meditullio patet abſque imbricamento, inĉp medio eſt turris, circumquaque ſenum paſſuũ magnitudine: ea ſerico panno obuoluitur, ſupraĉp uiri unius altitudinẽ non exurgit. Turrim ineunt porta argentea: utrinque ſunt balſamo, ut ferũt, opplета uaſa: ea uiſendi poteſtas fit omnibus in die pentecoſtes. Memorantĉp incolæ, id balſami partem eſſe theſauri Sultani eius qui Mechæ moderatur. Ad omnem turris teſtudinem poſitum eſt ferrum inſtar oræ orbiculatum, idemĉp terebratũ, cuiuſmodi retinendis iumentis parietes muniuntur. Vigeſima tertia Maij frequẽs populus cœpit horis antelucanis ſeptics turrim ambire, deoſculando ſingulos angulos, eoſdemĉp identidem palpant. Ab hac turi ad decẽ uel duodecim paſſus eſt turris altera inſtar ſacelli noſtro more extructi: ea ternos uel quaternos habet aditus. In turri media poſitus eſt puteus, qui agitur in profundũ ad brachia quaſi ſeptuaginta. Is aquas ſalnitro infectas emittit. Puteo præfecti ſunt circiter octoni homines toti populo aquis hauriendis: & ubi frequens populus ſepteno ambitu priorẽ turrim circundedit, propius accedit, & tergi putei orificium tangens hæc præfatur, Sit in dei honore: deus indulgens mihi dimittat peccamina. His prolatis, qui aquam hauriũt ternas aquæ lagœnas ſingulis pucteo hærentibus infundunt, totumĉp hominem à uertice uſque ad calcem abluunt. Mox defiunt omnes, etiam ſi ſerico amicirentur. Tunc ſomniant inceptiores ac deliri infuſo latice ſe eſſe ab omni reatu emaculatos. Addunt fabulæ ſceleroſi abſumere reatus puteum. Adſtruunt etiam, priorem turrim quã ſupra memorauimus, ſeptemplici circuitu ambitam eſſe primam domũ, quam unquam Abraham exædificauerit. Propterea ita loti, madidi adhuc ad eũ montem, quò præmiſimus eos profectos eſſe ſacrificandi Abrahæ gratia, contendunt, illic biduo commorantes. Rurſum Abrahæ ad montis radices ſacrificant.

De ritu ſa

De ritu sacrificandi apud Mecham, CAP. XVIII.

QVia plerunq; generosos animos noua delectant, accenditurq; quisque optimus ad magna subeunda horum narratu, ob id ut magnanimis fiat iatis, compendiosius quantum quibo, eorum sacrificandi ritum subiũciã. Igitur sacrificaturi, alĩ ternos, quaternos alĩ, senos nonnulli uerueces mactant, adeoq; laniena madet, ut supra terna millia huiusmodi pecudum cõfecta fuerint: quà sol emergit iugulantur, mox in opibus in dei gratiam erogantur: nam ingens, eademq; incondita egentium turba aderat, utpote triginta millium, qui humo egesta foueam agunt, inq; ea exuscitatum ignem camelorum excrementis alunt, torrentq; elargitas carnes, eisdemq; assatis uescuntur. Ego uero crediderim inedia cõpulsos, non uoti gratia egentes huiusmodi illò profectos esse: adducorq; ea coniectura, quod nobis ingens cucumerũ copia erat: abunde enim ex felici ac perbeata Arabia aduehebãtur: illis nẽpe cortice dempto uescebamur: siliquas uero extra tabernaculum, ut assolet, proĩciebamus: at inopes numero quadraginta uel quinquaginta correpturi cortices mox aderant, interq; eos iurgium ingens uisebatur suscipiẽdarum siliquarum causa, parúmque à digladiatione aberant concertantes, utri eorum priores legerent siliquas uel sabulo infectas. Ob eam rem in eam deuenimus opinionem, quod eximendæ famis, non abluendorum reatuum causa eò aduenissent. Postridie eius diei eorum Cadi (is eius loci est apud eos, cuius sunt apud nos uerbi dei concionatores) montem summum concionaturus ad subiectum populum conscendit: nam circiter horæ spatium incolarum lingua concionatus est. Concionis summa erat, ut obortis lachrymis peccamina deflerent, pectora plangentes: ipseq; uoce sublatissima hæc subdebat: O Abraham dilecte dei. Et rursum: O Isaac à deo electe, eiusdemq; amice: deúmque pro Nabi populo exora. His dictis continuo gementium uoces exaudiebantur. Habita concione rumor increbuit, Arabum manum numerosissimam, utpote uiginti millium aduentare. Quo nuntio icti qui carauanam agebant, actutum quasi lymphati in urbem Mechæ diffugiunt. Ad sextum usque lapidem ab Mecha Arabas direpturos carauanam uenisse nuntiabatur. Ob id & nos tutò in urbem Mechæ dilapsi sumus. Verum dum pedum struimus circiter medium iter, id est, inter montem & Mecham, à nobis despicabilis paries repertus est, latitudine quaternorum cubitorum. Circum parietem præteriens populus calculis ac lapillis solum constrauerat. Huius causam hanc esse referebãt. Quum, uidelicet, diuus Abraham à deo iussus esset, ut filium mactaret immolantium ritu, ut præceptorum dei amans fertur natum Isaac monuisse, ut imperata dei capessiturus se sequeretur. Sequenti parentem nato Isaac ementita & chari cuiusdam forma aiunt cacodæmonem non longe à pariete astitisse, percunctatumq;

Cadi concio.

Digitized by Google

tumq; fuisse amici appellatione, quo nam contenderet. Respondenti Isaac, se ad parentē proficisci, qui eum opperiebatur: ad hæc hostē humani generis respondisse memorant, gradum reuocaret, quoniam si pergeret iter perficere, sacrificaturū eum parentem Abraam esse: ferunt Isaac hoc monitu dæmonis haudquaquam perterritum dixisse dæmoni, sineret parentem exequi imperata dei, postquam deo sic erat complacitum. Hoc responso narrant euanuisse dæmonem. Verum progresso nonnihil Isaac, rursum alterius chari accepta persona, dæmonē itidem monuisse aiūt, ne, uidelicet, obsequeretur parenti, mactare eum paranti. Tunc ferunt Isaac ira percitum lapillo impacto dæmonis frontem consauciasse. In cuius rei monimentum illàc iter agēs populus, ubi propius parietem accesserit, iacere in murum calculos consueuit: indeq; in urbem se recipiunt. Dum iter agimus, cœlum inumbrabant palumbes innumeri. Aiunt auitia huiusmodi à uolucre illa traxisse genus, quæ Mahumeti in aurem loquebatur, sub uelamento sacri pneumatis. Inerrant dicti palumbes uicis, ædibus, tabernisq; ipsis frumentarijs, milij ac orizæ: uixq; licet eos abigere: occidere uero aut capere huiusmodi palumbes propè capitale censetur. Arbitrantur enim incolæ, ubi memoratæ aues uapularēt, orbem totum ruiturum: ob id impensa aluntur in templo medio.

De unicornibus templi Mechæ, quos Monocerotas appellant, qui fermè alibi non uisuntur. CAP. XIX.

Vnicornes

A B altera delubri parte septa uisuntur, siue claustra mauis appellare: in his unicornes gemini asseruantur, locoq; miraculi populo spectandos præbent. Nec ab re: res est miratu dignissima: sunt enim eiusmodi, ut illico denarrabimus. Alterum eorum, quem constat longe proceriorem esse, pullo equino triginta menses nato haud absimilem crediderim. Prominet in fronte cornu unicum longitudine trium cubitorum. Longe natu minor est alter, utpote anniculus, ac equino pullo simillimus: eius cornu quaterni palmi longitudinem haud excedit. Coloris est id animal equi mustellini: caput cerui instar: collo nō oblongo, rarissimæq; iubæ, ab altera parte solum dependentis. Tibias habet tenues, easdemq; graciles admodum hinnuli modo. Vngulas anteriorum pedum bifidas habet, caprinos pedes fermè referentes. Tibiarum posteriorū pars exterior uillosa est, piliq; plurimi. Sanè id animal ferū uidetur, uerum ferociā nescio qua comitate condiuit. Eos unicornes quispiā Sultano Mechæ dono dedit, ceu rem inuentu rarissimam, eandemq; pretiosiorem. Aduecti sunt ex Æthiopia ab Æthiopū rege, ut eo munere necessitudinem coniunctissime cum Sultano Mechæ profecto iniret.

De nonnullis apud Mecham contingentibus, deq; Zida Mechæ portu. CAP. XX.

H Oc loco peropportunū uidetur ea recensere, quæ in re subita acerrimū præ se ferunt ingenium: ubi ipsa ingruens necessitas, cuius sunt amarissimæ

rissimæ leges, sic fiendum persuaserit. Illud mihi usu euenit, operæq; pretium fuit, ut fugam meditans, clanculum ab Mecha discessurus uirum me explicuerim. Igitur cum forte à duce meo nonnulla emendi datum mihi fuisset negotium, in emporio attentius me obseruans Mahumetanus quidã, Christianum esse nouit: propterea his me uerbis percontatus est lingua patria, Inte mename, id est, unde es tu: cui ego, Mahumetanus sum. At ille, uerũ nõ dicis: cui ego, per Mahumetis caput, sum Mahumetanus. Rursum Mahumetanus ille, Veni domum meam: quare sequutus sum hominẽ. Is ut domi fuit, cœpit me Italorum lingua percontari, unde nam essem, adseuerãs me nosse, subdensq; me Mahumetanũ haud esse, adfirmans Genuæ ac uenetijs fuisse aliquãdo: & ut dictis fidem faceret potiorẽ, nonnulla memorabat quę præ se ferebant eum uera locutum esse. Hoc intellecto, fassus sum ingenue me Romanũ esse, sed Mahumetanæ fidei initiatum me esse in urbe Babylonis Mẽphitica, factumq; ex mamaluchis unũ. Hoc audito, uisus est mamaluchus ex denarratis nõ mediocrẽ cepisse uoluptatem, ob id honore me prosequebatur insueto. Verum quia cordi hæserat mihi lõge ultra progredi uelle, Mahumetanum percontabar, essẽt ne ea urbs Mecha illa adeo famigerata, ut eius totus ferme orbis meminerit: sciscitabarq; ab homine, ubi nam esset baccarum ac margaritarum, & id genus monilium, aromatúmue ingẽs, ut ferebatur, copia: & item ubi essent tot mercimonia, quæ illò comportari dicebantur: eoq; omnis mea oratio pertingebat, ut explorata Mahumetani mente, compertũ fieret mihi, qua de caussa illic cõmercia, ut sueuerant, non uigebãt. Et quia per contando hominem, in caussa esse Lusitaniæ regem, ceu maioris partis illius oceani moderatorẽ, Erythræiq; ac Persici sinus dominum minime dixi: suppressa ex composito regis mentione, ipsi mihi attentiore animo ueluti explorabundus, cœpit ex ordine causam exponere, cur nundinis non interessent commercia exercẽtes, inq; unum Lusitaniæ regem causam reijciebat. At ego, ubi eius regis meminit Mahumetanus, de industria regis famam carpere cœpi, ne in eam opinionẽ Mahumetanus deueniret, ut gratũ haberẽ, quod illò cõmercij causa contenderent Christiani. Mahumetanus uero ubi perpendit me ex professo Christiani nominis hostẽ esse acerrimũ, honorificentius etiã solito me excepit. Et rursum ex ordine cũcta denarrabat. Doctus omnia, amici appellatione eum rogitabam, hæc Mahumetanorum lingua subdens, Menaha menalhabi, id est: oro te ut mihi assistens, me instruas quo nam modo hinc abscedere clanculum queã, iuratissime adfirmans me iturũ ad eos reges qui Christianis forent infensi, Mahumetanoq; insinuabã, scire me nonnulla arcana, eaq; tanti pensi, quæ si comperta forent ipsis regibus, nulli dubium fore, quin abusq; Mecha continuo me accerserent. Suspẽsus uerborũ horum summa expectatione Mahumetanus, Quid, inquit, artis te precor nosti: Cui ego, fabricandis tormentis omne genus concedo nemini. At ille, Mahumetes

Ludouici dissimulatio.

Explorandi solertia.

usq; laudetur, qui te talem huc misit uirum, ut deis Mahumetanis inseruias. Propterea duce eo in eius ædibus delitui simul cum sua coniuge, precibusq; abs me contendebat, ut à duce nostro impetrarem, ut sibi liceret circiter quin denos camelos omnifariam aromatũ onustos haud persolutis uectigalibus à Mecha abducere: pro huiusmodi enim abducendis mercimoniis Sultano saraphi triginta debebantur. Ego uero Mahumetanũ in spem certissimã induxi abducendorum camelorum uel si centeni forent, & hoc adstruebam licentiore mamaluchorum ritu. Pro his tamen omnibus efflagitabã, ut mihi tuto in eius ædibus esse liceret. His auditis Mahumetanus, ueluti uoti sui cõpos, gaudebat plurimũ, cœpitq; ob eam rem me cuncta docere, monuitq; ut ad regẽ quendã maioris Indiæ regni de Decham me reciperem. Huius regis ubi opportunũ duxerimus, mentio fiet. Itaq; pridie quàm Carauana abscesserit à Mecha, memoratus Mahumetanus iussit me in penitiore ædiũ suarũ parte delitescere: postridie eius diei horis antelucanis buccinator Garauanæ sono tube cunctos mamaluchos admonebat, ut instratis equis iter suum Syriam uersus dirigerent: differentibus aut abnuentibus ex edicto mortẽ minitabatur. Vbi ea uox meis insonuit auribus, illico incessit me mẽtis horror, ac animi perturbatio tanta, ut cõtinuo cœperim prehensare, ac precari hospitis Mahumetani uxorẽ, ne me proderet, gemebundusq; deũ maximũ exorabã, ut me ab hac interturbatione metúque maximo assereret aliquando. Ea die quæ Marti dicata est, Carauana, id est camelorum agmen, à Mecha abijt, me delitescente in Mahumetani ædibus comite uxore eius. Mahumetanus autẽ Carauanã sequutus est: uerũ prius nõ discessit, quàm coniugẽ monuerit, ut die Veneris me duci iuberet ad eam Carauanam, quæ à Zida portu Mechæ in Indiam profectura erat. Abest enim à mecha is portus quadraginta mille passibus. Dũ latui, quanta me exceperit mulier comitate, pro meritis minime referre possum. Ad id accedebat, quòd spectatæ formæ mahumetani neptis uirgunc ula annos nata quindecim, flos ipse, plurimũ quasi me deperiret, ad mutuũ amorẽ blãdiuscula allectabat. Verum per id tempus ingruente uitæ discrimine, præ metu ac formidine Venus propè emortua erat, propterea uitam spõsis ac pollicitationibus amatæ præferendam esse duxi. Igitur die Veneris proxima circiter meridiẽ abij Carauanã Indicã sequutus, noctesq; intẽpesta peruenimus ad ruscul ũ quoddam Arabũ, & ibi quod supererat noctis absumpsimus, usq; ad proximũ meridiem. Postridie iter cepimus Zidã uersus, eoq; deuenimus silẽtio noctis. Ea urbs mœnia habet nulla, sed ædes sũt conspicuæ, Italis haud absimiles: earum elegantiã prudẽs prætereo, ut breue faciam. In urbe huiusmodi uigẽt magnopere cõmercia, illo cõfluẽtibus omnibus propemodũ nationibus, præter Iudæos ac Christianos, quibus nephas est eò proficisci. Simul ac urbẽ inij, cõtendi ad delubrũ eorũ, Meschitã ipsi uocant, & illic nactus sum inopũ egentiumq; cateruã maximã, utpote numero uiginti

Zida

uiginti quinq; millium. Hi opperiebantur quempiã nautam, quo duce in patriam repedarẽt: uisis egentibus delitui in delubri angulo, & ibi stratus humi diebus quindenis morã trahens ueluti languens, plorabundus querulas sub inde emittens uoces ægritudinẽ simulabã, quasi afflictarer stomachi, uel corporis languore quopiam: exciti mercimonia exercentes ad gemebundã uocẽ, pauperes percontabantur quis nam mortalium ille esset, qui eas ederet lugubres uoces. At inopes qui hærebãt lateri meo, Est inquiunt, miser Mahumetanus, qui animã est efflaturus. Vesperi autẽ post primã facem egrediens delubro esculenta emptum itabam, utrum cibi appetentiam concitassem ea testis coniectura assequi, quod semel in die tantũ comedebam, neq; opipare, sed quidẽ frugalius q; quis autumare possit. Vrbi moderatur Sultanus, Babylonis hexarchatum habet germanus eius Mechæ Sultanus. Verũ ut præmisimus, Babylonico paret. Non operæpretiũ censeo, ut denarrandis huius urbis moribus ac ritu diutius insistam, quando certe cõstat eos Mahumetanos esse. Solum est infœcundum admodũ, aquarũ uero præsertim potu suauium summa est caritas, ædes pelago alluuntur. Ibi quicquid est quo humanior uita carere non possit inuenitur, sed aliunde aduehitur, & comprimis ex Babylone urbe Nilotica, ac ex perbeata felici q; Arabia, complurib⁹ q; locis alijs. Illic ob cœli inclementiam ægrescunt plerunq; humana corpora. Sunt propterea ibi fermè semper lãguentium cateruæ. Vrbs ædium quingentorũ ambitu cõtinetur. Peractis quindenis diebus, cum nauta egi, qui Persidẽ profecturus erat, ut & mihi eódem eũdi faceret potestatẽ. In portu iecerant ancoras cẽtũ fermè liburnicæ, si celoces cymbas q; & id genus actuarias naues percẽseas. Itaq; trãsacto triduo, uẽto uela dãtes, Erythræũ mare sulcare cœpimus

Quur mare Erythræum sit importuosum, sulcariq; nocte non possit, Cap. XXI.

SAtis est in confesso omnibus, quòd dictũ equor non est rubrũ, sed instar reliqui æquoris: Nos igitur pelago cõmissi, maria sulcauimus usq; ad occasum solis: interdiu tantũ nauigabile est mare, noctu cõquiescunt tantisper nautæ, donec ad eam insulã quæ Chameran dicitur, peruentũ est: deinceps itur tutius. Quur noctu sulcari nequeat, id caussæ afferunt, quòd aridis ac scopulis breuibus q; frequens est mirãdum in modum mare, ob id opus est diuturniore specula è superiore parte mali prævidentibus discrimina nauitis.

LVDOVICI ROMANI PATRITII

ARABIAE FELICIS LIBER SECVNDVS.

De urbe Gezan, de q; eius fœcunditate, Cap. I.

POstquam de moribus populorum, de q; urbium ac locorum felicis Arabiæ situ satis super q; disseruimus, quantum nobis licuit perspicere, non absonum esse uidetur, ut minore q; quibimus immolatione, quæ supersunt expediamus. Transactis ergo sex diebus, ad urbẽ per

uenimus nomine Gezan. Ea portũ habet commodissimũ, eũdemq; elegantissimũ. Illic enim offendimus supra quadraginta quinq; diuersarũ regionũ liburnicas. Vrbs litori adiacet, principiq; Mahumetano paret. Ager ferax est modo Italici soli, fert in primis mala cydonea, punicaq;, ac Assyria, & optimas uuas, persica, pepones, nuces, persica, rosas, flores multiplices, cucurbitas, poma citrina, allium, cepas, diceres paradisum uoluptatis: incolæ pierũq; nudi agunt: in reliquis more Mahumetanorum degũt: ibi etiã summa est ubertas carnium, rei frumentariæ, hordei, milĩ albicantis, dora ipsi appellant: eo enim suauissimus conficitur panis: tridui mora inibi commeatum sumendorum gratia absumpta est.

De nonnullis populis qui Banduin dicuntur, Cap. II.

ABeuntes ab urbe Gezau itinere quinq; dierum, nauigamus læuorsum in cõspectu tellurẽ semper habentes: & ubi à nobis cõspctæ sunt ædes quæpiã, mox esculenta sumpturi in terram descendimus numero fermè quatuordecim, rati non difficulter id impetrare ab incolis posse: uerum operam lusimus. Pro respõso iacti sunt funda lapides. Id genus appulsis inhospitale admodum Banduin dicitur, centeni propemodum erant qui nobiscũ manũ eminus conseruere, fundis lapides uibrantes: horæ spatio concertatum est: ex illis cecidere circiter uiginti quatuor, reliqui uero effusissime diffugere. Inermes erant, si fundas excipias, nudiq; agebant: diffugentibus ipsis, gallinas uitulosq; opimos sustulimus. Intra horas ternas ecce frequens continentis incolarum turba, utpote sexcentum: quibus conspectis, uisum est nobis referẽdum esse gradum, redeundumq; ad liburnicas esse.

De insula maris Erythræi, Camaran nomine, Cap. III.

EAdem die iter cepimus uersus insulam quandam cui Camaran nomen inditum est. Ea ambitu decem mille passuum patet. In ea uisitur oppidũ ædiũ fermè ducẽtarũ. Ab Mahumetanis colitur, in ea aquarum carniúmue copia est, ibiq; sal elegantius quàm unquam conspicatus sim. Ad continẽtis latus portus, abestq; ab ipso continenti octonis millibus passuum. Ea paret Sultano Amaniorum, id est, felicis Arabiæ. Illic bidui mora sumpta, uersus ostiũ Erythræi maris iter cepimus duotũ dierum itinere. Noctu iterdiuq; sulcatur id æquoris. Nec ab re id dixerim, quandoquidem ab ea insula usq; ad Zidæ portum noctu tuto nauigari mare rubrũ nequit, ob breuia ac frequentiores scopulos. Vbi uero ad ostium pelagi peruentum est, inter septa siue claustra quæpiã esse uidebamur, ostio non plus ternis millibus passuum patente. Dextrorsum uero continens uisitur eminens altitudine decem passuũ: sed tellus inculta admodum, quantum terminari oculis quibat. Ad læuã aũt dicti ostĩ consurgit mons eminentissimus, idemq; saxeus. Circiter uero medium ostium apparet insula perquam mediocris, Bebmendo nomine, omni habitatore uidua, Proficiscentibus Zeilam iter est dextrorsum: Aden uero euntibus

eũtibus læuorsũ iter accipiẽdũ est. Eà nos profecti sumus in cõspectu tellurẽ semper habentes, ex Bebmendo uidelicet in Adẽ itinere bidui mediæq; diei.

De urbe Aden, deq; nõnullis eorum erga appulsos negotiatores moribus, Caput IIII.

HAc urbe non memini uidisse munitiorem, in continẽti præsertim haud inæqualis soli: geminũ latus sepiũt mœnia: quod supereſt, montibus oc cluditur, inq; eis quinæ sunt arces: in solo æquali est urbs, ambitu sex mille æ diũ cõtenta: cõmercia in nundinis noctu hora secunda ob nimios, qui sæuiũt interdiu, æstus exercent. Prope urbem ad lapidis iactũ mons est, inq; eo arx sita est. Ad radices aũt montis consident naues: urbs profecto elegans est, & totius felicis Arabiæ urbiũ pulcherrima. Illò ceu ad famigeratum emporiũ ex utraq; India, Aethiopia ac Perside exercentes mercimonia nauali itinere confluunt. Itidem agunt, qui ad Mechã frequentes contendũt: uerũ simul ac liburnicæ portũ appulerint, adsunt præfecti uectigalium percontantes unde soluerint, quid'ue conuehant merciũ, quantũq; temporis sulcando maria ãb sumpserint, & itẽ quot homines singulæ celoces tulerint. His exploratis, condicto malũ, uela & id genus armamẽta asportãt aliò, ut illinc abeundi, haud persolutis uectigalibus, exempta sit occasio appulsis. Postridie illius diei, quo illuc appulerã, corripuere me Mahumetani, correpto actutum compedes in didere. Huic rei occasionẽ idolorũ cultor quidã præstitit, qui me his quasi uer bis cõpellauit, Canis, inquit, Christiane, cane natus, exaudito Christiani no mine. Mahumetani illico me corripiunt, correptũq; trahunt ad eum, qui Sul tani uicaria fũgebatur opera: moxq; cõciõe aduocata, sciscitabatur ab his qui ad consiliũ adhibiti fuerant, utrum leto tradẽdus forem, ueluti Christianorũ explorator. Aberat urbe Sultanus, qui quoniã cædiũ humanarum expers ad huc dicebatur: itũ est in eam sententiã, ut prius morti haud traderer, q; moni tus Sultanus fuisset. Igitur sortiũ beneficio seruatus sum, in custodia habitus diebus quinis ac quinquagenis, pedibus appendẽte ferro põdo librarũ duo de uiginti. Perẽdino die quo capti sumus, ad eum, qui de perduellione inqui rit, accurrerũt cõplures Mahumetani minatũ pleni, qui nando superioribus diebus Lusitanorũ manus effugerant, pessundatis eorũ celocibus: ob id cædi bus Christianorũ inhiantes, sanguinẽ nostrũ expetebant, adseuerantes idẽ tidẽ nos Lusitanorũ exploratores esse: uerũ nõ defuit supernũ auxiliũ nobis: nam qui nos custodiendos susceperat custodiarũ præfectus, conspectis lym phaticis Mahumetanis, ratus uim subesse, ualuas occludit, statimq; obdit pessulum. Transactis uero quinis supra quinquaginta diebus, Sultanus nos ad se duci iubet: eò enim bini unico cameli compediti pedicis ferreis uecti su mus: nec ante ad Sultanũ peruentũ est, q; dierũ octo itinere consummato. I taque Sultano in urbe cui Rhadæ nomen est sistimur: tunc enim rei bellicæ princeps operã dabat, delectũ triginta milium hominũ habens. Bellum Sul tano cuiusdam urbis Sana nomine, illaturus. Abest ea urbs à Rhada itinere

Ludouici ca e ptiuitas

Digitized by Google

dierū trium, partim in decliui colle, partim uero in ſubiecta planicie ſita, uiſu pulcherrima, antiquiore æuo, ac hominum frequentia, nec nō opum uberta te præcipua. Itaq; tremebundi Sultano aſſiſtentes, cœpit me percōtari explo rabundus, unde nā eſſem: ego uero reſpondi me Romanū eſſe, inq; urbe Ba bylonis, cui Cayro nomen eſt, fidei mamaluchorū initiatum eſſe, cōtendiſſe me ad eā urbē quæ Medina uocatur, ubi Nabi, id eſt propheta humatus dici tur, quodq; illō conceſſerim uiſendi ſui gratia, fama ſuæ celebritatis allectus. Addēsq; ubiq; gentiū ac locorū, & cōprimis apud Syros ac Mechan, Medi namq; urbē receptū eſſe, eū claritudine morū, ac uitæ ſanctiſſimo tenore ſe cundū eſſe nemini: deberi propterea ſibi perſpicuū fore, cui ob uitæ eminen tiā cōperta eſſe debebāt omnia, me minime Chriſtianorū exploratorē fore, ſed Mahumetanū optimū, ſuæq; eminētiæ mancipiū. Ad hæc Sultanus ait, dicito, leila illala Mahumet reſullula. Hæc ego nūq; promere quiui, aut quia deo nō erat complacitū, uel certe ictus pauore nimio hiſcere non audebā: ubi ego conticui, mox iuſſus ſum in cuſtodiā cōīci, præſidio hominū complurīū: nā ex oppidis duo de uiginti quaterni homines, quatuor ſingulis diebus ad mei cuſtodiā excubabant, mutatis ſubinde cuſtodīs, ut per uices ſingula op pida quaternis diebus cuſtodiendum me traderent: ita trimeſtri cœlo frui ne quiui. In cibatu aūt ex millio panis ſingulo die dabatur, isq; modicus admo dū, adeo ut uel ſeni panes eiuſmodi, famē unius diei non exemiſſent. Si uero ad ſatietatē aquam propinaſſent, mecū opipare nimis actū eſſe arbitratus fu iſſem. Intra triduū Sultanus in expeditionē bellicā profectus eſt, Sanā urbē oppugnaturus: trahebat enim exercitū ſecū, quē memorauimus, ſubq; eo me rebāt equitū terna milia: Chriſtianis parētibus nati erant equites, ījdē inſtar Aethiopū nigricātes. Hi in regno presbyteri Ioannis impuberes adhuc emp ti fuerant, diſciplinaq; militari aſſueuerant, erantq; prætoriani mīlites, qui principis ſtipabant latus, longeq; pluris pendebātur q̄ cæteri uel numeroſio res, utpote numero octuagīta milliū. Corpus hi uelāt ſindone inſtar chlamy dis facta, altero exerto brachio, cætera ſunt nudi. Inituri bella orbicularis cly peis utuntur, ea ex binis bubalinis tergoribus conſtant, intercurrētibus qua ternis bacillis, qui ferrumine neſcio quo dilabi nō ſinūt coria. Clypeos huiuſ iuſmodi exornat pictura multiplex, efficitq; ut uiſu credas pulchrius nihil, te liſq; uitandis nihil aptius, magnitudine dolīj orificiū haud excedūt. Pro ma nubrio tantū aſſeris habēt, quantum ipſa poteſt capere manus, idq; geminis dauis firmant. Tragula utuntur, teli enim genus eſt, enſeq; haud oblōgo, ſed lato admodū: lineis ueſtibus, uerū uerſicoloribus amiciūtur: xylō ſiue goſipi um arcēdi algoris gratia, neoterici bombicē appellant, addunt: goſipinæ hu iuſmodi ueſtes prælio nauando nō ſunt inepte: ob id ituri in prælia eas loco chlamydis induūt ſinguli ſingulas ferūt fūdas ut circū capita uibrēt lapides. Subtus fundā eſt ſurculus, meſuer appellāt, eo pro dentiſcalpio utūtur. Nati quadraginta aut quinquagīta annos, ex proprio capillo ſibi cornua cōſtruūt, ſicq;

sicq; bicornes incedũt ceu caprearũ hinnuli: ubi in bellicã expeditionẽ itur, sequũtur exercitũ camelorũ quina millia, hi singuli onusti sũt funib⁹ gossipinis.

De desiderio mulierum Arabicarum, quo efflictim deperiunt albicantes homines, Caput V.

Digresso exercitu, haud mora, in meã custodiã redij. In prætorio principis ex ternis cõiugibus Sultani una degebat, ea pediſſequas cosmetasq; circiter duodenas alebat filo corporis conspicuas, colore ad nigrum inclinante, earum sanè opera mihi plurimũ cõduxit: nam qui in custodia eramus, decreuimus oẽs (tres enim eramus) ut quispiã nostrã stulticiã simularet, quo cõmodius quiret alteri alter esse usui: tandem sors tulit, ut insaniendi prouinciã susciperem: qua suscepta operæpretium erat ut ea agerẽ quæ præ se ferrent dementiam: uerum enimuero primis tribus diebus, quibus cœpi insanus esse, a deo fessus laboribus exantlatis repertus sum, ut maiores nunquam subierim erumnas, pueris infensissime me obseruantibus: nam quinquagita pleriq; ex omni incolarũ colluuione diutissime me lapidibus incessebant, ut parum abesset quin me obruerent: me tamẽ par pari referente quod læderet. Dum me consectabantur pueri, insanũ uocitabant. At ego in interula affatim lapidum semp gerebã, ut ex ea re dementiã meã cũctis aperirẽ. Regina uero conspiciebat per transennã è fenestris, cõcomitantibus eã uirginibus. Absq; solis emersu usq; ad occasũ uacabat meis ineptijs, ut inde uidẽdi mei sumpta occasione colloquia mecũ iniret. Quũ itaq; nõnullis negotiatoribus essẽ ludibrio, ut testatior mea foret insania, exuta interula nudus prodiui, adq; reginæ conspectũ ueni: quæ uiso me magna afficiebatur uoluptate, uixq; ferebat æquo animo, ut a se abscederẽ, quasi nondũ satiasset aspectũ. Interea opiparas ganeatasq; dapes mihi dare iubet, ob id splẽdide epulabar: & ubi uidisset irruẽtes in me pueros, hortabatur ut eos neci eorũ periculo traderẽ, belluas idẽtidẽ appellitans. Aedibus pricipis inerrabat præpiguis ueruex, cuius cauda adeo obesa erat, ut pondo esset librarũ xi. hũc ego manu apprehensũ iure insaniæ, his uerbis cõpellabã, esséne Mahumetanus, an Christianus, uel Iudæus: at pecus obtumescebat: ego uero crebrius ut fidei Mahumetanæ iitiaretur, his uerbis instabã, leila illala Mahumet resulala: at belua nusq; respõdit: cui ego scipione cõfregi crura: oblectabat' his regina ieptijs, et mactati pecudis carnes mihi dari iussit epulandas: uescebar ego adeo illecebre, ut nihil unq; comederim uoluptuosius: intra triduũ cõfeci et asinũ: qui latices i regiã cũuectabat, ob idipsũ quod fieri Mahumetanus renueret. Per id tẽpus etiã abs me adeo male acceptus est Iudæus, ut ꝓpè femineẽ eũ reliqueri. Verũ dũ pergo insanire, quidã me lõge stultior cœpit ꝓbris ac maledictis cõsectari his ferme uerbis, Canis Christiane, cane natus. Ad has comtumelias factus iritatior, cœpi in eũ lapides iacere plurimos. Cõuersus ille subscribentibus pueris, lapide meũ pectus percussit grauiore ictu. At ego compeditus fugientẽ assequi nequiui. Obid ad custodiã redeo meam: euntem rursum ille me demẽtior insequutus,

Simulata insania

in latera lapidem impegit: ob cuius ictum sum longe deterius acceptus, & ex priore percussione fueram: licet quiuissem utcunq; uulnus euitare, uerũ ut in saniæ meæ fidẽ adstruerẽ maiorem, malui lapide uapulare. Custodiã ingressus congerie lapidum ostium obstruxi, inibiq; uitam per dolores & inter turbationẽ traxi biduo ab omni cibatu potuq; temperans: propterea rebantur regina & complures alij me animã efflaturũ, cõsumptum inedia. Referarũt itaq; reginæ iussu obstructũ abs me ostium: at canes illi mihi illudentes loco panis marmoris frusta obijciebant, adfirmantes id saccarum esse, alij botros uuæ harena oppletos proijciebant, sal esse dicentes: ego uero actus fame incredibili, saburratas uuas comedebã. Eadẽ die quoniã increbuerat me biduo temperasse à potu ciboq;, fama accedente uulgari, me diuinũ esse: alijs tamẽ censentibus me prorsus insanire, ut scinditur incertũ studia in contraria uulgus: itũ est præstò ad quosdã, qui eius loci erãt apud eos, cuius sunt apud nos eremitæ, opinione sanctioris uitæ celebriores: hi mõtana incolebant. Ad me itaque sunt perducti, ut exploratius sciscitarẽtur quisnam essem mortalium. Percontantibus eos negociatoribus nonnullis, sanctus' ne essem, an demẽs: horum uaria erat sententia, alter me sanctũ adseuerabat, alter uero me correptum amẽtia arbitratur. Dissidentibus eis diutius, id est, plus horæ spatio super re huiusmodi, duxi missos eos facere. Ob id sublata interula, lotio illos aspersi: quo facto, mox cõuenit inter eos, me prorsus amentẽ esse, fugaq; arrepta, hæc succlamabant, me dementẽ, non sanctũ esse. Regina uero è prospectu eminentiore cuncta ridens despiciebat, uirgunculis astantibus, in hancq; uocem prorupit, aiens, Per dei bonũ, perq; Mahumetis caput, hic cunctorũ hominum est optimus. Mane postridie quum illum forte sommo indulgentẽ nactus essem, qui me gemino ictu percusserat, memor acceptæ contumeliæ, irrui in hominem, & arreptis eius crinibus, genibus cœpi stomachum collidere, adeoq; pugnis uultum uiri cõtudi, ut plueret cruore facies, uixq; semineẽ destitui hominẽ. At regina à longe omnia prospectans aiebat, Confice, cõfice beluã. Abscessit ille, nusquamq; comparuit. Inter hæc urbis moderator resciuit multiplici coniectura, socios meos perfidia Punica fuga sibi consulere uelle, & exutis cõpedibus, efferataq; custodia abscessuros, me tamẽ harum rerum expertẽ: uerum quia probe nouerat uisendi mei reginã summa affici uoluptate, statuit prius uim mihi inferendã haud esse, quàm ipsam cõueniisset. Quæ ubi in horum cognitionẽ deuenit, censuit me nõ esse insanum, iussitq; me poni in inferiore regiæ custodia, ostio patente, compeditum tamen.

De reginæ liberalitate, Cap. VI.

PRoxima nocte regina comitibus senis pediſſequis elegantioribus me uisit, animoq; attentiore pcontabatur, an essem demẽs: ego uero sensim reginæ aperui me minime amentem esse: at illa huius rei gnara in meã ibat sententiã, cœpitq; me blãdius excipere, iussitq; mihi ex leuissimis mollioribusq; plumis stratũ poni, splẽdidiusq; alebat, meq; totũ lauacro additis suffimẽtis emaculauit

emaculauit. Igitur quum me ſpatio duodecim dierũ ita accipi tractariq; humanius iuſſiſſet: illis peractis, è ſuperiore regia ad loca infima deſcendens, ſingulo ueſperi hora noctis circiter quarta me uiſum itabat, ſecumq; comportabat delicatiora eſculenta. Ingrediens uero me hac uoce inclamat, Accede inquiens Ludouice, eſuris ne? Ego autem reſpõdebã, me eſurire, futuræ inediæ proſpectũ iri cupiens: conſurgensq; occurrebã reginæ, interiore tantũ tunica amictus. At illa aiebat, Non ita, ſed exue interulam. Cui ego, O domina, nõ ſum nunc demens. Rurſum illa, Mehercule noui te nũq; amentẽ fuiſſe, imò aſtutiorẽ cautioremq; te uidi neminẽ. Ego uero in eius gratiã exui ſubuculã: ea enim obſcœna uelabam. Nudum uoluptuoſius illa me geminæ horæ ſpatio intuebatur, nec à me aciem oculorum unquam auertebat, me obſeruans ueluti cupidinem quempiam, querebaturq;, deos incuſans his fermè uerbis, O deus hunc creaſti ſole candidiorem, è diuerſo autẽ coniugem meũ, meq; ac natos meos omneis nigricantes formaſti: utinam hic meus coniunx foret: item ſuperis placeret, ut natum huic nõ abſimilem haberem. Hæc promens ſinus lachrymis impleuit obortis, abq; imo pectore trahens ſuſpiria, me attrectabat, moxq; eſt pollicita mihi, ſe ſimulac Sultanus aduentaſſet, daturã operam, ut compedes exuerem. Proximo noctis conticinio rurſum it ad me regina, ſequentibus eam binis eleganti forma puellis, allatisq; dapibus opiparis, me hac uoce inclamabat, Veni huc Ludouice. Egò reſpondi, adſum. Et rurſum illa, Viſ ne Ludouice ut tecum nonnihil morer? Cui ego, neutiq; domina, ſubdens, nõ ſatis ſuperq; ſibi fore, quòd compeditus erã, niſi etiã capitis pœna plecterer? At illa inquit, Noli pauere, per hoc caput tibi ſpondeo impunitatẽ: quòd ſi me iſtuc ire nõ annuis, ibit Gazella, aut Tegia, uel Galzerana. Hæc dicebat regina, nõ aliò tendens, niſi ut loco earũ cuiuſpiã puellarũ mecum cubaret. Verum ego nunq; ſum his aſſenſus, longeq; antæ hæc omnia prouiderã: quũ mihi plus iuſto affecta emori me ac deperiri uidebatur, occurſabant animo quæ ingruebant diſcrimina. Haud certe neſciebã, ubi regina potita me fuiſſet, non defuturũ mihi autum argentumq;, camelos ue ac mancipia, & id genus ferme oia, quæ mihi cõplacita fuiſſent: probe etiã intelligebam ſtipatutos latera mea actiore obſeruatione dena mancipia quocũq; proficiſci contigiſſet, uixq; me euadere poſſe Arabiæ ſepta nouerã, obſeruantibus portus ac tranſitus omneis mancipijs nigrantibus. Edixerat enim rex omnibus, qui fluminũ portus ac uiarũ obſeruant angiportus, ne me ſinerẽt diffugere, imo abeuntẽ corriperẽt: obſeruabatur etiã aio, quòd ſi ſemel fuga arrepta nõ euaſiſſem, preſto affutura mortẽ, aut ſaltẽ cõpedes tãtiſper, quoad uita ſuperſtes fuiſſet. Ob eã rem reginæ nũq; ſum aſſenſus, ne ſimul animæ ac corporis ſubirẽ apertum diſcrimen. Mœſtus itaq; ac gemebundus noctẽ tranſegi, deo Opt. Max. me cõmittens: Intra triduũ uero Sultanus aduenit, ob cuius aduentũ haud mora, per iternuntiũ regina me fecit certiorẽ, ſe nauaturam

tutã operã, ut maximatũ opum fierem dominus, ſi modo illi obſequi uellẽ. Ad hæc reſpondi: Exolueret datã deo ac Mahumeti fidẽ, mcq; è cõpedibus erueret: demum planiſſime non deſperaret me illi rem gratam facturũ eſſe. Quare illico me prodire iuſſit, ac Sultanum adire: qui ut me uidit, percontari cœpit, quónam proficiſci uellem exutis cõpedibus. Cui ego, O princeps, parentes habeo nullos, prolis ſum expers, germanos ac ſeruos nullos habeo: præter deum ac prophetam habeo neminem. Tu uero princeps, ſi tibi eſt cõplacitum domi tuæ me alere, ero tibi pro mancipio in famulatu perpetuo: erumpebant tandem lachrymæ, oraq; ubertim irrigabant, regina adſtante. Quæ miſerata erumnas meas, Sultanũ his uerbis alloquebat, Reddenda eſt tibi aliquando ipſi deo huius pauperis ratio exactiſſima, quem diutiſſime in cuſtodia nullis accedentibus demeritis habere iuſſiſti, caue ne deorũ ſubeas indignationem. Ad hæc Sultanus, ad me conuerſus inſit, I quò libet, nam te poſthac iubeo liberũ eſſe, ut cœlo pro arbitratu frui queas. Quo dicto actutum compedes abieci, reſerantibus illis quibus id munus ſoluendi mei delegatum erat. Liber factus corrui ad Sultani pedes, ueſtigiaq; pedum eius deo ſculabar, gratias agẽs. Reginæ uero manus tantũ oſculatus pro uirili gratias agebam. Illa autem manu me apprehendẽs, Veni, inquit, mecũ pauperrime, quoniam noui te inedia propè aſſumptũ eſſe. Vbi uero in cubiculum me introduxit ſuum, ſuauiari me cœpit totiens, ut plus quàm centies id factum eſſe arbitrer, dapibusq; appoſitis, me epulari iuſſit opipare. Ego comedere nolui, ſiue quòd præ gaudio partæ libertatis capiendi cibi appetentiam habebam nullam, aut quòd ſumma gaudij futurus metus occupauerat: nam ubi conſpicatus ſum reginam arcane in aurem Sultani loqui, cœpi totus horrere, ratus reginam ab rege me loco mancipij impetrauiſſe: ob id ad reginam conuerſus aio, Tantiſper domina non comedam, quoad me libertate donaueris. At illa conticeſce demens, quando certe te fugit, quid de te immortales dij ſanxerint: ſi uir nequam non eris, princeps fies. Iam compertum habebam quorſum hæc tenderent, noueramq; quem hexarchatum eſſet datura. Addidi propterea, ſineret me conquieſcere tamdiu, donec id ſanguinis quod metus pauorq; abſtulerat, reaſſumpſiſſem: nam præter Venerem cuncta uelle poſſe uidebar. At illa, mehercule uerum dicis: ſed ego te quotidie ſplendidius excipiam, appoſitis ouis recentioribus, gallisq; gallinaceis, columbis, pipere, cinamomo, ac nuce myſtica. His auditis, cœpi ampliores ſumere ſpiritus, factus nonnihil lætior ob ea quæ tam ampliter mulier pollicebatur: & ut refocillatis uiribus, proculq; pulſa formidine, priorem aliquando recognoſcerem Ludouicum. Conquieui in regia ad quindenos uel uicenos dies optime acceptus. Interea regina uenatũ eundi mihi poteſtatem facit, iui ſecum: ubi uero redij, ſimulabam comparaſſe præ laſſitudine ægritudinem, ex cõpoſito id agens, ut mihi liceret à cõgreſſu reginæ tẽperare. Delitui itaq; octonis

diebus

diebus ſub languoris uelamento: illa frequentius per internuntios me uiſebat. Inter hæc commonefacio reginam uouiſſe me deo ac Mahumeti, deſtinauiſſeq; animo ire uelle uiſum uirum quendam, qui opinione probioris uitæ celeber erat admodum, in ea urbe quæ Aden dicitur. Annuit illa, & continuo camelũ ac ſaraphos quinq; & uiginti mihi dari iuſſit. Quæ res me maxima effecit uoluptate. Poſtridie cõſcenſo camelo abeo, itinereq; octo dierum in Aden urbem perueni: moxq; uiſi eum hominem, quem uulgus ob uitæ ſanctitatẽ mire colebat. Nec is ab re cultus erat, quippe qui in ſumma inopia expers Veneris ſemper uixerat. Inibi complures uiſuntur huic haud abſimiles, uerum operam ludunt, quando certe cõſtant abſq; baptiſmi fide inaniter ac nequicquam inſumptos eſſe labores huiuſmodi. Peracto uoto poſtridie eius diei, quò illuc acceſſeram, finxi me ope illius qui ſanctus habebatur incolumen factum eſſe: ob id haud mora, certiorẽ huius rei reddo reginam, adóque poſtquãm eius in me tot extabant merita, auere etiam plurmum, ut eius regnum uiſam. Id abs me factum ea ratione eſt, quòd compertum habebam illinc claſſem non diſceſſuram intra menſem, conueneramq; clanculum claſſis cuiuſdam præfectum, aperueramq; illi, me iturum in Indiã, ſi modo mihi facta fuiſſet abeundi poteſtas: onerauíque promiſſis compluribus uirum, ſpondens donaturũ me eum fore munere perpulchro. Ad hæc ille reſpondit, ſe prius in Indiã proficiſci nolle, quàm in Perſida contendiſſet: cõditiones me haud renuente, ita inter nos conuenit. *Hypocriſis*

De Lagi & Aiaz urbibus Arabiæ felicis, deq; Aiaz nundinis, & de Dante oppido, Cap. VII.

POſtero die camelum cõſcendi, peractóque itinere uiginti quinque mille paſſuum, nactus ſum urbem quandam Lagi uomine: ea in aruis planiſſimis ſita, in ſolóque admodum æquali, populo frequens eſt, fert cariotas, & affatim carnium. At rei frumentariæ more noſtro inibi ſumma eſt ubertas, uuas habent nullas, lignorúmque ſummopere ſunt egentes, qui eam incolũt inciuiles ſunt ac ſubruſtici, ex Arabum gente erratica, ob id pauciſſimi cenſus. Iude abiens itinere diei unius peracto, alteram urbem offendi Aiaz nomine, ea in colle gemino poſita eſt, intercurrente latiſſima conualle, inq; ea fons ſignatus: illo itaque commerciorũ cauſa, ceu ad celebre emporium pluri mi mortalium proficiſcuntur, & comprimis utriuſque montis accolæ nundinas adeunt, perraroq; uſu euenit, ut inter ſeſe montani haud digladientur. Cõcertationis horum cauſſam hanc eſſe adfirmabant, quòd indigenæ eius montis qui Septentrionem reſpicit, ſumma ope meridionales in eam ſententiam trahere conãtur, ut & ipſi Mahumeti ac eius ſocijs fidem adhibeant: hi uero reluctantur, ac uni Mahumeti ac Hali fidem adhibendam eſſe adſeuerant: cæteros uero ueluti pſeudoprophetas aſpernantur. Propterea mutuis cædibus ſe conficiunt, inſtar canum. Sed redeamus ad emporium, quò *Aiaz emporium.*

comportantur

comportantur aromota minutiora fermè omne genus. Fert ea regio xylon, uulgo appellant bombicē, sericumq́, ibiq́ fructus multiplices, gustu admodum suaues, ut sunt persica mala, punica, cydonea, ficus, iuglandes nuces, & uuas optimas. Hinc & hinc, id est, in utroq́ montis summo, sunt arces munitissimæ. Itaq́ descendens illinc bidui itinere inueni aliam urbem, cui Dante nomen est inditum. Ea arte & natura est munitior. In summo prægrandis montis fastigio posita. Incolunt eam Arabes inopes admodum, qui ob infœcundum solum non nisi egentes esse possunt.

Dante urbs

De urbe Almacharan Arabiæ felicis, deq́ eius ubertate.

CAPVT VIII.

VT nostro uisendi orbis desiderio tandem aliquādo ex cognitu nouarū rerum fiat satis, pergemus aliqua denarrare. Inde igitur abiens ad urbē quandā Almacharam nomine peruentū est, quæ bidui itinere à Dante urbe abest. Ea in monte eminentissimo posita est, ádque eam diuoso ac perarduo ascēsu itur, utpote septē milliariū, adeoq́ coartatur iter, ut bini homines iter compleant, nō secus q̄ si fores in angiportu. Vbi uero in summum euaseris montem, ecce incredibilis planicies, inq́ea fermè rerū omniū copia: nā in ipsa montis planicie legitur quicquid frugis humanis usibus cōducere queat. Ob eam rem arbitror urbem esse propè inexpugnabilē, ubi cōmeatus omnifariā nō desint, sitq́ situ quasi inaccessa, & cūprimis adiuuat aquarū mira ubertas, scaturiente cisterna adeo largiter, ut cētenis hominū millibus sufficere posse uideatur. Illic aiunt Sultanū condidisse thesauros, quoniā inde est oriundus. Inibi iugem morā trahit una ex coniugibus Sultani: fert sanè ager huiusmodi quicquid est, quo uita carere nequeat, cœliq́ clementia, eademq́ saluberrima temperie urbium nulli est secunda. Indigenæ magis in albicantem quàm in quemuis alium colorē inclināt. Et sibi Sultanus, uelut in phylacam quampiam, auri tantum adseruari iubet, quantum profecto onerandis camelis cētenis abunde sufficeret: nec nisi uisa denarro.

De Reame urbe Arabiæ felicis, deq́ eius temperie ac populi moribus, Cap. IX.

DIscedens illinc iter cepi uersus urbem quandam Reame nomine, itinere diei unius ab supradicta urbe distantem: hæc plerunq́ ab incolis nigricantibus culta est, eximij sunt negotiatores: agerq́ omnium fermè rerum, si ligna excipias, est ferax, ambitu duum millium ædium urbs cōtinetur. Ab altero montis latere mons uisitur, ubi arx est munitissima, & ibi nonnulla uer-

Verueces

uecum genera, quorum ego caudam animaduerti pondo esse librarum quadraginta quatuor: carent cornibus: adeoq́ sunt obesi ac pingues, ut uix incedere possint: habēt etiam illic uuas quasdam sine granis: suauiores illis comedi nunquam: ibi omnifariam fructus inueniuntur, ut suprà memorauimus. Huic copiæ accedit incredibilis cœli temperies, id cumprimis testatur perennior ho-

nior hominum ætas: complures ſum alloquutus qui centeſimũ ac uigeſimũ quintum annum exceſſerant, uegetam ac ſucculentã adhuc uiuentes uitam: his amictus eſt propè nullus, utpote quibus ſola interula indumentum præſtat, uel nobilioribus: qui uero ſũt poſtremæ tribus, ſindone brachio exerto corpus uelant: in tota fere Arabia homines ex proprio capillo cornua gerũt. Mulieres aũt caligis laxioribus, inſtar remigum utuntur.

De Sana urbe felicis Arabiæ, deq; eius munitiſſimo ſitu, necnon de ſæuitia filij regis, Cap. x.

INde abiens itinere tridui, ad urbem quandam Sana nomine perueni, ea in æditiſſimo mõte ſita eſt, arteq; ac natura munitior: hanc Sultanus cum numeroſiſſimo exercitu utpote octuaginta millium hominum octonis mẽſibus oppugnauit, ſed nunquam expugnare quiuit: uerũ poſt latas æquas conditiones deditionem fecit: mœnia conſtant ex humo cõgeſta, altitudine cubitorum decem: lata uero brachia uicena, patet propterea camelis octonis in ordine expoſitis iter, tanta eſt illius latitudo. Regio eſt complurium ferax fructuum, nec multum ab aruis noſtris differt, ſi copiam rerum omniũ ſpectaueris, & comprimis fontibus eſt irrigua. Vrbi moderatur Sultanus, qui natos habet duodenos, quorum uni Mahumetis inditũ eſt nomen, qui fermè rabie dicitẽ correptus: mordicus enim homines impetere conſueuit, morſosq; deuorat uſq; ad ipſam ſatietatem, ſtatura cubitorum quatuor, filo corporis elegantiore conſpicuus, quippe qui aptiſſimum quadratumq; corpus habet coloris ſubcinericij. Fert ager eius urbis nõnulla aromata, eaq; leguntẽ nõ longe ab urbe. Ambitu circiter quatuor milliũ ædium cõtinetur: ædes eorum elegantia ac pulchritudine noſtris nõ concedunt: adeo urbs pateſcit, ut intra mœnia uiſantur arua, hortiq;, ac complura uiridaria.

Antrhopophagus.

De Taëſſa & Zibith, & Damar Arabiæ felicis maximis urbibus, Cap. xi.

ILlinc mouens contendi ad urbem Taëſſa nomine, peracto prius dierum trium itinere: monti impoſita eſt, ſed uiſu pulchrrtima: ibi elegantium rerum ingẽs ubertas, & præſertim roſaceę aquæ, urbs eſt antiquiſſima, inq; ea delubrum inſtar templi diuæ Mariæ ad rotundã urbis Romæ conſtructum: ædes ibi elegantiores, adhuc antiquitatem præ ſe ferentes. Eò confluunt commerciorum cauſa negotiatores propè innumeri: amictu nõ diſſimili à memoratis utuntur, coloris ſubcinericij. Inde abiens profectus ſum itinere tridui ad aliam urbem, Zibith nomine, pulchram ſanè, eandemq; optimã: à mari Erythræo abeſt itinere mediæ diei, ingẽtiumq; mercimoniorũ urbs eſt, ſuppeditante merces pelago: honeſtata eſt dote plurimarum rerũ, & comprimis ſaccari uberioris, ac omnifariam fructuũ. Sita eſt in latiſſima planicie intra duos montes: mœnibus caret: illic aromatũ omne genus præcipuum eſt emporiũ, aliaq; largiter inde euehuntur: habitu ac colore ut ſupradicti,

Zibith urbs

t

pradicti. Ea uisa urbe, ad aliam Damar nomine concito gradu me contuli, unius diei peracto itinere, à Mahumetanis colitur, qui cõmercijs eximie incumbunt, urbs fœcunditate non postponenda prioribus, nec amictu moribusq; indigenæ memoratis sunt multum absimiles.

De Sultano præmissarum urbium, & qua de causa Sechamir dicitur, Cap. XII.

HÆ urbes, qnarũ paulo ante mentio facta est, Sultano Arabiæ felicis, qui Sechamir dicit, parẽt. Secha sanctus interpretatur, amir uero princeps. Sancti appellatione hominẽ ob id dignant, quòd aiunt ipsum humanarũ cædiũ, si bella excipias, expertẽ esse. Illud etiã noueritis, quòd per id tempus quo illic agebam in uinculis, supra sexdecim hominũ millia alebat: singulis singulo die dant seni minutiores postremiq; ualoris denarij pro uictu quo trahere in custodia animam queant. Ita accipiuntur, qui plectendi mor, te erant: idem domi totidem mancipia nigricantis coloris alit.

De Cercopithecis, nonnullisq; animalibus humano generi infensis, Cap. XIII.

INde abiens redij ad urbem Aden nomine tridui itinere prius peracto: cùm citer medium iter nactus sum editissimum uastissimumq; montẽ, is omnifariam abundat animalibus, & comprimis † Cercopithecis, palabantur & ibi fere complusculi leones, præsertim hominibus supra modũ infensi, idq; efficit, ut illâc tutum iter non pateat, nisi centũ simul uiatoribus, qui frequentiore numero perterreãt feras: illud testari licet, quod corã uidimus: eà enim habentes iter, apertum discrimen subijmus, feris nos cõsectantibus: complures tamen arcubus ac fundis confecimus, canibus etiam opem ferentibus: tãdem aliquando periculum euasimus. Ad urbem ut perueni, cœpi simulare ægritudinẽ, quasi pergraui adflictarer capitis grauedine: perdius ergo in delubro iacens, noctu tantum prodibam, conuenturus nauis moderatorem. Impetrauiq; ab eo, ut & mihi conscendendi liburnicam uel clanculum faceret potestatem.

Catti marini uulgo

De nonnullis Æthiopæ locis Cap. XIIII.

DVm pergimus ex instituto uarias peragrare regiones, commissi pelago, fortunæ inconstantia, nec non equorũ intertutbatione multijuga, à cœpto itinere absterriti sumus. Quum itaq; intra senos dies iter in Persida haberemus æquora sulcantes, iamq; septenis diebus nauigationi operam dedissemus: ecce in mari sæuior oborta est tempestas, fluctuãte salo, dictoq; citius nos à meditato itinere auertens in Æthiopæ oras transtulit. Onustæ erant liburnicæ rubrica inficiendis pannis aptissima: nã quotannis ex urbe Aden rubricæ onustas naues quinas ac uicenas negotiatores abducunt: hũc colorem inficiendis lanis mittit felix Arabia. Iactati itaque ui uentorum in portum quendã Zeila nomine impegimus, ibiq; quinque dierum moram fecimus.

Digitized by Google

fecimus,tum ut urbem inſpiceremus,tum uel maxime, ut tantiſper opperiremur,donec miteſceret æquor.

De Zeila urbe Æthiopiæ,deq; fertilitate illius,ac nonnullis animalibus eiuſdem urbis, Cap. XV.

IN ea urbe magnopere commercia uigent,ceu in famigerato admodũ emporio,auri ac eboris mira eſt ubertas, ibiq; propè innumera mancipia ueneunt haud ingenti pretio. Hi ex regno Æthiopiæ,cui is Æthiopum rex, quem presbyterum Ioannem dicunt,ſiue Iacobitarum principem appellãt, imperitat,ab Mahumetanis qui Mauri dicunt,in prælijs corripiuntur,inde in Perſidem,ac felicem Arabiam Indiamq; necnõ in Babylonem Niloticã, ad Mechamq; traducũtur,illic in pretio eſt iuſtitia,rectèq; uiuitur: fert ager triticum ,affatimq; carnium,ibi uiſitur copia multarũ rerum:mittit etiã oleũ abundantius,ſed non ex oliuis,uerum ex re neſcio qua alia: melliſq; ac ceræ plurimum:ſunt etiã illic uerueces nonnulli,qui ponderoſiſſimas trahũt caudas,utpote pondo ſexdecim librarum. His caput ac collum ſunt nigricantia, cætera ſunt albi:ſunt item uerueces prorſus albicantes, quorũ cauda cubitalis eſt longitudinis,modo elaboratæ uitis:palearia inſtar tauri à mento pendent,humum propè uerrentia: inerrãt aruis boues fœminæ ceruina cornua habentes,hæ non ſunt cicuratæ,ſed ſylueſtres:ubi capiuntur,dono Sultano eius urbis ceu regium quiddam dantur. Vaccas etiam uidi cornu unicum in fronte media habentes inſtar monocerotis,longitudine ſupra palmi magnitudinẽ:his cornu in terga reſupinat,coloris ſunt phœnicei:illæ uero quas memorauimus,in colorem nigricantem inclinãt:ibi ubertime uiuitur annona uileſcente:urbẽ incolũt innumeri negotiatores: mœnia ſunt exeſa,portusq; deſpicabilis, eſtq; in continenti telluris. Illi moderatur rex Mahumetanus, ſub quo peditum ac equitum complura millia merent ſtipendia:rei bellicæ plurimum ſtudent:interula tantum amiciuntut. Color eſt ijs ſubcinericius, inermes ad bella exeunt,latriæ Mahumetis addicti.

Verueces

Vaccæ uni cornes.

De Barbara inſula Æthiopiæ,deq; eius incolis, Cap, XVI.

POſtquam ſæuientis pelagi tumor efferbuit,uela uentis dedimus,moxq; inſulæ cui Barbaræ nomen eſt appulimus. Princeps eius eſt Mahumetanus: inſula non patet plurimum,ſed culta eſt admodum, habitatoreq; frequentior: multifariam carnes mittit. His eſt ſubnigricans color: quicquid opum poſſident, id habent in armentis. Illic morã unius diei fecimus,indeq; abſcedentes,in Perſidem uelificauimus.

Digitized by Google

LVDOVICI ROMANI PATRITII

PERSICARVM RERVM LIBER III.

De nonnullis Perſiæ urbibus & protubus, Caput I.

AD dies duodenos maria ſulcauimus: tandēq; appulimus urbem quandam quæ dicitur Diuobanderrumi, id eſt, diuus Turcarum portus, ea parum à continente abeſt: quando intumeſcit undabundum æquor eſt inſula, aquis eam ambientibus: ubi uero reſedit mare, iter eſt ad eam terreſtre: paret Sultano Cambaiæ. Moderatur urbi quidam nomine Menacheaz: bidui illic mora inſumpta eſt: commerciorum ingentium eſt emporium, eamq; incolunt ex Turcarum gente fermè quadringenti negotiatores: muro quaquauerſum ambitur: tormenta omne genus mœnia muniūt. Naues habent celocibus noſtris paulo minores, thalae appellant. Soluentes inde contendimus ad aliam urbem, quæ Goa dicitur, ea abeſt à ſuperiore urbe itinere tridui: illo mercimonia maxime comportātur, exportanturq; ab his qui ultro citroq; proficiſcuntur: celebres ſunt admodum nundinæ: nec uberitate rerum opumq; magnitudine ſuperioribus urbs concedit. Paſſim colitur Mahumetes. Illinc abiens profectus ſum ad urbem aliam, quæ Giulfar dicitur, rerum copia abundans: ibi inter alia peropportunū portum conſpicati ſumus. Illinc abeuntes ad alium portum Meſchet nomine deuenimus.

Dinoanderrumi

Goa urbs

Giulfar

De Ormo urbe, deq; inſula Perſidis ubi margaritæ leguntur, Cap. II.

ABſcedentes inde uelificauimus uerſus urbem Ormus nomine, īndytā: ea ſitu elegantiore, ac unionum copia nulli urbium eſt ſecunda: ſita eſt in inſula, & maritimis urbibus præferenda omnibus: abeſt à continenti ſpatio duodecim mille paſſuū, aquatū potu ſuauium, annonæq; mira caritas: inuehuntur fermè omnia, quæ uictū cultoribus ſuppeditāt: procul illinc itinere dierum trium leguntur conchæ, quæ pariunt margaritas uenuſtiores, grandioresq; cæteris baccis: captura earum fit, ut haud multo poſt expediemus. Sunt ibi nonnulli qui piſcatu uictū quæritant. Hi uecti cymbis in mare iactum faciunt prægrandis ſaxi dependente fune, idq; fit ab gemina cymbæ parte, ut utrinq; iactis in profundum lapidibus, conſtabiliri nauis, non aliter quàm ſi in ancoris foret, poſſit. Firmata ſuo pondere cymba, alius, cui id munus obtigit, in æquor iacit funem ſaxo dependente. In naui media alius, mantica in pectus tergumq; dependente, alligato pedibus lapide ſe uibrat in pelagus, ſubtusq; aquas urinantiū more natat, actuſq; in profundum ad paſſus quindenos, tantiſper urinat, donec legerit conchas, in quibus deliteſcunt uniones ac margaritæ: collectas manticæ indit, lapidemq; protinus quo pedes gra-

Conchārum captura

Digitized by Google

des grauabantur abijcit, funiq; innixus in superiora euadit: ibi quãdoq; ad tercentum fermè nauigiorum genera comperiuntur, quæ undecunq; contẽ dunt. Eius urbis Sultanus Mahumetis est initiatus fide.

De Sultano Ormus, deq; sæuitia filij Sultani erga parentes ac germanos. Cap. III.

PEr id tempus quo ego has inuisi regiones, hæc quæ mox uobis innotescent, cõtigere. Itaque Sultano undeni erant liberi, quorum minor natu opinione insipientiæ minus cordatus habebatur: primogenitus uero ob nimiam calliditatem omnium censebatur uafertimus. Erant item eidem Sultano bina mancipia, quæ ex regno Presbyteri Ioannis regis Æthiopũ in regiam asciuerat, obq; eorum merita strenuissimamq; consuetudinẽ fortunis innumeris ditauerat, natorumq; loco habebat. Inter hæc maior natu silentio noctis, parentibus germanisq;, illo excepto, qui mentis impos credebatur, lumina eruit: sicq; effossa detulit in parentum cubiculum, simulq; subdito igne, parentes domumq; incendio subiecit: cuncta itaq; deflagrarunt, parentes, uidelicet, ac quicquid fortunarum inibi repertum est. Proxima luce atrox facinus cultoribus urbis innotuit, ob id tumultuari cœpere omnes, rei indignitate moti. Autor uero sceleris in regiam, ceu in locum tutissimum se recepit, ac in demortui locum suffectus est. Is uero, quem memorauimus amentem esse habitum, longe alius uisus est, quàm omnium uocibus destinatus erat, cognito nephando scelere, ueluti parentum necis futurus ultor, in delubrum continuo diffugit, hæc uoce sublatissima Arabice inclamans, ô dij boni, cacodæmon effectus est germanus meus, confecit parentes ac germanos, confectosq; deflagranntissimo rogo tradidit. Intra quindenos dies ciuium exuscitatus furor resedit: quo uiso Sultanus accersit ad se alterum illorũ mãcipiorum, quæ dilecta à seniore Sultano prædiximus, nomine Mahumetẽ: quod ut uenit, Sultano Arabica lingua infit, Quid ais princeps? At ille, Sultanus sum. Tunc mancipium, Ita mehercule Sultanus es. Tum ille manu apprehensum hominem, blandiendo secum ducebat, illumq; Arabice alloquens subdit, I & socium tuum occidito, pro qua re tibi septem oppida polliceor daturum quamprimum. At mancipium, Mi princeps, inquit, triginta annis conuictorem habui socium hunc meum, propterea id sceleris quod iubes nõ ausim unquam. Tunc Sultanus, Sinito inquit. Verum intra triduũ uocato ad se altero mancipio, itidem agit cum eo quod cum superiore mancipio tentauerat, insidias illi nectens. At ille cui Chaim nomen erat, hoc intellecto, Fiat, inquit, in dei nomine mi princeps: moxq; clanculum loricatus ibat obiturus principis imperata. Vt igitur ad socium peruenit, facere nequit, quin scelus uultu proderet. Eo uiso, haud mora, intellexit in se cudi fa-

bam hanc,& proditoris appellatione inclamans ſocium,Veniſti,inquit,proditor leto me traditurus? at ille,neutiquam huiuſcemodi operam nauaturus accedo:at Mahumetes, nequis inficias ire, quando certe conſcius patrandi ſceleris animus luridum effecit uultum,ob id haud euades,quin te protinus mactem. Cognito Chaim in certiſſimam notionem inſidiarum quas ſtruebat deueniſſe,gladium quem ſtrinxerat,ad pedes ſocij abiecit, illicoq; humi ſtratus ueniam precabatur plorabundus,identidem inclamans, parce mihi mi princeps,nam mors mihi iure optimo debetur, ob id confice me eodem mucrone,quo te mactatutus acceſſetam. At ille,nemini profecto dubiū eſt, quin ſis perditiſſimus proditor, quippe qui triginta fermè annis mutuo uſus cōtubernio conuictor perennis fuiſti, & nūc necem illaturus adueniſti: num miſer intelligis hunc qui tibi id negotij demandauerat cacodæmona eſſe? Verum cō ſurge,quoniam iam tibi parſum eſt:illud etiam noueris, iugi triduo hanc furiam me ingentiſſimis oneraſſe pollicitationibus,ut mortem quam mihi illaturus adueneras,prior tibi inferrem:ſed ego cōditionē aſpernatus,facinori atrociſſimo minime ſum aſſenſus. Verū ſinito deos agere immortales:tu tamen ſi me audis,continuo nauabis eam operam quam moxi ſubijciam. Cōuenias uelim Sultanum, illicq; dicas te leto me tradidiſſe. Ad hæc Chaim,Subibo imperata princeps, quare ad Sultanum profectus eſt: quo uiſo Sultanus inquit,heus Chaim,mactaſti ne amicū? at ille, cōfeci me herde princeps:tunc Sultanus,accede propius:hærenti iam principis lateri, Sultanus gladio pectus fregit. Perendino die Mahumetes clanculū induit loricam,ſeq; ad Sultanum recepit. Hunc ut cōſpicatus eſt Sultanus in cubiculo,Canis,inquit,cane natus,adhuc frueris aura ætherea? Cui Mahumetes uiuo quidem in contumeliam tuam, ſumq; te actutū mactaturus cacodæmone deteriorem. His dictis collato pede digladiari cœperunt: concertatum eſt nonnihil:tandē prævalente Mahumete,mortē occubuit Sultanus. Quo facto,haud mora,uictor Mahumetes regiam occludi,firmariq; præſidio iubet. Iuuerunt Mahumetē populi in eum ardentiſſima ſtudia. Ad eam diem charus fuerat populo admodum,ob eam rem cunctus populus acclamationibus lætitiam teſtans Mahumetem Sultanum ſalutabat. Dum itaq; Sultanus in principatu uigeſimum diem egiſſet:illis tranſactis,claſſico ad ſe primores urbis,necnō negotiatores,reliquumq; fermè populū uocat. Quibus ita loquutum eſſe accepimus, quod à ſe factum audierant, non ultra id patratum fore,nequiuiſſe fugere urgentis fati neceſſitatem, probe ſe intellige re id principatus ſibi haudquaquam deberi: propterea ab eis impetrare uelle,ut illi moderandi regni darent habenas, qui quandoque ad imitationen ſtulticiæ factus, parum cordatus uidebatur, ad hunc iuſto iure pertinere imperiū. Concionanti Mahumeri aſſenſum eſt: moxq; ille,qui amens

habitus

Digitized by Google

habitus fuerat, in demortui locum ſuffectus eſt, moderatore tamen Mahumete: nam poſtquam facinus auſit Mahumetes, omnium confeſſione, deorum amicus credebatur. Ob id ultro ab cunctis moderandæ urbis illi datum eſt negotiũ, deſipiente præſertim Sultano, cuius in ſuperioribus abunde meminimus. Nec uos lateat in ea urbe ad quadringentos negotiatores uſq; morari cõmerciorum cauſa, quæ illic plurimũ uigent, illò enim comportantur ſericum, uniones, margaritæ, & id genus baccæ, aromatumq; adfatim. Viunnt plerunq; oriza, quoniam ea regio triticum non mittit.

De Eri urbe in Chorazani regione Perſidis, deq; eius opibus, & complurium rerum copia, præſertim reubarbari. Cap. IIII.

INde diſcrdens in Perſidẽ ſum profectus: peracto duodecim dierũ itinere, ad urbem quanda Eri nomine perueni. Regioni nomẽ eſt Chorazani, ea appellatione qua & nos Flaminiã nuncupauimus: urbẽ Eri regionis eius rex incolit, ea eſt omniũ fermè rerũ ferax, uiſiturq; tanta ſerici copia, ut una die emere queas tantũ ſerici, quod ternis camelorũ millibus onerandis ſufficiat: ibi nunq; ingraueſcit annona ob rerũ ubertatẽ. Reubarbari in primis mira eſt copia: ea cõiectura id ſum aſſequutus, quòd ſenæ reubarbari libræ noſtro more põdo unciarũ duodecim ſingulo aureo nũmo ueniebãt: urbs ambitu circiter ſeptẽ milliũ ædium continetur: colũt Mahumetẽ quàm qui maxime. Abiens illinc itinere dierũ uiginti, animaduerti regionẽ intra terras procul ab litore maris frequentẽ eſſe admodũ uicis ac oppidis, eiſdemq; ſummopere cultis. *Serici copia*

De eo flumine quod arbitramur eſſe Euphratẽ. Cap. v.

PErueni tandẽ ad quendã amnem, quẽ ipſa incolarũ lingua Eufra appellant: hunc ego crediderim Euphratẽ eſſe, uaſtioris conceptaculi ductus argumento. Dum itaq; ſecus fluuiũ læuorſum iter ago, tridui peracto itinere, ad urbẽ aliã peruentũ eſt Schirã nomine, ea unicũ principẽ habet, eundẽq; Perſam, alĩ nemini parentẽ, addictũq; fidei Mahumetanæ. Ibi omnifariam pretioſi capilli inueniunt: & cõprimis Eranõ lapis, qui abigit lymphationes, pellitq; formidines, turchicã appellãt: abunde enim aduehunt, ut ferebatur, ex urbe Balaſchã nomine, ubi ingẽs eſt ubertas caſtorei, ibiq; colorũ cõplura genera. Illud uobis compertum ſiet, quur perraro apud nos caſtoreum ſyncerum inueniat: prius equidẽ adulterat, quàm ad nos comporteat, Perſis adulterantibus: nam id hominũ genus his uaframentis adulterandarum rerum concedit nemini, id ego coràm perſpexi, uoluiq; quandoque ſynceri caſtorei uim oderiferã experiri. Igit conſpicatus ſum aliquando quoſpiã huius rei periculũ facientes: ſumebant enim ueſicã caſtorei, eamq; cõceptã mox naribus olfaciẽdã admouebãt quaterni ex ordine hoſtes, ea admota, tãta erat fragrãtis caſtorei uis, ut olfacientibus eliceret ſãguinẽ è naribus, idq; præferebat haud adulteratũ caſtoreũ. Percũctabar etiam Perſa, an caſtoreũ ut cætera un-

Digitized by Google

guenta,quæ ſuis moriunt horis,illico expiraret. Pro reſponſo habui,uim huius odoris adſeruari ad annos denos,ſi modo non adulteretur. In qua re Perſæ eminent præſtantq; plurimum: inuicem hi ſunt cunctorum hominū comiſſimi,& cōprimis liberalitate præferendi omnibus: neq; id auſim adſtruere,niſi coràm eiuſce rei periculum feciſſem. Per id tempus quo illic agebā,nactus ſum ibi negotiatorē quendam Perſam,qui me ſuperiore anno in urbe Mechæ cognouerat,is erat oriūdus ex urbe Eri in Chorazain: qui,ut me cōſpicatus eſt,Ludouice,inquit,quis te impulit has uiſere ſedes,nōne ille es quē dudum apud Mecham noui? Cui ego,Sum quidē ille,qui uiſendi orbis deſiderio mirabilem in modum ardeo: at Perſa,deus laudetur inſit, poſtquam offendi comitem mei itineris quempiam,qui eodem deſiderio teneatur,quo & ego capior: quare in urbe,cui Squilaz nomen eſt, mora quindecim dierū inſumpta eſt. Perſa uero me hortabatur,ne à ſe diſcederem,futurus itineris iugis comes,ut eo duce præcipuam orbis partem peragraremus. Itaq; itineri accingimur,profecturi uerſus eum locum, cui Sancto Barganti nomen eſt inditum.

De urbe Sancti Bragantis,& quomodo Babylonem magnitudine exæquat,deq; Perſarum rege,qui Sophi dicitur, Cap. VI.

VRbem Sancti Bragantes ferunt magnitudine Babyloni minime cōcedere: quippe quam uaſtiſſime patere autumāt: eius rex Mahumeti eſt addictus. Memorant negotiatores habere in armis ubi libuerit ad ſexagena equitum millia: gens inclinat in colorē albicantem, bellicoq; uſui aptiſſima: nos uero hæc tantum ex aliorum narratu adfirmamus: non enim ultra progredi licuit graſſante ac ſæuiente Sophi in eos qui Bobachar & Othomar ac Omar ſacris ſunt initiati. Hi Mahumetis collegæ fuere,eiuſq; deliramentorum conſcij. Qui itaq; his fidem cenſent adhibendam eſſe, abſumuntur: quos uero nouerit Mahumetis ac Hali ſacra,imò prophana colere,illæſos ſinit. Inter hæc comes meus accerſito me,ait, Vt ſcias Ludouice quanti te faciā, quámue ex meo contubernio tibi proſpectum iri aueam, inſtitui te arctiſſima coniunctione mihi deuincire, ut hoc nexu compertum tibi ſit,me nuſ
quam defuturū eſſe cœptæ neceſſitudini,Eſt,inquit,mihi neptis,cui † Samis nomen,en,hanc tibi matrimonio iungi ita cupio,ut nihil deſiderem ardentius. Samis eorum lingua Phœbus dicitur. Nec id ab re,Phœbo profecto uenuſtior candidiorq; erat. Adiecit ad hæc ille, ſe non ambire orbem, ob id quod cuiuſpiam rei egens eſſet, uerum ſolius animi ac uoluptatis cauſa, quam ex multarū rerū cognitione proficiſci adfirmabat. Quare gradu reuocato, ad urbem Eri nomine redijmus: quò ut peruenimus, excipit me domi ſuæ comes meus honorifice & amanter,oſtenſaq; nepte, inſtantius mecum agebat,ut iure matrimonij uirgine potiri uellem. Ego uero qui longe

† als, Semes

alia

alia animo destinaueram: præ me tuli id quidem non aspernari, sed commodius illud agendum esse arbitrabar: quare intra octonos dies inde abeuntes, reuersi sumus ad urbem Ormus nomine: illincq; soluentes in Indiam uelifi cauimus: & tandem aliquando portum appulimus, qui lingua indigenarũ Cheo dicitur.

LVDOVICI ROMANI PATRITII INDICARVM RERVM LIBER IIII.

De urbe Indiæ Cambaia, omnium fermè rerum ferace, Cap. I.

QVONIAM in operis huius exordio, si recte meminimus, spopondimus cuncta nos denarraturos esse compendiosius quàm quibimus, ne plus iusto prolixior oratio fastidium pareret lectori, decreuimus ob id promissa dissoluere, & ab instituto haudquaquam recedentes, ea uestris auspicijs tantum scripto prodere, quæ narratu digniora uidebuntur. Indiam igitur ingressi ad portum quendam deuenimus, hũc præter fluit ingens fluuius, cui Indo nomen est: isq; uon procul abest ab urbe quæ Cambaia dicitur. Ea ad tertium lapidem posita intra terras, respicit meridiẽ: ad eam non est liburnicis uel actuarijs nauigijs accessus, nisi inundet flumẽ uberius solito, qui aliquando ad tertium uel quartum lapidem irrigare maiore auctu arua cõsueuit. Verum auctus inibi fluminum contrarias uices incrementorum habent, quippe qui nõ nisi decrescente luna augescunt: apud nos uero plenilunijs tumescũt amnes mirandum in modũ. Vrbs muro nostro more ambitur: cuuctisq; fermè abundat, re præsertim frumentaria, ac fructibus omnis generis. Ibi inter cætera complura aromatum genera reperiuntur, quorum nomina me latent: illic etiam gossipium abunde inuenit, uulgo bombix dicitur: asportãt inde negotiatores annis singulis tantum gossipij ac serici, ut quandoq; quadragenas aut quinquagenas naues harũ mercium abducãt. alioq; comportent. In eodem regno is mons reperitur unde eruitur onyx, corneola uulgo dicitur. Nec procul inde est mons unde excauitur calcedonius lapis, adamasq;. *Indus flu.*

De moribus incolarum Cambaiæ prædaræ, Cap. II.

IAmiam subijciemus Sultani eius statum ac mores: is Machamut dicitur, quum ibi essem agebatur quadragesimus annus, quo ipse regnum inceptus fuerat, rege Gugeratorum depulso. Hi nullum animal occidere cibi gratia, nullaque carne uesci optimum esse arbitrantur: non sunt Mahumetani, neque idolorum cultores. Ego uero crediderim, si baptismi caractere insignirentur, eos parum à salute abesse: nam genus est plenum iustitiæ: quippe quod alijs non infert, quod sibi inferri noluerit. Si habitum quæris, pars nudi agunt, pars tantũ obscœna uelati: caput uincit gausape, coloris purpurei.

His

Digitized by Google

His autē colos eſt ſubfuluus, ob eam cauſam à Sultano regno pulſi dicūtur de cuius moribus iam deſcendo dicturus. Huic igitur ſunt in armis equitum uicena millia. ſiuguloq; mane in regiam ueniunt quinquaginta uiri elephantis inſidentes: quibus id ſolum negotium datum eſt, ut uenerabundi regem uenerentur, belluis genua flactentibus. Mane uero rege experrecto, crepant cymbala, tympanaq;, audiunturq; ſonantes tibiæ, necnon buccinatores: adſunt & complures alij, qui multijugis inſtrumentis muſicis læticiam uiuentis regis teſtantur: itidem pranſuro agunt: adſuntq; itidem diſcumbenti memoratis elephantis inſidentes, & rurſum cōſueto munere colendi principis funguntur. Locis ſuis animalium huiuſmodi ingenium ac conſuetudinē denarabimus. At Sultanus memoratæ urbis ſuperiora labia adeo prominentia habet, ut illis æque ac mulieres capillo caput uinciat. Barbam uero albicantem gerit aduſque umbilicum promiſſam: ueneno ita aſſueuit, ut omni die quippiam hauriat, ne putes ad ipſam ſatietatem uenenum ſumi. Leto traditurus è ſatrapis quempiam, ad ſe accerſitum, cui mors imminet, nudum ſibi aſſiſtere compellit: moxq; edit nonnullos fructus, chofolos uocitant, inſtar nucis myriſticæ muſcatā appellant: mandit etiam quædam herbarum folia, modo mali Aſſyrij, tambolos nomināt: addit etiam attritarum concharum oſtreæ calcem, ſimulq; cuncta mandendo ruminat. Tandem in eum, quem cupit occidi, expuit, aſperſoq; eo, cōtinuo mors ſubſequitur, præſentaneo ueneno uitam perimente: nam ubi in hominem ut præmiſimus, expuerit contrita uenena, intra mediæ horæ ſpatium perfuſus ueneno in terram corruēs efflat animam. Huic etiam ſunt circiter quaterna ſcortorum millia: nam ubi ſemel concubuerit cum quauis meretricum, proxima luce uitam exuit: depoſitam interulam amictusq; mortalium nemo attingit. Mutatorijs opus eſt propè innumeris. Sciſcitabatur diligentius: ab negotiatoribus comes meus, unde hæc profecta eſſet pernicies uenenorum. Aiebant illi parentē Sultani à cunabulis natum aluiſſe ueneno, propterea uni ſibi innocuum ſola cōſuetudine factum eſſe, cæteris uero pernicioſum ac letale eſſe admodū. Verū de rebus Sultani modum facientes, incolarum mores deſcripturi, redeamus unde ſumus digreſſi. Hi igitur plerunque ſola tunica interiore uelantur, omnium ſunt bellaciſſimi, commercijsq; ſtudent quàm qui maxime: regionis ubertas pro meritis referri non poteſt. Ea frequentatur ab ultro citróque commeantibus ex omni fermè mortalium genere. Inde hac de urbe altera, cuius quum opportunū duxerimus, meminiſſe eſt animus, ad uarias multiplicesq; regiones orbis innumera mercimonia euehuntur, ad Turcos præſertim, Syrosq;, Arabas felices, Indósue, & item ad Africam incolentes, Æthiopasq;, & alios mortalium plurimos: ſericum in primis, ac xylon, bombicem appellant, illinc exportant. Hinc eſt quòd ille Sultanus omnium cenſetur ditiſſimus, mercimonijs ibidem mirabilem in modum uigentibus. Hic

Sultani deſcriptio

maximas

Digitized by Google

maximas exercet ſimultates cum rege quodam, qui Logæ regno imperitat, quod abeſt à ſupradicto rege itinere dierum quindecim. Itaque huius regis Logæ imperium longe lateq; patet, illicq; in armis ſunt triginta armatorũ milia, idolorum eſt cultor, omnisq; eius populus: ſuntq; opinione ſanctitatis a Rex Logæ
pud cæteros reges magno in pretio, celebresq; admodum: nam ex inſtituto rex huiuſmodi ſingulo triennio ter uel quater peregre proficiſcitur, aliturq; aliena impenſa dum peregrinatur, ut apud nos uoti cuiuſpiam gratia peregrini circuire regiones ſolent. Trahit ſecũ ad quaterna contubernaliũ millia, longum ſanè ſeruorum ordinem: cõiugem inſuper & natos omneis circum ducit: ducit etiam quatuor uel quinq; feruidos ſonipedes, felesq; qui odorẽ illum gignunt lectiſſimum, Gibellum uocitant, cercopithecosq; compluſculos, pſitacos item ac pardos. accipitresq;, hocq; ordine ambit fermè Indiam totam. Illi habitus eſt geminum corium caprinum, altero priorẽ partem, poſteriorem altero corporis partem uelat, uillo extrà eminẽte: coloris eſt propè muſtelini. Ibi enim ob incendium candentis ſyderis nigreſcere ac torrere corpora incipiũt: omnes inaures geſtant dependentibus omnifariã monilibus lapidibusq; pretioſis: alĩ exerto brachio uelant corpus, alĩ ſola interula amiciuntur. Rex ac nonnulli procerum maximi puluiſculis odoriferis quaſi per ſpeciem maioris claritudinis, infectam faciem circunferũt, ac reliqua corporis infecta: alĩ alijs uanis ducũtur ſuperſtitionibus, induxerũt in animũ alĩ ne humi procumbant unquam, alĩ ne toto corpore ſtrati cõſidant in terra: alĩ ab omni eloquio ueluti elingues temperant: his uero adſunt terni aut quaterni homines, qui mutis uictũ ſuppeditant: omnibus in uniuerſum cornu è colle depẽdet: illi ubi ad urbem quampiam peruenerint, incolas, ceu agunt apud nos cornicines, admonentes ſimul omnes cõcinunt, eoq; concentu ſtipem ab mortalibus petũt. Rege domi ſedente trecenti, aut ſane quadringẽti homines ſimul peregre exeũt. Nec plus triduo, modo Ægyptiorum, in eadẽ urbe morantur. In manibus ferunt ſcipionem in ima parte ferreo orbe munitum: alĩ orbes tantum quaquauerſum limatos nonaculæ inſtar incidẽtes ferunt: illi quos oderũt impetunt funda lapides uibrantes: quare ubi in urbẽ aliquam uenerint, ab omnibus excipiunt placidiſſime, illisq; impune eſt uel urbis ſummatẽ occidiſſe, quando profecto id agere diuinitus credũtur: ager non eſt ferax admodum annona ingraueſcente. Regio montibus plurimũ aſperatur: eorũ ædes ſunt deſpicabiles peſſimiq; incolatus: urbes muro ambitas non habent: horum opera ac ſtudio comportantur ad nos margaritæ, & id genus monilia, illudq; non difficulter efficiunt, peregre quoquo uoluerint aliena impenſa proficiſcentes. Hi igitur ob propè inacceſſam regionem, Sultano Machamit maximum exhibent negotium.

De urbe

Digitized by Google

De urbe Ceul, deq; moribus ac audentia eius populi. Dap. III.

ABiens ab urbe Cambaiæ me recepi ad aliam urbẽ Ceul nomine, quæ à Cambaia itinere dierum duodecim abeſt. Ager qui inter utrunque intercedit Guzerat dicitur. Rex eorũ idola colit: his eſt colos ſubfuluus, pro amictu alĩ interula utuntur, nudi agunt alĩ, tantũ obſcœna uelati, nudis pedibus ingrediuntur, apertoq; capite prodeunt: ſi perpaucos Mahumetanos negotiatores excipias: ad bella ſunt promptiores, in prælijs enſe, arcubus, lanceis harundineis, clypeisq; orbiculatis utnutur: tormenta habẽt quibus proruũt mœnia, ſtragesq; inferũ armatis exercitibus. Ea urbs munitiſſima mœnia habet, diſtatq; à mari duobus ac mille paſſibus: præterfluit urbẽ amœniſſimus amnis, quo ultro citroq; undecunq; mercimonia comportantur, accedentibus eò exteris liburnicis: copiã præſtat ager ſuapte natura omnibus abundans, ſi uuas, iuglandesq; nuces ac caſtaneas excipias: legitur triticum ac hordeum, adfatimq; leguminum, Illic etiam cõficitur goſipinus pannus. Eorum fidem prudens prætereo, quando certe conſtat eos eiuſdẽ latriæ eſſe, cuius eſt rex Calechut. Horũ meminiſſe hæſit cordi mihi, ubi fore opportunũ duxero. Illic cõplures negotiatores Mahumetani degunt: aëris temperies calidior eſt, quàm ubi eſt frigidiſſima: iuſtitia ibi maxime uiget in pretio: regi in armis nõ ſunt frequentes milites. Regio fert equos uaccasq; plurimas.

Dabuli urbs Diſcedens illinc ad urbem quandam Dabuli nomine me contuli, itinere bidui ab ſuperiore urbe diſtat: hãc ingens fluuius præterfluit, noſtro more mœnia habet, ager eſt fœcundus, ipſaq; urbs amœna admodum, ibi negotiatores propè innumeri Mahumetani. Rex idola colit, huic ad triginta hominũ millia in armis ſunt: corpora animosq; ut ſuperiores populi exercent: genus eſt plenum iuſtitiæ: his idẽ eſt cultus corporis, uictusq; ac mores inſunt ut illis quos ſuprà memorauimus.

De Goga inſula Indiæ, deq; eius rege. Cap. IIII.

SOluens illinc profectus ſum ad eam inſulam cui Goga nomen eſt, ea ab continente abeſt mille paſſibus: hæc regi de Dechan quotannis pendit

Perday uectigalium nomine mille aureos, Perday eorum lingua appellantur: ſi horum formam quæras, anguſtiores cõtractioresq; ſunt ſaraphis Babylonicis ſed lõge craſſiores: ab altera parte pro ſuperſcriptione bini ſunt inſculpti dæmones: ab altera uero cernitur neſcio quid, literis exaratum. In ea inſula maris ſecus litus uiſitur oopidum more noſtro conſtructum: illi eſt præfectus dux quidam militum cui Sauain nomen eſt: ſub eo quadringenti mamaluchi merent ſtipendia, ipſeq; mamaluchus eſt: is ubi cõſequi poteſt quempiã ex uiris albicantibus, eum beneuole excipit, cæterisq; adnumerat militibus: conducere enim eos conſueuit ſtipendio uiginti aureorũ mẽſe ſingulo: ſed prius honores huiuſmodi nõ centuriat, quàm hũc morem ſeruauerit. Iubet

Militum delectus. igitur centuriaturus delectumq; habiturus, geminas ex corio afferri diploides, ipſe

Digitized by Google

des, ipſe alteram, alteram uero induit is qui admittendus eſt ad militiam. Vt itaq; uterq; diploidem induit, luctantur nonnihil: ubi is qui adſcribi debet in ſtipendiatorum militum numerum, inter luctandum repertus fuerit præſtãti fortitudine, corporisq; uiribus eximius, uirũq; ſe explicuerit, haud mora, militibus conſociatur: ſin minus, ſellulariæ aut cerdonicæ arti mancipatur. Is itaq; dux cum quadringentis mamaluchis regi Narſingæ negotium ingens exhibet: huius mentio fiet locis ſuis. Recedens inde contendi terreſtri itinere octonis diebus ad eam urbem quæ Decan dicitur.

De Decan urbe Indiæ pulcherrima, decq; multijugis eius monilium generibus. Cap. v.

VRbi Decan memoratæ moderatur rex Mahumetanus, ſub quo prædictus mamaluchorum præfectus ſtipendia meret. Ea urbs uiſu eſt pulcherrima, feraxq; ferme rerũ cunctarum. Eius rex inter mamaluchos adnumeratur, & cum eo ad trigintaquinq; hominum millia ſuæ ditionis, ſi peditũ equitumq; recenſeas numerum. Vrbem decentiſſime elegans regia exornat: regiam honeſtant loca complurima: nam priuſquam ad regis cubiculum deuenias, per quadragena quaternaq; cubicula tibi tranſeundum eſt: ſic enim diſpoſita contignatio eſt, ut alteri alter aditum locus præbeat, donec ad nouiſſimum peruenieris. Vrbs more Chriſtianorũ mœnibus ambitur: domus ſunt haud inelegãtes. Rex uero utitur faſtu, pompamq; ducit incredibilem. Qui regi famulantur, in ſummis ſotularibus circũferunt pyropos ac adamãtes, & id genus lapides pretioſos. Quæ uero monilia pro inauribus ac condaliſs ferant, cogitent ipſi quibus acerrimum eſt iudicium, quum pedes eminentioribus corporis partibus contulerint. In eius regno mons eſt, unde erui dicitur adamas. Is mons eſt ab urbe ad ſextum lapidem, muroq;, quaquauerſum circundatur: ipſum firmiſſimum adſeruat præſidium. Scatet ea regio ferè rebus omnibus in uniuerſum. Mahumetem colunt: amiciuntur ſericis ueſtibus, uel interula ex ſerico elegantiore: ocreis tenuioribus cum caligis inſtar remigum utuntur. Mulieres Damaſcenarum fœminarum modo uelant faciem, ne unqnam ſatient intuentium aſpectum. *Adamantis fodinæ*

De regis diligentia peritiaq; diſciplinæ militaris. Cap. vi.

IS rex cuius paulo ante meminimus, diutina bella gerit cum rege Narſingæ. Qui illi parent populi Mahumetem colunt: milites plerunq; conducit exteros aduenasq;. Illis eſt colos albicans, indigenis uero ſubfuluus. Rex opibus diuitijsq; uberioribus ac liberali conſuetudine nemini fermè concedit. In mari etiam claſſem habet ualidiſſimam, Odit Chriſtianos quàm qui maxime. Peragrata ea regionis parte, iter cepimus uerſus urbem, cui Bathacala nomen eſt.

Digitized by Google

De urbe Indiæ Bathacala, deq; eius ubertate, præsertim orizæ, ac saccari. Cap. VII.

ABest urbs Bathacala ab urbe Decan itinere quinque dierum, arte & natura nulli urbium postponenda. Rex idola gentilium ritu colit: circuitur mœnibus, estq; à pelago ad primum lapidem: portum non habet mariti mum. Qui è mari illuc mercimonia comportant, aduehunt amne perquam mediocri. Illic moram degunt complures negotiatores Mahumetani ob cõmercia, quæ inibi summopere uigent. Amnis præterfluit urbem: ager mittit orizam, saccarum, & illud comprimis quod candidum uocitamus. Ibi fici ac iuglandes reperiuntur, ut in urbe Calechut: latriæ dæmonum sunt addicti, ut incolæ Calechut: Mahumetani tamen seruant ritus suos. Equis, mulis, asinisue haud utuntur: uaccas, bubalos, pecora & capreas habent. Regio tritici, hordei leguminumq; ferax non est, uerum fructus omnifariam alij inibi legũtur Indico more. Dimissa ea urbe ad insulam quandam Anzediuam nomine me recepi: ea colitur à Mahumetanis idolorumq; cultoribus: distat insula à continente stadijs quaternis: ambitu uero patet uiginti mille passuum. Illic cœlum minime clemens est, agérque infœcundus. Intra insulam ac continentem terram intercedit portus commodissimus. In insula aquæ potu suauissimę hauriuntur.

Anzediua insula

De nonnullis optimis Indiæ urbibus. Cap. VIII.

Centacola urbs

ILlinc discedens iter à me ceptum est uersus urbem quandam, cui Centacolæ nomen inditũ est, unius dici itinere prius absoluto. Huic princeps haud magnarum opum moderatur. Affatim tamen inibi carnium ubertas inuenitur orizæq;, ac omnifariam fructuum non aliter quàm apud Indos. Ibi compluſculi Mahumetani commercia exercent. Rex idola colit: genti colos est subfuluus: nudi prorsus agũt, apertoq; capite prodeunt. Princeps huiusmodi regi de Barthacal paret. Inde abeuntes itinere bidui itum est ad insulam quandam aliam Onor nomine. Rex eius latriæ addictus est dæmonum, & regis Narsingæ subit imperata. Is est omnium comissimus, expers fastus: huius iussu circiter octonæ liburnicæ assidue maria sulcant, & prædabundæ quidem excursionibus uacant. Hic summa necessitudine ac uinculo amoris regẽ Portugalliæ complectitur. Gens obscœna sindone uelat, cætera sunt nudi. Mittit ager orizam ubertim non secus quàm Indica arua. Illic animalia propè omne genus, ut sunt, apri, cerui, lupi, leones, ac omnifariam auitia, nostris tamen absimilia. Paui in primis psitacíq;, necnõ uaccæ ferè innumeræ, eædemq; subrutilæ: sunt item uerueces obesi admodum. Florum uero ac rosarum tãta est copia, ut ibi uel hybernis diebus non desint. Cœlum clemẽtius esse nequiret: cultoribus longe diuturnior uita est, nosq; in ea re exuperant. Haud longe à dicta urbe uisitur urbs alia Mangolor nomine, unde circiter sexaginta naues oriza onustæ soluere consueuerũt. Incolæ partim idolis seruiunt, partim Mahumetem

Onor insula

Mangolor

Digitized by Google

humetem colunt: uictus amictusq; ij sunt, quos supra memorauimus.

De Canoror urbe Indiæ maxima. Cap. IX.

DIgredientes illinc iter cepimus uersus urbem Canonor nomine, rerum pulchritudine præstantissimam. Ibi rex Portugalliæ munitissimum habet oppidum. Vrbis rex idola colit, ipsiq; regi Lusitaniæ est charus in paucis. Portũ urbs habet: illò cõuehuntur equi Persæ: sed immania sunt horũ uectigalia: nam penduutur pro equo singulo aureorum uicena & quina milia. Digressis inde iter introrsus terras est ad Narsingæ urbem, ubi complures Mahumetani negotiatores degunt. Ager tritici, uuarum, ac omnium ferè fructuum, si poma citrea cucurbitasq; excipias, expers est admodum. Pane non uescũtur incolæ, sed oriza, pisce ac carnibus, necnon iuglandibus quas fert regio. Alio loco de eorum cultu ac moribus disseremus, quum iam sit omnibus in cõfesso, eos indigenis urbis Calechut haud dissimiles esse. Inibi cœpta sunt inueniri zinziber piperq;, myrobolanum, cardamomum, cassia, & id genus aromata complura. Vrbem mœnia haud circundãt: ædes sunt despicabiles. Illic reperiuntur fructuum complura genera nostris absimilia, uerum longe suauia: suis locis à nobis describetur eorum forma. Regio est propè inaccessa, ob frequentiores specus ui extructos. Regi sunt in armis ad quinquaginta nobilium millia, Hæros ipsi appellant. In prælijs utuntur ense, clypeo obrotundo, hastis ac arcubus: nunc uero tormentis etiam uti consueuerũt. Nudi incedũt, obscœna tantum uelati: ijs apertum est caput, nisi ubi ad bella contendunt: tunc caput subrutilo galero tegunt, eoq; bis inuoluũt, uittaq; nescio qua uinciunt. Equis, mulis, asinisq; non utuntur, minusq; camelis, quos dromedarios passim uocitamus. Elephantis tantum utuntur, non tamen præliaturi. Vbi tempus appetet, dicemus abunde de arce, quam rex erexit contra regem Portugalliæ. In urbe uigent summopere commercia: nam quotannis illo undecunque ducenta ferme nauigia appellere consueuerunt. Præteritis nonnullis diebus, peracto itinere quindecim dierum oriẽtem uersus, postquam in regnum Narsinge deuentũ est, tandem ad urbem quandam Bisinagar nomine peruenimus.

De Bisinagar urbe regni Narsingæ feracissima. Cap. X.

VRbi moderatur rex Narsingæ: ea maxime patet: muro tamen ambita in decliuo montis sita est, circuitu octo mille passuum: triplici muro circundatur: ibiq; cunctorum mercimoniorum famigeratum celebratur emporium. Fœcundus est mirum in modum aget: illic quicquid est quod ad deliti as ac suauiores faciat uoluptates, inuenitur: uenationibus ac aucupijs alibi nusquam arua aptiora, syluæq; : credas uoluptatis paradisum esse quampiã. Rex indigenæq; regni idola colunt. Magnarum est rex uirium: huic supra quadringenta equitum millia in armis excubant. Illud etiam non præteribo, equum ibi non minoris quàm quadringentis aut quingentis pardais (ij sunt

Digitized by Google

aurei nummi)uendi. Vsu quandoq; euenit, ut octingẽtis aureis quis equum emerit: pretij hanc immanitatem efficit, quod aliunde aduehuntur: ibíque nulla equarum armenta, prohibentibus regibus, qui portus asseruari iubent maritimos, ne importentur equæ. Huic etiam sunt quadringenti ad belli usum elephantes: habet & dromedarios, qui ocyssime currũt. Hic peropportunum uidetur, ut de docilitate, decq; agillima consuetudine elephantorum nõ nihil differamus, ne uideamur non meminissime superiorum, quum classico lectori colliquescat, nos suprà id esse crebrius pollicitos. Igitur id animal docile est admodum, parumq; ab humanis abest sensibus, cunctasq; belluas fortitudine anteire solet. Indi bella inituri clitellas elephanto imponunt: sunt clitellæ huiusmodi, cuiusmodi in regno Ausonio utũtur muli: clitellas subtus aluum cingũt geminæ ex ferro catenæ: supra clitellas hinc & hinc domus, uel si mauis turrim aut caueam ligneam appellare; collo iungũt caueas, assamenta nescio quæ crassitudine medij palmi: singulas caueas terni homines ingrediuntur: inter utrasque dorso belluæ insidet Indus, qui belluam alloquitur: illis est enim patrij sermonis intellectus, officiorumq; memoria. Constat nullum aliud animal humanis sensibus accedere propius, si amoris & gloriæ uoluptatem, si probitatem conspicuam, si prudentiam, & id genus mores, quorum sunt cætera animalia expertia, spectaueris. Itaque septeni sunt homines, qui elephantum bella inituri conscendunt loricati, ferentes arcus, lãceas, enses ac peltas. Promuscis elephanti, quam manum appellant, loricatur: illi alligatur exertus ensis duorum longitudine cubitorum: crassitudine uero ac latitudine palmæ humanæ, sicq; instructi præliantur. Vbi progrediendum aut retrocedendum est, monet domitor, cuius uocem callet elephas. Feri, inquit moderator belluæ, illum, ab illo tempera: sæui item in alios, abstine ab alijs. At animal cuncta subit imperata, eaq; adamussim explet æque ac humanorum capax sensuum. Verum ubi usu euenerit, ut obiecto igne pauore icti fugam arripiant, nulla re adduci possunt, ut gradum reuocent: ea gens enim mira arte ubi libuerit ignes terrendis belluis excitat. Hos adeo id animal pauet, ut nulla alia re magis terreatur. Ob id uisis ignibus effusissime diffugiunt. Reliquum quid est? discretis moribus, fortitudine eximia præstat omnibus. Memini aliquando uidisse elephãtos ternos maximam liburnicã in siccum trahere, ut haud multo post referabimus. Dum ego apud Canonor urbem agerem, nõnulli negotiatores Mahumetani in hunc modum in siccum nauim trahebant, seruata Christianorum consuetudine, uersa naui. exposita prora uersus continentem, subiectis ternis trabibus, tres elephanti genibus innixi, capitéque in humum connixo nauigium in terram trahunt. Verum sunt plures qui existimant in cruribus elephantos non habere internodia, plicareq; ob id nequire tibias: quod profecto à uero plurimum abest. Habent iuncturas ut cætera animalia, sed in ima propè parte crurum. Fœminis

Elephanti natura

minis ineſt ferocia maior quàm maribus, conuehendiſq; onerib⁹ illis longe maiores ſunt uires: furore etiam corripiuntur, id curſu lymphatico præ ſe ferentes. Elephantes ternos bubalos magnitudine excedunt, uillo etiam non abſimiles: oculi ut ſuibus: promuſcidem, quam manum appellamus, promiſſam admodum habent: ea ori eſculenta ac poculenta admouēt: ſubeſt enim iugulo os, ſui ſanè non abſimile, hiſcam referens: proboſcis exeſa eſt ac caua intus: eáque ſæpenumero uidi belluas porrectas capere ſtipes: uidi item ab elephanto arboris truncum proſterni, tantæ quidem uaſtitatis, ut quod effecit bellua, nos priores numero uiginti quatuor nequiuerimus. At elephas uno uel altero connixu arietauit in terram. Bini dentes qui prominent, collocantur in ſuperiore maxilla: auriculas quaquauerſum gemini palmi magnitudine habent: nec id uſque minore aut maiore, ut aſſolet, proceritate. Pedes illis ſunt obrotundi inſtar orbium, quibus diſcumbendo carnes excipimus munditiarum cauſa, ne gauſape fœdetur. Pedem ambiunt quinæ ungulæ oſtrinæ conchæ latitudine. Cauda inſtar bubali, terni palmi longitudine, uillo rariſſimo. Fœminis ſunt proceriores mares: magnitudine ſunt multijuga: alij ad tertiumdecimum palmum, ad quartumdecimum tolluntur alij: tranſcendi quandoque in nonnullos ego eiuſce magnitudinis. Adſeuerabant cultores, ad ſextumdecimum palmum quoſdam altitudine exurgere. Lentius incedunt: fit propterea ut qui non aſſueuerint, non aliter quàm in undabundo æquore nauſeam ſubeant, ac inſidere nequeant. Iunioribus ubi inſederis ſumma afficieris uoluptate, molliter iſtar gradariæ mulæ gradientibus. Vbi conſcendendendus eſt elephas ſubmittit genua, & quaſi ſtapedes inſtrueret, præbet ſcandendi facultatem: ſubleuante tamen quopiam homine à tergo ſeſſorem. Infrenes ſunt omnes, nec ceruicem reſtis uincit: ſoluto prorſus capite gradiuntur.

DE COITV ELEPHANTORVM, CAP. XI.

INituri loca quærunt paluſtria, pudoreq; non niſi in abdito coëunt: dicunturq; ferè humanitus ueneri operam dare: etſi non deſint autores, qui barros dicant auerſe coire. *Barri*

Apud quoſdam pro ſummo munere habetur, ut regem elephantino membro donent. Id forte plurimi faciunt, ob immane pretium, quo ueneunt elephanti, utpote quingentis aureis: alij (ſi credere dignum) duobus millibus aureis emuntur: illud forſan non moles corporea, ſed acre ingenium præſtat. Nuſquam ſanè negauerim me alicubi uidiſſe gentes quaſpiam, ſenſu ac ingenio elephantis longe inferiores. Itaque is rex Narſingæ opibus ac imperio præſtat cunctos, quos unquam conſpicatus ſum reges, unquámque audiuerim. Vrbs ſitu ac elegantia urbem Mediolanum effingit præſent atq; *Narſingæ regis opulentia*

si tamen id excipias, quod in loco eſt decliui, minusq;

minúsque æquo. Quæ illi subsunt regna, ea Narsingam circundare uidẽtur. ut regnum Ausoniæ ac Venetiæ Mediolanum ambiunt. Ea urbe inter utraque maria procurrente, referebant eius Bramini (hoc enim nomine sacerdotes eorũ dignantur) regem singulo die ad duodecim mille Pardios pro uectigalibus, census'que loco sumere. Huic semper in armis excubant complura armatorum millia: quippe cui bella nunquam desunt, eo finitimis arma inferente. Idolorum est addictus fœdissimæ latriæ, ipsum'que cacodæmona colit non aliter quàm rex Calechut. Vbi duxerimus opportunum fore, hæc explicatius denarrabimus. Viuunt ut idolorum cultores: æs eiusmodi est habitus: qui maioris sunt census, tunica utuntur interiore haud oblonga, caput uero fascia uersicolore Mahumetanorum ritu uinciunt. Gregarij obscœna tantum uelant, cætera sunt nudi. Rex birreto panni attalici caput exornat gemini palmi longitudine. Profecturus in prælium gosipinã induit uestem: hanc chlamyde tegit bracteis aureis ornata. Limbum chlamydis honestant monilia fermè omne genus. Equus eius tanti esse creditur, si pretium inspexeris, quanti est quæpiam è nostris urbibus. Id efficiunt innumeri lapides pretiosi, margaritarum ac uniorum complura genera, quibus phaleræ apparatu incredibili teguntur. Exeuntem in uenationes comitantur terni aut quaterni reguli, qui deducendi regis officio fungũtur: circiter equitum sena millia iter agenti præsto sunt. Colliquescit itaque hunc regem opibus, diuitijs, militumq; delectu, & sexcentis similibus nemini concedere. Monetam cudit, quam Pardios appellant: & item minoris ualoris monetam aliam, quæ Fano dicitur: hanc efficiunt sexdecim minutiores denarij. Aes etiam signatum habent Eas nomine, sexdecim quidem pro nummo argenteo exponuntur. Viatoribus tutum est iter usquequaque, modo à leonibus ferocientibus cauerint. Esculenta quibus aluntur prudens prætereo, eadem demum denarraturus, quum de rebus Calechut sermo fiet. Rex memoratus Christiano nomini plurimum fauet, cum regeq; Portugalliæ, quæ pars est Lusitaniæ, secum magna intercedit amicitia. Præter hanc gentem Christianos uouit nullos: illò enim appellunt Lusitani, honorificéque appulsi tractantur. Visa itaque hac urbe mora complurium dierum, redijmus ad urbem Canonor. Quò quum peruenissemus, triduo ibi absumpto, intra terras proficisci placui, tandemq; aliquando ad urbem Trompatam nomine deuentum est.

De urbe Indiæ Trompatam nomine, deq; nonnullis alijs Indiæ locis.

CAPVT XII.

VRbs Trompatam abest ab Canonor urbe duodecim mille passibus. Illi moderatur idolorum cultor, soli non est admodum ditis, parumq; ab pelago

Digitized by Google

pelago distat, utpote mille passibus. Interfluit eam annis perquã mediocris. Illic complura Mahumetanorum nauigia uisuntur: cultores frugalissime uiuunt: maiores non habent opes quàm iuglandes Indicas: eas condunt oriza: Scatet regio lignis & asseribus ad fabricandas liburnicas aptissimis. Ibi ad quindena milia Mahumetanorum degunt: regi tamen idola colenti obsecundant. A' cultorum habitu & moribus temperabo tantisper, donec ad id loci uentum erit, quo res urbis Chalechut sumus explicaturi: est enim illorum una eadẽq; fides. Eorum domus adeo sunt despicabiles, ut nõ pluris singulæ uendantur aureo dimidio: illud etiam haud multo post compertum fiet uobis. Bidui itaque illic absumpta mora discessimus inde, uteroq; uersus urbem nomine Pandaran cepimus, distantem à memorata unius diei itinere. Regi Calechut paret, nulliusq; fermè momenti est: & comprimis portum habet nullum. Huic ad ternas leucas aduersa est insula deserta, habitatoreq; uidua. Indigenarum superioris urbis is est habitus, qui & urbi Calechut: urbs in diuo posita est. Illinc digredientes contendimus ad urbem aliam Bapagot nomine, cui rex Calechut imperitat. In ea urbe est regia pucherrima ueterum more constructa. Qua orientem respicit, perpulchro fluuio alluitur, ab urbeq; Calechut ternis abest leucis. Hic non est maxime immorãdum, quum satis constet, eosdem mores ambabus esse urbibus. Inde igitur abeuntes tandem aliquando per celebrem inclynatam'que urbem Calechut deuenimus. Præterij sciens ac prudens tot regum ac populorum mores habitumq;: præsertim regis Chianul & Dabul, necnon Bathecalo Onóue, ac Mangolor, Canonor, Cuchin & Cachilon, Calonue ac Narsingæ potentissimorum principum, Id abs me factum est fermè ex composito, ut diutius denarrandis rebus Calechut, ceu longe excellentioribus immorarer. Constat sanè hunc regem cunctos orientales anteire reges: ob id indigenarum lingua Samory id est, in terris deus dicitur.

Pandaran

Capagot

LVDOVICI PATRITII ROMANI RERVM INDICARVM LIBER QVINTVS.

DE VRBE CALEBHVT PRAESTANTISSIMA, CAPVT PRIMVM.

Samori

NObis ad urbem Calechut, ceu ad Indicarum urbium præcipuam metropolim appulsis, uisum est superiori libro supremam imponere manum, sequentemq; auspicari, quo maiore uoluptate lector afficiatur, rerumq; dignior elegantia animos demulcens mentem teneat, ut nobis studium peragrati orbis opem ferat, ingenióque subscribant uires: hæcq;

ultro peritioribus harum regionum,ceu censoribus acerrimis dijudicanda relinquimus,ut si forte lõge plura adiuerint,ipsi in mediũ proferãt. Igitur urbs Calechut est in cõtinenti:ædes eius pelago alluuntur. Ibi non est portus, sed quà meridiem respicit ad primum ab urbe lapidem est amnis,qui effluit in oceanum angustiore ostio:is multifariam diuisus per arua dispergitur patentia,ac irrigandis agris carpitur à cultoribus:altiores nõ uehit aquas quàm quini palmi altitudine: incuruat ad urbem amnis non despicabili decursu,eamq́ interfluit. Mœnibus haud ambitur,uerum continerur circuitu sex mille ædium, non adhærentibus ut apud nos ædificijs, sed longiore spatio discretis inter se ædibus, forte ignium metu, aut sanè imperitia ædificandi. Quà uero in longitudinem extenditur,millenis patet passibus. Domus sunt despicabiles,quippe quæ supra equitis altitudinem ab humo non tolluntur,frondium plerunque laceramentis loco imbricum cooperiuntur,multis contignationibus. Huius rei causſam afferunt,quòd humo egesta ad quinos palmos aqua mox scaturire dicitur: ob id nequeunt altius fundamenta iacere, quæ contignationibus ferendis sufficiant. Negotiatorum ædes tabernæque non minoris, quàm quindenis aut uicenis ueneunt aureis. Cultorum uero domus non pluris ad summum, quàm binis aureis emuntur. Nec idem est omnibus prætium: Aliæ minus aureo nummo: aliæ solido aureo nummo uenduntur.

DE REGE CALECHVT, DEQVE EORVM LATRIA CAPVT SECVNDVM.

PRimum igitur omnium rex Cacechut dæmonum latriæ est addictus, ut haud multo post compertum fiet uobis. Non diffitentur deum optimum maximum cœli ac terræ potissimum architectum, præcipuumq́ autorem, ac primariam causſam esse. Sed uero fabulam addunt,somniantq́ deũ nullam sui principatus capere uoluptatem quire. Vbi negotium iudicandi orbis sumeret ipse,delegasse propterea uicariam operam,ut ipsi comminiscũtur,cacodæmoni, quem deliri mentiuntur esse de cœlo sumptum,iuri reddẽdo mortalibus. Illiq́ rursus ineptientes aiunt, factam à deo potestatem tribuendi cuique quod suum est, pro benefactis,uidelicet, ac malefactis mercedem emeritam. Huic Deumo nomen indidere. Deũ uero maximum Tamerani appellant. At Deumum dæmonum fallacissimum,rex in eius regia constructo ad id sacello hoc apparatu, ut illico colliquescet,colit. Sacellum patet quaquauersum testudinis latitudine duũm passuum: tollitur autem ab humo non plus ternis passibus. Ingressum ligneum ostium præbet cum antipagmentis, quæ sunt dæmones compluſculi torreutice sculpti,ut in emblematis uisitur. In sacello medio collocata est sedes solij instar ex ære, æneum admittens

Deumus

Tamerani

Digitized by Google

admittens ſeſſorem dæmonem. Dæmō ſedens diademate redimitum caput habet modo Romanorum Pontificum. Sed id plus habet quòd diadema ternis inſignitur cornibus. Fulciūt item dæmonis caput quaterna cornua, oreq; uaſtiſſimo hians, dentes præ ſe fert quaternos: naſo eſt deformi, toruis truci-busq; luminibus, uultu minaci: aduncas manus uncini inſtar habet, pedes uero gallo haud abſimiles. Qui monſtrum horrendum ingens conſpicantur, pauent continuo: res eſt ſane uiſu indigniſſima, cadémque horrifica admodum. Sacellum ambiūt picti dæmones ad omne teſtudinis latus, hoc eſt, in ſingulo angnlo ſedens ex ære uiſitur ſatanas, ita fabrefactus, ut undecunque flāmeſcere uideatur, abſumentibus animas miſerandum in modum flāmis. Animabus eiuſmodi magnitudo ſemidigiti eſt, aut procerioribus ſoli di digiti. At demon dextra animam ori admouet: ſiniſtra autem ex inferiore loco aliam corripit. Singulo mane eorum ſacerdotes, Bramini dicuntur, memoratum idolum roſacea, & id genus latice odorifero emaculant, ſufficiūtq; uarijs odoramentis: ſuffitum humi procumbentes adorant: intra heptomadam aliquando idolo ſacrificant, etſi nunquam litant. Sacrificando hunc ritum ſeruant: Abaculum habent in altaris modum, trium palmorum altitudine, latum quaternos palmos, longum item quinos. Abacum ſternunt omnifariam floribus ac puluiſculis odoriferis. Sic referto floribus altari, ſanguinem galli uaſi argenteo carbunculis ignitis oppleto indunt, additis ſuffimentis odorum innumeris: thuribuloq; accepto adolent largiſſime thura, altare circumuecti, tinniente crebrius interea tintinnabulo argenteo. Gallum mactant cultro argenteo, cruoreq; infectum cultrum nonnunquam igni admouere ſolent. Aliquando cultro arrepto edunt geſtus neſcio quos, ut ſolebant qui à laniſta olim ob munus gladiatorium rationem inferendi & euitandi ictus diſcebāt. Crematur ſanguis galli totus accenſis funalibus altare complē tibus. At ſacerdos immolaturus galli ſanguinem, lacertos pedesq; argēto exornat, ita fabrefacto ut aſtātium auribus tintinnabuli inſtar inſonet. Pectus bulla neſcio quæ condecorat: id eſt eorum inſigne. Peracto ſacrificio, ſumpto ambabus manibus tritico, diſcedit ab altari ceſſim cancrorum more gradiendo, nuſquam ab altari oculorum aciem flectens, donec ad arborem quādam peruenerit: quò ut deuentum eſt, mox manibus reſeratis in ipſam arborem effūdit triticum, quod tulerat occluſum: elatis ſupra uerticem manibus demū rediens unde digreſſus fuerat, altare omni cultu denudat.

Dæmonis ſimulachrum

Bramini

Sacrificandi ratio

De regio more, quem rex diſcumbendo ſeruat. Cap. III.

PRius rex cibum ſumpturus non diſcumbit, quàm quaterni ſacerdotes regias dapes dæmoni in hunc ferme modum obtulerint: nam paſſis manibus, eiſdēq; ſupra uerticē elatis, ac ceſſim utraq; occluſa manu ad ſe retracta, pollice tantum prominente, idolo eſculenta quibus rex ueſci debet, offerunt, ibi tan

Digitized by Google

ibi tantiſper opperiuntur, donec nõ ſit uero abſimile, quempiam eſſe potuiſ-
ſe. Ea adducti ratione id agunt, ne rex quicquam ſumere uelle cẽſeatur, quod
idolo honoris gratia non ſit oblatum prius. Id eſculenti quo rex ueſci conſue
uit, affertur in trulla lignea arboris cuiuſdam latiore folio ſtrata: ueſcitur ori-
za, & compluſculis alijs rebus, quarum in præſentiarum nõ ſatis memini: hu-
mi recubat abſq; ſtragulis: diſcumbentem ſtantes ſacerdotes circunſtant, nuſ
quam propius quàm ad quaternos paſſus accedentes, regis uerba reuerentiſ-
ſime obſeruantes. Vbi uero rex eſſe deſierit, actutum ſacerdotes quicquid da-
pum ſuperfuit, in locum quendam transferunt, inq; nuda humo collocant:
quo facto rurſus & iterum manibus complosis excitant corniculas aues nigri
cantes, quæ ad hoc unum aluntur: hæ enim ſigno huiuſmodi aſſueuere, pro-
pterea ueluti teſſera data illico aduolãt, regiasq; reliquias depaſcũtur: has uo-
lucres nephas eſt lædere: ob eam rem tuto uolitant quocunq; libuerit.

De ſacerdotibus urbis Calechut, qui Bramini dicuntur: Cap. IIII

COnſentaneum eſſe arbitramur, plurimumq; uoluptati legentium con-
ducere exiſtimamus, ubi horum ſacerdotum ſtatum ac mores expedi-
uerimus. Hi igitur eius loci ſunt apud eos, cuius ſunt & apud nos ſacerdotes
primarij. Ducturus rex uxorem, prius thorum inire non conſueuit, quàm à
digniore ſacerdote noua nupta deflorata fuerit. Nec id munus ultro ſubeunt
ſacerdotes. Stupri à rege pretium conſtituitur quingentorum aureorũ. Hunc
morem præter regem Calechut ſeruat nemo.

De multijugis idolorum cultoribus in urbe Calechut. Cap. V.

IAm iam expediemus multijugũ indigenarũ urbis Calechut idolorum cul
tum. Primores idolorum cultores Bramini appellantur: ij ſunt eorum ſacer
dotes: qui prioribus ſuccedunt, uocitantur Naeri, non minoris ſunt apud eos
quàm apud nos patritij pẽdũtur. Horum intereſt enſem, dypeum, arcum, lã-
ceamq; quum prodeunt ferre. Deſinentibus hæc circumferre, aufertur ceu ex-
autoratis nobilitatis inſigne. Qui tertiæ claſſis habentur, ij eius loci ſunt apud
eos cuius apud nos ſunt cerdonicam exercentes artem. Sequentes Mechoa
dicuntur, piſcatu uictum quæritantes. Qui nouiſſimis ſunt proximi, illis
Poliar nomen eſt inditum. Ad hos ſpectat piper, uinum iuglandesq; lege-
re. Poſtremi uero Niraui appellantur. Ea gens poſtquam ſeuit orizam,
eandem colligit: at Poliar & Niraui etiam ueluti poſtremæ tribus homini-
bus, neutiquam niſi uocatis ad Bramini & Naëri propius quàm ad quinqua-
ginta paſſus accedere licet: ob id deliteſcunt in umbraculis ac locis paluſtri-
bus. Quum prodeunt ut à longe exaudiantur, uoce inclamant neſcio quid
ſublatiſſima, ut nobiliores moneant, ne inopinatò reperti luant morte pœ-
nas. Vbi enim uſu euenerit, ut Bramini & Naeri inclamationibus aſſueti
haud moniti forent, obuiam quempiam ex illis capite cenſis haberẽt, dũ arua
reuiſunt, impune eos leto tradere queũt: ob eã rem inclamationibus aduẽtan-
tes quoſ-

Digitized by Google

tes quoſcũq; præueniũt, monentq;, iã uobis innotuere ſeni idolorũ cultores.

De habitu regis ac regimine, cultorumq; urbis, deq; edendi modo,

CAPVT VI

REgi ac reginæ, incoliſq; urbis, idolorũ cultoribus haud dubie diſſimilis non eſt habitus: quippe qui goſſipino, haud ſane ſerico panno obſcœna tantum uelant, cætera ſunt nudi: pedibus incedunt nudis, apertóque capite prodeunt. At Mahumetani tunica interiore ad umbilicum uſq; amiciuntur. Fœminæ uero eodẽ habitu utuntur quo & uiri: latriæ idolorum cultores, uti conſueuere: ſed id plus habent, quòd promittunt capillum mirum in modũ. Rex ac primores urbis inconſultis ſacerdotibus non ueſcuntur carnibus: cæteris autem gregarijs licet quibuſuis ueſci carnibus, ſi uaccas excepias, qui Niraui & Poliar dicuntur: mure ac piſcibus ſole exuſtis ueſcuntur.

De horum ritu poſt obitum regis. Cap. VII.

EXempto rebus humanis rege, ſi ſuperſtites ſunt mares liberi aut germani, aut fratrum filij, ij minime regno ſuccedunt: nam filio ſororis ex gentis inſtituto ſceptra debentur: qui ſi nullus foret, regno ſuccedit is qui arctiore coniunctione regem contingit, non alia, aiunt, de cauſa, niſi quòd Bramini ſacerdotes, ut præfati ſumus, reginam defloraverunt. Peregre proficiſcente aut exeunte in uenationes rege, ſacerdotes uel uigeſimum annum tantum nati reginã domi aſſeruant, illi aſſiſtentes: nihilq; gratius regi contingere poſſet, quàm ut reginæ per ſtupri conciliationem aſſueſcant. Propterea exploratum habet rex ob uulgatam reginæ pudicitiam, ex ea ſuſceptam prolem inter liberos collocandũ minime fore. At ſororis natos ueluti ſibi iure ſanguinis coniunctiſſimos, adſcire in imperij partem conſueuit. Rege defuncto regni indigenæ omnes barbam ponunt, capitéque tonſo deſiderium regis teſtantur. Nec omnibus eſt idem mos, alijs menti partem nouacula nudantibus, alijs uero capitis partem ſolum tondentibus, ut ſua trahit quemque uoluptas. Per id tempus etiam quo regem funerantur, qui piſcatu uitam trahunt, per ſpecim mœroris à piſcium captura temperant octonis diebus: & ubi ex coniunctis regis quempiam mortem occumbere contigerit, itidem ſeruãt quod rege defuncto ſeruari memorauimus. Rex quandoque adductus ſuperſtitione, ad annum ab re uenerea abſtinet, & item animo deſtinat ueſci nolle betolis: hæc ſunt folia quæ Aſſyrij mali frondis ſimilitudinem exprimũt: has enim frondes in cibatu habent gratiſſimas: æque quidem illis utuntur ac nos bellarijs ex ſaccaro ſciti ſſime conditis: eas enim ceu illecebras edunt: nec alia quàm uoluptatis aut exuſcitandæ ueneris emortuæ cauſa, illa eſſe creduntur, dum huiuſmodi folia mandunt. Edere ſueuerunt fructum quendam, cui coffolo nomen eſt: hunc mittit arbor arecha nomine, palmæ non abſimilis, quæ cariotas gignit non abſimiles, conſimiles producens fructus. Miſcent inſuper cõtritas oſtrearum conchas calcis inſtar cinami. *Betoli folia*

Quomodo

Digitized by Google

Quomodo idolorũ cultores inter se coniuges cõmutant. Cap. VIII.

PAtritij ac negotiatores hunc morem inter se seruant. Fit quandoque ut iure amicitiæ alter alterum miro affectu prosequatur. Propterea quibus sunt uxores amicis, nonnunquam complacitum est per speciem maioris coniunctionis uxoribus commutãdis operam dare: stultorumq; lingua mutuo se compellant in hunc ferme modum: Heus tu amice, coniunctissime uiximus. At ille: Ita diutine cõiunctius amiciusq; uiuere nequiuimus. Et tursum alter. Verum ne loqueris, quum adstruis te mihi amicũ esse optimum? Sum, inquit ille: Et itẽ prior: mehercle diligis me? At socius: amo te mediusfidius. Tum ille: Commutemus uxores ea lege, ut tu mea, ego uero tua potiri queã. Tum alter: ain, tu serio? Cui ille: ita per Pollucem. Concedamus, inquit socius, domum meam. Quò ubi peruentum est, alter eorum indamat uxorem: Accede, ait, mulier, hunc q; sequere: quoniam deinceps coniunx erit tuus. At mulier: quam ob causam? loqueris ne serio? At prior coniunx: non iocor quidẽ. Tum mulier, lubens, inquit, sequor. Protinus his ultro citroq; dictis, abit cum prioris socio uiri mulier, inuicemq; coniugem suam iure cõmutationis ad socium mittit, qui prior adduxit mulierem. Hoc institutum permutandis seruant uxoribus. Pignora uero alterũ parentem sequuntur. Alijs uero idolorum cultoribus lõge sunt alij mores: nam fœmina septenis nubit uiris, qui in concubitum noctes alternãt. Vbi autem pepererint mulieres prolem, delegant ad quemcunque ex septem coniugibus uoluerint, à quarum assertione nulla est prouocatio.

Polygametia

De ritu edendi incolarum, decq; eorum iustitia. Cap. IX.

HVmi procumbentes edunt in trulla ænea: cochlearis uicem supplet arboris folium. Esculenta sunt oriza, pisces, aromata, fructusq; ignobiliores. Ex ea hominum nota qui rustici dicuntur, adeo illote ac fœde uiuunt, ut edentes in ollam manum intingant: dumq; orizam capiunt, fœdantes in olla manus in pilæ modum concinnant, sicq; concinnatam admotamq; ori uorant. Id genus iustitiæ apud eos uiget: ubi quis quempiam cõfecerit, correptus pœnam in hunc modum luit, Genus habent patibuli, id est, palum longũ quaternos passus. Huic non longe à fastigio ligni scipiones gemini in crucis figuram affiguntur. Tunc palo per terga sontis acto, terebratum homicidæ corpus cruci miserãdum in modum infigitur, sicq; affixus infelix pendet, donec uitam exhalauerit. Patibulum huiusmodi patrio sermone Vncaleut appellant. Qui uero consauciant, aut scipione quempiam uerberant, ij culpam abrege auro redimunt. Obærati uero ita præstare solidum compelluntur: nam ille cui quippiam debetur auri, monet obæratum ut soluat. At is qui es contraxit alienum, uerba dat. Quod ubi intellectum est illi cui aurum debetur, ubi per archigrammateos regis, qui centeni esse dicuntur, constiterit id æris esse contractum, tunc prasini coloris fronde arrepta tam diu hominem consectatur,

Atrox homicidæ supplicij

Creditorũ mira exactio.

Digitized by Google

ſectatur. donec, comprehenderit: cõprehenſum uirenti fronde circũſcribit, iubetq; lingua incolarũ his uerbis, niſi ſolido præſtito illinc ne abeat: hęcq; uſq; tertiò profatur, per caput Bramini, id eſt nomen ſacerdotis: & item per caput regis iubeo, ne hinc diſcedas, niſi æs retẽtum diſſolueris. Ille uero qui intra circulum circumſcriptus eſt, aut protinus ſolidum præſtat, aut illic uitam ſine cuſtode exuit: qui ſi aliò diffugeret, ſemel correptus continuo leto iuſſu regis traderetur.

De eorum latria erga idola. Cap. x.

ADoraturi idola ante emerſum ſolis ſtagno lotionis gratia immerguntur, ſicq; loti nihil prius contrectant quàm domi ſuæ preces ad idola fuderint: orant enim humi ſtrati, idq; clanculum. Dum ſic orant, edũt geſtus ne ſcio quos dæmoniacos ueluti lymphati, inuerſis luminibus, miroq; oris deho neſtamento inſtar portenti. Pauorem non ſine horrore cõſpicantibus inferunt: nec horæ quartam partem orando perẽnant. Vbi uero edẽdi tempus appetierit, eſſe nequeũt, niſi obſonia concinnauerit à patritijs quiſpiam. Ea cura fœminis non delegatur, quando certe ſua tantum curant eſculenta. Hunc morem ſolum nobiliores ſeruant. Fœminis autem aliud non eſt curæ, quàm muliebri mundo ſtudere: ob eam præſertim cauſam, quòd uiri cum eis ante non coëunt, quàm lotæ fuerint, ſuffitæq; uarijs odorum generibus. Quum prodeunt fœminæ, mirus eſt monilium apparatus, ab auribus pretioſis lapillis dependentibus, lacertisq; ac pedibus omni genere cultis.

Quomodo prælium ineunt Cap xi.

IN ea urbe quotidie quaſi ex inſtituto à laniſta rationem inferendi euitandiq; ictum more digladiatorum diſcunt cultores, enſe, clypeo ac lãcea exerciti. Profecturo ad bellum regi in expedito ſunt centena peditum millia: nam equitum ibi uſus eſt (præter elephantorum) nullus. His uehitur præliaturus rex, qui regem ſequuntur, uitta ſerica, eademq; coccinea caput uinciunt. Prælium inituri, enſe obrotundo, clypeo, lanceis ac arcubus utuntur: regis uero inſignc eſt neſcio quid rotundum ex arborum frondibus complicatis inſtar cooperculi dolij cuiuſpiam, arundini adfixum: eo candentis ardorem ſolis arcet: Somler lingua patria dicitur. Vbi utrinque conſtitere acies ad trinum arcus iactum, rex mittit ſacerdotes ſuos (Braminos appellant) in hoſtium caſtra, ut ex ſe regi dicant, propius cum centenis Naeris (ij ſunt nobiliores roburq; militiæ) collaturus pedem accedat, ſe quoq; cum totidem protinus acceſſurum. Hoc renuntiato uterq; ſe accingit expeditioni bellicæ, inq; itinere medio centeni cum centenis manus conſerunt: qui ſi uel tridui ſpatio concertarent, nunquam pnnctim, ſed cæſim feriunt bino ictu caput petentes: item ſemel tantum cruribus intentant enſem. Vbi uero quaterni uel ſeni mortem oppetiere, continuo ſacerdotes bellum dirimunt, eorumq; iuſſu utrinq; canitur receptui. Diremptо prælio ſacerdotes utriuſq; exercitus ultro citroq; contendentes, utroſque reges his uerbis percunctantur: Vultis ne amplius? At ſacer- Nãĕrē

Digitized by Google

dos: Minime, inſit. Itidem ex hoſtili exercitu ſacerdos agit. Hunc morem præliando ſeruant cum centenis centeni. Rex uehitur quandoq; elephanto, non nunquā à ſuis triarijs (Naëri dicuntur) inceſſu perniciſſimo conuehitur. Profiſciſcentem regem ſequuntur multijugis muſicæ inſtrumentis concinentes. crepant tympana, & id genus complura. Naëris ſuis ſtipendij cauſa ſingulo menſe quaterni penduntur carlini: dum uero bella ingruunt, ſeni: hoc ſtipēdio uitam trahunt milites. Ii dentes habent nigricantes, ob eam herbam quam crebrius mandunt. Hos ubi occiderint, rogo miro apparatu imponūt: alij adſeruant horum cineres: cæteris uero non idem eſt funerandi mos, gregarijs præſertim: alij uita functum intra proprias ædes tumulant: alij in ædium ueſtibulo: alij corpora in amœnis ſeceſſibus, ac uiridarijs ſuis humant. Monetam cudunt non aliter quàm in urbe Narſinga. Quum ego illic agerē, ex omnibus fermè orientis partibus negotiatores aderant, cumprimis Mahumetani: alij ex regione Melacha, ex Bangella alij: nonnulli ex Tarnaſſari, ex Pego & Ciriomādel alij: nonnulli ex Zeylan de Sumatra, id eſt, Taprobana, alij ex Colon, nonuulli ex Caicolon, alij ex Bathecala, & innumeri fermè alij, præſertim iam notiora nomina, uidelicet Perſæ, Arabes, Syri, Turcæ, Aethiopes, & ex regno Narſingæ compluſculi, tot aduenæ exq; uarijs regionibus per id tempus quo illic agebam, aderant in urbe Calechut florentiſſima. Illud eſſe noueritis, quòd qui idola colunt, non ſulcant maria: id munus Mahumetanis delegatur, utpote exercendis commercijs aptioribus. Incolunt enim urbem Chalechut circiter quindena Mahumetanorum milia, qui ex ea urbe plerunq; oriundi dicuntur.

Quomodo ibi maria ſulcant. Cap. XII.

QVomodo enim maria adeant, quóue tempore ſe pelago committant, qualiter fabricentur nauigia in eo latere ubi uiſitur Calechut, haud multo poſt compertum fiet uobis. Igitur naues fabricantur non minores, quàm quæ quadringentis aut quingentis dolijs ferendis ſufficiant: patentq; abſq; tecto. In nauium commiſſuris nullo modo ſtupam ponunt, ſed aſſeres adeo affabre connectunt, ut optime arceant aquas: commiſſuras pice ferruminãt. dauisq; ferreis abunde firmant communiūtq;: nec à ſtupa temperant ob id quòd illius ſint egentes, quando affatim ſtupæ ac lini aliunde ille cōuehitur. Aſſamēta habēt trabesq; multiplices: & ſi ligna quæcūq; ſpectaueris, noſtris quidem non ſunt deteriora, nosq; copia lignorum ſuperāt: uela nauium habent goſipina, eademq; in ima parte geminata: utraque enim utuntur ducturi in altum, ut uenatorum uim maiorem uela cōcipiant, tumeſcantq; magis. Nos itaque in ea re ſuperant, qui unis tantum utimur uelis. Ancoras iaciunt marmoreas, longas octonos palmos, at quaquauerſum binos: eas gemino funē appenſas æquori induunt: ancoras præter has habent nullas: nauigādi ſtata habent tempora. E Perſide uſq; ad eam plagam, cui Cumerin nomen eſt (ea

eſt(ea meridiem uerſus abeſt à Calechut octo dierum itinere)octonis menſibus,id eſt,inter Septembrem & Aprilem maria ſulcant, à Calendis autem Maijs uſque ad menſem Sextilem medium. Ab hoc latere ſinus urbis Calechut temperandum eſt à nauigationibus, ob nimiã pelagi ſæuitiam: nam undabundo indignantiq; oceano haud tutò naues committuntur. At illi habẽt temporum uices contrarias. Quum enim apud nos ob candens ſydus arent fermè omnia, tunc madefiunt ibi cuncta ob effuſum largius imbrem: nam Maio, Iunio, & item Quintili ac Sextili mẽſibus largior ibi effunditur imber, interdiu non ſolum, ſed etiam noctu, non uſq;, ſed ſubinde pluit, modo nocte, interdiu nonnunquam. Per id tempus uix Phebus ſupra horizontem emergit: cæteris uero octonis menſibus pluit nunquam. Aprili exeunte ſoluunt à promontorio (latus appellant) Calechut, & uerſus caput Cumerin uelificant, aliamq; oram pelagi nanciſcuntur, ubi æquor minime ſæuit: tunc trãquillo mari aromata conuehunt minutiora. Nauigia, ut apud nos, alia aliis locis nomina acceptant: liburnicas alij ſambuc nominant: celoces alij more noſtro complanatas capel appellant. Minora igitur nauigia, ut ſunt cymbæ, & id genus alia, quibus maiora nauigia quandoq; more noſtro remulco dicũtur, parao nominant: hæc ſunt denos paſſus longa è ſolido ligno: remis ac malo utuntur harundineis. Sunt item ibi actuariæ naues, almadias uocant, ſolidæ abſq; commiſſuris: & rurſum alias habẽt nauiculas lõgas paſſus duo, denos, uel terdenos, roſtro perquàm anguſto: unicq; tãtum homini aditus patet, adeo in arctum eius oſtium agitur: hinc & hinc acuminantur maxime, caturos appellant: remis aut uelis aguntur ocyus multo quidem quàm triremes aut liburnicæ, uel celoces noſtræ impelluntur uelificantes. Ii ſunt piratæ, qui maria infeſtant. Fabrefiunt huiuſmodi naues in inſula non longe à Calechut, cui Porcai nomen eſt. *Porcai inſula*

De regia principis urbis Calechut, Cap. XIII.

REgia principis Calechut patet non minus mille paſſibus, ſi ambitum ſpectaueris. Paries parum conſurgit, ut iam prędiximus: ſtructuram affabre tamen elabotatæ trabes ſuperpoſitæ coniungunt, toreutico operæ intercurſã tibus dæmonum figuris: quod opus circiter ducentis aureis conſtare creditur: neque altius tolli queunt ob inſtabile ſolum, quo fundamenta iaci nequeunt, mox aquis ſcaturientibus. Quas uero margaritas, & id genus pretioſos lapillos rex cultus circumferat, uix expedire præ magnitudine rei poſſum: excedunt enim æſtimationem omnem: etſi per id tempus, quo illic agebam, parum genio indulgens mœſtiſſime uiuebat, tum ob id bellum quod illi rex Portugalliæ intulerat, tum uel maxime ob eam ægritudinẽ, quam Gallicam appellant, qua maxime afflictabatur, quum præſertim iugulum morbus inuaſiſſet: tamen auribus pendebant lapilli pretioſi, lacertoſq; ac manus, pedes ue ac crura tot monilium genera honeſtabant decentiſſime, ut ſatis pro *Puſtulæ apud Indos*

Digitized by Google

rei magnitudine referri non possint. Regis thesaurus immẽsus creditur, quippe qui uix binis cellis continetur. Thesaurum efficiunt innumeræ aureæ bracteæ, laminas appellamus: & rursum tantum signati auri, quantum onerandis centenis mulis abunde sufficeret: id adseuerabant eorum sacerdotes, qui regis arcanorum sunt callentissimi. Ferunt id auri corrogatum à prioribus regibus esse, numero fermè duodenis, qui reipublicæ prospectum iri cupientes, tot opes congessere, estq; in primis magni pendendum, in memorato thesauro, monilibus & id genus multijugis, eisdemq; pretiosissimis lapillis oppletũ scrinium ternis longum palmis, & item latum circiter binis, pluriscq; esse creduntur, quàm ut emptorem nasciscantur.

Thesaurus

De aromatibus, quæ urbs Calecht mittit. Cap. XIIII.

PIper mittit suburbanus eius urbis ager: legunt etiam nonnihil intra urbem cultores. Caulis piperis infirmus est admodum, instatq; uitis absq; adminiculo (pedamenta uocamus) consistere nequit: hederæq; non est absimile piper, quippe quod serpit, & altiore complexu proximam semper arborem uincere consueuit. Dicta arbor, imò frutex dispergitur in ramos compluſculos intra geminum ac ternum palmum longos. Folia eius mali Assyrij figuram exprimunt: sed hæc crassiora pinguiusculaq; nonnihil, intercursantibus ex aduersa parte minutioribus uenis. E singulis malleolis seni dependent racemi palmo haud ampliores, passilis non absimiles, confertiores tamen. Color is est, qui & immutioribus uuis. Legunt itaque mense Octobris ac Nouembris in colorem prasinum adhuc inclinantes, ad solemq; apricantem assandum imponunt tegetibus: triduo nigrescit non aliter quàm huc affertur: absque cultu alio putandi, minusq; ligonizandi cura est illis, simplici ac syncero telluris prouentu. Mittit & regio zinziber: haud dubie radix est, eruiturq; nonnunquam pondo unciarum duodecim: nec omnibus est eadem amplitudo: plus non agitur in profundum radix, quàm ad ternos uel quaternos palmos harundinum modo. Quum eruitur zinziber, relinquunt internodium radicis in scrobe, unde erutum est zinziber, terramq; radici aggerunt ceu semen eius radicis, proximo anno eruturi fructum, id est, zinziber. Inuenitur in locis æquis instar myrobalani: in tellure tamen rubente omnifariam, ibi legitur zinziber. Caulis eius pirum mediocre effingit: mittitur ut piper in subligarijs.

Piper

Zinziber

De nonnullis urbis Calechut fructibus. Cap. XV.

IBi etiam reperiuntur nonnulli fructus, quos cultores iaceros appellant. Caudici eius arboris amplitudo piri est: fructui magnitudo bini ac medij palmi: crassitudinis uero humanæ coxæ. Gignitur fructus in caudice arboris subtus frondes, alij circiter medium caudicem. Colos est uiridis, cætera nuci pineæ haud absimilis: uinaceis tamen minutioribus. Quum matures-

cere

scere incipit, obducit nigrantem colorem, marcerǽque uidetur. Legitur is fructus mense Decembri: saporis sunt fermè peponis, castoreum redolentis, parumǽ, si saporem quæras, abest à cotoneo Persico, eodemǽ mitiore: uariam in cibatu uoluptatem parit, uideberis modo edere fauum mellis, modo suaue Medicum malum comedere: intra membranas habet ut malum Punicum, inǽ eis delitescunt fructus nescio qui, mollibus non dissimiles castaneis: si enim igne torrentur, saporem castaneæ repræsentant, Propterea fateri licet, non esse excellentiorē digniorē mue illo fructu quempiam. Est item fructus alius, amba nomine. Eius caudex magna dicitur, simillima est arbori, frequentesǽ ut piro fructus: is iuglandem nucem è nostris effingit, quum iam sunt absoluti: quum maturescit, fului eiusdemǽ splendentis coloris est: intra corticem occultatur fructus, ut amygdalæ aridæ: Damasceno gustu suauior est fructus: conduntur in cadis, ut apud nos oliuæ, sed sunt lōge meliores. Illic etiam inuenitur fructus, cuius forma est peponi simillima: ubi incideris, mox comperies intus uinacea uuæ instar terna aut quaterna: arbori est eadem amplitudo, quæ est cydoneo malo, foliaǽ eidem similia: fructui nomen carocapel inditum est: in cibatu est optimus, medicinæǽ aptissimus. Itemǽ alius fructus uisitur, mespilis non dissimilis: uerum albicantis est coloris: hunc haud memini. Habent & fructus quosdam cucurbitis similes, sed condituræ aptiores: res est non indigna memoraru, huic nomen est comolangæ: oritur inculta tellure peponum modo. Mittit idem ager fructum alium memoratu digniſſimum, mala apolanda appellant, tollitur ab humo non nihil supra hominis unius altitudinem: folia gignit quaterna uel quina surculis connexa: singula folia singulis hominibus ad arcendam pluuiam solemǽ sartum tectum præbent. In folio medio consurgit malleolus instar caulis fabæ flores producens, fructusǽ edit longos palmum unum, quandoque medium, crassitudine hastæ conti unius. Quum legunt hos fructus non operiuntur maturitatem, uerum præcoces colligunt, probe intelligentes eos domi matureſcere: pariunt singuli surculi circiter ducentos fructus miro prouentu, seǽ inuicem contingunt in modum pineæ nucis, conferti admodum. Triplex horum genus: alij cianchapalon uocitantur, gustu magnopere suaues, cordi præsertim conducentes plurimum: colos est illis subfuluus, tenuissimæǽ siliquæ. Alij cadelapalon dicuntur, superioribus etiam in cibatu gratiores, ijdemǽ longe suauiores: reliqui uero ceu insuaues nullius sunt usus. Quos diximus esse hominibus ad uescendum non ingratos, eos aiūt ficis nostris non esse absimiles. Horum arbor in uita semel tantum fructus gignit: uerum ad radices consurgunt quinquaginta aut sexaginta surculi, qui parentem renouant, ne sit nepotum expers. Hos transferunt aliò cultores spe futuri prouentus: nam constat eos intra annum fructificare. Quum uero fructus huiusmodi legere uolunt, si uirentes nimium fuerint, id est, acerbi nimis, ut

Amba

Carocapel

Comolanga

Malapolanda

matureſcant ocyus,calcis nonnihil ablaqueato caudici imponunt:leguntur ij fructus uberrime toto fermè anno: ueneunt uiceni ſingulo nummo, id eſt, quarta ſolidi parte. Mittit idem ager anno toto flores propè innumeros,roſas,uidelicet,albicantes rubentesq́,necnon fului coloris.

De feraciſſima totius orbis arbore. Cap. XVI.

EST & alia arbos cognitu ſanè digniſſima:quippe quæ fœcunditate ac fructuum mira ſuauitate totius orbis arboribus longe eſt præſtantior: ea palmæ inſtar cariotas edit:inde uberior mortalibus prouentus quaſi denum emolumeutum: fert enim ligna igni alendo aptiſſima, iuglandesq́ in cibatu gratiſſimas: item funes uelificationibus admodum conducentes:præterea tenuiſſimos pannos, qui ubi colore quopiam infecti fuerint,ſericum præſentant. Mittit etiam dicta arbor ad fouendum ignem carbunculos optimos,uinumq́:item latices,oleum,& ſaccarum:ex frondibus uero quæ decidũt, quũ, uidelicet,tempeſtate aliqua ramus quiſpiam è caudice auellitur,fiunt ædium imbricamenta, uicemq́ tecti ſupplent, idq́ ſenos menſes aquam continent, adeo ſartum tectum præbent. Vix dictis erit fides,niſi rem compertius expediam. Memorata arbor nuces producit cariotæ inſtar,ſingulæq́ arbores ducentas nuces gignunt.His demunt priorem corticem, ignibusq́ delegant:nã lignorum modo flagrantiſſime ſubiecto igne ardet. Alius uero fructus goſſipino aut byſſino non eſt abſimilis: linum quidem figurat, poſtquam artifice expolitum eſt:ex floribus uero pannum conficiunt ſerico ſimillimum:ſequens autem penſum rurſum nent,indeq́ fiunt tenuiores funes, hoſq́ funiculos nectunt, ut ex illis grandiores funes faciant, nauigationibusq́ ſufficiant. Ex proximo nucis cortice, qui tertio loco ſuccedit, carbones eruunt. Vltimus autem cortex nucem occulit in cibatu gratiſſimam: corticis huius craſſitudo minimo manus digito haudquaquam maior eſt: cum nuce ſimul latices gignuntur: iuglandeq́ adoleſcente, creſcunt item aquæ in ea adeo,ut abſoluta nuce ſimul aquæ interiora nucis occupent:tantumq́ laticis in nucæ quã doq́ uiſitur, ut haurias ex ſingulari nuce ternos aut quaternos aquæ calices: ea potu eſt ſuauiſſima,eademq́ limpidiſſima,roſaceæ non abſimilis:fit ut inde oleum pinguiſſimum, nuxq́ ipſa homini gratior ac exiſtit, eſſe nequiret. Vobis itaque iam innotuere ſeptena huius nucis emolumenta.Alterum autẽ huius elegantiſſimæ arboris ramum nuces producere minime ſinunt:uerum circiter medium caudicem incidunt mutilantq́ truncum, mane & ueſperi cultro conſauciant,liquoremq́ neſcio quem infundunt:iſq́ ſugit ex arbore ſuccum: quo hauſto, in ſuppoſita ad id uaſa proſilit: colligunt enim noctu ſimul & interdiu calicem liquoris ſingularem:unum hunc enim liquorem igne ſubiecto decoquere ſolent, rurſusq́ & iterum decoctum id agunt, ut uitalis aquæ ſimilitudinem exprimat: cuius tamen mirus odor, ne potum dixerim, adeo

Digitized by Google

adeo cerebro humano est infensus, ut si modum excesseris, furorem propè pariat, non aliter quàm temulentis euenire consueuit. Is itaque liquor inibi temeti uicem supplet, eoq; ut nos uino illi illecebre utuntur. Ex alio autem dictæ arboris ramo legunt saccarum, uerum fermè insuaue. Fert dicta arbor perennes fructus, modo uirides, aridos modo: gignere incipit anno quinto. Inueniuntur hæ arbores interuallo ducentorum mille passuum. Habent hæ arbores dominos, tantiq; sunt apud cultores, ut si aliquando uiguerint inter reges ac principes bella adeo atrocia, ut etiam alter alterius natum confecerit, pacem tamen non aspernentur. Verum ubi inter certandum belli licentia, aut iure victoriæ memoratæ arbores excisæ fuerint, qui arborem læsit, pacem nunquã consequitur. Viuunt dictæ arbores ad annos quinos supra uicenos: fabulosa amant loca: panguntur ut iuglandes, ut inde oriatur arbor. Mittit item ea regio nescio quid aliud, de quo optimum sumunt oleum.

Quomodo serunt orizam. Cap. XVII.

COlunt arua, arantque bobus terras ut nos. Quum uero serendæ orizæ tempus appetierit, eius rei lætitiam omni musicorum genere tripudioq; incredibili gestientes testantur: inq; maioris lætitiæ specimen denos homines dæmonum cultu habituque horrifico exornant, ijq; clangentibus tubis gesticulant quasi choreas ductitantes: festa celebrantes rogitant ac precantur cacodæmones, ut uberrimum orizæ prouentum elargiantur.

Quomodo uisunt ægrotos medici. Cap. XVIII.

VBi quispiam idolorum cultor mercimonia exercens ægritudine aliqua cõflictatur, eoque peruenerit, ut efflaturus animam censeatur, tunc nonnulli incolæ, quos ipsi medicos appellant, ad id munus delegati, conticinio noctis amicti horrifico dæmonum habitu, eos qui iam sunt deplorati uisunt: injiciunt torrem in ore ignitum, manibuque gestantes ignem, inq; pedibus calopodia crassitudine passus unius habentes, & absono clamore tinnitu quorundam instrumentorum ægri auribus obstrepunt, horrore tanto, ut etiam incolumis his auditis uisisq; ægrescaret quamprimum, horreretque ac humi procumberet. Eiusmodi enim sunt eorum medici, qui ægros reuisunt solanturque. Eius regionis cultores distenti ac farti quandoque ob uoracitatem nimiam, ut sunt edaces plurimum, ubi stomachi morbo laborant quopiam, contritis ternis zinziberis radicibus, indeq; succo facto, cyphum plenum succo huiusmodi hauriunt: quo hausto, intra triduum conualescunt. Degunt igitur ij homines brutorum modo.

De trapezitis ac colibistis. Cap. XIX.

HAbent colibistæ & mensarij pondera ac bilances adeo minutas, ut si pyxidem, ubi asseruant, & reliqua id genus quibus pondus efficitur tru-

Digitized by Google

tineris, unciam non excedant, adeóque iustum est examen, ut etiam capillum ponderare queas. Vbi autem adulterinum aurum à puro obryzoq; dignoscere uoluerint, Lydio lapide, nos indicem appellamus, nostro more utuntur. Id plus habent, quod probaturi aurum pilam habent ex rebus nescio quibus compositam, ceram exprimentem, lapideq; Lydio, quo probatur aurum, pilæ impacto, remanentibus ibi auri maculis, in ueri notionem deueniũt adulterinumq; à puro auro discernunt: aiuntq; eorum lingua, id optimum est, illud uero deterrimum. Pilam autem memoratam ubi auro oppleta fuerit, liquefaciendam igni indunt, aurumq; quod imbiberat colligunt. Sunt itaque ij trapezitæ omnium insanissimi, eiusq; artis quam exercent propè ignari, ne dixerim expertes. Mercimonia exercentes, ubi emundis uẽdundisq; mercibus incumbunt, hunc morem quem haud multo post referabimus, obseruant. Proxenetam habent, cuius opera exercendis mercimonijs utuntur in hunc fermè modum: nam emptor uenditorq;, ubi conuenit inter eos de exercendis commercijs, consistunt in orbem: tunc proxeneta arrepto uelo siue gausape propalam dextram uenditoris apprehendit, comprehensámq; gausape uelat, moxq; geminos pollici digitos proximiores crebriore contractu digitis suis attrectat, ab uno usque ad centena millia numerum recẽsens clanculum arcanéque, idemq; silens. Tunc uenditor, quanti uendere cupiat, digitorum cõtractu declarat, nodos tantisper tangens, donec peruenerit ad id numeri, quo merces suas est expositurus. Hoc intellecto, proxeneta contendit ad emptorem, uelatisq; manibus, ut memorauimus attrectatione digitorum emptori compertum reddit, quantum pro mercibus uenditor consequi aueat. At emptor comprehensis proxenetæ digitis, contrectatione nodorum aperit, quid sit pro mercibus uenditori daturus. It ultro citróque proxeneta, & utriusque mentem silens retegit. Quare hunc in modum exercent mercimonia miro silẽtio, sola, ut diximus, digitorum attrectatione. Quum uendunt aromata, mensuras habent, bacchar appellant, nos uero cantaros uocitamus. Si autem pannos mercantur, carijs uti consueuerunt: id est mensuræ genus. Itidem seruant in pretiosis margaritis, & id genus monilibus: ea exponũt põdere nescio quo, faraſolam appellãt: id pondus quinas ac uicenas libras non excedit.

Proxenetæ mirus mos

De Poliar & Hiraua cultoribus, & quomodo filios enutriunt.

CAPVT XX.

MVlieres eorum transacto tertio mense filios ablactant, deincepsq; lacte caprino alunt: & ubi referserint lacte pueros, illotos fœdosq; admodum in sabulum reponunt, ubi interdiu ferarum more uolutantur. Verum quia in nigrantem colorem inclinant magis, à bubalis haud dignoscuntur. Sunt itaque deformiores fœdioresq;, quàm quis autumare possit,

dæmo

dæmonumq; alumni uidentur. Inumbrante ueſpera rurſum parentes fœminæ natis lac propinant. Quum uero adoleſcunt, hoc uigore alti pueri, incredibili dexteritate uiri euadunt: ſuntq; pernices admodum, ac curſus citatiſſimi, itemq; funambuli, & hiſtriones, & id genus circumforanei.

De quadrupedibus ac auitijs. Cap. XXI.

INueniuntur ibi compluſcula quadrupedum ac alitum genera, ut ſunt leones, apri, cerui, hinnuli, lupi, boues fœminæ, bubali, capreæ, elephantes: uerum ibi non naſcuntur, ſed importantur. Sunt item inibi pſitaci praſini coloris, alij ſcutulati, alij coloris purpurei. Horum eſt tanta ubertas, ut adhibendi ſint cuſtodes ſeruandæ orizæ in aruis, ne eam depaſcantur. Sunt uocales admodum uiliq; pretio, utpote gemino denario, id eſt, media ſolidi parte ſinguli ueneunt. Sunt etiam illic quædam alites ſarau nomine, pſitacis nonnihil inferiores, ſi proceritatem reſpicias, concentu tamen longe ſuauiores amœnioresq;. Sunt & complura alia auitiorum genera noſtris diſſimilia, quorum mane & ueſperi tantus eſt cõcentus, tantaq; canendi ſuauitas, ut nihil amœnius, nihilq; uoluptuoſius audiri poſſit: in tam paruis faucibus tota fermè conſiſtit harmonia. Ob id immenſa eſt incolarum uoluptas, non ſecus quàm ſi in terreſtri paradiſo conſiſterent, uernantibus floribus, uirentibusq; toto anno omnifariam arboribus, mira cœli clementia, incredibiliq; temperie, hyemeæſtateq; nuſquam ſæuientibus: uernare enim ſemper uidentur, adeo algoris ac æſtus ſunt expertes. Mittit eadem regio cercopithecos, uenduntur q; ſingulis ſolidis, id eſt, quaternis caſſis: tot enim ſolidum efficiunt. Sũt huiuſmodi ceropitheci cultoribus, iopibus præſertim, magno oneri: quippe qui iuglandium arbores conſcendũt, & liquorem illum, unde uinum expri mi diximus, effundunt, euertuntq; uaſa quibus liquor excipitur.

Saran

Cercopitheci

De ſerpentibus, qui in urbe Calechut inueniuntur. Cap. XXII.

ILlic igitur in tantam magnitudinem adoleſcunt ſerpentes, ut maximis ſuibus non ſint abſimiles: habent longe uaſtius caput quàm apri: quadrupedes ſunt quaternorum cubitorum longitudine: in paluſtribus locis naſcuntur. Id animalis genus aiunt incolæ ueneni expers eſſe, quippe quod homines niſi mordicus inpetere non nouit. Reperiuntur & ibi ſerpentum terna genera: alij adeo eſt exitioſum uirus, ut modo nonnihil ſanguinis eliciant, mortem homini afferant præſentaneam: id enim uſu euenit crebrius quum illic agerem. Ex his itaque ſerpentum generibus alij aſpidem magnitudine repræſentant, alij ſunt longe proceriores, uiſiturq; inibi illorum ingens copia. Huic ubertati cauſſam præbet rex Calechut, qui neſcio qua ductus inſania, tanti facit ſerpentes huiuſmodi, ut illis uel ipſa mapalia conſtrui iubeat ad arcendas pluuias, fluminúmque cohibendas inundationes: & ubi quiſpiam ex illis aliquem confecerit, non aliter leto traditur, quàm ſi hominem confeciſſet.

Serpentes uaſti

Digitized by Google

ciſſet. Itidem rex agit ubi quis bouem fœminam mactauerit. Serpentes uero memoratos ob eam cauſſam plurimi faciunt, quòd adſeuerant ipſos eſſe de cœlo ſumptos ſpiritus. Illud ea coniectura aſſequuntur, quòd ſolo ictui præſentaneã mortem afferant: id efficit, ut inibi multa ſit ſerpentum fœcunditas, quoniam edicto principis impune uagantur. Norunt memorati ſerpẽtes idolorum cultores, ab eiſq; minime cauent. Id etiam me illic agente uſu euenit, ut ingreſſus domum quandam noctu, ſerpens exitioſus octonos homines confecerit: ñ enim mane poſtridie tumeſcentes reperti ſunt exanimes: Sunt tamen apud eos ſerpentes boni ominis, nam ubi aliquo cultores profici ſcuntur, ſi quempiam ſerpentum obuiam habuerint, protinus felix omẽ interpretantur,

De accenſis lychnis regiæ Calechut. Cap. xxiii.

IN regia principis Calechut ſunt uariæ manſiones, multipliciaq; cubicula: nam inumbrante cœlum ueſpera innumeri ardentes lychni conſpiciuntur. Regis aulam dena aut duodena ex aurichalcho faberrime facta inſtar ſignati fontis complent candelabra: unius hominis altitudine tolluntur, ſingulaq; uaſa ternas habent lucernas (polyxines appellant, Græce uero polylychnos) gemini palmi altitudine, inq; eis non parum eſt olei. In priore uaſis parte innatant oleo ex goſipio funiculi accenſi, elychnia uocantur: huiuſmodi enim alendis flammis lucernis adhibentur: inq; uaſe medio anguſtius uas conſpicitur luminibus oppletum: & rurſum in uaſis faſtigio in minore uaſculo innumeri ardent ex xylo funiculi oleo innatantes. Vas conſurgit inſtar trianguli: priui dæmones toreutice inſculpti priuos angulos fulciunt. Ii ſunt miniſtri regis, qui lumina aſſiſtentes regi tenent. Vbi uero quiſpiam ex his qui regem arctiore coniunctione contingunt, diem ſuum obierit, trãſacto anno luctus, edicto ad ſe cunctos regni ſui ſacerdotes (Bramini appellantur) accerſit. Imperata ſubeuntibus, ad diẽq; uenientibus, mox ab rege opipari conuiuij dies indicitur, genioq; triduo indulgent. His in cibatu eſt oriza plurifariam condita: ueſcuntur item apro, ceruoq; uenatu enim oblectantur plurimum. Trãſacto triduo ſingulos conuiuas, omnes ſecerdotes inquam, quaternis uel quinis aureis donat. Quo facto, abeundi aliò remeandiq; ad propria facit poteſtatem. Tunc omnes regni cultores per ſpeciem lætitiæ barbam ponunt.

De maxima multitudine hominum, qui illò percipiendæ ignoſcẽtiæ cauſa contendunt. Cap. xxiiii.

HAud procul ab urbe Calechut uiſitur delubrũ quaquauerſum circũdatum aqua: inſulæ modo conſtructũ eſt, uetuſto more, geminumq; colũnarũ ordinẽ habet, inſtar tẽpli diui Ioannis in fonte urbis Romæ. In delubro medio cõſurgit altare lapideũ, ubi gens ſacrificat idolis. intra ipſas columnas uiſitur actuaria cymba oleo referta duorũ paſſuũ longitudine: huiuſmodi oleo enna nomen eſt. Delubrũ plurimæ arbores, uerum conſimiles ambiunt.

In his

In his uiſuntur ardentes lucernæ & lychni penſiles, & id genus luminaria propè innumera. Complent rurſum delubrum accenſæ lampades fouente igne oleo: & ubi illuxit ea dies, quæ eſt uigeſima quinta Decembris, frequens undecũque populus etiam quindecim dierum itinere illinc diſtans, eò cateruatim, & cumprimis ſacerdotum ordo ſacrificandi gratia cõtendit. Verum prius idolis non ſacrificant, quàm immerſi aquis delubrum ambientibus ſe lauerint. Quibus locis ſacerdotes eorum conſcendunt cymbas oleo, ut prædiximus, refertas, ad ſeq; aduentantem populum oleo memorato aſpergunt, capita duntaxat oblinẽtes: quibus oleo delibutis, cuncti ſacrificio incumbunt. Ab altero altaris latere, ubi ſacrificant, immaniſſimus uaſtiore forma ſatanas uiſitur: hunc frequens populus humi procumbens adorat, moxq; ad ſedes proprias quiſq; remeat. Dum hæc fiunt, omnium criminum fide publica proponitur impunitas, triduiq; ſpatio unicuique licet illò contendere ceu in aſylum, nec licet per id tempus alteri de de altero ultionem ſumere. Nuſquam gentium me hercle frequentiorem uidi populum, ſi eum diem excipias, quo Mecham inuiſi. Sed iam hinc abeo, totius profectiõis meæ difficultates ac diſcrimin, quæ mihi euenerunt, ſeriatim expeditutus.

LVDOVICI PATRITII ROMANI
RERVN INDICARVM LIBER SEXTVS

De ciuitatibus Caicolon & Colon. Cap. 1.

ANimaduertens comes meus Cociazenor nomine, ob uarias interturbationes, bellorumq; diſcrimina, commercijs locum eſſe propè nullũ: ob eam præſertim cauſam, quòd Luſitani urbi Calechut cultoribusq; nõ ſine ſtrage maxima bellum intulerãt, ſumpta in occaſione inferẽdi belli, quòd indigenæ Mahumetanis aſſenſi fuerant, ut circiter quadraginta octo Portugallenſes leto traderentur: hos enim uita functos coram uidi: propterea rex Portugalliæ genti hoſtilia arma ſemper intentat, cõcertatq; diutur niore prælio, inq; ſuorum ultionem innumeros confecit cultores, mactariq; iubet indies. Ob id urbs peſſime accipitur, quippe quæ omni habitatore uidua exiſtit uigentibus bellis. His itaq; inſpectis, uiſum eſt illinc abire. Quare uecti limpidiſſimo amœniſſimoq; flumine, inde ſoluẽtes ad urbem nomine Caicolon tãdẽ aliquãdo deuenimus: ea abeſt ab urbe Calechut leucis quinquagenis. Vrbis rex idolorũ latriæ eſt addictus. Ibi uigent mirabilem in modũ mercimonia: mittit ager optimũ piper. Regi non ſunt maximæ opes. Huius habitus mõtesq; à cultoribus urbis Calechut haud maxime abſunt. Illic etiam nacti ſumus nonnullos Chriſtianos qui diui Thomæ nuncupantur: ñ negotiabãtur, ſeruatoriq; noſtro ut nos initiati ſũt: de his accepimus ſingulis ternis annis ex Mẽphi ſiue Babylone urbe Nilotica ſacerdotẽ illò aduẽtare bapti

re baptizandi eius populi gratia, qui diuum Thomam colit: illi ritus seruant Christianos: quadragenos dies obseruant: credunt seruatorem nostrum resurrexisse, eo argumento quòd pascha celebrant nostro more, reliquasq; sanctorũ solennitates, ac missarum solennia ritu Græcorum expediunt: à quatuor nis nominibus, Ioanne uidelicet, Iacobo, Matthia, & Thoma nomina accep tant. Vrbs, si cœli temperiem, si regionis situm, moresq; hominum respicias, parum distat ab incolis urbis Calechut. Colon Transacto triduo inde soluentes ad aliam urbem peruenimus Colon nomine, à memorata spatio uiginti mille passuum distantem. Rex eius urbis idola colit, estq; magnarum princeps uirium, quippe qui in armis uicena equitum millia semper habet. Illic elegans portus uisitur: haud procul à mari arua sunt rei frumentariæ expertia: mittũt tamen omnifariam fructus: & præsertim piper modo urbis Calechut: his colos, habitus, moresq; sunt ut indigenis Calechut. Rex diutine cum finitimis regibus bella gerit, utiturq; in prælio hippotoxotarum opera. Quare bellicis expeditionibus rege incumbente, uisum est comiti meo ut illinc abiremus. Igitur pelago commissi, inde soluentes iter cepimus uersus urbem, cui Cayl Cayl nomen est, ditionis memorati regis, è regione dictæ urbis ad quinquaginta mille passus. Vidimus quomodo piscãtur nautæ margaritas unionesq;, et id genus baccas, sicuti etiã retulimus in superioribus de urbe Ormo denarrantes.

De Cyromandel urbe Indiæ. Cad. 11.

VLtra progressi ad urbẽ aliam appulimus Ciromandel nomine. Vrbs est maritima, & à Colon urbe nauali itinere dierum circiter septem distat: ea est uastissima, nec mœnibus ambitur: paret regi Narsingæ: altrinsecus uisitur insula Zaylon, & ubi promontorium Comerinum præterieris, mittit ager huiusmodi miram otizæ copiam, illacq; ad multiplices uariasq; regiones iter patet: ob id complurium regionum scalæ nuncupantur. Vrbem incolũt innumeri negotiatores Mahumetani, qui commercij causa ultro citroq; commeant. Nulla inibi aromata uisuntur: fructus fert omnifariam instar urbis Calechut. Illic nactus sum nonnullos Christianos, qui memorabant corpus diui Thomæ non longe ab ea urbe, id est, ad duodecim mille passus abesse. Adijciebant etiam ad hæc, curam sancti corporis quibusdam Christianis delegatam esse, adseuerantes inibi male accipi Christianos, uixq; posse uitam trahere, postquam rex Lusitanorum arma cultoribus intulerat hostilia, compluresq; indigenas eius regionis cõfici iusserat. Ob eã rem adfirmabat regẽ memoratũ genti formidolosum esse admodũ. Tædere uitæ propterea Christianos omnes, clanculumq; eos passim mactari, ne id regi Narsingæ innotescat: quãdo certe constat, inter regẽ Lusitaniæ ac Narsingæ summã intercedere necessitudinem, Christianosq; regi memorato in paucis charos esse. Ex memoratis etiã referebant nonnulli transactis iam quinis ac quadragenis annis ui numinũ miraculũ contigisse in hunc fermè modũ: aiunt enim Christi-

stianos

ſtianos cum Mahumetanis quandoque manus conſeruiſſe, acieq; diſceſſiſſe Chriſtianum quendam recepto prius in lacerto uulnere, contendiſſeq; protinus ſanandi brachij cauſa ad diui Thomæ ſepulchrum, tactoq; eo conſauciato, manum ad uſum redijſſe quamprimũ. Ob eam rem narrãt regẽ Narſingæ cœpiſſe Chriſtianis ſubſcribere, gentemq; fouere plurimum. Itaq; comes meus inibi complura mercimouia uenũ expoſuit: uerũ quia per id tempus bellum illatum regi Ternaſeris regionis erat, duximus propterea nonnihil illic cõſiſtendum fore. Abſumptis ergo ibi compluſculis diebus, celocẽ cõſcendimus, id genus nauigij ciampanam appellant, in inferiore parte magnopere complanatam: huiuſmodi enim celoces altiores aquas minime expoſcunt, licet ferant onera enormia. Traiecimus igitur ſinum latitudine circiter uiginti leucarum, in cuius traiectu parum abfuit quin peſſum iuerimus, aperto diſcrimine, ob breuia, aridas, ſcopulosq; crebriores imminente. Tandem aliquando appulimus inſulæ, cui nome eſt Zaylon, quæ patet ambitu decies centum mille paſſuum, ut referebant cultores. *Ciampana*

De inſula Zaylon, ubi inueniuntur lapilli pretioſi, Cap. III.

IN ea itaq; inſula, cui Zaylon nomen eſt, quaterni reges longe lateq; impe ritant, adeo regio in immenſum propè pateſcit. Perfunctorie ac penè in tranſcurſu res dictæ inſulæ ſumus denarraturi: uigentibus illic acerrime bellis, effectũ eſt ut mores hominum ac regionis ſitum minus explorare potuerimus: quare perpaucorum dierum mora hæc tamen quæ collegi, mox ſubijciam. Fert regio in primis elephãtos complures, inibiq; pyropos eruunt: nõ longe enim, utpote ad geminum lapidem, uiſitur mons uaſtiſſimæ longitudinis, ad cuius radices pyropi inueniũtur, hi ſunt lapilli pretioſi, uulgo rubini appellantur: ſic enim inueniuntur: nam ubi negotiatores quipiam, & præſertim mangones illò contenderint lapillorum eruendorum gratia, operæpretium eſt eos prius regem adire: quo conuento, emunt menſurã telluris quandam, utpote cubiti unius quaqua uerſam magnitudine: id genus menſuræ molam dicunt, eo nomine enim brachium appellant. Huiuſmodi terræ mẽſura quinis uenit aureis, ea lege atq; omine, ut humũ effodientibus ſemper pro rege quiſpiam adſiſtat, ut ſi forte fortuna inter effodiendum conſpicerẽtur lapilli pretioſi excedentes caracteres denos, regi protinus adiudicentur: inferiorum uero lapillorum citra dictũ pondus mangonibus ac negotiatoribus qui tellurem memoratam præſtinarunt, potẽſtatem faciũt. Haud procul ab dicto monte innumeri pretioſi lapilli inueniuntur, interfluente maximo amne, hyacinthi præſertim, ſapphyriq;, ac topazij, & id genus lapides cõplures: mittit & idẽ ager ſuauiores quàm unquã uiderim fructũs, præcipue gariophyllũ noſtris non conferendũ, malaq; aſſyria ſuauitate incredibili, ac omnifariã fructus fermè inſtar urbis Calechut: ita tamen, ut hi illis ſuauiore guſtu minime concedant. *Pyropi*

Digitized by Google

De Cinami arbore, Caput IIII.

CInami arbor lauro haud est absimilis, si præsertim folia spectes, grana primo gignit lauri instar, bac cascredas, minutiora tamen, eademq; albi cantia. Cinamū itaq; nihil aliud esse q; arboris librū planissime cōstat, hunc enim in modū legitur: nā singulis ternis annis incidūt ramos, delibrātq;: dēptum eo modo corticē cinamomū appellant: neq; enim caudicē incidūt, sed ramos tantū. Huius itaq; cinami illic mira est ubertas: quū aūt colligitur, non est protinus absoluta suauitate, menstruo pfecta absolutaq; est suauitas. Re tulit ea tempestate comiti meo Mahumetanus negotiator in fastigio uastissimi montis specū esse quendā, quò se recipiebāt eius regionis cultores omnes, orandi gratia in protoparentis sanctissimi memoriā: memorāt enim incolæ diuū Adā post lapsum illic fletu ac continentia pœnitudine ductū culpā re-
Adam pœnitentia demisse: id assequunt ea coniectura, quòd parentis adhuc uisuntur impressa pedū uestigia: longitudine geminū palmū excedētia. Arua sunt orizæ expertia, sed qui conuehunt illàc iter agunt. Reges enim dictæ insulæ, Narsingę regis uectigales sunt, nam pendunt quotannis tributū, & ob orizā quæ abūde ex continēti Narsingæ illò cōportatur, coguntur uectigal soluere memorato regi: cœli est insula clementis admodū: genti colos est suffuluus, æstumq; minusue algorē sentiunt, uernante semper tēpore: habitu utūtur uere Gabino, chlamyde enim exerto brachio corpora uelant: pannis gossipinis aut sericis utuntur plurimum: ea insula sita est sub æquatore in zona perusta, subq; cā denti sydere: bellicæ uirtutis id hominum genus est prorsus expers, quippe quod tormentis ferróue haudquaquā utitur: harundo enim lanceæ ac ensis gladiiq; uicem supplet: ob id perraro in prælio occumbunt: apprime sunt imbelles, nulliusq; fermè spiritus: illic flores prope omnifariā legūtur: gens multo perennior est, longioreq; æuo q; nostra. Vsu euenit aliquando, præsertim quadam uespera, ut ex rege quidam comitē meum conueniret, diceretq;, ut continuo corallos ac crocum ad regem deferret, nam horum omniū comes meus uim maximā habebat. His auditis negotiator alius dictæ insulæ Mahumetanus clanculum quasi per speciem amicitiæ socium meū monuit, ne regem adiret, ceu mercimoniorum pretium minime consequuturum. Id egit Mahumetanus mira impostura, ut iniecto comiti meo pauore, eoq; abscedente liberius sua ipse mercimonia exponeret. Huius doli non satis gnarus comes meus, statuit abire: respondit tamen nuntio regio, postero die iturum ad eum. Verum mane postridie conscenso nauigio, proximum continentē remigibus maxime adnitentibus dilapsi sumus.

De Paleachet urbe Indiæ, Caput V.

TRidui itaq; itinere ad urbem quandā Paleachet nomine deuenimus, ea paret regi Narsingæ, complurium q; mercimoniorū famigeratū est emporiū, & cōprimis moniliū quasi omne genus: hæc enim ex Zaylon & Pego eò compor

eò comportantur: urbẽ etiam incolunt ex Mahumetanis negotiatores complures, uiſunturq; inibi omnifariã aromata: nam recepti hoſpitio cuiuſdam Mahumetani, illi cuncta reſerabamus, unde, uidelicet, ſoluiſſemus, quoue tẽ debamus, nosq; cõplures merces attuliſſe, corallos præſertim crocumq;: res enim huiuſmodi Mahumetano magnã peperit uoluptatẽ. Memorata urbs omniũ rerũ copia, Indicarũ urbiũ modo, ubertim affluit: ager rei frumẽtariæ expers eſt, uerũ oriza ſcatet plurimũ: inſtitura uero legesq;, necnõ habitũ ac mores inſtar indigenarũ urbis Calechut habẽt. Incolæ rei bellicæ gnari ſunt admodũ, ſed tormẽtis utũtur nullis. Verũ quia per id tẽpus quo illic agebã, diſſidebant cultores cum rege Tarnaſari, nõ niſi hoſtilia meditantes, uiſum eſt propterea perpaucorum dierum inibi ſumpta mora, abeundũ eſſe protinus illinc. Quare inde ſoluentes iter cepimus uerſus urbem Tarnaſari, quæ abeſt ab memorata urbe centenis mille paſſibus. Eò igitur appulimus, abſoluto priùs tredecim dierum itinere nauali.

De Tarnaſari urbe Indiæ. Caput VI.

VRbs eſt in Indię haud procul à mari, cui Tarnaſari inditũ eſt nomen: ea poſita eſt loco minime iniquo, mœnibus ambitur, portumq; percelebrem habet, amnis limpidiſſimus urbem præterfluit Septentrionem uerſus. Rex eius latriæ idolorum eſt addictus, magnarumq; uirium princeps, huic diutina cum rege Narſingæ ſunt bella, cumq; Bangellæ rege prælių iuge exercet. Huic item ſunt in armis centeni elephantes, proceriores uaſtioresq; quàm uncq; conſpicatus fuerim: merent ſub eo ſtipendia quum equitũ tum etiã peditũ centena millia: enſe paruo, dypeisq; obrotundis, eiſdemúe ex libris arborũ cõfectis utuntur: alij Peltas modo indigenarũ Calechut ad bella ituri ferunt: arcubus plerũq; utuntur, harundoq; teli loco ſuccedit: rurſum profecturi in prælių ſe loricant amictu xylo magnopere referto: ædes eorum paries circundat, collocanturq; nõ aliter q; noſtræ: mittit ager triticũ goſſipiumq;, necnon adfatim ſerici: legunt etiã colores inibi cõplures, cum maxime quem uerzinũ appellant: ferunt atua omnifariã fructus, alios pomis noſtris haud abſimiles, pyris alios ſimillimos: ferunt rurſum aſſyria mala, cetrinaq;, necnon cucurbitas, habent etiam uiridaria amœniſſima. *Præſilium*

De feris ac cicuratis animalibus urbis Tarnaſari, Cap. VII.

GIgnit ea regio multifariã animalia, fera alia, exarmata alia: cicurũ ſunt, boues, pecora, capreę, apri, cerui, hinnuli: ferarũ uero generis ſunt lupi, leones: uiſuntur etiã ibi feles eiuſmodi, qui zibellũ gignũt: aruis etiã inerrãt, paui cõplures, & eius generis aquilæ, quas falcones appellamus, pſitaci item omniũ pulcherrimi, albicantes ſepteno colore præſertim diſtincti: eſt etiam illic leporũ ac perdicũ mira fœcunditas: honeſtãt regionẽ complura alia auitiorũ genera, raptu pręſertim uiuentia longe aquilis proceriora: nam ex ſupetiore roſtri parte enſiũ capuli fabricant: id roſtri fuluũ eſt phœnicato colore diſtinctũ, nihil ſanè uiſu puſchrius, nihil amœnius, aliti uero colos eſt niger. *Capuli ex dẽuium roſtris*

Digitized by Google

& itē purpureus, incercurſantibus albicantibus pennis nōnullis: ibi naſcūtur proceriores gallinæ, galliq; gallinacei, cq; hercle uidiſſe meminerim. Summā propterea uoluptatē cepimus conflictantibus acerrime gallis gallinaceis: nā singulo die huic ludicro in uicis mediis Mahumetanorū animi cauſa opera dabatur, mirūcp; eſt Mahumetanorū pro hac re certamē: habēt priui priuos gallos gallinaceos, eosq; cōmittunt aliis, expoſitis quandoq; pro alitū futura uictoria aureis centenis ſingulo congreſſu, uter ſuperior euaderet: conſpicati ſumus ſenis horis concertantes alites, nec prius modū prælio faciebant, cq; occubuiſſent. Reperiūtur etiā ibi nonnullæ capreę magnitudine noſtras excedentes, noſtrisq; longe pulchriores, tantæ fœcunditatis, ut uno partu quater nos fœtus ferant: exponūt ibi tanta, eſt animaliū copia, duodenos uerueces ſingulo aureo. Cōſpiciūtur illic rurſum uerueces, alij cornua haud abſimilia damis habētes, noſtris longe maiores, ferociorésue. Bubalos uero noſtris habent deformiores: piſcibus autē noſtro more regio ſcatet, in tantamq; adoleſcunt magnitudinē, ut bini cantari pondo nonnulli inueniantur: ueſcitur id hominū genus omnibus ferè animalibus, ſi uaccas excipias. Edētes humi p cumbunt abſq; gauſape, ligneis tamen uaſis utūtur adfabre factis: potus eſt illis latex ſaccaro cōditus ditioribus præſertim: cubilia habēt, quæ ab humo more noſtro altius tollūtur: ſtratū uero ex goſipio habēt, ſtragulā autē ex ſerico, aut ſanè xylo: chlamyde utūtur exerto brachio ſerica uel goſipina: ferūt ex negotiatoribus nonnulli interulas ſericas, uel xylinas elegantiſſime confectas: in uniuerſum autē pedibus incedūt nudis, ſi ſacerdotes excipias, qui apices ferunt ex ſerico uel undonibus longos binos palmos, inq; apicis faſtigio gerunt neſcio quid in modū glandis elaboratum, quaſi torcutice, multo quaqua uerſum ſparſum auro, depēdet à tergo inſtar uittæ geminū ſericū binos longum digitos, inauribusq; plurimū delectantur, quippe qui gēmis ac margaritis pretioſioribus onuſtas habent aures: in digitis autem nulla condalia. His eſt colos ſubalbicans, cœli uero tēperies frigidior eſt nonnihil cq; urbis Calechut: mores uero, colendiq; arua, ac legendi fructus conſuetudo, à noſtris inſtitutis moribusq; parum abſunt

Gallorum certamen

De more quem ſeruat rex quum deflorandam eius coniugem albicantis coloris hominibus præbet. Caput VIII.

EXhibet memoratæ urbis rex deflorandā coniugē nō ſacerdotibus, ut ſolet urbis Calechut princeps, ſed albicantis coloris hominibus Chriſtianis, aut Mahumetanis. Cultoribus uero idolorū id munus minime delegatur. At incolæ prius thorum nō ineunt, quàm quempiam ex albicātibus hominibus cuiuſuis nationis exiſtat, aſciuerint coniugū ſuarū ſtupratorē: complacitum eſt enim illis, ut ante corpora uulgent coniuges, quàm earum ſibi ſiat poteſtas. Id equidē uſu euenit quū illic ageremus. Ingredientibus enim urbē, nobis occurrēre terni uel quaterni idolorū cultores, qui comitē meum in hunc fermè modum eorum lingua compellarūt, Eſtis ne amici hoſpites? Sumus

Sumus,inquit,comes meus. Tunc negotiatores,Quãdo huc appuliſtis? Ad hęc comes meus,Quartus agitur dies quo huc deuenimus,Et rurſus negotia torũ quiſpiã, Ite mecũ,ædesq; meas uiſite:quando certe nos hoſpitesq; quã qui maxime diligimus. Tunc comiter nos inuitantes ſequuti ſumus:eoq; ut peruenimus,ientaculũ apparate appoſitũ eſt:nobisq; iam refocillatis,ait ille, Ducturus ſum intra quindenos dies uxorẽ,uni ueſtrũ defloranda coniugis priore nocte munus delegetur. His auditis,quæ nundinato pudore promebantur ab hoſpite,puduit nos quamprimũ. Tunc mancipiũ noſtrũ ad nos conuerſum,Non uos, inquit,pudeat oblati muneris,quãdoquidẽ is eſt mos gentis urbisq; inſtitutũ. His intellectis,pauebamus ne deterius ꝙppiã nobis eueniret:rebamur enim gentẽ nobis illudere. Innotuit continuo hoſpiti pudor noſter,nosq; his fermè uerbis hortabatur, Ponite curas omneis amici, quoniã eiuſmodi eſt urbis huius cõſuetudo. Hæc itaq; ut nobis cõperta fuere amplioręſpiritũ ictis ſtupore impudẽtis moris dedere:accedẽte præſertim alius comitis,qui nobiſcum ibat,crebriore adhortatione:quare comes meus pollicitus eſt ſe id laboris ſubiturũ. Tunc negotiator qui nos hoſpitio excepe rat,Eritis, inqt,diutini mei hoſpites,dignaborq; uos honoratiore tecto. Verũ comes meus ſubrecuſabat,adfirmans comites nolle deſerere. At negotiator rurſum inſtabat,identidem ædes,ſuaq; omnia offerens. Peruicit itaq; ne inde diſcederemus: allatis ergo comitis mei ſarcinulis , hoſpiti comiſſimo ſimul omnes(ſex enim eramus)aſſenſi ſumus . Verũ operępretiũ fuit comitẽ meũ tantiſper opperiri,donec eius hoſpes uxorem duceret:quod prius q̃ ad quindenos dies nõ euenit. Ducta noua nupta,comes meus ſponſa diſſoluit, uxoreq; hoſpitis illecebre potitus eſt. Ea annũ quintum decimum,quaſi flos ipſe,haud excedebat. Verum poſtq̃ deflorata eſt nupta priore nocte,ſi uiri de cætero honori illius deerit,fidẽq; iugalẽ temerauerit,morte protinus uulgatæ pudicitiæ pœnas luit. Ob id uoluiſſent mulieres huiuſmodi ſalaces plurimũ,ut nũquã nox,qua deflorabantur,eſſe deſiſſet,ſed ſaltẽ prorogaretur ad menſem:nõ tamen nos functos munere uulgandę pudicitiæ miſſos quãprimũ faciebat hoſpes: uerum ad quaternos quinosq; menſes ſua impenſa domi alebat largius quàm referre poſſim :id efficit annonæ uilitas incredibilis,gentisq; liberaliſſima conſuetudo ac natura comiſſima.

De modo condendi humana corpora, Capnt ix.

EXempti rebus humanis ardẽtiſſimo rogo ſacerdotes regesq; deflagrãt, tunc ſacrificant cacodæmoni, combuſtorũq; cineres in uaſis Samijs eisdemq; infectis nitro cõdunt: his eſt anguſtũ orificium inſtar patinæ mediocris,defodiuntq; domi uaſa cineribus oppleta. Sub arborũ umbraculis ſacrificãt inſtar cultorũ Calechut. Qnũ comburũt corpora,omnifariã odores in rogũ cõijciunt,aloẽn,uidelicet,& id genus arboris,cuius gũmi elegantiſſimũ illud unguentũ gignit, quod uulgo belzoi nũcupaſ,laſerpitiũ eruditiores ab

arbore laseri dicunt, & item storacem, thus, corallum, sandalium, & id genus propè innumeras odoratas arbores: hæc odoramenta igni imponunt, corporeq; impositio incendium excitant, tubis clangentibus, tibicineq; concinente, quasi eorum more qui olim inter diuos referebantur: circundant rogum quindeni aut uiceni homines, cultu dæmonū amicti, qui gestientes lætitiam præseferūt: deflagranti uiro assistit coniunx superstes, comite muliere nulla, pectusq; plangens, tota ruit in eiulatus fletusq; lugubres. Hæc fiūt secunda noctis uigilia. Transactis uero post uiri obitum qndenis diebus, mulier uiro superstes ad se conuiuiū celebrandi gratia agnatos omneis accersit, coniugem præsertim defunctum coniunctione arctiore contingentes. Itaq; omnes ubi ad diem uenerint, ad locū illum adeunt, ubi rogo traditus est coniunx, ea fermè hora noctis, qua uir arsit: tunc prodit mulier compta omniū monilium genere, reliquisq; decoramentis, quæ ad mundum pertinent muliebrem: ad id collatis forunis omnibus agnatorum opera, puteo inibi ad id munus extructo: nec is plus in profundum agitur, quàm ut fœminā capere queat, puteum harundinibus sepiunt, septumq; uelant serico panno, ut conspectus adimatur: ardet interea mirabilem in modum odoratis refertus arboribus puteus: at mulier postquam conuiuæ opipare epulati sunt, rursum illa mandit plurimam betolam (id est eduliū genus) eoq; cibatu farta adeo satura est, ut mente uacare uideatur. Interea circundant puteum innumeri tibicines gestientesq; choraulæ, & amicti dæmonum cultu complures, qui flammas ore efferuescere uidebantur: tunc dæmoni cui Deumo nomen est, sacrificant. Mulier uero obiter quasi lymphata ultro citroq; commeat, nec aliter tripudiat, quàm si choreas duceret: identidem illis qui habitu horrifico dæmones referūt, se commendans, ut pro se cacodemona rogitent, sibiq; impetrent ad ipsum haud difficilem aditum, suisq; adnumeret. Aliquando pompam ambiunt compluscule mulieres, quæ rogo imponendam arctius contingunt. Nec arbitremini id munus mulierē mœstè exequi, quando certe nihil lętius, nihilq; iucūdius agi posset, quàm mulier id hilari animo exequit, æque ac si cœlo recipiēda foret. Itaq; peractis cærimoniis, mulier lymphato cursu, concepto prius manibus serico panno, in rogum flagrantissimum sese præcipitat. Quo facto, actutum proximiores agnati rogo iniectam scipionibus obruunt, obrutamq; multa pice onerant, ut hoc fomēto altus ignis, mulier præsentius intereat. Et nisi subiret mulier id munus post uiri mortem, incredibilis infamiæ nota illi inureretur, foretq; toti regioni ludibrio, ceu coniugis minus studiosa letoq; ab agnatis traderetur. Pompæ huiusmodi rex interesse ac præesse dicitur, quoniam hunc morem non seruant, nisi summates clariores ue urbis patritij, ne qui putent hunc ritum ab incolis in uniuersum seruari.

Vxoria fides

Deumus

De iustitia

De iustitia quam seruant cultores urbis Tarnassari, Cap. x.

SI quis mortalium quempiam confecerit, is protinus morte luit pœnas: eundem morem incolæ urbis Calechut seruant. Accepti uero ac expensi habetur ratio, si modo chirographo quopiam, aut sanè teste aliquo id liquidius constiterit: exarant in membranis nostris haud absimilibus: nō in libris arborum ut indigenæ Calechut: quum disceptant inter se, itur ad moderatorem urbis, cui summi iuris reddēdi munus ab rege delegatum est: ubi uero quispiam negotiator aduena uitam exuerit prolis expers, neminem hæredē instituere potest, rege fortunas omneis sibi adiudicante. Rege autē uita functo, nati in regnum succedunt: cultores uero quicquid possidēt fortunarum, uitam efflaturi ex urbis instituto elargiuntur uiritimq; natis impartiuntur

De ritu condendi Mahumetanorum corpora in urbe Tarnassari, Caput xi.

EXutos uita Mahumetanos negotiatores, miris condiunt odoribus, cophinis induunt corpora ligneis, sicq; cōditos humāt, comprimisq; obseruant, ut defunctorum capita Mecham respiciant, id est, Septentrionem uersus collocentur.

De uarijs multijugisq; nauigijs, quibus eius urbis cultores utuntur, Caput xii.

HIs est uarius multiplexq; nauigiorum usus, sulcant alij maria celocibus complanatis admodum, quæ altiores aquas minime exposcūt: alij nauigant liburnicis geminam proram habentibus, geminumq; malum absq; tecto. Est & aliud onerariæ nauis genus, quo enormia onera comportantur: nam ferūt aliæ ex memoratis onerarijs nauibus supra mille mercium dolia: imponunt his uastioribus nauigijs cymbas, nauesq; actuarias in urbē Melacha nomine deferendas, quibus captum proficiscuntur aromata illò, quò locis suis, ubi opportunum duxerimus, denarrabimus,

De urbe Indiæ Bangella, decq; eius ab urbe Tarnassari distantia Caput xiii.

IAm tempus appetit, ut comitis mei meminerim, quoniam utriq; nostrū cordi hæserat, ultra progredi, longeq; remotiora coràm uisere. Quum igitē hospiti suo comes meus defloranda coniuge fecisset satis, nosq; que rei Venereæ, præsertim deformium mulierum satietas cepisset, pariente fastidiū plerunque uberiore copia: expositis mercimonijs quæ comiti meo superfuerant, duximus illinc abeundum fore. Quare iter ingressi, ad urbem quandā Bangellam nomine peruenimus: ea ab memorata urbe septingentis abest mille passibus: illò enim appulimus itinere nauali undecim dierū: nam dicta urbs fœcunditate rerum omniū cum cæteris totius fermè orbis urbibus contendit, nemini sanè secūda, patet propè in immēsum eius urbis regnū. Regi sunt in armis quum equitum tum etiam peditum ducenta Mahumetanorū

Digitized by Google

millia: is tantarũ est princeps uiriũ, ut diutissime cũ rege Narsingę prę lietur

Narsingę ubertas

huius regni tanta est rerũ omniũ ubertas, ut nihil q; ad humanos usus perti neat desideres, si omnifariã animalia, si itẽ rei frumentariæ uberiorẽ copiã, si rursum saccarũ, zinziber, & id gẽus aromata, si postremo gossipiũ sericumq; respicias, nulla est profecto in orbe toto plaga fœcundior. Ob eã rem nusq; alibi ditiores locupleriores ue inueniũtur negotiatores: singulo eni anno ab ducũtur inde ad quinquaginta nauigia gossipinis pãnis sericisq; onusta: mer cimonia huiusmodi uarijs barbarorũ lingua cẽnsent nominibus, à quibus ex cõposito temperamus, ne Romano sermoni assuetis pariant fastidiũ. Igit inde auecti panni ad Turcas Syrosq;, necnon Arabas, Persas, Æthiopes, Indósue deferuntur: sunt etiam ibi innumeri exteri mangones, qui gemmas lapillósue pretiosos præstinant ab incolis.

De nonnullis Christianis negotiatoribus, qui inibi com mercia exercent. Caput XIIII.

ILlic itaq; offẽdimus Christiani nois cõplusculos negotiatores ex urbe Sar nau, ut referebãt, oriundos: hi illò ueluti ad nundinas ferũt sericos pãnos, odoratasq; ligna aloës, uidelicet, & laseris: ea est arbor quæ electissimũ gũmi illud gignit, laserpitiũ appellant doctiores, uulgo aũt belzoi dicitur: attulerãt etiã castoreũ, & id genus fragrantiores odores: memorabãt dicti Christiani esse in eo regno huius sancti nominis cõplures principes magni Chami ur

Christianorũ Narsingę mo res

bis Catai imperata subeuntes. Christianis huiusmodi ex undonibus uestes erant, nõ eiusmodi quæ singulos artus exprimãt, sed laxas innumerasq; pli cas habentes: manicas uero gossipio referserãt: caput tegebat apex ex panno coloris Veneti, altitudine fermè gemini palmi. His est colos albicãs: trinũq; deũ esse adiuratissime fatent: quũ initiant Christianorũ sacris, more nostro latice aspergũtur: duodenisq; apostolis, ac quaternis euangelistis fidẽ adhi bendã esse planissime adstruũt: scribũt ordine prępostero Armeniorũ mo re, celebrãtq; nostri seruatoris ortũ & occasũ: quadragenis Christiano more abstinent diebus, nonnullasq; alias sanctorũ colunt, celebritates: soleis non utuntur: caligas uero ex serico fluxas admodum ferunt, easdemq; omni mo niliũ genere exornatas: nitent in digitis eorum incomparabili splendore la pilli: quum discumbunt abaco non utuntur, sed humi procumbentes omni fariam carnibus uescuntur: adijciebant ad hæc illi se compertum habere, esse complures reges Christiani nominis maximos magni regis Turcarũ finiti mos, Rumi appellãt. Hi ubi cõspicati sunt comitis mei pretiosiora mercimo nia, & præsertim prægrandẽ coralli ramusculũ, hominẽ ingentissimis pollici tationibus onerabant, contendentes plurimũ, ut secũ iret ad urbem quandã ubi pollicebantur se daturos operam, ut inibi tantum mercium exponeret, si pyropos præstinare uoluisset, haud difficulter supra dena aureorum millia lucrari quire: subdentes etiam lapillos huiusmodi pretiosos longe pluris esse

esse apud Turcas, exponiq; posse quasi centenis aureorum millibus. Ad hęc respondit comes meus, se quidē illis morem gerere uelle, modo quamprimū illinc abirent. Tunc Christiani, Perendino, inquiūt, die hinc soluet nauis, eā cōscendemus, ut protinus illò quò te sumus ducturi, uelificemus: nam ad urbem Pego nomine liburnica contendit. Quare comes meus his allectus pollicitationibus, statuit secū proficisci. Ad id accedebat quod exploratū habebat complusculos Persas eòdem ituros: quū præsertim sibi dictorū Christianorū suauissima consuetudo iampridē innotuisset, incolis referētibus. Inita itaq; cum eis amicitia, diuenditisq; mercimoniis, excepto croco, necnō hetrusca purpura, inde soluimus, eam urbē deserentes quæ omniū rerū fœcūditate cunctas exuperat urbes, si humanas spectaueris delitias. In ea urbe pannos non conficiunt mulieres, neq; lanificio nentes incūbunt: id munus uiris delegat. Discessimus itaq; illinc, Christianos memoratos sequuti, tandemq; aliquando ad urbē peruenimus, cui Pego nomen est, quæ decies centenis mille passibus ab urbe Bangella abest: nec prius eò peruenitur, quàm sinum meridionalem traieceris. *Bangellæ ubertas*

De Pego urbe Indiæ clarissima, Cap. xv.

HAud procul à mari in continenti urbs Pego nomine sita est: lęuorsum, id est, orientē uersus. Vrbē prętersluit limpidissimus amnis, quo ultro citroq; mercimonia cōportāt. Rex eius urbis idola colit, cultoribus fides, habitus, uiuendi modus, moresq; indigenis urbis Tarnassari sunt simillimi, colore uero candidiore cœliq; frigidioris, regionis autē situs, plagæ nostrę non est absimilis: urbs ambit' mœnibus, ædesq; pulcherrimas, ac elegantiores habet, constant enim lapidibus, & calce: ipsi regi in armis innumeri sunt, quum equites, tum etiā pedites, merentq; sub eo mille Christiani, inde tamen oriundi: nā priuis singulo mense stipendij nomine senos aureos (pardaios ipsi appellant) solui iubet, alitq; eos impensa propria. Ager re frumentaria plurimum scatet, adfatimq; carnium habēt quasi omnifariā animalia, ut in urbe Calechut uisitur: inibi perpauci sunt elephātes, reliqua uero animalia, & auctiorū cōplura genera illic conspiciunt' modo regionis urbis Calechut: habēt præsertim psitatos uocaliores q; usquā alibi offēderim, eosdēq; pulchriores: sunt itē ibi proceriora ligna, fabricandisq; ædibus aptiora q; uiderim unq;: ferūt etiā harūdineta uastiores harundines, utpote crassitudine dolij unius. Inueniuntur ibi feles qui unguentū illud fragrantissimū gignūt, quod uulgo zibellū dicitur: ueneūt dicti feles terni aut quaterui singulo aureo. Mittit memorata urbs prętor monilia prętsertim pyropos, mercimonia nulla: hi lapilli pretiosi aliūde aduehūtur ex urbe uidelicet quę Capelā dicit', ea orientē uersus ab dicta urbe itinere xxx. dierū abest: neq; illò sū ꝓfectus: sed de negotiatoribus q ampliter memorabāt, hæc accepi. Illud etiā noueritis, in urbe prædata adamātes grandiores, margaritasq; lōge pluris esse maioreq; pretio uenire q; apud nos: itidē de smaragdo referebāt negotiatores. Quū illuc appulimus, rex lōge illinc aberat, utpote itinere xv. dierū: nā bellū inierat cōtra regē quendam

quendã, qui rex de Aua nuncupat. Propterea inde abijmus, uecti nauigio ex ligno solido, longo supra quindenos passus, lato binos passus, remis uero harundineis, ut haud mora cõpertũ fiet uobis, ea enim parte qua remus aquas complectitur, sciſſus erat ferme biſulcus: iungebãt geminas partes aſſeres a baci inſtar cõnectẽtibus funiculis, quo fiebat ut citatius permearet aquas: id genus nauigij impulſum remis huiuſmodi uelocius q̃ noſtræ celoces fertur: malus arboris conſtat ex harundine uaſtiore, doliũ, quo aſſeruãtur aleces, figurat. Nos itaq; peruenimus ad ruſculũ quoddã, ubi nacti ſumus nonnullos negotiatores, qui ob uigentia bella urbẽ inire nequiuerant: quo uiſo duximus redeundũ eſſe ad urbẽ Pego, unde paulo ante diſceſſeramus obiter ſpatio quaſi quinq; dierũ. Rex quẽ urbe abeſſe memorauimus, ouans uictorq; redijt poſt habitam de hoſte uictoriã. Quare poſtridie illius diei quo rex redijt, Chriſtiani illi negotiatores comiti meo aditũ ad regem impetrarunt.

De cultu regis Pego, Caput xvi.

NOn eſt quur quis arbitretur eo faſtu hunc regem uti, quo rex Calechut utitur, quando certe conſtat regẽ memoratũ adeo ſe exhibere adeuntibus facilem, ut uel infans ipſum alloqui queat: omniũ tamen eſt ditiſſimus, quippe qui tanto moniliũ cultu, & cõprimis pyropũ exornat, ut uel maxima urbs tanti nõ ueniret, quanti ſunt gẽmæ, uniones, margaritæ, & id genus lapilli pretioſi, quibus is elegantiſſime honeſtat: in digitis uero cõdilia et gemmæ nitent: crura aũt bracteæ ex puriſſimo auro longe inſigniũt, intercurſantibus pyropis mirandũ in modũ micantibus: ut breue faciã, manus, lacertos aures q̃ omni genere moniliũ onuſtas circũfert, adeo ut aures pondere gemmarũ appẽſo pendulæ ad mediũ palmũ conſpiciant: propterea fit, ut ſi quiſpiã tenebricoſa nocte regẽ cõſpicatus fuerit, nõ aliter illi lumen dariſſimũ illucceat, q̃ ſi phœbus ipſe radios ſuos uibrauiſſet. Conuenerũt igit regẽ negociatores Chriſtiani, illumq; certiorẽ reddiderũt comitẽ meũ compluſcula magni penſi mercimonia attuliſſe. Ad hæc rex reſpondit, irent ad ſe poſtridie: quoniã ea die ſacrificaturus erat dæmoni. Vbi itaq; is dies illuxit, quem rex præfixerat, continuo accerſire ad ſe Chriſtianos comitẽq; meum iuſſit, addiditq; ut illo prius nõ contẽderẽt, q̃ merces cõportarent: paritũ eſt ergo regi, allataq; ſunt mercimonia, cuius rei maximã rex cepit uoluptatẽ: nec id ab re, nã inter cætera quæ attulimus affatu digniſſima, erãt & rami ex corallo gemini rari admodũ, q̃ forte ſimiles uiſi ſũt nuſq; habuiſſe, quiq; eo cõmercij gratia aliquãdo ſint cõfecti. Ictus rex harũ rerũ ſtupore eximio, cœpit Chriſtianos percõtari, q̃ nã mortales eſſemus: Cui negotiatores, Sũt utiq; Perſę iſti. Tũc rex cõuerſus ad intrepretẽ ſuũ, Percontare, inquit, an has merces ſint hic expoſituri. At comes meus, Sunt hæc tua oĩa dariſſime princeps, eis utere ꝓ tuo arbitratu. Ad hæc rex, Incubui ſuperiore biẽno diutinis bellis diffidẽs cũ rege de Aua: exhauſtũ ꝓpterea eſt mihi ærariũ, ſuppeditãtibus prælio uires pecunijs: ſed ſi cõmutatione gemmarum, & præſertim pyropum expoſituri eſtis

ęstis mercimonia, id efficiã, ut uos cõmercij huius minime pœniteat: at comes meus ad Christianos inquit, compertũ quæso regi facite me aliud nihil quæ rere præter suæ celsitudinis beneuolentiã, sumat propterea ex mercibus quic quid sibi collibitũ fuerit. Tunc negotiatores Christiani aperuerunt regi Per sam suæ eminentiæ ultro subiturũ esse imperata, daturũq; mercimonia uel absq; pecunijs gemmarũq; permutatione. His auditis rex respondit, Audi uisse se iampridẽ Persarũ liberalissimã esse cõsuetudinẽ, sed hoc Persa uidisse liberaliorẽ nominẽ, moxq; iuratissime per dæmonũ capita adfirmare cœpit, se experiri hoc exemplo uelle, uter liberalitate præstaret: quo dicto, accersito actutũ mancipio, iubet afferri scriniũ geminũ palmũ longũ quaqua uersum torcutice elaboratũ, pyropisq; refertũ, quo reserato, nam multijuga intus re ceptacula habebat, discriminantibus bracteis tenuioribus: singula itaq; rece ptacula splendentibus pyropis oppleta erant. Reseratũ itaq; scriniũ coram Persa sisti iubet, simulq; monet ut tantũ ex his lapillis pretiosis caperet, quã tũ sibi complacitũ esset. Hac liberalissima cõsuetudine regisq; munificentia allectus comes meus, hoc sane pacto regẽ alloquit', O rex egregie, tanta me prosequeris beneficentia, ut nusq; maiore munere sim affectus: ob id p sacrũ Mahumetis caput, perq; eius sacra, qbus sum illi initiatus, tibi ultroneus om niũ mercimoniorũ meorũ facio potestatẽ, donoq; te his rebus omnibus, nõ enim sũ qui peregre proficiscor quæstus gratia, sed uisendi orbis desiderio. Tũc rex, Adhuc mecũ liberalitate cõtendis, nec possũ te munificentia supera re? quibus dictis, rex manum pyropis ex singulis scrinij receptaculis referfit, quantũ ipsa palma cõprehendere quiuerat, eoq; munere, id est, ducentis py ropis Persam affecit: cape inquiẽs, ob eã liberalitatẽ, quã beneficentia mecum contẽdens præ te tulisti, donauit etiã rex geminis pyropis singulos Christia nos qui profecto uenissent mille aureis: quos uero comiti meo pyropos do no dedit rex, tanti esse adfirmabãt, ut nõ minoris q; centenis auri millibus uenire posse autumarent. Est igit' rex memoratus is qui cunctos orbis reges munificentia eximia pręstat, omniũ fermè regũ ditissimus, quippe qui decies centena aureorũ millia quotannis ab regni sui incolis exigit. Nã mittit ea pla ga colores quasi omne genus: itẽ gossipiũ, plurimũq; serici: sed has prope in numeras opes militibus oẽs impartit': gens est in uniuersum ueneris amãs, imò salax plurimũ. Transactis itaq; complusculis diebus, memorati negotia tores pro me à rege cõmeatũ abeundi impetrarũt: quo impetrato, rex iussit ut mihi ædes incolatu cõmodissimæ prępararent', ubi ad usum humanũ desi derarẽ nihil. Quare motã quinq; dierũ inibi absũpsi: interea rumore nũtio percrebuit regẽ Daue cũ robustissima manu aduẽtare, ut regi Pego hostilia arma inferret. Huic occurrit rex cum exercitu innumero, circiterq; medium iter nactus est eum. Obiter etiam deflagrantes mulieres illic cõspicati sumus modo mulierum urbis Tarnassari.

Regis Pego opulenta

De urbe

Digitized by Google

De urbe Melacha, decq; flumine Gaza, ut autumant incolæ, necnon de cultorum feritate, Cap. XVII.

POstridie eius diei conscensa liburnica, uelificauimus uersus urbē cui Melacha inditum est nomen, ea occidentē respicit, illò enim itinere octo dierum appulimus. Haud procul à dicta urbe percelebre flumen offendimus. uastius sanè q̄ unquā conspicati fuerimus, huic Gaza nomen est, latitudine quinq; ac uiginti mille passuū patet: altrinsecus uero uisitur insula ingens, *Sumatra inf.* Sumatra appellant, nos uero Taprobanam dicimus: cultores memorabant dictam insulā quasi quingentorū mille passuū ambitu patere. Huius latius meminisse est animus, quū opportunū duxerimus. Vbi igitur deuēctū est ad urbem Melcha, Sultanū adire iussi sumus quamprimū: is Mahumetanus est, eiusq; regnum Mahumetano paret. Vrbs sita est in continēti, penditq; uectigal regi Cini. Tributo huiusmodi, ut aiebāt, ansam præbuit, quòd eius urbis cōditor rex Cini memoratus ferebatur extitisse octuagenis iam transactis annis: nec alia de causa urbs illic condita est, quàm quod cōmodissimū habet portū, & sanè cōmodiorem, quàm forte in toto fermè oceano intueri liceat. Crediderim propterea plura illò appellere nauigia, quàm quouis aliò: & comprimis aromata, & complura alia mercimonia omnifariā eódem conuehuntur. Regio non est generatim ferax, mittit tamen triticum, carnes, per paucaq; ligna: aruis inerrāt alites instar regionis Calechut: uerū psitaci sunt illis longe meliores: mittūt item arua sandaliū, stannumq;: elephātes, equos, pecora, boues fœminas, pardos, bubalos, panos, & id genus complura animalia habet. Fructus autem legunt pauciſſimos, modo urbis Zeilani: illic mercari non licet nisi emere aromata sericumq; uolueris: his est colos penè subcinericius: capillum promittunt: habitu uero instar incolarum Memphis urbis, cayrum appellant, utuntur: amplam habēt frontem, oculos teretes, nasum autem simū: ibi noctu per urbem incedere impune haud licet, grassantibus inuicem cultoribus, nam mutuis cædibus canum more se cōficiunt: ob id appulsi negotiatores non nisi in nauigijs noctes agunt. Indigenas eius urbis omnes oriundos esse Agiauais adfirmant. Illic moderatori cuidā rex uicariam operam reddēdi iuris aduenis delegat, uerū cultores parent nemini, illisq; est pro ratione uolūtas, prauisq; moribus concedūt nemini, adeo mētes efferarunt: ubi uero rex eorum ferociam cohibere uoluerit, prosiliūt magis, regionēq; si redigantur in ordinem, se deserturos minitantur: idq; agūt audacius, quoniam mari adiacent, quasi paruo negotio, quū libuerit, alio dilapsuri. Propterea comes meus Christianos negotiatores monuit illic diutius commorandum haud esse, prosilientibus nimium cultoribus. Quare cō ducta celoce, Sumatram insulam uersus uela fecimus: quò quinq; dierum intra nere peruenimus ad urbem præsertim quandam Pyder nomine, quæ fermè octuagenis leucis à continente abest.

Anarchia

De Sumatra

De Sumatra insula, deq; eius urbe Pyder nomine, Cap. XVIII.

HAnc urbē celebrior totius insulæ portus insignit, ea est insula cuius paulo ante meminimus, ubi retulimus huiusmodi insulam quingentorum mille passuum ambitu patere. Ego uero crediderim eam esse Taprobanam insulam, quod quidem inter complures conuenit autores: huic insulæ quaterni diademate insigniti reges moderantur: hi sunt idolorum cultores, fideq; & ritu uiuendi, nec non habitu regi Tarnasseri non sunt absimiles: fœminæ uero coniugum desiderio sponte ardent: his est colos quasi albicans: amplioris sunt frontis: oculos habent obrotūdos, prasini coloris, capillum promittunt, naso sunt latissimo eodemq; simo admodum, statura uero perquàm despicabili: ius ibi summopere uiget: signato argēto auroq; ac stanno pro moneta utuntur: aurum signatum est eiusmodi, ab altera parte uisitur dæmonis cælatū caput: ab altero uero carpentum elephantis trahētibus cōspicitur. Pari modo signantur reliquæ pecuniæ argenteæ: ex argenteis exponūt denos singulo aureo: stanneæ uero quinque & uiginti numerum aureum efficiunt. Mittit ea regio numerosius proceriores quàm usquam alibi conspexerim elephantes, eosdémque meliores: id hominum genus belli est expers admodum, uerum quæstibus plurimum inhiat mercimonia exercens: suntq; in uniuersum hospitales, appulsis exteris præsertim. *Taprobana*

De alio piperis genere, deq; serico ac laserpitio, quod belzoe appellant, inde prouenientibus. Caput XIX.

ILlic igitur procerioris piperis uberior est prouentus, miraq; copia. Lingua patria piper molaga dicitur, id est longe procerius illo, quod huc aduehitur, multoq; candidius, uerum inane ac mordax plurimum, sed ponderosum minus: uenit enim inibi piper non pondere sed mensura, ut apud nos tritici exponitur. Tanta est huius ubertas, ut inde anno singulo uicenæ naues onustæ euehantur: hæ Cataium proficiscuntur, illic exponitur haud difficulter ob frigidius cœlum. Arbor uero quæ piper huiusmodi gignit, producit etiā procerius piper, sed crassioris est caudicis, amplioraq; folia eadēq; carnosiora habet arboribus urbis Calechut: fert item affatim serici, fitq; plerunq; id sericū more nostro: aliud uero mittūt sponte arbores, prouenitq; in syluis ac nemoribus absq; cultu, sed id est priore deterius. Ibi uisitur lazeris arbor, quæ gummi gignit, cui laserpitio nomen est, uulgo belzoë dicitur: referebāt nōnulli id procul à mari nasci. Ego hæc nusquā affirmauerim, quādo certe coràm minime uidi.

De triplici arborum aloës genere, Caput XX.

QVoniam rerum uarietas parit uoluptatem, mortalesq; allectat plurimum, desiderioq; discendi noua inuitat ad lectionem. Ob id duxi non ingratum fore lectoribus, si hæc subderem, quæ coràm uisi: propterea exploratum habebitis ob eam causam laserpitium aloëq; ubertim ad nos minime conuehi, quoniam è remotioribus partibus comportantur: illud etiam noue-

Digitized by Google

ritis, triplex esse aloës genus: aliud est longe perfectius, huic calampat nomen est. Hoc insula memorata non mittit, uerum ex urbe Sarnau aduehitur: ea, ut memorabant Christiani negotiatores comites nostri, haud procul ab dicta urbe ubi aloë nascitur, nomine calampat, abest. Est & aliud genus aloës, lubam nomine, hoc flumine nescio quo huc comportatur: nouissimo autem bochor nomen est. Referebant dicti Christiani negotiatores causam, quur ad nos aloë primo loco dictum nō deferretur, quod, uidelicet, id genus aloës mitterent regna Cataĳ, necnon Cini, & macyni, Sarnauq; ac Grauay longe ditiora: quippe quæ auro uberrime scatēt, multoq; maiorem quàm nos auri copiam habent, suntq; item maiorum principes uirium, nostris regibus nimirum locupletiores. Ad id accedit, quòd suffimentis odoramentorumq; genere plurimum delectantur, inq; ea re reges superant nostros. Ob id ad nos hæc odoramenta minus abunde comportantur, utpote quod in urbe Sarnau singula libra aloës denis aureis uenit, id efficit eius rei summa caritas.

Quomodo ligna aloës ac laseris probantur, Caput XXI.

DEuenimus in certissimam notionem gemini suffimēti, aloës, uidelicet, ac laserpitĳ, doctoribus memoratis negotiatoribus, nam alter eorum nō nihil aloës ac laserpitĳ habebat, binas uidelicet aloës uncias, eius inquam, quod calāpat appellāt: sic enim probabamus, comes meus nihilum aloës manu occlusum tantisper tenuit, donec is psalmus, qui Miserere mei deus incipit, tertio consummari posset, moxq; relata manu calefactum iam aloë inenarrabilem suauitatis odorem adeo fragrabat, ut nusquam fragrantiora senserim suffimenta. Cepit item tantum laserpitĳ, quantum iuglandem efficeret, rursumq; sumpsit libram mediam illius, quod mittit urbs Sarnau, ut alterum alteri conferret, priuaq; suffimenta, ignitis uasis imposita prius indidit cubiculis: uera mehercle refero, longe suauius redolebat illud quod nucis magnitudinem non excedebat, quàm id quod libram mediam complebat: uel si ad geminam libram ascendisset: uix igitur pro meritis horum geminorum suffimētorum præstantia referri potest: id itaq; causæ referunt, quur ad nos non conuehuntur. Mittit etiam ea regio lactam, unde conficiunt rutilum colorem, gignitur in arbore iuglandibus nostris haud absimili: Illic etiam inueniuntur ut apud nos omnifariam animalia.

De multĳugis Sumatræ insulæ negotiatoribus, Cap. XXII.

IN ea itaque urbe complura uidi adfabre elaborata, eademq; elegantiora quàm usquam uiderim, cophinos præsertim auro exornatos, hi singuli ueniebant gemino aureo: uidi etiam in uico unico supra quingentos collybistas: tanta est inibi trapezitarum copia: illò ceu ad percelebres nundinas commercĳ gratia propè innumeri negotiatores proficiscuntur: cultores uero gossipinis straguláque serica & syndone ex xylo confecta utuntur. Fert regio

adfatim

adfatim lignorum, unde fiunt naues, gunchos ipsi appellant, hæ trinos habẽt malos, geminamq; proram, geminosq; utrinq; clauos. Quum nauigant in undabundo oceano, ubi aliquando uela uentis fecere, moxq; oborto tempestatis turbine, operæpretium est alteris uelis, haud mutatis prioribus, uentos legere: cõdicto itaq; naui minime circũacta, altero malo usi retrocedunt, sunt enim omnium dexterrimi præcipuiq; urinatores, ignesq; ex tempore miro artificio fabricantur.

De eorum ædibus, deq; ædium imbricamentis, Cap. XXIII.

EOrum ædes lapidibus constant, parumq; ab humo tolluntur: loco imbricum piscis Tartarucæ pelles succedunt: mittit enim eum piscem pelagus Indicum, nam illic agens uidi adeo uastum beluæ corium, ut pondo librarum centum triumq; esset. Vidi item inibi maxima ebora, hæc sunt elephantorum dentes, pondo trecentarum ac triginta quinque librarum: conspicatus sum etiam inusitatæ magnitudinis serpentes, longe quidem proceriores quàm uidentur in urbe Calechut. Sed iam redeamus ad negotiatores Christianos, qui desiderio uisendæ patriæ apprime flagrabant. Ob id percontabãtur comitem meum, hæsisset ne cordi sibi uelle ultra progredi, an retrocedere, uel forte inibi consistere. At comes meus respondit, se postquam illò uenerat, prius inde non discessurum, quàm uaria aromatum genera uidisset. Tunc Christiani adfirmabant, illic alia haud inueniri aromata, quàm quæ conspexeramus. Quibus rursùm infit comes meus, Vnde myristica nux, gariophyllumq; prouenit: At Christiani myristicam nucem muscatam appellant: Masticemq; fert quædam insula, quæ hinc trecentis mille passibus abest. Tum comes meus, Patétne insulam adeuntibus tutum iter, aut infestant piratæ æquora: Ad hæc Christiani responderunt, indignabundi æquoris tantum pertimescendam esse sæuitiam: addebantq; id æquoris onerarijs nauibus fulcari non posse. His auditis, attentius explorabat comes meus quonam modo tuto illuc proficisci quiret. Responderunt Christiani nihil magis uotis comitis mei satisfacturum, quàm ut liburnicam, cui Campanæ nomen est, emerent quampiam, id est genus actuariæ nauis. Hoc intellecto, sciscitabatur comes meus an naues huiusmodi illic inuenirentur. Respondentibus autem negotiatoribus Christianis adfatim nauium reperiri, uel si supra mille cõducere uellet, assensus est comes meus, ut simul geminæ naues conducerentur. Quo dicto quamprimum binæ naues affuere, compluscliq; remiges: & ubi de uectura inter eas conuenit, id pretium enim ad quadringentos aureos ascendebat. Rebus itaque in hunc modum compositis, comes meus cœpit amici appellatione compellare negotiatores Christianos his fermè uerbis, Etsi dilecti mei non sim uester conterraneus, eosdem tamen parentes habuimus, Adam uidelicet & Euam, estis ne me sociumq; meum qui uestris sacris est initiatus,

Tartaruca piscis

Digitized by Google

deſerturi? Ad hæc Chriſtiani, Quomodo hic qui non eſt Perſa, fidem noſtrã induit? Tunc comes meus, Sanè nunc ipſe Perſa eſt emptus aliquando Hieroſolymis. Huius ſancti nominis mentione excíti Chriſtiani negotiatores, ſublatis in cœlum manibus, moxq; procedẽtes humi, tellurẽ uſq; tertio deoſculabantur, conſurgentesq; à nomine meo, ſciſcitabantur cuius foret ætatis, quando ex Hieroſolymis adductus eſt: tũc comes meus, Quindenos, inquit, annos agebat. Et rurſum Chriſtiani, Debet igitur patriæ meminiſſe. At comes meus, Meminit quidem, cepiq; iampridem eo denarrante miram uoluptatem, docereq; eo ſingula humanorum mẽbrorum, eſculentorumq; nomina quibus ũtuntur Chriſtiani, didici. Ad hæc negotiatores reſpondẽre, Etſi uiſendæ patriæ ardentes deſiderio decreuiſſemus tandem aliquando lares patrios reuiſere, licet procul hinc, utpote trecentis mille paſſibus abſint: tamen in ueſtri gratiam comitisq; huius, inſtituimus eôdem proficiſci, quo ire decreuiſtis. Id plus adimus, daturos nos operam, ut longe locupletior euadat, neque propterea ritus patrios deſerat, ubi Perſarum moribus uti noluerit. Tunc comes meus negotiatoribus reſpondit, ſe libenti animo amplecti oblatas amicitiæ conditiones, ſeq; eos ſequuturum quocunq; ierint: uerum me id exequi quod animo deſtinauerant, nequire ob eam rem, quòd neptem eius Solẽ nomine in Perſide duxiſſem uxorem: quare ſi cordi hæſit uobis, ut ſim meditati itineris comes, hoc munus quo uos afficio non parui facietis, ubi gratum habueritis ut me initæ amicitiæ minime pœniteat. Tunc Chriſtiani, Agite, inquiunt, ut lubet, quando certe uobis morem gerere in uotis præcipue habemus. His itaq; ultro citroq; dictis, in monumẽtum cœptæ amicitiæ denis pyropis, mediam curiam appellant, eos donauit. Hi nempe tanti erant, ut quingentis aureis ueniſſent. Perẽdino igitur de in expedito fuere geminæ actuariæ naues conuehendis nobis commeatibusq; aptiſſimæ, fructibus præſertim omnifariam impoſitis, iterq; inſulam uerſus, cui Bandan nomen eſt, cepimus.

De inſula Bandan, quæ meryſticas nuces ac maſticen mittit, Cap. XXIII.

SVlcantes æquora circiter uicenas inſulas offendimus, cultas alias, deſertas admodũ alias: eò peruenimus itinere quindecim dierũ peracto: inſula eſt inculta plurimum, ac infœcundi ſoli, humilisq;, ſed magnopere plani: centum mille paſſuũ ambitu patens: huic rex minusq; hexarchus moderatur: uerum eam incolit genus hominũ agreſte, parũ diſtãs à beluis, nullius ſanè mometi: humiles caſas, imò mapalia lignea parũ ab humo extantia ſubeunt: ſola interula amiciuntur, nudis pedibus apertoq; capite prodeunt, capillũ promittũt, frontemq; ſunt lata, ſed tereti: colos eſt his albicãs, ſtaturaq; deſpicabilis: idola colunt, ſuntq; longe deteriores illis, quos incolæ Calechut Poliar & Hyraua appellant: obtuſi ſunt ingenij, nullarũq; uirium, adeo perditi, ut prorſus ſint illaudabiles: ritu degunt ferino: ager præter myriſticam nucem, muſcatã appellant, & nonnullos fructus mittit nihil: myriſticæ nucis caudex Perſico cau-

Anarchia

Digitized by Google

dici ſimilis, ramos foliaq; conſimilia producit, uerum nõnihil anguſtiora: priuſquam nuces huiuſmodi percoquãt, ſepit arborem maſtix florentis roſæ inſtar: & ubi nox percoxerit, maſtix eam complectitur, complexoq; ſimul ſtato tempore, cultores legunt certatim uberiusq; quàm poſſunt, quoniam cõmunia ſunt ibi omnia, ceduntq; præoccupantibus: arbores abſq; cultu, ſuppeditãte tantũ natura, fructus mittũt. Nuces huiuſmodi myriſticæ uæneunt menſura utpote ſenarũ ac uiginti librarũ, tãtũq; nucũ ternis ſolidis, id eſt, medio carlino exponunt: genus monetæ eiuſmodi eſt, quale eſſe in urbe Calechut dixímus: illi mutua iuſtitia degunt, nec opus eſt legibus, gente à puris naturalibus uix recedente: his uiſis perendino die poſtquam illò appulimus, comes meus percunctatus eſt negotiatores Chriſtianos, ubi iam foret ea regio quæ gariophyllum mitteret. Ad hæc reſponderunt Chriſtiani, procul illinc itinere ſex dierum in inſula Monoch nomine, gariophyllum inueniri. Tunc comes meus, Sũtne illi adeo rudes agreſtesq;, ut hi quos paulo ante conſpicati ſumus? At Chriſtiani reſponderunt, eſſe quidem illos populos his diſſimiles, uerum inculiores minoreq; ingenij captu. His intellectis, Eia inquit, progrediamur, ingreſſiq; iter ad memoratam inſulam ſeptem dierum ſpatio peruenimus.

De inſula Monoch, quæ gariophyllum mittit, Caput xxv.

HAnc inſulam perquam anguſtam, Bandan inſula magnitudine excedit: gens eſt cultoribus Bandan multo deterior, præter humanam ſpeciem à beluis nihil differens: his eſt colos nonnihil candidior, cœliq; temperies aliquantiſper frigidior: mittit hæc inſula gariophyllum: nõnullæ mediocres admodũ, eædẽq; incultæ inſulæ circũadiacentes eundẽ fructũ ferũt. Huic caudex ex buxo non abſimilis: folia uero cinnami inſtar habet, ſed obrotũda magis: eius eſt coloris, cuius in ſuperioribus meminimus, lauri foliũ propè exprimẽs: quum matureſcere incipiunt, cultores harundinibus flagellant arborem, conſtrato prius circum arborem tegetibus ſolo: colos telluri eſt qui ſubargilloſæ ac arenoſæ terræ eſſe conſueuit. Regio eſt humilis admodum, adeoq; demitti tur, ut Septẽtriones inibi minime, adimente proſpectum ſyderum orizonte, cernantur. Explorata regione, uiſoq; inciuili hoc hominum genere, percũctabatur negotiatores comes meus, Supereſſetne illic uiſẽdum aliquid? Ad hæc negotiatores, Videamus inquiunt, quo pretio exponant gariophylla: & ut id compertius fieret nobis, finximus uelle mercari gariophyllũ, moxq; intellexi mus duplo uendi quàm nux myriſtica uendebatur, menſura tamen: quoniã id hominum genus omnium eſt prorſus expers ponderum.

De inſula Bornei, Caput, xxvi.

GNari iam eius plagæ, auebamus plurimum nouas uiſere regiones, ut noua ſemper delectant, ſtudio præſertim diſcendi maiora. Quare Chriſtiani negotiatores his uiſis, in hunc fermè modũ me compellarunt, Dilecte comes, inquiunt, poſtquã hucuſq; deorum munere peruenimus incolumes,

si tibi est complacitum, eamus uisum totius orbis celebriorē insulā, eāndemq; locupletiorem: uidebis aiunt, rem cognitu dignissimam, qua forte uidisti pulchriorem aliā neminem: uerum operæpretium est ad aliā prius proficisci insulā, cui Bornei nomen est, illic maiores multo liburnicas conducemus: quoniā longe altius, undabundumq; magis æquor nobis superandum est. Tunc comes meus, Agite inquit, ut libet, in uestram enim sententiam totus concedo. Quare conscensa liburnica uastiore, iter ceptum est ad eam insulā, uersus meridiem semper uelificantes die noctuq;. Dum iter agimus, confabulationibus mira uoluptate incumbebamus, percōtantibus me illecebre dictis negotiatoribus, præsertim de nostri seruatoris inclyta latria. Et ubi sancti uultus (Veronicā appellant) mentio abs me facta est, deq; diuorū Petri ac Pauli principum apostolorum capitibus, necnon de compluscul is alijs sanctis: clanculū me monuerūt, ut si uellē secū proficisci, futurū ut magnus euaderē princeps, ob tantarum rerum notionē: uerū absterritus itineris magnitudine, longioreq; interuallo, quippe qui rebar, ubi illò contendissem, me nūq; reuersurū, statui cò mi
Bornei nime proficisci. Itaque insulæ Bornei tandem aliquando appulimus, ea à monoch abest circiter ducentis mille passibus, illaq; nonnihil maior est, uerum lōge humilior, situq; demissiore. Gens idola colit, acerrimiq; est ingenij, ac uitæ haud illaudabilis: colos in albicantem magis inclinat colorem: his non est idē habitus, alij interula gosipina, alij undonibus utuntur, alij apice subrutilo uti consueuere: ius summopere illic uiget: ea insula mittit quotannis adfatim camphoræ: hanc arboris gummi esse adseuerant: ego uero id nūq; adfirmauerim, quando certe rem huiusmodi oculis minime subieci: illud tamen non diffitebor comitem meum actuariam nauim centenis aureis conduxisse.

De obseruationibus nauigationum, quibus utuntur nautæ ad insulam Gyaua contendentes, Cap. XXVII.

POstq; tot cōmeatus sumpsimus, qui itinere nauando abunde sufficerent, uela uentis dātes, uersus insulam Gyaua nomine ceptū est iter, eò quinq; dierum itinere meridiē uersus nauigantes peruenimus: nauis moderator pyxidē magnetemq; necnō paginā marinam compluribus lineis distinctam, quę uētorum rationē insinuāt, secum more nostro attulerat. Vidēs igitur comes meus euanuisse Septentriones, inq; ea urbe minime conspici negotiatores Christianos percōtabatur, quonam modo adempto Septentrionis ducatu sulcare quirēt maria: explorabūdusq; sciscitabatur ab eis, quo duce sydere pelago se committerēt. Ad hæc nauis moderator percontātibus negotiatoribus Christianis, respondit cultores eius regionis quina fermè sydera habere, & cō primis astrum quoddam Septentrioni oppositum obuersúmque quo nauigaturi utebantur, addens se magnete uti, quoniam is lapis Septentrionem semper consequitur. Subdidit etiam ab altero dictæ insulæ latere gentem esse quandam, quæ Septētrionibus obuersis syderibus æquora sulcans, utebatur

quasi

Digitized by Google

quasi Europeæ Sarmatiæ essent antipodes: inq; zona frigidissima circiter polum antarcticum cultores huiusmodi degerent, argumento quòd diem quatuor horarum tantum habent, quodq; algent mirum in modum rigore frigidioris zonæ instar eorum qui à polo arctico parum absunt, quare ex denarratis comes meus incredibilem uoluptatem cepit.

De insula Gyaua, deq; cultorum fide ac moribus, necnon compluscülis alijs, Cap. XXVIII.

ITaq; permeando maria itinere quinq; dierũ ad dictam insulã peruenimus: ea propè in immensum patet, quippe quæ cõplura regna cõtinet. Reges cultoresq; idolorũ latriæ sunt addicti plurimũ: nec ijdem sunt omnibus ritus, colunt alij modo incolarum Calechut idola, alij phœbum, phœbem alij obseruant: alij boues, alij quicquid prima luce obuium habuerint, idoli loco colunt: dæmonem alij, ut supra meminimus, uenerãtur. Hæc insula more nostro sericum mittit, syluis sponte id gignentibus: smaragdos totius orbis habent elegantiores, habentq; adfatim auri ac optimi æris: ager re frumentaria scatet, omnifariamq; fructibus, modo urbis Calechut. Illic etiã carnes omne genus more nostro inueniuntur. Id hominũ genus perfidiæ est prorsus expers: eius sunt coloris necnõ proceritatis cuius nos sumus, uerũ latiore sunt nõnihil frõte: oculos habent pergrãdes, prasinoq; coloris, sed naso sunt admodũ simo, capillumq; promittunt: cœlo inerrant complura auitiorum genera nostris quidem absimilia, si pauos, turtures, ac nigricantes corniculas excipias. Ius illic mirabilem in modum colitur: cultores chlamyde serica, aut ex undonibus, ex gossipio nonnunquã exerto brachio amiciuntur: lorica perraro utuntur, quippe qui bellorũ propè sunt expertes. Verum maria sulcaturi arcubus ac harundineis sagittis utuntur: cõsueuit etiã gens illitas ueneno sagittas eo instrumẽto, quo nos tormenti instar figulina glande aues cõficere solemus, ore in hostes uibrare, mortemq; illico afferunt, modo nonnihil cruoris eliciant. Tormentis omne genus non utuntur, nesciuntq; tormẽta huiusmdi fabricare: omnibus nõ sunt in cibatu eadẽ esculenta, alij triticeo pane utũtur, ac ueruecũ carnibus uescuntur alij, alij ceruis ac apris oblectantur, pisce ac fructibus aluntur alij.

De cultorum huius insulæ sæuissimis moribus, deq; modo uendendi parentes, necnon de Anthropophagis, Cap. XXIX.

EIus insulæ cultores (eos inquam qui carnibus uescuntur) ubi uiderint parentes confectos senio nullius iam usus esse, in emporium adductos protinus Anthropophagis uendunt: qui ubi uenierint, continuo mactantur, locoque esculentorum ab nonnullis absumuntur. Et ubi iunior quispiam in eam deuenerit ægritudinem, ut iudicio sapientum, præsentem lãguorem euadere non posse uideatur, is à parentibus uel germanis ut mors ipsa præueniatur, leto traditur quamprimũ, functusq; uita uenit Anthropophagis. His inhumanis moribus perterritus comes meus, stupore incredibili afficiebatur,

Digitized by Google

aſpernabaturq; deteſtandæ feritatis abuſum, quum præſertim nonnulli ex regionis cultoribus negotiatores petulantius his ferè uerbis aliquando compellaſſent, O Perſæ inquiunt, peccatis nulla expiandi uictima, quãdo carnes adeo formoſas uermibus epulandas exponitis. Hoc audito, comes meus efferatam eorum conſuetudinem adeo horruit, ut condicto illinc abeundum eſſe duxerit, Redeamus, inquit, ad noſtram liburnicam: quam ubi ſemel tenuero, huic continenti non appellam amplius.

Quomodo in inſula Gyaua nomine, ſol in meridie orbem ſiue ſphæram complet. Caput xxx.

POſtq; ſatis ſuperq; horũ populorum inhumana crudelitas nobis innotuit, negotiatotes Chriſtiani comitẽ meũ hortabantur, ut hæc quæ paulo ante conſpicati fuerant, ueluti noua quæpiam ſuis quum domi forent renuntiarent, Ferte, inquiũt, in patriam, eaq; mox comperta uobis de hoc orbe fiẽt: quibus dictis, Intuemini, aiunt, in meridie ſitũ ſolis, iuſſeruntq; ad ſydera tollere uultus: reſpicite inquiũt, ſolis orbem, ut quamprimũ exploratũ habeatis, quantum hic abſit ea quæ uos tulit regio. Reſpiciens itaq; comes meus, uidit ſolem dextrorſum decurrere, & rurſum ſphæram latam circiter binos palmos læuorſum imprimere: quæ res comitẽ meum magna affecit admiratione: id ut ipſe memorabat, menſe Quintili uſu euenit: ego eius rei uix memini, quoniã agentẽ apud exteras gentes, in orbeq; remotiore noſtrorũ menſium nomina me fugerant, imò quandoq; dierum nomina obliueſcebar. Illud etiam noueritis, paria in eo orbe nobiſcum agere anni tempora: nam illi haud plus quàm hic nos inibi algent. Intelligens igitur comes meus illinc abeundi iam tempus petere, utpote qui perfectum habebat ſe non poſſe illic ſine aperto uitæ diſcrimine morari diutius, graſſantibus ſæuientibusq; in appulſos nimium cultoribus: nam acriore diligentia, noctu præſertim, nobis ab Anthropophagis cauere opus erat: comitem meum conueniens ſtatuit inde diſcedere, in patriãq; feſtinatius quàm poſſet repedare. Inter hæc comes meus ſmaragdos geminos mille aureis emit, binosq; infantes aureis ducentis præſtinauit: hi exectis teſtibus euirati erant: nam in ea inſula complures ſunt negotiatores, qui præter infantes mercantur nihil: hos adhuc impuberes ita emaſculant, ut parum abſint à fœminis.

De reditu noſtro ex inſula Gyaua, Caput xxxi.

IGitur quatuordecim dierum inibi inſumpta mora, perteſi ob inhumanam feritatem Anthropophagorum mores, alboréque nimio nos premente: Zonæ enim frigidiſſimæ, ut in ſuperioribus perſpectum habuiſtis, appuleramus. Duximus ultra progrediendum minime eſſe. Ad id accedebat, quòd nulla ſupererat regio digna cognoſci, propterea gradum reuocauimus, conductáque liburnica, gionchum ipſi appellant, inde ſoluentes ab extimo inſulæ latere orientem uerſus, minus illic ſæuiente ſalo, uelificare

uelificare cœpimus, itinereq; quindecim dierum peracto, tandem aliquando ad urbem Melacha nomine peruenimus: ibi tridui absumpta mora, sociis ibidem remanentibus, uix referre queo, quibus gemitibus ac querulis uocibus nos abeuntes prosequuti fuerint Christiani negotiatores: profecto ingenue fateor, si celebs fuissem, natosq; habuissem nullos, nunquam hos adeo charos comites deseruissem: mutuo amore illi nos complectebantur, identidem adseueuerãtes, ubi se rati fuissẽt tuto iter agere posse, nusquam nos dereliquisse. Ad id accedebant comitis mei crebriores adhortatione, squibus negotiatores huiusmodi pericula obiectans hortabatur ne nos sequerentur, eò tendens ut denarrantibus ipsis, regionis eius opes necnon principis, ac regis locupletissimi, nostris haud innotescerent. Igitur digredientibus nobis illi remanserunt, aientes in urbem Sanam redire uelle. Nos uero conscensa liburnica, uersus urbem Cyromandel nomine uelificamus. Inter nauigandum moderator nauis memorabat circum insulam Gyaua Taprobanamq;, Sumatram ipsi appellant, supra septem mille insulas fore. Vbi urbi Malachæ appulimus, comes meus tantum aromatum sericiq; ac odoramentorum emit, ut circiter quina millia aureorum exposuerit. Ad urbem enim Cyromandel non prius peruenimus, quàm itinere quindecim dierum peracto, ibi liburnicam exonerauimus, uigintiq; dierum absumpta mora, conducta alia liburnica, ad urbem Colon tandem peruentũ est: illic nempe supra uiginti ac duos Christianos è Lusitania oriundos offendimus: quibus uisis fugam meditari cœpi, contempta tamen eorum paucitate, desij pedem struere. Huc etiam accedebat, quòd aderant nonnulli negotiatores Mahumetani, qui nouerant me uidisse Mechã, Mahumetisq; corpus: ob id uerebar, ne si fuga arrepta illic discessissem, suspicarentur illi ob id id solum me abijsse, ut eorum aperirem hypocrisim. Tamen intra duodenos dies uecti flumine itinere dierum decem, ad urbem Calechut tandem aliquando redijmus.

De urbe Calechut, Caput XXXII.

POst multiplices uariasq; peragratas regiones, uti classico benenoloq; lectori in superioribus abunde innotuisse arbitramur, tum ob multijugam cœli clementiam, & rursum eiusdem aliquando incredibilem intemperiem, ut haud difficulter concipere possunt, qui peregrinationibus affuere, tum uel maxime ob populorum efferatissimos mores, inhumanamq; sæuitiam, iam pertesi peregrinationis, memoratis causis fastidium parientibus, tandem aliquando gradum referre decreuimus. Quæ uero redeunti mihi, usu euenerunt, paucis expediam, ne prolixior sermo lectori fastidium pariat: conducent enim denarranda multifariam mortalibus, quando certe hoc exemplo cohibebunt complures uoluptates suas, qui nimio plus quàm satis uisendi orbis desiderio ardent. Quòd si monitis nostris minus obtemperabunt, illud saltem denarrantibus nobis discent, quonam modo peragraturi orbem

orbem se gerere debeant in euentis præcipue præsentaneis, ubi acriore opus est ingenio. Itaque regressi iam ad urbem Calechut, illic duos Christianos nacti sumus ex urbe Mediolano oriundos, ut paulo ante meminimus, alteri Ioanni Mariæ, alteri Petro Antonio nomen erat, hi Mangones erant, è Lusitaniaq; emendorum monilium gratia dato ab rege negotio soluerant: quum enim ad oppidum Coccin deuenissent, in urbem Calechut protinus diffugerunt. His uisis, tanta sum affectus lætitia, ut maiorem nunquam ceperim uoluptatem: nudi enim incedebamus cultorum instar, Percunctari propterea eos cœpi, essent ne Christiani: sciscitanti mihi condicto Ioannes Maria respondit, se quidem Christianum esse: tum Petrus Antonius ad me conuersus infit, Et tu es ne Christianus? Cui ego, Sum equidem in summi optimiq; dei gratiam. Quo dicto manu me apprehensum, in ædes suas humanissimime me duxit, eoq; ut peruenimus, ruit in oscula & fletus maximos, nec me amplexando satiari quibat: ego uero uix patrij sermonis meminerã, uidebarq; balbutiens, ac lingua impeditiore: quippe qui iam annis quaternis aliæ linguæ, ipsiq; barbaræ diutius assueueram, minusq; interea Christiani cuiuspiam usus eram contubernio: cõquieui proxima nocte secum, uerum ob conceptam lætitiam nemo nostrum somno indulsit, minusq; epulis: adeo enim quisq; nostrum mutuo fruebatur gaudio, ut eam noctem tridui spatio propagari uoluisset. Inter cætera uero quæ eos percontabar, id in primis ab eis sciscitatus sum, essẽt ne in paucis regi Chalechut chari: at illi, Sumus inquiũt, apud regem plurimi, maioreq; in pretio esse nequimus, eoq; familiarissime utimur. Addidi etiam quid nam destinauissent animo: rursum illi, Cupimus profecto in patriam redire, sed quo nam modo id consequi possimus, nos plane fugit. Quibus ego, Redite inquam eà quà uenistis: Tunc illi, Illud sanè perarduum est, quoniam Lusitanorum perfugæ sumus, ad timorem præsertim accedente, quod innumera propè tormenta auspicijs regis Calechut, non spõte tamen fabricati sumus: propterea non est inanis timor noster, quandoquidem nobis timemus, ne mali quippiam nobis contingat, quum præcipua classis Lusitanorum iam iter ingressa, breuique affutura dicatur. Ad hæc respondi, si munere deorum consequi possem, ut tandem aliquando clanculum, classe Lusitanorum appulsa, ad urbem Canonor nomine diffugerem, me haud difficulter, à præfecto classis impetraturum pro desertoribus ueniam. Adijciebant etiam illi ob id quod famigerati essent admodum, fabricandisq; tormentis percelebres, futurum ut alia euadere nequirent, nisi eà, quà prædictum erat, compluribus regibus eorum uestigia obseruantibus: adeo enim tanti opifices huiusmodi habebantur, ut pluris esse nequirent, propterea fugæ spẽ esse nullam: nam supra cccc. tormenta, si uastiora minimaq; recenseas, fabricati sumus. Ob eam rem Lusitani sunt nobis magnopere formidolosi, pauemusq; plurimum, ne commissorum luamus quãdoque pœnas: nec id ab re,

quoniam

Digitized by Google

quoniam non iniusti timoris suberat causa: nam præterquam quod fabricati fuerant propè innumera tormenta in maximam Christiani nominis iactu-ram, cultores etiam idolorum artem memoratam docuerant, uibrandiq; ac exonerandi tormenta quindenos homines, quibus id munus à rege delega-tum erat, in diuini nominis contumeliam docuisse dicebantur. Per id tem-pus enim quo illic agebam, coràm uidi memoratos Christianos dedisse cui-dam idolorum cultori archetypum, quo tormentum ex ære fabricari posset tantæ magnitudinis, ut capax quinq; ac centum cantarorum (id est mensuræ genus) foret. Agebat etiam illic Iudæus quidam, cui liburnicam elegantissimã quaternaq; tormenta ex ferro fabricatus fuerat. Is dum lauandi sui gratia ad flumen quoddam perrexisset, forte non sine nutu deorum aquis immersus pessum iuit, uitamq; efflauit. Sed iam ad Christianos redeamus, nouit me-herde deus optimus maximus, quo conatu ab dictis Christianis contende-rim, ne post hac in sancti nominis contumeliam sanctorumq; fidelium dede cus ac detrimentum maximum tormenta huiusmodi fabricare uellent. Quũ hæc referebam Petro Antonio, ubertim lachrimæ erumpebant. At Ioannes Maria, cui pertinacius forte hæserat, in patriam redire nolle, aiebat nihil pen si se habere, ubi illic, uel in urbe Roma rebus eximeretur humanis: nosse de-um quid de se decretum foret. Quare postridie socium meum uisum redeo, qui non absque querelis ac lamentationibus me excepit, quippe qui rebatur ob diuturniorem moram è uiuis me decessisse: ego uero finxi me pernoctasse in delubro quodam, Meschitam ipsi appellant, ut deo ac Mahumeti, quo-rum in me complura extabant beneficia, gratias agerem: quare uisus est co-mes meus huius rei magnam cepisse uoluptatem: ut uero attentiore animo, commodius'ue cultorum mores explorare possem, comiti meo insinuaui no ctu delubrum incolere uelle, opesq; ac diuitias floccipendere, essetq; inopiæ amantem plurimum: nam noueram fugam meditando aptius illis impone-re non posse, quàm ut simularem me esse sanctum Mahumetanum: propte-rea ut huius sanctitudinis fidem facerem potiorem, in propatulum carnibus uesci nusquam uolui, uerum clanculum ac silenti nocte apud Ioannem Mari-am gallinas epulabar singula nocte quaternas: temperabamq; à cõgressu ne-gotiatorum, agelastos, id est, non ridẽs ex composito factus eram, perdius de-lubrum incolens, nec illic abibam nisi uocatus à comite, qui miseratus absti-nentiam meam (sic enim rebatur) creberrime me increpuit, quod carnibus nõ uescerer. Ad hæc ego respondebã, epulas ganeatasq; dapes ueneris aliorũq; peccaminum esse fomenta: Quare effeci hac hypocrisi, ut opinione probita tis ac abstinentiæ me illic sanctior esset nemo: argumento, quòd nihil magis in uotis, imò supra uota cultores gerebant, quàm ut manus aut genua mea deoscularentur.

De aduentu

De aduentu liburnicarum regis Lusitanorum ad urbem Calechut, Caput XXXIII.

EPulanti mihi apud comitẽ mecum, ecce Persæ gemini negotiatores urbis Canonor à comite meo hospitio recepti, comiterq; inuitati, dixere habere se nescio quid siniſtri, quod in mediũ proferrent. His uerbis excitus comes meus, quid inquid audio? Tũc Persæ, Aduenere duodenæ Lusitanorum Liburnicæ, easq; coràm conspicati fuimus. Tunc comes meus, Qui nam sunt mortalium? At Persæ, sunt, inquiunt, Christiani loricati albicantibus atmis, qui munitissimam arcem ac propè inexpugnabilem in urbe Canonor erigere cœperunt. His auditis comes meus ad me conuersus, Heus Ludouice, qui mortales sunt hi Lusitani? Cui ego, Oro uos, ne huius gentis mentionem me cum faciatis, quando certe cõstat gentem huiusmodi latrocinijs ac maritimis excursionibus ceu piratas usq; quaq; uacare, ob id aueo plurimum eos aliquã do Mahumetis sacris initiari. Huius rei pœnituit sociũ meum, cuius ego magnam capiebam uoluptatem, lætabarq; plurimum hos adueniſſe.

Quomodo medici officio illic fungebar, Cap. XXXIIII.

VSu euenit aliquando, ut negociator Mahumetanus ex urbe Calechut oriundus, pergraui ægritudine adflictaretur, aluumq; haberet insolutã: & quoniã comite meo is familiariſſime utebatur, ac deterius indies se haberet: comitẽ meum monuit, ut iure coniunctionis, si quid præsentanei remedij nosset, quod languorem leuare quiret, illud afferret in medium. Ad hæc respondit comes meus, se iturũ ad ægrotũ quamprimum: quo uiso (me enim secũ lãguentem uisum duxit comes meus) Quæ causa, inquit, cõdigna serenos fœdauit uultus, quur hæc tristia cerno? At ille, Languori stomachi, inquit, crudelem in modũ urgeor, aluumq; soluere nequeo. Cui comes meus, Algés ne forte? Rursus languens, Minime inquit, quando certe usq; in hanc diẽ algoris sum prorsus expers. His auditis, cõuersus ad me comes meus, Heus, inquit, Ludouice, nosti ne antidoti quippiam aut pharmaci nonnihil, quod lãguorẽ huic meo charo leuet? Cui ego, Erat quidẽ parens meus medicus, uerum in patria, didiciq; solo experimento doctore eo nonnulla. Tunc comes meus, Oro te propterea Ludouice, ut si quid comperti habes quod languori conducat, proferas quamprimũ in amici huius mei gratiã. Ego uero lingua eius gentis uerba quædã protuli, languentisq; manu apprehensa, pulsum attrectare cœpi, is est enim ægritudinis plærũq; index: cognoui propterea maximis hominem detineri febribus, percunctatusq; sum eũ, dolerétne caput. At æger, Dolet quidem uehementer caput meum. Et rursum ego, Soluis ne pro libito aluum? Tunc languẽs, Iam triduo eã minime exoneraui. Hoc audito comes meus, refertũ inquit, bile hic stomachũ forte ob nimiam ingluuiem habet. Opus est propterea clyſtere ad egerenda excrementa. Tum æger. Agite ut lubet inquit, modo saneſcã. His intellectis, clyſtere expedito ſaccaro ouis ac ſale mixtis, ad-

Pulsus

ditis

ditis herbis nõnullis,quæ,ut arbitror, officere citius q̃ cõducere languẽti debebãt:nã folia erant iuglandiũ:quare nocte ac die una quinis clysteris excrementa egerere frustra tentaui,aluo obdurata nimis reluctante,officientibus herbis,eoq̃ discriminis ægrũ adduxi,ut me iam cœptę prouincię pœniteret, in contrariũ cedẽte antidoto. Vt tamen consulerẽ languenti,cepi rursum amphorã succi herbæ cuiusdã,oleoq̃,sale ac saccaro inditis,rursum mollire uentrẽ conor: uerũ nouissimus error peior peiore fuit:quoniã decoctionẽ haud calefactã aluo languentis indidi:pedem tamen ægri fune alligaui, ut imposito clystere,capitioq̃ ac manibus innixus reliquum corpus pensile haberet,me fune pedes ægri suspendente,adq̃ horæ spatiũ uel inuitũ ęgrum nobis in superiora pertrahentibus. His uisis comes meus infit: Heus Ludouice apud uestrates dum prospectum iri languentibus cupiũt,utuntur'ne hoc antidoto? Cui ego: Vtuntur quidem,sed quũ fermè sunt deplorati. Tunc comes meus quasi subridens: Quadrat,inquit,id remedium quo suspensum tenes hominẽ,ut euanescat decidatq̃ dementia uiri. Succlamabat interea infelix æger, lingua patria aiens non plura: Sat ac super habeo,animam iam efflaui. Nos uero miserum languentem hortabamur,ut tolerantius ferret antidotum,futurumq̃ breui ut incolumis fieret. Quo dicto mirabilem in modum soluta est aluus instar scaturiẽtis fontis. Ob id haud mora,demisimus func suspensum,tantumq̃ egessit excrementorum,ut trullam implere quiuisset. Lætabatur propterea soluta aluo hilarem in modum æger,magnaq̃ afficiebatur uoluptate. Postride uero huius diei febrium ac grauedinis capitis,stomachiq̃ languoris iam expers,crebrius solito aluum laxabat: uerum postero die cœpit dolere latera: quo uiso,butyro bubalo accepto ungi iubeo hominem,canapinaq̃ sindone uinciri: addidiq̃, si pristinam incolumitatem recipere aueret,operæpretiũ esse,idq̃ in primis fore obseruandum, ut bis tantum in die comederet: nec prius id mane faceret,quàm ad primum fermè lapidem commeasset. Tunc ille: si,inquit,animo destinauistis,ut bis tantum in die cibum capiam, emoriar quamprimum: quippe qui octies aut decies epulari hactenus consueui. Propterea sibi perarduum uidebatur ea subire,quę recipiendę sanitatis gratia imperabantur: conualuit tamen mea opera. Ob id cœpi esse in magno extimatu apud omnes,in pretioq̃ erat mea hypocrisis,passimq̃ me dei amicũ esse dictitabant. Pro qua re denos aureos mihi exposuit: ego tamen renui id pretium recipere: quinimo ternos auri nummos quos habebam,inopibus erogaui,idq̃ ex composito egi clanculum,ut perspicuũ foret omnibus,me opum haudquaq̃ amantẽ esse. Hoc fãcto eò loci apud omnes eram,ut quisq̃ pro summo preito duceret me domi habere conuictorẽ,perbeatusq̃ uidebatur is, qui pedes manusq̃ meas deosculari potuisset. Et ubi munus populus deosculandi mei exequebat, condiebam mira grauitate mores,caperataq̃ fronte quasi quispiam è cinctis Cethegis, uel Socratico quo-

Pharmaca ciendæ aluo accommoda

Hypocrisis

A piam

piam censore, præ me ferebam mirã sanctitudinẽ, ut intellectum illis esset, quæ mihi exhibebantur officia, ea pro meritis exhibita esse. Iuuabat opinionem huiusmodi comes meus, cui impositum à me ibat: nã rebatur ipsi me nusquam carnibus uesci, idq; ex professo uulgabat, addens uidisse me apud Mecham Mahumetis corpus uisentẽ: & ut fidem dictis adstrueret maiorẽ, denarrabat populis se nosse mores meos, fuisseq; me suorum itinerũ usq; comitẽ, esseq; me proculdubio sanctũ: rursumq; addebat, se hac sanctitudinis opinione, & morũ dignatione adductũ, ut mihi neptem suam iure matrimonij iungeret. Quare hoc buccinatore in ore omniũ multus eram, à cunctisq; dilectus mirabilem in modum. Inter hæc singlus noctibus clanculum Christianos memoratos cõueniebam: de quibus aliquando accepi, duodenas Lusitanorũ naues urbi Canonor appulisse. Quo audito ratus sum tempus ad ueniisse, à superisq; oblatam esse euadendi occasionem: ob id octonis diebus undequaq; diffugiendi aucupabar opportunitatem. At negotiatores in rem meam esse dicebant, ut terrestri itinere abirem illinc. Verum ego mihi timebam magnopere, uerens ne in Mahumetanorum manus inciderem, prodente me albicante colore.

Quomodo Mahumetani ad eorum delubra concire solent populum.

CAPVT XXXV.

POstridie eius diei Mahumetani omnes in delubro orandi gratia conuenere: conuocandi enim populi ad eorum prophana (ne sacra dixerim) hunc morem seruãt. Sunt quidem innumeri huiusmodi præfecti, nonnulli qui editissimam delubri turrim cõscendunt, interdiu ter uel quater æris campani uicem supplentes, uoce sublatissima inclamant populum, ut ad orationem agendam protinus in delubro adsit: alteramq; aurem digito obstruentes, hæc sermone patrio profantur: Alla u eccubar, id est, deus est magnus. Et rursum: Deus est magnus, uenite ad delubrum, uenite ad delubrũ. Et itẽ: Venite deo gratias acturi, uenite deo gratias acturi, deus est magnus, deus est magnus, deus fuit, deus erit, Mahumetes dei nuntius resurget. Duxerũt me igitur in delubrum, precibusq; contendebant, ut deum pro Mahumetanis exorarem. Quod abs me factum est publicitus, ut continuo intelligetis.

De modo orandi apud Mahumetanos. Cap. XXXVI.

SIc enim ea gens orat, habetq; ut nos quotidianas orationes, quibus summum deum appellatione patris nostri, diuamq; uirginem Mariam plenitudine gratiarũ dignantur: nam Mahumetani in ordine expositi præfante sacerdote iam loti in quendam modum, quo & ego usus sum, lingua patria orant. Itaq; astante frequenti populo, ne proderẽ Christianos mores eadem oratione sum usus. Demũ rediens ad comitẽ meum postero die simulabam ægritudinem: nam circiter octonos dies temperaui à cibatu omni, assistente comite meo: uerum noctu prodibam semper, apud Christianos cibum sumpturus

pturus. Afficiebatur huius rei maxima admiratione comes meus, meq; per cunctabatur, quęnam inediæ huius causa esset. Cui ego respondebam, affli ctari me insidiosissima grauedine capitis. Tunc ille. Vnde hoc domine mi? At ego arbitror, inquam, cœli inclementiã id effecisse. Ad hæc comes meus: Si, inquit, insalubris est hic aër, tibiq; officit plurimum, abi hinc, inquit, & ad urbem Canonor te recipe, donec redeamus in Persida: cõmendabo enim te de meliore nota negotiatori cuidam, cũ quo magna mecum intercedit ami citia: is mea causa te ita honorifice excipiet, perhumaneq; tractabit, ut nihil quod ad officium pertineat desiderare possis. Respondi ego id me sponte su biturum, quod in gratiam meam tam amice pollicebatur: sed uereri me plu rimum, ne quid nocumenti inferrẽt Christiani, qui illò appulisse dicebãtur. Tunc ille: Non est cur paueas, quoniam ab urbe nunquam digrediere. Qua re exploratis eorum moribus, conspectaq; classe barbarorum, quæ constite rat apud urbem Calechut, inspectisq; tormentis, ac lustrato exercitu, que itu ri in Christianos cõparauerant, duxi soluendi illinc iam tẽpus appetere: qua re inde abiens iter sum ingressus, monuiq; Christianos, si quid comperti ha bebam, mihiq; consului, ut tandem aliquando horũ canũ euadere manus.

De dexteritate qua sum usus ut illinc abirem. Cap. XXXVII.

IGitur pridie quàm illinc discesserim, omnia Christianis memoratis resera ui. Interea comes meus duobus Persis me tertium accedere iussit: propte rea simul actuariam nauim conduximus: iam iam compertum habebitis, quidnã aperti discriminis subierim: agebant enim illic circiter quatuor ac ui ginti negotiatores, si Persas, Syros, Turcasq; percenseas: ij me nouerãt dilige bantq; plurimũ, ac intelligebant quantũ Christiani pręstarẽt ingenio, gerẽ darũq; rerũ dexteritate: nam quasi in biuio curarũ positus angebar utrinq: si enim commeatum abeundi petijssem, uerebar ne suspicarent uelle me di labi ad Lusitanos: si uero hospite insalutato abijssem, timebam ne retractus à fuga rationem à me exigerent posthabitæ amicitiæ: propterea lupum tene bam auribus, interq; sacrũ & saxũ positus, quidnam acturus essem nõ satis sciebam. Destinaui tamen animo, huius uoti mei præter comitem meũ cer tiorem facere neminem. Ob id ea die quæ Ioui est dicata, pridie Nonas De cẽbres, comitibus Persis duobus mare ingressus abij: uixq; nauim ad arcus iactum duxerant in altum nautæ, quum mox quaterni cultores, quos Naẽ ros appellant, nauis moderatorem inclamare cœperũt. Quibus exauditis li tori protinus appulimus. Quò ut peruenimus memorati cultores percuncta bantur uectorem, cur rege inconsulto me abducerent. Ad hæc Persæ: Is qui nobiscũ Mahumetanus uehitur, moribus est sanctissimis, ad urbemq; Ca nonor contendimus. Tunc illi: Nouimus quidem hunc Mahumetanũ mira culis claresc ere: uerum quia Lusitanorũ doctus est linguam, subueremur ne gentis nostræ arcana Lusitanis aperiat: docebit enim eos classem hic compa

Digitized by Google

rari in eos maximam: ob id imperarunt nauis moderatori, ne me de cætero ueheret. Paruit ille imperatis, meq; in litus expositum deseruere. Cultores uero quos memoraui, dilapsi sunt ad regem. Quo uiso, alter Persarum: eamus, inquit, ad urbē Calechut. Ego uero inquā: Nolite illuc ꝓficisci, quoniā iacturā huius mercis (ferebamus enim ex splendenti byssino telas) subibitis: quandoquidem regi uectigal minime pendere uoluistis. Tunc alter Persa: Quid igitur domine agemus? Cui ego: Proficiscamur litus sequentes tantisper, quoad actuariam nauim, quæ parao eorum lingua dicitur, comperiamus. Idcirco ut ita nobis consuleremus, inter nos cōuenit. Quare ingressi iter sarcinulis nostris onusti, spatio duodecim mille passuum in litore oberrauimus. Quid tūc haberem spiritus, quem' ue animū despondissem in summis positus angustijs. relinquo in mediū prudentiori dijudicandū lectori. Tandem deorum munere cymbam offendimus, qua uecti sumus in portum Canonor urbis: eò etenim uesperi appulimus in die sabbati. Appulsi illico literas comitis mei negotiatori cuidam, ad quem in mei gratiam ipse scripserat, reddidi, tenoris fermè huiusmodi: Exciperet me tamdiu, donec eò contenderet: addens, si quid officij mihi interea ab se collatum foret, id totum sibi adscripturum esset: me insuper uirum sanctitudine clarum, sibiq; arctissima necessitudine coniunctum. Quare negotiator perlectis literis eas capiti imposuit: Eris, inquit, per hoc caput hic tutò, moxq; imperauit ut cœna splendide apparateq; instrueretur: nam inter cætera fercula allatæ sunt etiam gallinæ ac columbi complures. Persæ uero conspectis gallinis: Heus, inquiunt, quid nam agitis? hic carnibus minime uescitur: propterea instructæ sunt aliæ dapes, quibus uesci consueueram. Postquam igitur est exempta fames, amotq; compressus edendi, ad me conuersi Persæ: eamus, inquiunt, animi causa uersus mare. Quo dicto protinus eò contendimus, ubi Lusitanorū naues in ancoris stabant. Expendat nunc animo attentiore auditor quisq;, quanam sim tunc uisis Lusitanis lætitia uoluptateq; incredibili affectus. Progressus nonnihil cōspicatus sum in uestibulo despicabilis casæ terna dolia: qua coniectura sum assequutus, id tugurium Christianorū esse. Quare introspiciens nōnullos uidi Christianos: quibus uisis quasi decreui introò ad Christianos me recepere: uerū rem attentiore animo expendens, existimaui si id in propatulum egissem, futurum ut tota fermè urbs tumultuaretur, uotisq; ob id meis minime poriri quirem: propterea obseruaui locum ubi Christiani arcem cōstruebant, decernens illò postridie me recipere.

Quomodo ex urbe Canonor dilapsus sum ad Lusitanos.

CAPVT XXXVIII.

POstero igitur die (domino enim ea dies dicata erat) prima luce consurgens finxi me animi causa spatiatum ire uelle: tunc comes meus, i quò libet: ego

bet: ego uero eò perrexi quò me ducebat animus. Tandem ad arcem Chri-
ſtianorum perueni: uerum digreſſus à comitibus meis, quum iam nonnihil
litturis menſus eſſem, Chriſtianos duos oriundos ex Luſitania obuios ha-
bui, hoſq; lingua Hiſpanorum ſum percunctatus: Vbi, aio, ô domini, eſt
arx Luſitanorum? Tunc illi: Es'ne tu, aiunt, Chriſtianus? Quibus ego: Sum
quidem ad dei laudem. Rurſum illi: Vnde uenis? At ego: Ex urbe Cale-
chut profectus ſum. Tunc alter eorum comiti meo dixit: Redi tu ad ædes no
ſtras, quoniam hunc uirum ad dominũ Laurentium (is natus erat eius, qui
regis uicaria opera fungebatur) ſum equidem ducturus. Igitur ductus ſum
ad arcem, quæ ab urbe quaternis abeſt ſtadijs: nam per id horæ princeps di-
ſcumbebat. Quo uiſo protinus in terram procidens orare eum cœpi demiſ-
ſiſſime quàm poteram, ut me commendatum habens, quoniam Chriſtia-
nus eram, aſſereret è barbarorum manibus. Quanta tunc ſim affectus læti-
tia referre ſatis nequeo. Vbi uero fuga mea cultoribus innotuit, tumultuo-
ſius illico agere cœperunt. Propterea acciti ſunt tormentorum opifices, ut ex
pedirent tormenta, ne ſi forte fortuna frequẽs populus oppugnatum arcem
aduentaſſet, incauti reperirentur, quaſi nihil tale metuentes. Reſedit tamen
haud multo poſt exuſcitatus furor, cunctaq; pacatius iam agebantur. His
intellectis præfectus claſſis manu me apprehenſum in aulam quandam du
cens, quidnam cultores Calechut ſtruerent, quid'ue in Chriſtianos moliren
tur, tridui ſpatio uoluptuoſius percunctabatur. Ego uero amans Chriſtiani
nominis, cupiensq; illis proſpectum iri, cuncta reſeraui præfecto claſſis, cer
tioremq; effeci principem eorum omnium, quæ in urbe Calechut aduer
ſus Chriſtianos parabantur. At præfectus claſſis arcanorum gentis, me
prodente, iam factus callentiſſimus, me triremi uectum miſit ad proregem
parentem eius, qui apud urbem Cucin conſederat: triremi enim præfecerat
rex equitem quendam, cui Ioanni Saranno nomen eſt. Itaque parens uice
rex, ut me uidit. fronte excepit ſereniſſima, comiſſimeq; me accipiens: nam
& hunc monui certioremq; reddidi omnium, quæ moliebantur cultores ur
bis Calechut. Addidi etiã ad hæc, ſi fide publica propoſita eſſet impunitas
illis Mediolanẽſibus, Ioanni Mariæ uidelicet, ac Petro Antonio, qui tormen
tis fabricandis operabantur, nauaturum me operam ut ad Chriſtianos re-
dirent quamprimum: quãdo certe exploratum habebam, eos id munus mi
nime ultro ſubire: idq; ſolum opperiri Mediolanenſes, ut commeatum illò
accedendi impune impetrarent. His auditis præfectus triremis ex denarra
tis magnam cepit uoluptatem, poſtulatisq; aſſenſus eſt: interpoſitaq; fide
publica prædem ſe conſtituente uicario, commeatum impetraui, intraq; tri
duum ad natum eius, qui in urbe Canonor conſtiterat, literis datis me remi
ſit, monens hominẽ, ut tantum auri erogaret mihi, quantũ ſoluẽdis explora
toribus pro acceſſu urbis Calechut ſufficeret. Itaque illinc ſoluens ad urbem

Digitized by Google

Canonor redñ, ubi ſum nactus idolorum quendam cultorem, qui coniugé natoſq; chariſſima pignora oppignerauit, ut ſibi perferendarum literarum ad urbem Calechut, id eſt, ad Ioannem Mariam, Petrumq; Antonium mu nus delegarem: continebant enim literæ huiuſmodi, propoſitam eſſe ambo bus à prorege impunitatem, impetratumq; eſſe accedendi tutò commeatū: nam crebrius ſupra quinas uices ad memoratos Chriſtianos ultro citróque nuntios miſi, monens homines ne cuiquã fiderent, ſcortis præſertim ac man cipio: nam quiſque eorum pellicem, & ex ea natum mancipiumq; domi ale bat. Reſcripſere tamen ultimo loco ad me in hunc fermè modum: Se quic quid fortunarum habebant, exploratori quem illò miſeramus, dediſſe: item propterea cum quinqueremi, & alia actuaria naui, qua piſcatu uitam tra hentes utebantur, deſertis inibi cuſtodijs ui numinum uenturos eos, fami liamq; ducturos. Nos tamen memoratos Chriſtianos monueramus, ut na tis pellicibusq;, necnõ mancipijs fortuniſq; omnibus illic relictis, ad nos, cõ uectis tantum monilibus nummisq;, haud mora contenderent: nam ñ ada mantẽ percelebrẽ habebãt, utpote pondo duorum ac triginta characterum, unicum propè opus naturæ. aiebant enim adamantes huiuſmodi non mi noris quàm quinque ac triginta mille aureis uenire debere. Habebant præ terea margaritam pondo quatuor & uiginti characterum, binaq; millia py roporũ, quorum alij pondo characteris unius, alij characteris ac medñ. Inſu per ſexaginta quatuor condalia, uarijs monilibus inſignita habebant. Item quadringentos ac mille aureos. Viſi ſunt etiam digreſſuri aſportare uelle ſe ptena tormenta, ternos cercopithecos, binosq; feles, qui id ungentum quod zibellum appellant, gignunt. Item tornum, quo gemmæ ac monilia mango nizantur, expoliũturq;: quæ omnia cauſam interitus infelicibus attulere: uſu enim euenit, ut eorum mancipium reſciuerit diſceſſuros Chriſtianos: ob id omnium regem Calechut certiorem fecit: & relatis rex uix fidem adhibere uelle uidebatur: tamen quinos prætorianos milites. quos Naëri appellant, miſit ut explorarent an uera relata forent. At mancipium intelligens regem mitius cum Chriſtianis acturum, præfectum fidei Mahumetanorum (Cadi diunt) adiuit, & eadem expoſuit, quæ ad regem detulerat: id plus addens, Chriſtianos arcana gentis Luſitanis aperuiſſe. His intellectis, præfectus fi dei per ſpeciem conſilij adhibendi, Mahumetanos omnes, negotiatores præ ſertim accerſit: qui corrogatis centenis aureis, regem Gioghi, qui per id tempus illic agebat, nummis huiuſmodi donarunt, eumq; in hunc modum alloquuntur: Noſti princeps, ſuperioribus annis quum huc accedebas, nos honoratiore ſplendidioréque apparatu, quàm in præſentiarum tecum egerimus, te excepiſſe: forte diminuti honoris cauſa te latet. Huic rei occaſio nem dedere hi gemini Chriſtiani, noſtræ fidei hoſtes acerrimi, qui Luſita nos eorum omnium quæ hic aguntur, certiores reddunt. Propterea abs te

ſupplicibus

Digitized by Google

ſupplicibus uerbis contendimus, ut acceptis centenis aureis, hos Chriſtianos protinus cõfici iubeas. Quibus auditis, rex Gioghi illico occidendi Chriſtianos memoratos ducentis hominibus munus delegat, qui ſubeuntes regis imperata, deni ac deni ceu cornicines ædibus Chriſtianorum appellere cœperunt, quaſi per ſpeciem petendæ ſtipis. Verum Chriſtiani ubi conſpicati ſunt frequentiores homines propius ad ædes accedere, ſuſpicati ſunt aliud quàm ſtipem eos quærere. Propterea arma condicto expediunt, accedentes que ſubmouere cœperunt: & dum è proſpectibus eminus pugnãt, ſenos conficiunt homines, ac ſupra quadragenos conſauciant. Tandem ij, quos Gioghæ appellant, funda fibrarunt ſagittas ex ferro obrotundas peltæ inſtar. Quare ambo icti ſunt: alter, id eſt, Ioannes Maria in capite: Petrus uero Antonius in fermore uulnus excepit adeo atrociter, ut uterque corruerit. Quibus uiſis qui illo conceſſerant, accurêre quamprimum, inciſiſq; iuguli uenis, concauis manibus ſanguinem Chriſtianorum hauriebant. At pellex Ioannis Mariæ natum ferens in urbem Canonor dilapſa eſt. Hunc natum octonis aureis emi, ſacróque latice aſpergi iuſſi, Laurentij indito nomine, in diui Laurentij gratiam: quoniam ea die, quæ ſancto huiuſmodi dicata eſt, ſacro fonti immerſus eſt: uerum intra annum ægritudine Gallica correptus, animam egit. Noueritis etiam id genus morbi peragraſſe fermé orbem totum: quippe quod ultra urbem Calechut ad quadringenta millia paſſuum, coràm ego conſpicatus ſum humanum genus inficiens irrepſiſſe in gentes innumeras: Puam ipſi appellant: aiuntq; ſupra ſeptimum ac decimum annum id morbi ſæuire in mortales haud cœpiſſe: eſtq; is morbus noſtris ægritudinibus multo inſidioſior, longeq; atrocior. Pua

De claſſe urbis Calechut, decq; memorabili Chriſtianorum cum Mahumetanis pugna, qua Luſitani fortitudine incredibili hoſtes uicerunt, rege Canonor ipſis uictoriam congratulante.

CAPVT XXXIX.

IGitur anno à partu uirginis quingenteſimo ſexto ſupra milleſimũ, quarto Idus. Martias perlatum eſt ad nos, memoratos Chriſtianos occubuiſſe. Eadem die ab Calechut, Pauam, Capagot, Pandaram, & Trompatam clariſſimis urbibus claſſis ingens inſtructiſſimàque, utpote octo ac ducentarum nauium ſoluit. Harum quatuor ac octuaginta naues onerariæ erant: reliquæ uero remis more liburnicarum agebantur, parao appellant. Vehebat claſſis ppe innumeros Mahumetanos, purpureis ex byſſino goſipioq; refertis ueſtibus amictos. Gerebant item apices xylo fultos: honeſtabant item armillæ lacertos, chirotecisq; xylo refertis manus tegebantur: pro armis, arcubus lanceis, enſe ac peltis, necnon omne genus tormentis more noſtro utebantur. Quare Idibus Martijs ſic inſtructam claſſem conſpicati ſumus: qua conſpecta tanta erat nauium frequentia, ut eminus condenſiſſi

Digitized by Google

mum nemus, malis supra nauim eminentibus, referret. Nos tamen speraba mus superùm non defuturum auxilium, planissime credentes ui numinum pessum ituros Sarracenos, nostræ fidei hostes truculentissimos. Quare stre uissimus eques classis præfectus, natus clarissimo domino Francisco Dal meda prorege Indiæ, qui inibi undenis nauigijs moderabatur, comite præfe cto nostro, ubi robustissimam hostium manũ uidit, memor pristinæ uirtu tis, classico milites omnes conuocat, eosq; in hunc fermè modũ alloquitur: Meminissent seruatoris nostri, ultróque pro alma fide nostra mortem subi rent: principumq; ac fratrum appellatione eos dignãs hortabatur, ut ad me moriam reducerent adueniſſe, inquiens, diẽ, qua irrogati cruciatus Christo meminisse deberent: item' que animo reuoluerent passum esse nostra causa Christum, ut asserti à nexu peccaminum, diuino frueremur quandoque cõ spectu. Et rursum: hodie, inquit, socij nobis facta est potestas comparandæ æternitatis, oblataq; est occasio promerendi seruatoris nostri: delebuntur e nim peccamina nostra: ite propterea alacres mecum, spiritu q; ampliore sum pto occurrite hostibus, hosq; canes mactate: quandoquidem in manu futu ra est uictoria, fauente cœptis deo optimo maximo, cui de orthodoxa fide cu ra est potissima, neq; feret unquam ut illa sit hostibus ludibrio. Interea sacer dos in editiore nauis loco positus, cruci affixum seruatorem nostrum Chri stianis omnibus identidem ostentabat, concionabaturq;, exhortans ut mã datorum dei meminissemus: locoq; dei, ut solent nostri sacerdotes, nobis in dulgens contritis corde reatus omneis dimisit pro fide Christi mox pugna turis: Eia, inquit, filij mei ultro spontéque deo duce contendamus in hostes. Elicuit sacerdotis efficax sermo toti concioni uberiores lachrymas, effecitq; ut quisque nostrum in eo certamine in Christi gratiam occumbere aueret. Obiter Mahumetanorum classis ingens in nos acerrime uela faciebat. Ea dem die nostræ classis præfectus cum geminis liburnicis contendit in Mahu metanos acerrime, iuit' que medius inter binas Mahumetanorum uastiores naues, exoneratis utrinque tormentis: id enim præfectus classis ea ratione fecit, ut hostiũ, & comprimis earum nauium, quæ prætoriæ erant, trophæis ducum id præ se ferentibus, uires experiretur: uerum ea die temperatũ est à certamine. Postridie uero eius diei prima luce Mahumetani uela uentis dan tes in nos contendebant appulsuri urbi Canonor. Monuere tamen prius ducem nostrum crebro, ut sineret eos illò proficisci, quò animis destinaue rant, addentes se minime cum Chtistianis congressuros esse. Ad hæc præ fectus classis respondit, meminisse Christianos uiolatæ olim fidei perfi diæ' que Mahumetanorum, quum ea gens non est passa Christianos ex ur be Calechut redeuntes, etsi fides publica data erat, illàc iter agere: tan tumq; abfuisse, ut fidem seruauerint Mahumetani, ut etiã septenis, ac qua dragenis Christianis confectis supra quaterna aureorũ millia diripuerint: eà ob id

Concio ad milites

Digitized by Google

eà ob id transirent si possent, scituros eos, quales, cuius'ue pensi, necnon spiritus forent Christiani. Tunc Mahumetani his auditis: tuebitur, inquiunt, nos Mahumetes, fundétque Christianos. Quare uno impetu feruntur omnes in Christianam gentem furore incredibili trajcere conantes nõ longius à litore, quàm ad decem mille passus iter habentes. At præfectus classis ex composito tulit, ut hostes propius accederent, è regione urbis Canonor hostibus congressurus, ut conserentibus manum Christianis, rex urbis Canonor nostrorum uirtutis spectator esset & testis. Inter hæc sumendi cibum tempus appetebat. Quare præfectus classis iubet milites genio indulgere nonnihil: & ubi refocillatos sensit animos, classico monens eos: Eia, inquit, fratres, nunc operæpretium est, ut quisque se strenuum equitem, uirum'que manu promptum explicet. Quo dicto, haud mora, in duas ingentissimas naues onerarias impetum facit. Vix referre possim, quibus tubarum clangoribus nobis obstrepere inceperint, crepantibus more eorum tympanis in numeris. Obiter præfectus classis hostem paruipẽdens, uastiori naui hostiũ onerariæ catenas iniecit, ut cominus pugnans hostes male acciperet. Mahumetani uero iactas catenas usq; tertio reijciunt: uerum iactis rursum catenis, Christiani nauem corripiunt, inq; correptam audacius transcendentes cuncta perturbant: ferebat enim nauis supra sexcentum uiros. Quare conseruere manus omnes, atroxq; prælium nõ sine maxima humani cruoris effusione initum est, eoq; stragis peruentum, ut Mahumetani omnes occisione occubuerint: nullusq; qui cladis acceptæ nuntium ferret superfuit. Potitus hac uictoria præfectus classis irruit in alteram Mahumetanorũ nauẽ onerariã, quæ iam iniectis catenis cum Christianorum liburnica congrediebatur. Ibi acerrime pugnatum est: cecidereq; eo cõgressu quingenti Mahumetani. Pessundatis his onerarijs nauibus, despondentes Mahumetani animos, in nostras irruêre undenas liburnicas, maioreq; eorum frequentia eas diduxere. diductasq; singulas quindenæ aut uicenæ ambiebant. Hic enituit præfecti classis Ioannis Saranni strenuissima indytaq; uirtus, qui sola triremi Mahumetanis huiuscemodi stragem intulit, ut fidem omnem excedat: nam quandoq; usu euenit, ut triremem memorati ducis circiter quingena nauigia, quæ remis aguntur, tormentis onusta admodum circumuecta, negotium tantũ exhibere non potuerint. Tantum enim Christianis deus optimus maximúsque fauit, ut in tota eorum classe Christianorum nullus occubuerit, etsi saucij excesserint acie cõplures. Pugnatum equidem est à mane usque ad uesperam, noxq; prælium diremit: Miro enim ordine pugnabant Christiani: id'que operæpretium erat: nam quandoque contigit, ut celox qua uehebar, nonnihil discreta à classe, in altum ducta occasionem præstiterit hostibus corripiendi Christianos. Mox enim affuere quaterna Mahumetanorum nauigia, quæ circumuecta eam, acrius certantibus Mahumetanis,

Prælium nau uale

negotiũ

negotium ingens noſtris exhibuerunt, eóque diſcriminis Chriſtianos adduxerant, ut ingreſſis iam quindenis Mahumetanis, celocem iam noſtri perciti timore in puppim ceu in tutiorem locum ſe contulerint. His animaduerſis uir inſignis claſſis præfectus, cui Simoni Martino nomen eſt, ægre ferens tot Mahumetanos celocẽ ingreſſos eſſe, inſilijt in eam, uadensq; per canum rabidam cateruam, Ieſu ſeruatoris inclamans celebratiſſimum nomen, precabatur uictoriam, precibus contendens ne fidei deeſſet orthodoxæ, ſtrictoq; enſe ſupra ſenos Mahumetanos confecit. His auſis perterriti Mahumetani ſeſe præcipites in pelagus dabãt, alijq; aliò, ut ſors tulit, dilapſi ſunt. Quare ut intellectum eſt Mahumetanis, Chriſtianos potitos eſſe uictoria, ducti uerecundia facti, continuo quaternas alias liburnicas prioribus ſuppetias laturas mittunt. Quo uiſo præfectus celocis actutũ arripit dolia, ubi puluis tormentorum aſſeruari conſueuerat, indita depexa ſindone, ut ſic inſtructum dolium grandis tormenti formã effingeret, moxq; allato puluere igni tum torrem manu tenens, tormentũ incendere ac exonerare uelle, ut pauorẽ ea re inijceret hoſtibus, præ ſe ferebat. Videntes hæc Mahumetani, rati uerũ eſſe quod fingebatur, expediriq; tormenta exiſtimãtes, haud mora retroceſſere. Quamobrem dictæ claſſis præfectus ſuperato diſcrimine ad Chriſtianos ſe recepit: rurſumq; dux noſter irrumpens in hoſtes ſtragem intulit nõ mediocrem, correptis ſeptem liburnicis omne genus mercimoniorũ onuſtis, uiq; tormentorũ denis alijs celocibus peſſundatis, quarum una inuumeros elephantes ferebat. Itaq; ubi Mahumetani conſpicati ſunt iam æquor corporibus Mahumetanorum ſtratum eſſe, captasq; duas prætorias naues, nõnullaq; alia nauigia, protinus fuga ſibi cõſulere cœperũt, alijs alio dilabentibus. At dux noſter uidens noſtros incolumes euaſiſſe, uberiores laudes deo dabat, hortabaturq; ut poſtq; uicerant uictoriam ſequi haud deſinerent. Quibus adhortationibus Chriſtiani audentiores facti, hoſtium terga confectabantur, diffugientibus nõ aliter Mahumetanis, quàm ſi centum nauiũ claſſis inſequeretur eos. Certatum eſt diutiſſime, utpote à mane uſq; ad ueſperã: nec diremit pugnã nox, conſectantibus nocte tota Chriſtianis Mahumetanos. Quare fuſa eſt tota hoſtium claſſis, incruenta Chriſtianorũ uictoria. Inter hæc nonnullæ noſtrorũ liburnicæ conſpicatæ ſunt in pelago errabundã hoſtium onerariam nauim in illam continuo uela facere: congreſſæq; nonnihil, tandem quum ſuperiores euaſiſſent, impetu in hoſtes facto, cò eos adduxere diſcriminis, ut coacti ſint omnium armamentorum in mare iactum facere, eodem'que ſe dare præcipites. Noſtri uero cum Neptuno luctantes, hoſtes eminus arcubus ac lanceis miſerandum in modum conficiebant, ob humanum cruorem pelago purpureum induente colorem. Inſequentibus Mahumetanos fluitantes pelago Chriſtianis ad ipſum uſque continentẽ, euaſere tamen peritia nandi hoſtium complures, numero fermè ducentum: qui adeo

Digitized by Google

qui adeo nandi artem docti erant, ut æquoris ſpatium propè immenſum, utpote uiginti mille paſſuum, menſi ſint, urinantes quandoque, nonnunquam ſupra aquas nantes. Fiebat propterea, ut falſo Chriſtianorum conſpectu quum urinabant, arbitraremur peſſum eos iuiſſe, ſupra iactum arcus ſubter aquas hoſtibus colluctantibus: nam conſectando eos ubi propius accedebamus, rati ſemineces eſſe, arma leto eos prorſus traditurí expediebamus. Illí uero rurſum fallentes uiſum noſtrum urinabant. Rebamur propterea id propè phantaſma eſſe, ſuſpenſíq; rei admiratione loco miraculi id factum eſſe credebamus. Interiere tamen ferè omnes uarijs exceptí caſibus, peſſundata ui tormentorum oneraria naui. Poſtridie uero eius diei daſſis præfectus celoces mittit triremésque nonnullas, ut litori inhærentes occiſorum corpora percenſerent. Quare iuſſu memorati ducis connumerata ſunt hoſtium occiſorum ſupra terna millia, ſi eos percenſeas, quos pelagus in litus eiectauerat: ſi item illos adnumeres, qui in liburnicis Mahumetanorum occubuerãt. Periere etiam multo plures abſumpti pelago, inſequentibus in ipſam uſq; tellurem Chriſtianis. His conſpectis rex Canonor uiſaq; Chriſtianorũ eminentiſſima uirtute, œu amans gentis arctius eos diligere cœpit. Nec id ab re: uera enim fateri licet: interfui quidem ſæpenumero crebertimís bellis, ſed hac gente Luſitana fortiorem uidi neminem. Poſtridie eius uictoriæ redimus ad proregem noſtrum, qui in Cucin urbe rei euentũ ſuſpenſus opperiebat. Quò ut eſt peruentum, adeo lętitia dux eſt affectus, rexq; ipſe Luſitanorum ſuapte natura ſtudioſus, tantum lætitiæ ex patta uictoria præ ſe tulit, ut ſatís pro meritís id minime referre queã, ob immenſum gaudiũ, uel cœlo ipſo crepitantibus tormentís, ut aſſolet, reboante.

Quomodo iuſſu proregis ad urbẽ Canonor ſum remiſſus. Cap. XL.

IAm tempus appetit, ut rebus expeditionisq; daſſis regis Calechut, quæ ut præfati ſumus, peſſum ĩjt, modũ faciens tandem aliquando ad res meas redeã. Tranſactis itaq; ternis menſibus, ís quẽ proregẽ appellamus, procurationis negotiatorũ munus mihi ad annũ ac mediũ delegauit, functo hoc munere, idem princeps meus poteſtatẽ mihi fecit conſcendendi nauim, quæ ad urbẽ Canonor proficiſcebatur, eódem cõtendẽtibus urbis Calechut cultoribus impetrato prius à Chriſtianis illac tranſecundi cõmeatu. Falſò memorabant dicti negotiatores, in urbe Canonor mercimonia exercẽtes, urbis Calechut incolas morã trahere: ob quã cauſam princeps meus iuſſit me tantiſper in dicta urbe morari, quoad in certiſſimã dictorũ negotiatorũ deueniſſem notionẽ: uerũ interibi nſu euenit, ut rex Canonor rebus eximeret humanis: huic ſuffectus eſt rex Chriſtiani nominis hoſtis acerrimus: nã ope ac diuitijs regis Calechut id regni conſecutus erat: & ut cõmodius expeditionẽ in Chriſtianos parare poſſet, mutuo illi cõceſſit quaterna ac uicena tormenta. Igitur M. D. VII. uigeſima ſeptima Aprilis cœptum eſt atrox bellum, nec prius

ſunt

sunt posita arma, quàm ea dies illuxerit, quæ est uigesima septima Augusti. Iam compertum fiet uobis, quanti sit habenda orthodoxa fides, cuiusue pensi sit gens Lusitanorũ. Dum itaq; Christiani, ut assolet, aquatum contẽdunt, aggressi sunt eò Mahumetani, latrunculorũ instar itinera obsidentes: quippe qui nos oderãt quàm qui maxime: uerum gens nostra ubi uis apparuit, gradum retulerũt, in arcemq; se ceu in portum tutissimũ receperunt: ob id adempta est Mahumetanis in Christianos ea die sæuiendi potestas. Hæc ubi dux noster, cui Laurentio Britæ nomẽ est, resciuit, continuo certiorem fecit proregem, qui in utbe Cuchin agebat. Quare dictus prenceps Laurẽtius mox cum expedita liburnica laturus opem laborantibus affuit, transactisq; quaternis diebus, ad urbem memoratã rediit, commisso nobis negotio præliandi cum rabidis canibus. Numero non plures eramus quàm ducenti: alebamur enim oriza, saccaro ac iuglandibus: uerũ aquarũ in arce summa erat caritas: propterea operæpretium erat aquatũ bis uel ter intra hebdomadem ad fontem quendam, distantẽ ab arce ad arcus iactum, proficisci: quotiesq; illò aquationis gratia ibamus, manum cõserere cum Mahumetanis oportebat: nec nisi ferro iter apericndũ erat, grassantibus atrocissimeq; sæuientibus in Christianos Mahumetanis. Nec ea erat contemnenda manus, nõ enim nobis unquã cõgressi sunt, quin quatuor ac uiginti millium hominũ numerum excesserint. Vbi uero frequẽtiores nos correpturi aduenere, supra quin quaginta hominum millia arma expediuerunt. Pugnabãt ense, arcubus, lancea peltisq;, secumq; trahebant supra centum ac quadraginta tormenta. Loricati erant instar cultorũ urbis Calechut. In hunc ferme modum præliant: nam plures binis uel ternis millibus una acie nõ congrediuntur: priusq; certamen non ineunt, quàm omni ferme musicorũ genere pugnantiũ animos demulcere cœperint, præcedentibus exercitũ miro artificio excitatis ignibus: tantoq; feruntur impetu, ut terna millia denis hominum millibus pauorẽ incredibilemq; formidinẽ inferre possint. Verũ Christiani suapte natura manu promptissimi occurrebant hostibus, priusquam puteum propius accederent: neq; proximius quàm ad geminũ lapidis iactum ad arcem accedebant: summaq; diligẽtia opus erat ambiẽtibus nos quaquauersum hostibus, suppetias ferẽte Mahumetanis classe sexaginta nauiũ. Verum Christiani adeo se uiros explicuerunt, ut nunquam die singulo acie excesserint, quin ex hostibus denos, quandoque quindenos, aliquando uicenos confecerint. Sed iam stragibus modum faciebamus, territis hostibus, strato iam cæsorum corporum solo. Ob id aliò Mahumetanis diffugientibus pauorem addidit ingens tormentum, cui serpenti nomen est: quo exonerato, magna hominum strages edebatur: nam uno ictu machinæ circiter duodeuiginti Mahumetani interiere. In nos uero inanes ictus uibrabant, è nostris occumbentibus nullis. Ob id rebantur ipsi cacodæmona nobis subscribere, partesq; nostras tueri.

Digitized by Google

tueri. Nec prius bello huiuſmodi modum fecimus, quàm quarto Calẽdas Septembres: tunc enim Luſitanorum daſſis adueniſſe dicebatur, duce Triſtano à Cugna equite ſtrenuiſſimo. Quum enim nobis innotuiſſet, claſſem Canonor urbi appuliſſe, mox ducem commonefecimus, nos acriori bello eſſe implicitos. Cuius rei gnarus præſtans præfectus iuſſit daſſiarios milites arma expedire, miſſis actuarijs nauigijs, quibus tercentum loricati notæ audaciæ equites uehebantur: quibus appulſis, ampliore ſumpto ſpiritu, niſi obſtitiſſet præfectus noſter, incendio ſubijcere urbem Canonor parabamus. Obſeruet nunc attentius quiſque ſapiẽs lector, quo gaudio, quáue lætitia affecti fuerimus, quum ſuppetias laborantibus nobis tales tulit præfectus appulſæ claſſis: nam elanguerant militum uires, torpebantq; diuturniore labore animi, conſauciatis præſertim fermè omnibus. At Mahumetani ubi intellexere tuliſſe opem Triſtanum nobis, fracti animo pacem meditari cœperunt, hoſtilia iam horrentes. Propterea cuidam Mamalmaricar nomine ingentium fortunarum uiro, impetrandæ pacis munus delegant. Quare it ad nos protinus: uerum prius pacis conſequendæ non eſt ſpes data, quàm proregem noſtrum in urbe Cucin agentem adiret. At dux noſter conditionibus pacis haud ſpretis, bello finem imponere duxit: adductus eo argumento, quòd graſſantibus inibi bellis onuſtas mercimonijs naues in Luſitaniam mittere minime poterat. Igitur impetrata pace, intra quatriduum negotiatores urbis Canonor, quibus ante cœptum bellum utebar familiariſſime, me adeuntes in hunc fermè modum ſermone patrio alloquuti ſunt: Petere abs me iure coniunctionis noſtræ, ut illi oſtenderem quẽdam cæteris Chriſtianis multo proceriorem, qui fermè ſingulis diebus circiter uicenos homines ex Mahumetanis confecerat, quiq; iaculantibus quingẽtis ex ea militum nota, qui Naẽri dicuntur, ceu ad ſcopum, ſemper incolumis euaſerat. Ad hæc ego reſpondi, abijſſe hominem, iamq; in urbe Cucin agere: uerum rem tacite reuoluens credidi fauſtiorem humanis fuiſſe, qui Mahumetanis ſtragem intulerat: propterea compellabam hominem, qui me percunctatus fuerat, his fermè uerbis: Eſ ne mihi amicus? At ille. Sum quidem. Cui ego: Is miles qui adeo in acie ſtrenue egit, non eſt Luſitanus. Ad hæc ille: Vnde igitur eſt oriundus? Rurſum ego: Luſitanorum, imò totius orbis eſt deus, idemq; omniũ maximus. At ille. Meherde uera loqueris: quandoquidem probe memini dixiſſe Mahmmetanos, non Luſitanũ, ſed Luſitanorum deum eũ eſſe, qui ſtragem Mahumetanis acerrime inferebat: ob id rebãtur multo meliorẽ ſuis dijs deum ueſtrum eſſe, uerum eius eſſe eos expertes. Quare receptũ eſt ubiq; uinuminũ, nõ humana ope Mahumetanis dadem eſſe illatã: id enim hominũ genus ſimplex eſt admodum: quippe quod ad omnem fermè aurã ſtupet plurimum: nam tinniẽte ex ære campana adeo ea gẽs ſtupebat, ut miraculi quippiam fieri orbitraretur: deſinente uero tinnitu aiebant: Summus eſt horum

Digitized by Google

deus:nam ubi tintinnabulum tangunt,loquitur:ubi uero tãgere desierint, ob mutescit æs campanum : Quid hoc igitur est:horum deus sanè omnium est optimus.Intererant etiam nostris missarum solennibus:& ubi sacram eucha ristiam astantibus adorandam sacerdos more Christiano ostendebat,conuer sus ego ad Mahumetanus aiebam,seruatorem nostrum digito monstrans:is est,dicens,Lusitanorũ nostræq; gentis,necnõ totius orbis deus optimus ma ximus.Ad hæc illi aiebant : Vera quidem loqueris,sed id nos fugit.Ea idcirco subieci,ut exploratum haberetis, mira ignoratione gentem huiusmodi in di uinam maiestatem committere.Sunt item ij populi miri incantatores,fascina tionibusq; creberrimis student,quibus cogunt adeo exitiosos serpentes,ut eo rum uirus præsentaneam admodum mortem solo contactu inferat. Sunt itẽ omnium dexterrimi funambuli,ac planipedes,& id genus homines circumfo ranei:ego crediderim agilitate corporis eos præstare mortales omnes.

De congressu Lusitanorum ac Pannaniorum. Cap. XLI.

APpetit iam certe tempus reuisendæ patriæ: ad id præsertim accedente, quòd præfectus classis onustis nauigijs, profectionem in patriam pa rabat. Ardebam sanè miro amatæ patriæ desiderio: quippe qui extra eam quasi consenuisse uidebar, spatio septem annorum extorris. Mouebar eti am desiderio conducendi uobis,utpote qui noueram post tot peragratas regi ones me doctore prospectum iri mortalibus. Quare impetrato à rege abeun di commeatu, statui illinc quamprimum discedendum fore:uerum abeun di dux memoratus mihi prius potestatem non fecit,quàm secum uisum irem nonnulla,ut mox compertum fiet uobis,sibi grata. Iussit igitur militibus cun ctis,ut loricati splendentibus armis sibi præsto adessent. Qui imperata subeuntes ducem sequuti, urbem Cucin omni fermè habitatore uiduant,indeq; uigesima tertia Nouembris anni memorati impetum simul omnes in portũ Pannaniorum irrumpentes fecimus. Appulsi urbi memoratæ postridie eius diei horis antelucanis, expeditis actuarijs nauigijs classico ad se milites con uocans, in hunc fermè modum loquutus dicitur:Superesse Lusitanorum so lidæ gloriæ urbem Pannaniorum expugnandam: nullam aliam fore, quæ gentis Christianæ uictoriæ cursum remorari posset, à tergoq; relinquendam minime esse: eam totius Indiæ certissimam esse salutem, collatis eò fortunis incolarum innumeris,ceu in tutissimum patriæ receptaculum perfugiumq; cultorum. Enitendum propterea omnibus uiribus, ne tot illustria decora id unũ quod subeundum supererat deformaret.Finita concione sacerdos more Christiano ad memoriam cunctis reducens ea quæ ad comparandã æternita tẽ,promerendãq; seruatoris nostri gratiam pertinebãt,adseuerans nullã dein ceps offerri Christianis delendorũ reatuũ cõmodiorẽ occasionẽ,quàm ut pro seruatoris nostri asserẽdo imperio pugnacissime præliarẽtur:eoq; astantes sa cerdos adduxit, ut efficaciore sermone cõcioni exciuerit uberiores lachrymas.

auentibus

auentibus ſubire imperata enixiſſime mirocꝫ ardore Chriſtianis omnibus. Quare paulo ante emerſum ſolis cœptum eſt attox cum rabidis canibus bellum: pugnauerunt enim ſexcenti Chriſtiani cum octonis Mahumetanorum millibus: accedente præſertim Chriſtianis incommodo, quod triremes quæ aderant geminæ, litus appellere nequibant. Itaque ſolis actuarijs nauigijs uecti in terram, Mahumetanis congreſſuri appulimus. Tellurem prior tenuit illuſtris Laurentius proregis filius: ſecundo loco ſucceſſit prætoria nauis, qua & ego uehebar. Vbi itaque propius acceſſimus, conſertum eſt prælium, tantocꝫ atrocius, quanto ſuperandum erat fluminis contractius oſtium, diſpoſitis: utrincꝫ tormentis innumeris, pugnantibus è litore quadragenis aquaternis Mahumetanis, qui animo iuratiſſimo deſtinauerant, ſe in ueſtigio tantiſper manſuros, quo ad uictores euaderent, aut pro uictoria certantes illic occumberent, acti amore fortunarum ſuarum (præfecti enim nauium erant) quarum certiſſimam iacturam imminere conſpicabantur. Exoneratis itaque compluribus tormentis, appulſos ſummouere nequicquã conabantur: nam ſupra quadragenas machinas cepimus, deorumꝫ munere noſtrum nemo interijt, occiſis nihilominus centenis ac quadragenis Mahumetanis At princeps Laurentius me ſpectatore ſenos Mahumetanos confecit, gemino excepto ulnere. Exceſſere acie è noſtris complures ſaucij, feruente atrocius prælio. Verum ubi triremes aduenere, hoſtes pedem referre cœperunt: nos uero aquis decreſcentibus duximus receptui canendum eſſe: illo præſertim accurrentibus cateruatim Mahumetanis. Propterea captas terdenas naues incendio ſubiecimus, rati eas ubi abijſſemus, hoſtibus adhuc uſui futuras. Quibus crematis præfectus claſſis militibus iuſſit, ut gradu relato in proximum latus ſeſe reciperent, ubi militum ſuorum abſolutæ uirtutis memor, militiæ inſignibus compluſculos honeſtauit: me quoque, quæ ſua fuit humaniſſima conſuetudo, in equitum ſplendidiſſimorũ numerum aſciuit, parentis loco mihi ſubſcribere Triſtano à Cugna duce promptiſſimo. Auctoritatis itaque militibus, dux noſter ad uaſa conclamari iubet, illincꝫ ſoluens cunctas Mahumetanorum ædes incendio ſubijci mandat. Quare munere deorum ſummis defuncti periculis incolumes, tametſi militum haud expleto numero, tãdem aliquando ad urbem Canonor redijmus. Quà ut peruentum eſt, onuſtis omni commeatuum genere nauigijs, in dilectam deſideratámque diu patriam, profectionem parare cœpimus.

Digitized by Google

LVDOVICI PATRITII ROMANI
RERVM AETHIOPIAE LIBER SEPTIMVS
CAPVT PRIMVM.



Istoriam cudere uolentibus, cosmagraphis præsertim, qui immortalitatem nominis, gestorumq; suorum propagationē plurimi faciunt, nihil æque conducit, quàm superiorum firma ac pertinax memoria, necessarium profecto uitæ bonū, ne ubi eos promissorū ceperit obliuio, iuri optimo ceu obliuiosi, uel certe indiligentes in ordinē redigantur ab eis, qui famam aliorum ultronei lacerāt, discerpunt ac laniant ultra quàm par est: ob id eorum non immemor, quæ intio operis pollicitus sum, iam iam descendo sponsa dissoluturus: quippe qui probe memini dixisse me aliquando, Aethiopum res celebriores, uidelicet situm regionis, moresq; populorum me denaraturum. Quare nactus occasionem solidum præstabo, ea explicans quæ inibi offendi haud longiore immoratione, ut festinantius cœpto operi ultimam manum imponā, tandēq; aliquando optato otio fruar tot exantlatis erūnis.

De multijugis Aethiopiæ insulis. Cap. II.

NOs igitur septimo Idus Decembris iter cepimus uersus Aethiopiam, tra iecto prius sinu, itinereq; quadringentorum mille passuum peracto, ad eā insulam, cui Monzambrich inditum est nomen, ditionis Lusitaniæ regis, peruenimus: uerum priusquam eò appulerimus, complura conspicati sumus oppida, quæ regi memorato parent. Ibi uisuntur munitissimæ arces, comprimis in Melindæ ac Mombazæ regno: eas quandoque dux incendio subiecit. Habet item arces alias in oppidis Monzambrich ac Zaphala. Quæ uero illustris Tristanis de Cugna, uir manu promptissimus, præclare gessit, prudens præteræo, probe noscens, gesta huiusmodi longe maiore immoratione indigere: nam si eius facta fortia, quæ ex India rediens egit, captam præsertim Gogiam, Pati ac Craua urbes clarissimas, necnon Sacutaram insulam optimam, ubi erexit arces rex Lusitaniæ, percensuero, exurget præsens opus in longe maius uolumen, quàm ab initio animo destinauerim. Tempero item ex composito à bello inibi patrato, quoniam procul illinc aberam, ne uidear ea denarrare, quæ oculis minime subieci. Omitto præterea complures alias insulas, quas iter agendo offendimus: præsertim Cumeris insulam, ac senas alias, quæ affatim zinziberis, saccari, complurium q; fructuum, necnon omnifariam carnium mittunt. Item suppressa est mentio eius feraciissimæ insulæ, cui Pendæ nomen est: ea regi Lusitaniæ paret, omnium'que rerum est fœcundissimum.

De Monzambrich insula, deq; eius cultoribus. Cap. III.

SEd ad insulam Monzambrich redeamus: ea ut præfati sumus, pcuti etiam Zaphala, regi patet memorato: inde enim iussu regis auri ac olei plurimum

plurimum exportatur: uerum ea è continenti aduehuntur. Inibi quindecim dierum mora insumpta est. Insula perquam mediocriter patet, colituṙq; ab nigricantibus Mahumetanis: commodissimum habet tamen portum: cultores autem sunt fermè rerum omnium egentes: illicq; summa est annonæ caritas: quando certe illò fermè omnia è remotiore continenti comportantur. Nam quandoque animi causa continentem proximum, ut regiones exploraremus, uisimus, ubi incultum hominum genus nacti sumus: nigricantis enim sunt coloris, libris arborum obscœna uelati, cætera sunt nudi. Mulieres uero frondibus auersæ ac diuersæ pudenda uelant: capillum non promittunt, sed, calamistro crispant: labra uero gemini digiti crassitudine habent: latissima sunt fronte, prægrandibusq; dentibus, eisdémque instar niuis albicantibus. Id hominum genus pauet ad omnem conspectum, uisis præsertim loricatis hominibus. Quare ubi intelleximus gentem inermem esse, plusq; iusto pauidiorem, seni simul loricati cum nonnullis tormentis, capto cultore eius regionis gnaro, perambulare memoratam insulam cœpimus. Quumq; itinere unius diei progressi essemus, complura elephantorum armenta offendimus: monuerat enim nos itineris dux, ut flagrantibus facibus belluis huiusmodi occurreremus, pauentibus suapte natura ignes elephantis: uerum quandoque usu euenit, ut ternas elephãtes, nuperrime pullos enixas, ignibus minime perterrefacere poterimus: interritæ enim nos consectatæ sunt tam diu, donec mõtem quempiam inuenimus, ubi à feris sæuientibus nos tutati sumus. Itaq; itinere decem mille passuũ ab aduerso latere montẽ mensi specus quosdam comperimus, ubi delitescebãt nigricantes uiri, qui adeo inepte incompteq; loquebantur, ut difficulter eorum linguæ uos certiores facere queam. Conabor tamen uel exemplo quopiam melius quàm quibo, ut id uobis innotescat, si forte uobis succurrit, quonam modo muliones in Sicilia agant mulos: nam abdita lingua subtus oris labrum imum, edunt informem uocẽ agasones: qua edita, mox muli citatius incedunt: In hunc fermè modum balbutientes populi inter se colloquuntur. At dux nostri itineris nos percunctabatur, uellemus ne boues ac uaccas mercari, addens se operam daturum ut perquam uili pretio pecudes huiusmodi assequeremur. Nos uero rati itineris ducem auxilio culturum nobis impositurum, traditurumq; eis direptioni fortunas nostras, respõdimus pecunias nobis esse nullas. Ad hæc itineris dux: Ii, inquit nihil minus quàm nummos exoptant, quippe qui affatim auri longe nobis locupletiores habent: quando certe haud procul hinc aurum eruitur. Nos autem ad illum conuersi: Quid igitur, dicimus, cupiunt isti? Quibus ille. Amant res despicabiles, nulliusq; momenti, ut paruum forcipem, uel panni nonnihil, quo aurum inuoluant, uel id genus æris, quo tympana instar bullæ exornant (sonalia appellant) quibus apprime oblectantur infantes: cupiunt item mirum in modum nouaculam quampiam. Nos uero ad hæc respondimus, daturos

Digitized by Google

ea quæ exoptabant, modo ea armenta, quæ empturi eramus, usque in proxi/
mum montem agerent. Tunc dux itineris infit: Ibunt quidem nobiscum us/
que in summum montem: ultra tamen nullis conditionibus progressuri: su/
perest tamen ut ingenue dicatis, quid sitis pro armentis huiusmodi expositu/
ri. Tunc unus è nostris comitibus, qui fabricandis tormentis operari consue/
uerat, respondit se nouaculam ac bullam ex ære sonalij, ut aiunt, instar datu/
rum. Ego uero ne mercimoniorum huiusmodi expers essem. carnibusq; ue
sci quirem, exuta interula dixi me eam pro bobus daturum. Ad hæc ille: Quis
tot armenta, inquit, usq; ad proximum pelagus aget? Cui nos: Faxint supe/
ri, ut tot boues elargiantur, quot sumus acturi. Et rursum dux itineris, Sini
te me agere. Captisq; eis rebus quas pro armẽtis exponebamus, illas quinis
aut senis hominibus impartitus est, petens pro erogatis tricenas boues fœmi/
nas. At cultores, qui parum aberant à belluis, innuerunt se quindenas tantũ
daturos. Huic rei assensi sumus: uerebamur tamẽ ne subesset impostura quæ/
piam: uerum conuentis fides seruata est: nam continuo nigricantes uiri duo
quindenas uaccas, ut inter nos conuenerat, egerunt: quum tamen uix ab an
tris eorum digressi essemus, qui in specubus remanserant tumultuari cœpe/
runt. Qua de re pauere cœpimus, arbitrantes Troglodytas nos consectatu
ros. Dimissis propterea bobus arma expedire cœpimus. Quibus uisis, nos
hortari cœperunt nutibus, ne formidaremus. Subdidit dux itineris, eos non
alia de causa tumultuari, quàm ut quisque eorum bullam memoratam prior
sibi uendicaret. Nos igitur apprehensis rursum bobus in summum montem
euasimus. Quò ubi peruentum est, nigricantes uiros missos fecimus, uaccasq;
agentes perquam mediocre nemus præterijmus, indeq; ad quintum lapidem
obuios habuimus eosdem elephantes, qui paulo ante eodem iter agentibus
nobis occurrerãt. His uisis ingens formido nos peruasit. eóque pauoris de/
ducti sumus, ut dimissis bobus diffugere cœperimus, dilabentibus ad nigri/
cantes uiros uaccis: nos uero ad nostram insulam reuertimus, sumptisq; pro
itinere nauando uberrimis commeatibus, uersus Caput bonæ spei uelifica/
uimus, prætereuntes diui Laurentij insulam, quæ octuagenis leucis à proxi/
mo continente abest. Eius insulæ reor regem Lusitaniæ breui futurum do/
minum: quoniam subiectis iam incendio oppidis compluribus, genti factus
est admodum formidolosus. Propterea ut ex certissima peragrati orbis, In/
diæ præsertim ac Aethiopiæ coniectura assequi licet, existimo regem Lusita/
niæ, ubi uincere perrexit, euasurum cunctis orbis regibus longe ditiorem:
idq; sanè pro meritis, proq; tanti uiri dignatione: quoniam eius opera ac stu
dio, mirisq; auspicijs orthodoxæ fidei accedit plurimum. Nam clarius Phœ/
bo constat, in India, & comprimis in urbe Cucin singulis festis diebus de/
nos ac duodenos idolorum cultores, aut certe Mahumetanos fidei nostræ fa
cris initiari. Fit propterea ut maiore in pretio nostra fides habita, incremen/
ta maiora

ta maiora indies ſuſcipiat. Eſtq; uero haud abſimile, defuturum nũquam his cœptis deum optimum maximum, regiq; daturum ampliorem contra fidei hoſtes uictoriam, fauſtiſſimeq; eius pientiſſimis uotis affutùrum ſemper.

De Bonæ ſpei capite. Caput IIII.

REdijmus itaque ad iter noſtrum, Caputq; cognomento Bonæ ſpei præterijmus: digreſſiq; illinc ad ducentos circiter mille paſſus oborta in mari tempeſtate aduerſis flatibus agi cœpimus. Id effecit, quod læuorſum diui Laurentij, necnon compluſculæ aliæ inſulæ uiſuntur, unde plerunque maxima uis uentorum erumpit. Verum poſtquam ſpatio ſenum dierum à fortuna nouercante, pelago nimio plus quàm ſatis ſpumas efferueſcente, agitati ſumus, tandem aliquando deorum munere diſcrimen euaſimus. Illinc abeuntes ad ducentas fermè leucas rurſum fluctuante ſalo eò diſcriminis perducti ſumus, ut graſſante tempeſtate ad ſacram ancoram peruentum ſit, aliſs alió dilabentibus liburnicis: ſpatio item ſenum dierum, quibus trãſactis, nunquam deinceps coiuimus, aliſs alió proficiſcentibus, donec Vlisbonam appulimus. Ego enim liburnica Bartholomæi ex Florentia Tuſciæ oriundi, Vlisbonæ tamen cultoris uehebar: liburnicæ diui Vincentij nomen inditum erat, enormiumq; ponderum capax, quippe quæ ſupra ſeptena millia omnifariam aromatum dolia conuectabat. Iter propterea agentes aliam inſulam prætermijmus, cui diuæ Helenæ nomen eſt, ubi enormes piſces conſpicati ſumus, tantæ quidem uaſtitatis, ut ſinguli ſingulis magnis ædibus conferri poſſint: ij enim ſupra aquas tolluntur, hianti ore eminent, uidenturq; quum ſupernatant frontem retegere inſtar loricati militis, dum à congreſſu temperat lumen admiſſurus. Rurſum memorati piſces dum urinant, frontem condunt latam ternos paſſus. Quum enim innatant pelago, adeo deturbant aquas, ut nos agitatione huiuſmodi præſertim ut belluas ſubmoueremus, omnia tormenta exonerauerimus. Haud multo poſt offendimus inſulam quandam, quam de nomine aſcenſionis appellant, ubi uiſimus complura auitia anatum noſtrarum magnitudine: uerum adeo ſimplices alites dolíq; expertes, ut quo minus manibus ipſis ea corripere liceret nauim circumuectas. Sed ubi eas corripueris, ferociam præ ſe ferunt incredibilem: tamen prius quàm caperentur, ueluti ſtupidi ad omnem conſpectum nos inſtar miraculi cuiuſpiam contuebantur. Nos uero rebamur aues huiuſmodi alios nuſquam præter Chriſtianos uidiſſe homines, ad humanum conſpectum alite ſtupente nimium: quando certe conſtat, in ea inſula præter undabundum æquor ac piſces innumeros, aues que memoratas, nihil nos conſpicatos eſſe. Præterita hac inſula poſt complurium dierum uelificationem, quaſi orbi noſtro iam appulſi eſſemus, Septentrio noſtrorum nautarum ſydus conſpicuum mox apparuit, Verum hic peropportunum uidetur, ut eorum refellam opiniones, ſenſaque diluam, qui autumant circiter

Digitized by Google

polum antarcticum æquora sulcari duce septentrione non posse, ob id uelificantes canopo uti sydere: ij profecto minime sunt audiendi: quandoquidem colliqueſcit clarius, ut aiunt, Phœbo, Lusitanos septentrionibus astris uti: etsi ea sydera eleuato polo quandoq; conduntur. Vtuntur tamen Lusitani eius ducatu, succedente astro magnete, qui solito semper munere fungitur, polum arcticum suapte natura usquequaque intuens. Transactis nō multis diebus, appulimus elegantissimæ regioni, ubi complures insulæ conspiciuntur ditionis regis Lusitaniæ: quæq; id genus aquilas, quas astures uocamus, abunde mittunt: nā hæ insulæ uarijs censentur nominibus: Aliæ de nomine Pici Martij, de coruo aliæ, de floribus aliæ denominantur. Est & diui Georgij insula, & alia quæ gratiosa dicitur, & rursum quæ Feial nominatur: inde discedentes ad eam insulam quæ Tertiera dicitur deuenimus, ubi bidui moram insumpsimus. Sūt memoratæ insulæ in uniuersum feraces admodum, quippe quæ omnium fermè rerum fœcunditate pollent. Illinc igitur abeuntes septem dierum itinere ad Vlisbonam Lusitaniæ urbem clarissimam deuenimus: qua quidem urbe uix uidi nobiliorem. Cogitet itaque quisq; lector, qua lætitia,, quóue immenso gaudio, uiso continente sim affectus. Adpulsus illico ad regem ducor: is tunc aberat ab urbe Vlisbona, adq; oppidum, quod Almadam uocant, è regione urbis memoratæ se contulerat. Quò ut perueni, uenerabūdus regem cō salutaui, deosculatis' que eius manibus cœu numen quodpiā uenerabar. Is me humanissime excepit, ususq; sum eius contubernio tātisper, donec doctus est ea omnia, quæ apud indos nactus eram. Transactis uero cōplusculis diebus, ostendi suæ eminentiæ id diploma, quo à protege, qui in India eius uicaria opera fungitur, in numerum aureatorum militum ascitus eram, precibus que contendi, ut robur regium adderet signaret'que manu regia diploma. Quare uiso diplomate, protinus postulatis assensus est, iussitq; nouū diploma expediri: quo expedito, abeundi prius à rege impetrato commeatu, ad urbem Romam, solum patrium, diu desideratam, summis exantlatis laboribus, superatisq; erumnis innumeris, tādem aliquando deorum munere me recepi.

Magnes septentrionis amans

Vlisbona

FINIS.

NE te lateat lector ordo, quem Procardus monachus, huius libelli cõscriptor, & terræ sanctæ studiosus explorator, tenuit, libuit à principio breuibus id tibi aperire, potissimum quum ad lectionis synceriorem intelligentiam id non ambigamus conducere. Igitur non est sequutus Ptolomæi & reliquorum cosmagraphorum subile illud metiendi artificium, qui cuiuslibet loci longitudinem & latitudinem iuxta cœli situm exptndentes, locorum distantias certiore addiscunt uia, quàm si per miliaria, leucas, aut stadia, terrestri itinere id efficere molirentur. Sic enim licebit inuentis semel radicibus uti ad quorumlibet locorum quãtumlibet longe dissitorum inuestiganda interualla. At Procardus iste uulgari dimensione cõtentus, Aconem maritimam ciuitatem, & in occidentali plaga sitam, loco centri constituit & hinc quatuor lineas ad quatuor mundi præcipuas plagas imaginatione sua traxit, atque rursus quamlibet quartam in tria diducens, iuxta duodecim cœli uẽtos duodecim itineraria per memoratã terrã sanctã descripsit, atq; singula loca in his imaginarijs lineis sita, iuxta priscã & modernã appellationẽ annotauit: præsertim ea quæ scripturæ commendatione aut commemoratione celebriora sunt uel insigniora. Per leucam accipe spatium terræ, quod quis commode una hora mediocri gressu conficere potest.

LVDOVICI

LOCORVM TERRAE

SANCTAE EXACTISSIMA DESCRIPTIO, AVTORE F. BROCARDO MONACHO.

ISTA terra, quam ſanctam uocamus, duodecim tribubus Iſraël funiculo diſtributionis in poſſeſſionē tradita, poſt tempus Salomonis in duo regna excreuit: unum regnū Iudæ dicebatur, duas complectens tribus, nempe Iudæ & Beniamin: alterum uero regnum Samariæ uocabatur, à metropoli Samariæ, quæ nunc Sebaſte nomen habet, reliquas decem cōtinens tribus: utrunq; tamen regnum unà cum Palæſtina pars erat Syriæ, non ſecus quàm Tuſcia aut Lombardia pars eſt Italiæ: nam Syria, ut reliquæ magnæ nationes, in multas ſcinditur particulares prouincias. Et quidem ea regio, quæ eſt à Tigride fluuio uſque ad Aegyptum generali uocabulo Syria nuncupatur. At ea pars & tractus, qui eſt inter duos illos inſignes fluuios Euphraten & Tigrim, uocatur apud Hebræos אֲרַם נַהֲרַיִם id eſt. Syria fluuiorum, quæ Græco uocabulo Meſopotamia appellatur, quod media inter aquas contineatur: habetq; ciuitatem inſignē & celebrem Edeſſam, quæ olim Rages, nunc autem Raſe nuncupatur. Deinde eſt alia pars Syriæ, quæ Cœle uocatur, incipiens ab Eupharte flumine & deſinens in riuum Valaniæ, qui fluit ſub caſtro ualat, exoneraturq; in mare magnum, ſeu mediterraneum, in uilla Balaniæ, una leuca à dicto caſtro diſtante. In hac Cœleſyria eſt nobilis Ciuitas Antiochena, cum alijs urbibus, Laodicea, Apamia, & ſimilibus. Rurſus eſt Syria Phœnicis, quæ ab Aquilone initium ſumit à riuo Valanię, & extenditur uſq; ad montem Carmeli, ubi locus eſt qui hodie Caſtrum peregrinorum uocatur. In hac multæ ſunt ciuitates, nempe Tripolis, Berytus, Sidon, Tyrus, Acon, Capharnaum & aliæ quædam. Habet quoq; Lybanum montem ſecūdum aliquos, in quo thura legūtur. Porrò uocatur Syria Phœnicis à filio Agenoris, qui Tyrum inſtaurauit, & metropolim in ea prouincia conſtituit. Eſt & alia pars Syriæ, quæ Syria Damaſci appellatur, in qua Damaſcus eſt metropolis, quæ & Syria Libani ca a Libano monte uocatur. Poſt Syriam Phœnicis ſequitur Palæſtina, etiam pars Syriæ in tres ſciſſa regiones. Vna uocatur Palæſtina ſine ullo additamento, habens Hieruſalem metropolim, extenditurq; uſq; ad mare mortuum, & ad deſertum Cades barne. Alia eſt Palæſtina Cæſareæ, habens ſcilicet Cæſaream maritimam urbem metropolim, incipiens à caſtro peregrinorum, & excurrens contra auſtrum uſq; ad Gazam ciuitatem. Tertia uocatur paleſtina Galilcæ. Vendicat quoque ſibi nonnihil Syria de partibus Arabiæ: Nam una eſt Arabia, quæ Baſtrum habet metropolim, quæ nunc Buſ-

Syriæ latitudo

Meſopotamia

Cœleſyria

Phœnicia

Damaſcus

Paleſtina

Arabia multiplex

rit appel-

Digitized by Google

rit appellatur: olim autem Orsa fuit, cui ab occidente iungitur Traconitidis regio atque Itura, & ab Aquilone Damascus, unde & Syria Damasci olim non raro Arabia uocabatur. Alia est Arabia Petrea, habens Petram metropolim, quæ olim Rabbath dicebatur, sita super torrentem Arnon; Hanc regionem olim inhabitarunt Ammonitæ, tametsi Ar ciuitas fuerit Moabitarum: fuitq; in ea regnum Seon, & regnum Og regis Basan. Tertia est Arabia, quæ habet metropolim Montem regalem, qui olim erat Petra deserti, sita supra mare mortuum, continens sub se montem Moab, & uocatur proprie Syria Sobal, intra cuius terminos continetur Idumæa, siue mons Seir. Proinde tota terra citra mare mortuum usque ad Cadesbarne, & aquas contradictionis uersus mare rubrum, & per squalidas solitudines usq; ad Euphratem, est Arabia magna, comprehendens Mecham ciuitatem, in qua Mahumetem sepultum ferunt. Hæc de terminis & extremitatibus terræ sanctæ dicta sufficiant: nunc de particularibus eiusdem locis nonnihil dicemus, initium sumpturi ab Aconē si ciuitate maritima.

DESCRIPTIO ACONENSIS CIVITATIS

ACon apud ueteres Ptolomais dicta est, & nunq; fuit terræ sanctæ connumerata, nec à filijs Israël unquā possessa: tametsi tribui Aser in sortē ceciderit. Est in prouincia Phœnicis, habens ad Austrū montē Carmelū quatuor leucis distātem, ubi ultra torrentē Cison Elias propheta sacerdotes Baal interfecit. Est hæc ciuitas Acō optime munita, cincta muris & antemuralibus, turribus, fossis, triangularē in modū clypei habēs formā, cuius duo latera iungūtur mari: tertiū uero planiciē terræ respicit. Habet agrū fertilem, optima pascua, uineas elegātes, & amœnissimos hortos, i quibus diuersi generis fructus colliguntur. Ornatur hæc urbs hospitali insigni domus Teutonicæ unà cum munitissimis castris: sed & non parum commodi habet ab optimo partu maris, capaci ab Austro multarum nauium. Hinc uersus Aquilonem est Casale Lamberti, quatuor leucis ab Aconensi urbe distans, sub monte Saron iuxta mare locatū, uineis, aquis, & fluminibus abundans. Ab hoc monte si perrexeris in litore maris ad tres leucas, occurret castrū Sandalido, locus scilicet, ubi olim Alexander Magnus Tyrum oppugnauit. Hoc castrū collapsum Balduinus rex Ierosolymitanus instaurans, quibusdam nobilibus possidendum tradidit: nā est locus amœnus, abundans pascuis, ficetis, oliuetis, & riuulis. Hinc ad unum milliare Germanicum est puteus ille admirabilis aquarū uiuētium, haud longe à uia quę Tyrū ducit, de quo in cantico Salomonis dicitur: Aquæ quæ fluunt cum impetu de Libano. Sunt autem quatuor fontes, quorū unus est præcipuus, habēs tam in longum quàm latū XL. cubitos, ut ego ipse utrūq; latus dimensus sum. Alij uero tres habēt circitur X X V. cubitos in unoquoq; quadrati latere: & sunt omnes durissimis inclusi lapidibus, atq; opere insolubili obfirmati. Hinc uarij deducuntur riui & aquæductus, unde ferè tota planicies Tyri

cies Tyri irrigatur & adaquatur, & non parum incremẽti in fructibus percipit. Cæterum distant hi fontes à mari paulo amplius quàm sit iactus arcus. & in hoc tam angusto spatio sex molares impellit rotas. Ab hoc fonte spatio dimi-

Tyri celebritas

dij miliaris Germanici distat Tyrus urbs nedum in prophanis, uerum & in sacris literis celebratissima, in qua ueteris suæ maiestatis adhuc plurima uisuntur uestigia. Hanc primum aiunt conditã à Tigra filio Iaphet, sed à Phœnice institutam. Magnum habet murorum ambitũ, & ut mihi probabile est, amplior & maior est ciuitate Aconensi: formã habet rotundam, rupi durissimæ insidens, & undiq; mari circundatur, nisi quod à frõte ciuitatis, hoc est, ab oriẽte patet aditus, quẽ primo Nabuchodonosor, & deinde Alexander magnus fecerunt, urbem continenti contiguã reddentes: uerum is introitus hodie munitus est quadruplici muro fortissimo, spisso & alto, XII. turribus & propugnaculis intra eos collatis. Huic tam forti ædificio adhæret Arx castrum munitissimum, in rupe & corde maris situm, septum turribus, & ornatũ palatijs egregijs: crederes, si illud uidisses, nulla potentia facile expugnabile. Est sedes Archiepiscopalis in hac urbe, habens sub se ecclesias Sidoniẽsem, Aconẽsem Paneensem, & Berytensem, Ante portã eius oriẽtalem ad iactum duarum sagittarum ostenditur locus in quo Christus prædicauit, & ubi mulier extulit uocem de turba dicens: Beatus uenter qui te portauit. A' Tyro tribus ferè leucis aquilonem uersus miscetur Eleutherus fluuius mari magno, ab Ituræa

Sarepta

seu Galilæa gentiũ prorũpens, de quo mentio fit in libro Machabeorũ. Hinc ad tres leucas est Sarepta Sidoniorum, ubi Elias propheta olim suscitauit à mortuis filiũ mulieris Sareptanæ. Habet hodie locus ille uix octo domos, at

Sidon

ruinæ adhuc cernũtur, antiquæ suæ magnificentiæ indices. Ab eo loco sũt tres leucæ ad Sidonem magnã Phœnicis urbẽ: licet & ipsa pro magna parte in ruinis hodie iaceat. Situs eius est ferè sub Antilibano: habens hinc & hinc castra natura & arte munita: nam unũ ad aquilonẽ urbis extructum est in rupe maris, idq; à peregrinis, qui ex Teutonia illuc uenerũt. Aliud uersus Austrum in colle est collocatum, quod milites tẽpli unà cũ alio castro & ciuitate inhabitãt. Adiacẽs terra fertilis est, producitq; cãnas mellis. Mons Antilibanus distat à Sidone una leuca ad orientẽ, initium sumẽs à fluuio Eleuthero, & uergẽs usq; ad Tripolim, quinq; scilicet leucarũ spatio, nec recedit à mari ultra tres leucas, licet in quibusdã locis mare ipsum cõtingat. Abundat optimis uineis. Vltra Si-

Berytus

donẽ ad nouem leucas est Berytus ciuitas Episcopalis. Hinc per sex leucas supra mare est Biblium ciuitas, Patriarchatui Antiocheno subiecta, de qua in Ezechiele fit mentio: uocatur aũt hodie Giblee, & est admodũ parua. Hinc sũt

Biblium

Botrum

sex leucæ ad ciuitatẽ Botrũ, quæ anteq; per magistrũ tẽpli destrueretur ualde opulenta fuit, in uino optimo reliqua loca excellens. Hinc ad tres leucas est castrũ Neuphrus, quod fere totũ mari alluitur, & habet triginta fortes turres, principi Anthiocheno subiectum. Hinc est iter triũ leucarũ ad Tripolim, urbẽ insi-

Tripolis

gnem,

Digitized by Google

gnem, quæ ut Tytus ferè tota mari circundat. Habitãt in ea Græci, Latini, Iudæi, Armeni, Maronitæ, Saraceni, Neſtoriani, & aliæ multæ & uariæ gentes. Paratur in ea urbe annuatim magna copia ſericeorũ pannorũ, habetq; increbilem numerũ hominũ, qui ſoli ſerico texendo uacant. Terra quoq; adiacẽs prorſus dici poſſet paradiſus domini, adeo amœna eſt et fertilis in uineis, oliuetis, ficetis, & relqs arboribus. Diſtat ab hac urbe Libanus tribus leucis, ad cuius pedem oritur fons hortorũ, fluens impetu de Libano, ut in Cãtico Salomonis dicitur, habens quidem ſcatebrã humilem, ſed illico tumeſcẽs fit fluuius magnus, irrigans & fœcũdans omnes hortos, & totam regionẽ, quæ eſt inter Libanum & Tripolim. A' Tripoli per duas leucas eſt mons Leopardorũ, rotũdus & altus, una leuca à Libano diſtans. Habet hic mons in pede Aquilonari ſpeluncã, in qua monimentum cernitur xxvi. pedum longitudinis, frequentaturq; deuote à Saracenis, qui putant illic Ioſue ſepultum. Hinc uenitur ad caſtrum Arachas & Sycon oppidum, & deinde ad Aradiũ, quod & Antheradum appellat, undiq; mari cinctũ, quinq; diætis à Tyro diſtans. Condidiſſe dicitur hanc ciuitatem Aradius filius Chanaan poſt diluuium, ſicut & Sidon filius Cham ædificauit Sidonem, & Aratheus Arathan, & Syneus Synochin, qui in hac terra manſerũt, & pyramides atq; mirabile ſepulchrum poſt ſe reliquerunt ſtupendę magnitudinis, habens xx. cubitos in longitudine. Cernunt autẽ iſtæ pyramides una leuca ab Antherado, & ſunt compactæ ex maximis lapidibus, quorũ multi excedunt ſaturã hominis. A' latere Antheradi orientem uerſus ſunt parua quædam montana, uocaturq; terra illa terra Aſiſinorũ. Scribit Clemens diuum Petrũ Antheradi aliquandiu euangelium prædicaſſe, quum Antiochiam petere uellet. Ab Antherado per ſeptẽ leucas eſt caſtrũ Margath, una leuca à mari diſtans, munitũ & in altiſſimo monte ſitum, habens è uicino ciuitatẽ Valaniã, quod fratres de hoſpitali ſancti Ioannis inhabitant. Cæterũ epiſcopatus qui fuit in Valania, propter Saracenorũ inſultus translatus eſt in hoc caſtrũ. Hucuſq; extenditur regnum Ieroſolymitanũ, & incipit principatus Antiochenus, quẽ fluuius quidam Valania nomine, à montibus haud longinquis prorumpens, diſterminat à regno terræ ſanctæ. Et hoc eſt itinerarium primum quod feci in terra ſancta, ab Aconenſi, ſcilicet, ciuitate, uſq; ad fluuiũ Valaniam, quod in octo diebus mediocri greſſu confici poteſt. Porrò à Valania uſq; ad Antiochiam ſunt quatuor diætæ.

Libanus

Antheradũ

Iter ab Acone uerſus Boream.

NVnc iterum ad Aconenſem ciuitatẽ redeuntes, iter aliud deſcribemus, quod, ſcilicet, uerſus Boream uergit. Igit' ab Acone ſoluentes, uenimus ad caſtrum Monsferet nominatũ, diſtãs ab illa ciuitate quatuor leucis, quod fratres Teutonici aliquando inhabitarũt, ſed nunc deſolatũ iacet. Inde ſi per quatuor leucas cœptũ iter proſequaris, occurret Thoron caſtrũ munitiſſimũ,

Thoron

C diſtans

Digitized by Google

distans à Tyro septem leucis, quod dominus Tyberiadis contra Tyrios ex truxit. Ab hoc loco sunt quatuor leucæ usq; ad Antiopiam, quæ ciuitas olim
Assor Assor uocata fuit, quam rex Iabni olim inhabitauit, contra quem & alios uiginti quatuor reges Iosue iussu diuino admonitus pugnauit. De hac ciuitate dicitur Iosue septimo, quod solam Assor munitissimã uorax flãma consumpserit. Porrò ruinę eius usq; in hodiernũ diem attestantur priscã magnificentiam. Distat autẽ à Tyro octo leucis orientẽ uersus. Hinc sex leucis cõtra Aquilonem est
Bellena Bellena ciuitas, in pede montis Libani sita, quæ ut ex libro Iudicum colligitur, olim Lachis dicebatur. Quũq; eam filij Dan cepissent, uocauerunt eam Lesedam, quæ tamen aliquando Dan simpliciter nominatur,
Dan secundum illud, Congregatus est Israël à Dan usq; Bersabee. Est enim Dan illa terminus terræ sanctæ uersus Septentrionẽ, Bersabee uero est limes contra Austrum. Cæterũ quũ Phillippus esset tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis, uoluit ciuitatẽ istam Bellenam suo nomine Cæsarem Philippi nominari, quæ prius à Græcis Panneas appellata fuit. Nõ longe supra hanc ciuitatem oriuntur duo fontes, nempe Ior & Dan, qui in pede montis Libani ante portam ciuitatis conuenientes, Iordanẽ fluuium efficiunt. Sunt tamen
Iordanis origo qui alium ortum Iordanem habere asserũt. Nam aiunt ab oriente per subterraneum meatum riuũ quendã deferri, cuius fons ab isto loco centũ & uiginti quinq; stadijs distat, qui Syala uocatur, & est semper plenus nunq; effluens, sed quantũ aquæ per scatebram suscipit, tantum per abditam uoraginem in Dan transmittit, id quod per paleas immissas probatum affirmãt. Saraceni tamen fontẽ illum primum non Syalam sed Medan uocant, hoc est, aquas Dan: nam מים id est me, lingua illorum, quæ Hebraicæ affinis est, aquas significat. Porrò Matthæus locum istum uocat Magedan, & Marcus Dalmanuta, & est in Traconitidis regione. Iordanis itaq; fluuius, ut iã diximus, ante portam ciuitatis Bellenæ, ex duobus memoratis fontibus nascens, post longos circuitus quos facit, inter Capharnaum & Corozaim in mare Gali-
Mare Galilææ & Tyberiadis idem lææ labitur. Et quidem inter Bellenam & mare Galilęæ in quandam uallem receptus, stagnum quoddam efficit, præsertim tempore resolutionis niuiũ à Libano defluentiũ, quod hodie aquas Maron uocãt, ubi, scilicet, olim Iosue cum Iabin rege Assor dimicauit. Hoc stagnum tempore æstiuo pro maiori parte exiccat, & crescunt ibi arbusta & herbæ diuersæ, in quibus latitant leones, ursi, & aliæ bestiæ Porrò ultra Iordanẽ sunt uarij montes, nempe mons Seir, mons Hermon i mons, Libani, & mons Galaad, qui tamen omnes sunt unus mons continuus, nisi quod in diuersis locis diuersa sortitur nomina.
Montes Galaad, Seir & Hermon Mons Galaad est altissimius, & uidetur reliquorum caput esse ob sui eminẽtiam, & huic coniungitur mons Seir, quem Esau inhabitauit, cecidit q; in sortem dimidiæ tribus Manasses: Huic iterum iungitur mons Hermon qui circuit Traeonitidem regionem, & peruenies usq; Damascũ copulat se Libano

inter

inter Bellenā & Damaſcum. Nec eſt Libanus ullo in loco eminentior quàm ſit ſupra hanc ciuitatē, ut etiā iuxta Tyrum uideri poſſit xl. leucarum ſpatio, ſiue quinq; diætarum itinere. Sub Libano eſt Antilibanus. Præterea ualles quæ circa Libanum inueniūtur, ſunt ſupra modum fertiles & cultæ, abundā tes paſcuis, uineis, hortis & pomerijs. Habitatores uero illorū locorum ſunt Maronitæ, Græci, Armeni, Neſtoriani, Iacobini & Georgiani. Hæc de itinere quod ab Aconen ſi urbe uerſus Boream tendit, dicta ſufficiant. Nunc aliud iter proſequamur, quod, ſcilicet, ab Acone uerſus Vulturnum ducit.

Iter ab Acone Verſus Vulturnum.

IGitur ab Acone quatuor leucarum ſpatio eſt caſtellum Indi, dictū Saron, in montanis ſitum, quod fuit domus fratrum Teutonicorū, ſed modo in ruinis iacet. Hinc ad leucā unam eſt caſtrū regium, omnibus abundans bo nis, ſed à Saracenis modo occupatur. Ab hoc loco ſi deſtinatum iter proſe quaris, exactis quatuor leucis, uenies contra aquas Maron, ubi eſt uallis in qua Eber Cineus tetenderat tabernaculū haud longe à ciuitate Aſſor, cuius uxor, nempe Iahel, Siſſaram principē militiæ Iabin regis Aſſor, clauo in ta bernaculo per tempora fixo interfecit. Ab iſta ualle uſq; ad caſtrum Sabul, quod Saraceni Zabul uocant, à quo terra illa Zabul uocat', ſunt leucæ tres. A' quo ſi uerſus Auſtrū per tres leucas perrexeris, occurret caſtrum & ciuitas Sephet, quæ aliquando fuerunt de dominio militiæ templi. Caſtrum eſt fir miſſimum & elegans, in altiſſimo monte ſitum, ſed per Soldanū captum, & hodie in magnam Chriſtinorum iacturam ab illo poſſidetur, unde totam Galilæam, hoc eſt tribū Zabulon, Neptalim, Aſer, Iſachar, Manaſſe, & om nem terram uſq; ad Tyrum & Sidonē ſubactam tenet. Inde contra Aquilo nem ad quatuor leucas eſt Cedes Neptalim, quæ fuit ciuitas fugitiuorum in tribu Neptalim, & abundat omnibus bonis. Monſtrant' illic magnæ ruinæ, & ſepulchra pulcherrima antiquorū. De caſtro Sephet per tres leucas in de ſcenſu montis contra orientem ad iactum lapidis à mari Galilææ, eſt mons ille quem toties ſeruator noſter Chriſtus aſcendit, in quo fecit ſermonē illū ſalutarem, quem diuus Matthæus deſcribit, & in quo de quinq; panibus & duobus piſcibus ſatiauit quinq; millia hominum. In hunc quoq; montē fu git, quū populus eum uellet facere regem: ibi docuit diſcipulos orare, ubi & ipſe ſæpe pernox fuit in oratione. Ibi à Cēturione fuit interpellatus pro pue ro paralytico curādo. Hic quoq; uenit ad eum multitudo languentiū, & ſuo tactu mundauit leproſum. Ab hoc monte uideri poteſt totū mare Galilææ, Iturea & Traconitidis regio uſq; ad montem Libanum. Cōtinet longitudo eius duos iactus arcus, latitudo uero habet ſolum iactum lapidis: totus eſt herboſus & amœnus. In pede huius montis paululum à mari oritur fons ui uus, quem quidam ſomniant uenam eſſe Nili: Ioſephus uero appellat eum Capharnaum, à quo etiam tota illa regio uſq; ad Iordanem per tres leucas

Sabul

Caſtrum Se phet

Cedes

Mons Chriſti

Digitized by Google

Capharnaũ nominatur. Ab hoc fonte ſi ieris per uiginti paſſus ſupra mare Galilææ, eſt locus ubi Chriſtus poſt reſurrectionẽ ſuã ſtetit in litore, dicens diſcipulis piſcantibus, Pueri nunquid pulmentariũ habetis? Ab eo loco ori-

Capharnaum entem uerſus per unam leucam eſt Capharnaũ ciuitas quondam glorioſa, ſed nunc uicus humilis, uix ſeptem habens caſas piſcatorũ, ut adimpleretur uerbum Chriſti ita loquentis, Et tu Capharnaum, ſi in cœlũ aſcendes, uſq; ad infernum demergeris. Ab hoc loco ſunt, tres leucæ ad aſcenſum montis

Mons Sanir Cedar Sanir, ubi, ſcilicet, eſt introitus Idumeæ. Et ſuperatis iterũ tribus leucis, occurret Cedar ciuitas glorioſa iuxta montem Sanir infimo loco contra orientem ſita. Per hanc ciuitatem & per litus maris Galilææ tranſit uia ducens ad occidentem, quam Iſaias uocat uiam maris, quod trans Iordanem in Galilæa gentium iuxta litus maris procedat. Ab hoc loco, ubi Iordanis mare influit, uſque in Cedes Neptalim ſunt quatuor leucæ, & in meditullio itineris eſt Maron aquarum, uallis quædã ſic uocata, per quam tranſiens Iordanis curſum ſuum uerſus orientem flectit. Proinde à ciuitate Corozaim, & oſtio flu-

Sueta uij Iordanis cõtra Aquilonem ſunt quatuor leucæ ad Suetam ciuitatẽ, unde fuit Baldad Suites. Monſtratur ibi pyramis beati Iob. Ad huius loci campeſtria conueniũt Saraceni ex diuerſis regionibus, à Syria, Meſopotamia, Moab & Ammon, toto æſtatis tempore illic nundinas facientes, regionis amœ-

Huſſ nitate illecti. A' ciuitate Corozaim uerſus orientem quatuor ſunt leucæ ad ciuitatem Cedar, in alto monte ſitam, quam Ioſephus Camelam uocat, eo q; mons ille Cameli formam præſefert. Hic notabis, totam illam terrã quæ eſt ultra Iordanem, in litore eius orientali, uocari Traconitidis regionem, & planiciem Libani & Boſram, uſq; ad montem Libani: litus uero occidentale appellatur Galilæa gentium, Iturea, Zabul, Decapolis, & uia maris. In Traconitide eſt terra Huſſ, quæ beati Iob principatus olim fuit.

Iter ab Acone uerſus orientem.

AB Acone quinq; ſunt leucæ ad uallem fortẽ Aſer, quæ tenditur uſq; ad mare Galilææ. Hinc tres ſunt leucæ ad Naſon uillã Neptalim, de qua

Dotaim in Tobia. Hinc tres ſunt leucę ad Dotaim caſtrum ſub monte Bethuliæ, ubi

Neptalim Ioſeph errauit quũ quæreret fratres ſuos. Hinc tres ſunt leucæ ad ciuitatẽ Ne-

Bethſaida ptalim, quæ nũc Syziz uocat', unde Tobias fuit. Hinc tres leucæ ſunt ad Beth-

Magdalum ſaidã, patriã Andreæ & Petri. Hinc iterũ tres leucæ numerãtur ad Magdalũ caſtrũ Mariæ Magdalenæ. Inde uenitur ad terrã Geraſenorũ, in qua multæ ſunt ciuitates & oppidula, ubi etiã mons Hermõ in dimidia tribu Manaſſe in altum erigitur. Caſtrũ ſeu oppidum Dotaim ſitum ſub monte Bethuliæ, eſt admodum amœnum: nam habet circumiacentes uineas, oliueta & ficeta, abundatq; paſcuis pinguibus: ubi & uſq; in hodiernum diem oſtenditur ciſterna (ſi incolis fides ſit habenda) in quam Ioſeph miſſus fuit. Per hũc locũ tranſit iter à Syria in Ægyptũ iuxta montes Bethuliæ per campũ Eſdrelon,

proce

procedens ſub monte Thabor ad ſiniſtram, & inde per campum Magedo aſcẽdit in montẽ Ephraim, tranſiens per Ramatha Sophim, & tandẽ ducẽs in Ægyptũ. A' Naſon tribus leucis ad orientẽ, & à Dotaim tribus leucis ad Aquilonem eſt ciuitas Neptalim, de qua fuit Tobias, quæ tempore excidij Hieroſolymitani Ionapa creditur uocata. A' Neptalim tres ſunt leucæ ad Beth ſaidã in angulo maris Galilææ, habetq; hodie uix ſex domos. Hinc ad tres leucas contra meridiẽ eſt Magdalũ caſtrum, ſitũ in litore maris, diſtãs à Bethania tribus leucis contra Vulturnũ. Sunt in hac plaga ultra mare Galilææ plurima caſtella & ciuitates, nempe Suuetha, Theman, à qua Eliphaz Themanites, Gereſa, à qua terra Geraſenorum, quæ in litore maris Galilææ ſub monte Seir contra Tyberiadem eſt ſita, licet paululũ declinet ad Aquilonẽ. Eſt autẽ tota illa terra ultra mare Galilææ montuoſa, eratq; olim de regno regis Baſan, continens montẽ Seir: nã & Seir & Hermon inter illa montana comprehendũtur, ceſſitq; hæc terra dimidiæ tribui Manaſſe. Hodie uero Saraceni eam inhabitant. Eſt & alius mons Seir iuxta deſertũ maris rubri Pharan, ubi Codorlaomer & alij reges cum eo percuſſerunt Choræos, qui habitabant in monte Seir, quẽ Eſau & poſteri eius inhabitauerunt. Sunt tamen qui dicunt Eſau utrunq; inhabitaſſe montẽ, & utrique nomẽ dediſſe. Nam quum Iacob proficiſceretur in Meſopotamiam, Eſau habitabat cum patre ſuo in Berſabee, & aſſumptis omnibus ſuis ſeceſſit ultra Iordanẽ, quod hinc patet, quia dicit Gen. xxxiij. Quum Iacob tranſiſſet Phanuel, ortus eſt ei ſol, & eleuans oculos uidit uenientẽ Eſau. Oſtenditur autẽ hodie locus Phanuel ultra Iordanẽ ad orientalẽ plagam. Quòd ſi Eſau tunc alterũ montẽ Seir inhabitaſſet, nõ tam ſubito occurrere potuiſſet fratri ſuo Iacob, quũ mons ille à loco Phanuel plurimũ diſtet, quippe qui tribus diætis à mari mortuo in ulterioribus locis abeſt. Proinde hæc locorum mutatio uidetur illũ conſequuta propter diuerſas uxores, quas paſſim ex alienigenis gentibus duxit. Nã quũ filiam Iſmaël ſororẽ Nabaiath accepiſſet, cœpit habitare in monte Seir, qui eſt iuxta deſertũ pharan, in confinio illo, ubi ſocer eius Iſmaël habitauit, de quo in Geneſi dicitur, Factus eſt uir gnarus ſagittandi, moratusq; eſt in ſolitudine Pharan. Deinde duxit & alias uxores de filijs Euei Chananei, qui habitabãt iuxta montes Gelboẽ nõ longe à mari Galilææ, ubi mons quidã ab eius inhabtatione denominatus eſt Seir, quem, ſcilicet tunc poſſedit quũ Iacob è Meſopotamia rediret: id quod & hinc probari poteſt, quia quum Iacob timeret occurſum fratris ſui, occurrerunt illi angeli dei, ut trepidum corroborarent, quos appellauit Mahanim, hoc eſt caſtra: unde & locus ille Mahanim cœpit uocari: conſtat aũt locũ illũ eſſe in monte Galaad, qui tribui Gad ceſſit in ſortẽ. Mons itaq; Seir q eſt in tribu, Gad, nõ longe abeſt à mõtibus Gelboë atq; ciuitate Bethſan, ubi, ſcilicet, Iordanis ingreditur mare Galilææ, à quo loco litus Iordanis orientale eſt duarũ tribuũ & dimidiæ uſq; ad cam-

Neptalim

Bethſaida

Magdalum

Mons Seir

Phanuel

Mons Galaad

Bethſan

Digitized by Google

pestria Moab sub mõte Abarim. A' quo si ulterius in eiusdẽ fluuij litore con
Pater deserti tra Austrũ procedas transibis terrã Moab usq; ad petram deserti, quæ nunc Krac dicitur, cui pars quædã terræ Ammõ succedit, pertingens ad mare mortuum, & hinc usq; ad montẽ Seir qui coniungitur deserto pharan iuxta Cadesbarne, habens à latere desertum Sinai. Iter ab Acone uersus Eurũ.

NVnc aliam ꝓsequamur lineã, ab Acone, scilicet, cõsueto more exordiũ facientes, & contra Eurũ iter dirigentes. Igitur si ad hãc plagã gressum
Cana Galilææ moueris, primo occurret Cana Galilææ, iiij. distans leucis ab Acone. Hinc sũt duæ leucæ uersus meridiẽ ad uillã Ramã nomine, quę sita est sub monte qui Nazaret usq; pertingit. A' Rama est una leuca & dimidia ad uillam quandã quæ olim grandis fuit uocata Abelina, distans à Dotaim media leuca uersus orientem, de qua in libro Iudith fit mentio. De Abelina est una leuca ad
Bethulia montẽ Bethulię, ubi Iudith occidit Holofernẽ, qui mons per totã ferè cernitur Galilææ, habẽs adhuc pulchra quędã ędificia, sed plures ruinas. A' Bethulia est una leuca ad ciuitatẽ Tyberiadis, eundo, scilicet, inter orientẽ & Austrũ supra mare Galilææ, à q̃ mare Galilææ dictũ est mare Tyberiadis. Hęc olim
Tyberias olim Cinereth uocata est Cinereth, & ab ea mare Cinereth, sed ab Herode instaurata in honorẽ Tyberij Cæsaris, Tyberias est uocata. Habet solũ fertile & pingue, terminat́q; ad eã regio Decapoleos, de qua Iacobus patriarcha Ieroſolymita-
Decapolis nus sic ait in lib. quẽ de terra sancta cõposuit: Regiõis Decapoleos fines sũt mare Galilææ ab oriente, & Sidon magna ab occidente, & hæc est latitudo eius. In lõgitudine uero incipit à ciuitate Tyberiadis, & uergit ꝙ litus maris Aquilonare usq; in Damascũ. Dicit aũt Decapolis à decẽ principalibus eius ciuitatibus, quarũ nomina sunt hæc, Tyberias, Sepheth, Cedes, Neptalim, Assor, Cæsarea Philippi, Capharnaum, Ionitera, Bethsaida, Corozaim & Bethsan, quæ etiã Sitopolis est appellata. A' Tyberiade contra occidentem sunt sex leucę, & à Cana Galilææ tres contra Austrũ ad Sephorũ oppidũ &
Sephoron castrũ, unde Ioachim pater beatæ uirginis oriundus putat: & est in tribu Asser iuxta uallẽ Carmelon. A' Sephor sunt tres leucæ contra Austrũ ad Naza-
Nazareth reth ciuitatem Galilææ, ubi Christus conceptus & educatus fuit. Distat ab Acone septẽ leucis. Extra eam ciuitatẽ ad spatiũ unius stadij est locus, quem appellant saltũ domini, ubi Iudæi uolebant Iesum præcipitare, sed subito elapsus manibus eorũ, in latere montis oppositio inuentus est. Ab isto mõte uidetur mons Thabor & Hermon, uilla Endor, Naim & Iezrael, atq; ferè tota planicies campi Esdrelon. A' Nazareth duabus leucis uersus orientẽ est mõs
Mõs Thabor Thabor, in quo dominus tranfiguratus fuit. Sunt in eo adhuc ruinæ uariæ palatiorũ, & turriũ quæ hodie sunt latibula leonũ & aliarũ bestiarũ. In pede Australi huius montis contra uillã Endor prope uiã quæ ducit à Syria in Ægyptũ, est locus ubi Melchizedec dicitur occurrisse cũ pane & uino Abrahæ redeunti à cęde iiij regũ. In pede uero eius orientali descendit torrens Cison,

iuxta

Digitized by Google

iuxta quem Barac pugnauit contra Siſarā & in fugā uertit. Colligit aūt torrens iſte de aquis pluuialibus quæ defluūt à montibus Thabor & Hermon, & præcipitat in mare Galilææ. A monte Thabor contra Eurū eſt una leuca ad uillam Endor, quæ ſitū habet iuxta montē Hermonim: qui tamen nō eſt mons proprius & diſtinctus, ſed iugum quoddā humile ſeu tumor quidā à monte Hermon contra montē Thabor procedēs. Eſt & alius mōs Hermon minor, qui diſtat à Nazareth duabus leucis, à mōte uero Thabor uerſus Auſtrū paulo plus una leuca, in cuius latere Aquilonari eſt ciuitas Naim, ubi dominus filiū uiduę unicū à mortuis ſuſcitauit. Extendit aūt mons ille in longū ferè quatuor leucis contra mare Galilææ, deſinens non longe ab eo loco ubi Iordanis ex mari Galilææ egreditur. Iter ab Acone uerſus Notum.

Endor

Mons Hermō

Naim

DEſcribemus nunc iter aliud in quarta orientali, procedendo, ſcilicet, ab Acone contra Notum. Igitur ab Acone quatuor ſunt leucæ ad torrentē Ciſon, ubi Elias occidit ſacerdotes Baal, & is torrens paruo exacto terræ ſpatio intrat mare magnum, tribus, ſcilicet, ferè leucis ab Acone. Et licet iam dixerimus hunc torrentē in mare Galilææ deferri, tamen quum locus eius originis ſit aliquanto eminentior, fluit in diuerſas plagas, partim, ſcilicet, contra orientem in mare Galilææ, & partim contra occidentē in mare magnū: & ita duo ſunt torrētes ſeu riui, ſed ab uno loco originem ducētes. Ille tamē Ciſon qui fluit ad occidentē, colligit plures aquas, quia à monte Ephraim & à locis Samariæ ꝓpinquioribus atq; à toto cāpo Eſdrelon, confluūt plurimę aquæ & recipiūtur in hūc unū torrentē. A loco interfectionis ſacerdotū Baal ſunt tres leucæ contra Auſtrum ad caſtrū Cain: à quo rurſum uerſus Auſtrū ad Magedo ſunt ſex leucæ, quod hodie Subimbre uocat, ubi rex Ioſias occiſus fuit à Pharaone rege Ægypti. Et aduerte quòd campus iſte Magedo, Eſdrelon & planicies Galilææ ſunt ferè unus & idem campus: ſed nomina illa hodie oia in obliuionē abierūt, uocaturq; campus Sabæ, à quodā caſtello quod Saba nūcupatur, diſtans à ciuitate Aphec quātus eſt iactus arcus, Cingitur cāpus ille ab oriente mari Galilææ & Iordane, ab Auſtro monte Ephraim & Samaria, ab occidente partim monte Ephraim & partim mōte Carmelo, ab Aquilone mōtibus planiciei & Libano, uideturq; iuxta lōgitudinē babere x. leucas, & iuxta latitudinē ſex. De mōte Cain cōtra orientē ſunt duæ leucæ ad Caſal Meſra, & una leuca contra Auſtrū ad caſtellū qđ Saba uocatur, ad cuius occidentale latus extra uiā quæ ducit in Iezarēl ad dexterā, oſtendūtur ruinæ ciuitatis Aphec, ubi Syri pugnauerūt contra regē Achab, qñ dixerūt, Dij montiū dij deorū, pugnemus cōtra eos in uallibus. De Aphec ad unā leucā cōtra orientē ſiniſtrā uerſus, extra uiam quæ ducit Iezrael, in latere Auſtrali montis Hermon, eſt ciuitas Snna. celebris miraculo quod ꝑ Eliſæū dñs in ſuſcitatione pueri mortui fecit. A Suna xi. ſunt leucæ ad ciuitatē Beth ſan, eūdo cōtra orientē, & parū declināndo ad Auſtrū, inter montē Gelboë & Iordanē.

Duplex torrens Ciſon

Magedo

Campus Sabæ

Aphec

Suna

Digitized by Google

Distat autē media leuca à Iordane. In huius murum suspenderūt Philistīm cadauera Saulis & filiorū eius, quos occiderunt in monte Gelboē. Hæc Bethsan secundum Iosephum alio nomine uocatur Sitopolis. Iuxta hanc ciuitatē est mons Gelboë, extendens se uersus occidentē usq; in Iezraël ad duas leu-

Iezrael cas. A' Bethsan sunt duæ leucæ uersus occidentē ad Iezraël, quę olim erat una ex ciuitatibus regalibus in Israël: sed hodie uix habet xx. domos, uocaturq; Zaracin, in pede montis Gelboē ad occidentē sita. Ante cuius introitum est

Mons Gelboe ager Nabot. Et nota quod hi duo montes, Hermō & Gelboë, iacent in una linea meridionali, Gelboë quidem ad Austrum, & Hermō ad Aquilonem, intercepto duarū leucarum spatio inter eos. Longitudo uero eorū est ab oriente in occidentē, terminanturq; ambo ab oriente in Iordanē. Porrò longitudo eorū describitur esse undecim leucarū. In ualle uero seu planicie interme dia describūtur multi cōmissi conflictus. Ibi enim pugnauit Gedeon contra Madian, & Saul contra Philistæos, Achab contra Syros, & modernis temporibus Tartari ibi conflixerunt cum Saracenis. Notandū quoq; hii, supra

Mōs Hermon regionē Traconitidis esse alium montē Hermon iuxta montē Sanir, de quo scriptura in multis locis mentionem facit, & est multo maior & altior illo de quo hic scripsimus. Cæterū in planicie quæ est inter istos montes, incipit con uallis, quæ ob sui amœnitatē dicitur illustris, extenditurq; in longū per totū

Vallis illustris descensū Iordanis usq; ad mare mortuū: & priusquā dñs subuerteret Sodomā & Gomorrhā erat uallis illustrissima, aquis irrigata ut paradisus dei. Habet Iezraël pulchrū ꝓspectū per totam Galilæā usq; ad Carmelū & montes Phœnicis, montēq; Thabor & Galaad. Ante montē Galaad uersus Iezraël, quæ est in latere Australi mōtis Gelboē, transit uia plana de Iordane in Salim ubi erat Ioannes baptizans. Nec est uerum, ut quidam putant, neq; rotē neq; pluuiā descendere supꝑ mōtes Gelboē, quū in memetipso anno domini

Alij, Gelim millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, & pluuiā & rotē in illo mōte sim expertus. De Iezraël sunt iiij. leucæ contra Austrū ad oppidū † Ginū, situ in pede montis Ephraim, ubi incipit Samaria. Sūt aūt à Gino ad Iordanē vij. ferè leucæ eundo uersus orientē, & loco illi coniungit' ab Austro terra Taph

Samaria ue. A' Gino contra Austrū sunt iiij leucæ ad ciuitatē Sebāsten, quæ olim Samaria fuit dicta, caput regni deeē tribuū, quod regnū Israël dicebatur. Nūc uero peccatis hominū exigentibus pauculas habet domos unà cū ecclesia in honorē diui Ioānis baptistę extructa, sed quā Saraceni sibi usurpauerūt. Est & alia ecclesia in supcilio mōtis, ubi palatiū regis fuit, sita, quā Gręci monachi Christiani inhabitāt, a' qbus humaniter fui susceptus. Nō facile dixero quales & quātas ruinas in hoc loco uiderim, ut etiā longe excedāt ruinas quæ Ierosolymis cernuntur. In monte uidentur adhuc columnæ marmoreæ, quæ sustentabant regia illa ædificia, palatia & deambulatoria, quin & per totum montis circuitū huiuscemodi inueniuntur stantes columnæ, quæ platearum

sustinebant

Digitized by Google

sustinebãt testudines. Situs huius deuastatæ ciuitatis est pulcherrimus, nam inde liber patet aspectus usq; ad mare Ioppe, & ad Cæsaream Palæstinæ, ad montem Ephraim, & ad Carmelũ maris: abundat quoq; hortis, fontibus, oliuetis, & omnibus bonis necessarijs. A' Samaria contra orientem sunt tres leucæ ad Thersam ciuitatẽ, sitam in alto monte, in qua reges Israël ante ex- *Thersa*
tructionem Samariæ aliquanto tempore regnauerunt, eratq; in sorte Manasse. A' Thersa ad orientem, in uia quæ ducit ad Iordanẽ, est terra Taphue, sex distans à Thersa leucis, & est quoq; de sorte Manasse. A' Samaria cõtra Austrũ iuxta uiam quæ ducit Sichẽ sunt duæ leucæ ad Bethel in alto monte *Bethel.*
sitam, in quo Ieroboam filius Nabat posuit unum de uitulis aureis, quibus peccare fecit Israël. Inde ad mediam leucam uersus sinistram, est mons alius nomine Can, supra ciuitatem Sichem, in quo secundũ quosdam alius uitu- *Dan*
lus aureus positus fuit. Diuus uero Hieronymus putat eum cõstitutũ fuisse in ciuitate Dan, quæ nunc Belenas & Cæsarea Philippi uocatur. Inter istos duos montes sita est ciuitas Sichem, quæ hodie Neapolis uocatur, amœni- *Sichem*
tate & delitijs nullo loco inferior. Haud longe à porta eius Australi est fons Iacob in uia quæ ducit Ierusalẽm, ubi dominus sedens super puteum, potũ postulauit à muliere Samaritana. Supra fontem istũ ad dexteram est mons excelsus habẽs duo capita, quorũ unus est mõs Garizim, alius mõs Ebal, de quibus in Deuteronomio legimus. Ad sinistrã uero fontis huius sunt ruinę magni oppidi, ubi cernũtur lapides marmorei, & integræ quædã columnæ, aliaq; magnorũ & collapsorũ palatiorũ indicia. Locus quoq; ipse mirum in modum est fertilis, & solũ fœcundũ. Distat ab his ruinis Neapolis uno stadio, putoq; fuisse oppidũ Thebes. Huic fonti adiacet prædiũ quod dedit Iacob filio suo Ioseph, uallis, scilicet, quædã looga & fertilis. A' Siãhem numerãtur quatuor leucę contra Austrũ ad Lemnã, casale ualde pulchrum, situm *Lemna*
iuxta uiam ad dextram, quæ ducit Ierusalẽ. Est & alia Lemna ciuitas in tribu Iuda, hæc aũt est in tribu Ephraim. A' Lemna eundo cõtra Austrũ sunt iiij. leucæ ad oppidũ Magnas nomiẽ, quod fuit terminus Australis tribus Eph- *Magnas*
raim, hodie uero dicit Bira, & est de dominio militiæ templi. A' Magnis uersus Austrũ est una leuca ad Gabaa Saulis, ubi oppressa fuit uxor Leuitæ, & *Gabaa*
ob facinus illud ferè tota tribus Beniamin deleta, ubi & Saul filius Kisch primus rex Israël natus fuit. A' Gabaa euntibus una leuca cõtra Austrũ occurris Rama ciuitas, sed quæ hodie est uilla, sita in monte ad sinistram itineris *Rama*
ducentis in Ierusalem. Hinc tres sunt leucæ eundo contra Austrum ad ciuitatem Ierosolymitanam, de qua infra. Hic uero reuertar ad Sichem, & describam iter quod ab ea ducit uersus orientem. Itaq; à Sichem uersus orientem ad Iordanem procedendo, quatuor sunt leucæ ad Ennon oppidum *Ennon*
bene munitum atq; optimis abundans terræ nascentibus, fuit autem de sorte Ephraim. Ab Ennon contra orientem quatuor sunt leucæ ad Phasellum

casalę

caſale, ſitum in deſcenſu montis Ephraim, tribus leucis à Iordane in campeſtribus, ubi torrẽs Charith deſcendit de monte, in quo loco manſit Elias, quando corui ei deferebãt cibum mane & ueſpere. Sunt & aliæ uillæ in terra ſancta, quæ Rama uocantur, una iuxta Thecuam in uia qua itur in Hebrõ, alia in tribu Neptalim nõ longe à caſali Sephet, tertia in Silo. Et omnes iſtæ uillæ iacent in collibus excelſi: nam Rama excelſum interpretatẽ. A Phaſello ad ſiniſtram una leuca uerſus terram Taphue, eſt caſtrum Dooch, ubi Tholomus filius Abochi inſidioſe cepit Simonem Machabæum. In loco iſto cõſpicitur terra Galaad, & duarum tribuũ atq; dimidiæ, terra Eſebon & montana Moab, mons Abarim & Phaſga atq; Nebo: & deſcenditur hinc in campeſtria Iordanis, quæ loca ſunt plana uſq; in Iericho, & ultra per totũ deſcenſum Iordanis uſq; ad mare Salinarum, Sciendum etiam quòd ab ortu Iordanis ſub mõte Libano uſq; ad deſertum Pharan per centum ferè milliaria, Iordanis ipſe in utraq; ripa campos habet latos, & amœnos atq; prata uirentia poſitis hinc inde altiſſimis montibus, in quos hæc arua deſinunt, qui & uſq; ad mare mortuũ iuxta Iordanis riuum protenduntur. De Phaſello contra Auſtrum quinq; ſunt leucæ uſq; ad Galgalam, ubi filij Iſraël tranſito Iordane longo tempore ſunt caſtrametati. A Galgalis ſi uerſus Iericho uadas, habes ad dextram montem Quarentanam dictum, diſtantem media leuca à Galgalis, ubi, ſcilicet, dominus quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Eſt mons ille altus, & aſcenſu difficilis, habens ab uno latere fontem, cuius aquas amaras ſanauit & dulcorauit Eliſæus, cuius aquæ fluunt iuxta locũ Calgalæ à parte Auſtrali, & illico in tantum ſuccreſcunt, ut impellant totas moles, ſed poſtea in riuos ſecretæ, hortos & prata irrigant. A Galgala dimidia leuca contra Auſtrum eſt uallis Achor, ubi lapidatus fuit Achan ob furtũ anathematis. Item à Galgala per unam leucam contra orientem eſt ſita Iericho, cuitas olim famoſa, nunc autem habet octo domos, uix nomen uillæ ſortita. A Iericho per duas leucas uerſus Iordanem eſt ſacellum extructũ in honorem ſancti Ioannis baptiſtæ, ubi putatur dominus ab eo baptizatus: aliq; uero id factum putant in Salim. A Iericho ſunt duæ leucæ uerſus mare mortuum ad Bethagla, ubi filij Iſraël planxerunt patrem ſuum Iacob defunctum, quando eum tulerunt de Ægypto, & diſtat una leuca à Iordane. A Iericho tres numerantur leucæ ad mare mortuũ, quod eſt locus aſphalti ſeu bituminis, quod etiam mare ſalis nominatur, diuiditq; Arabiam à Iudæa. & terminatur ad eius litora terra Moab & Ammon, item'que mons Seir, de quibus ſupra mentionem fecimus. Circa medium eius, in litore orientali oſtenditur caſtrum Mozera, quod olim Petra deſerti uocabatur, nunc uero Crack dicitur, munitum apprime, quod Balduinus rex Ieroſolymitanus reſtaurauit, ut regnum illud ampliaret, ſed à Soldano nunc tenetur, qui in eo reponit theſaurum totius Ægypti & Arabiæ. A Crack duæ numerantur

Dooch

Galgala

Quarentana

Achor

Iericho

Crack

leucæ

Digitized by Google

leucæ(ſecundū aliud exemplar,duæ diætæ)ad Areopolim eundo uerſus Vul turnum,quæ nūc Petra dicitur,& eſt metropolis totius Arabiæ ſecūdæ Olim uero Ar uocata eſt,ſita in torrente Arnō,in confinio Moabitarū, Ammoni tarum & Amorreorū. In eodem litore eſt locus ubi Balaam ductus fuit in montana Moab,ut malediceret filijs Iſraël. A Iericho quinq; ſunt leucæ con tra Auſtrū ad oppidū Segor,ſub monte Engaddi poſitū, inter quem mon/ tem & mare mortuū eſt ſtatua ſalis,in quam uxor Lot fuit conuerſa:pro qua uidenda,multū ſubij laboris,ſed incaſſum:nam auerterunt me Saraceni,di centes locū non carere periculo propter ſerpentes, uermes, & feroces beſtias ibi habitantes:ſed poſtea comperi rem nō ita ſe habere. Et nota quòd mare mortuum ab oriente in occidentē,quæ eſt latitudo eius,habet quinq; leucas, in longitudine uero, quæ eſt ab Aquilone ad Auſtrū,hebet quinq; diætas: ut mihi Saraceni retulerunt. Alij tamen aliā aſſignauerunt longitudinē. Scri bit patriarcha Ieroſolymitanus,qui ſæpe locum illum inuiſit,mare illud ſem per fumum reddere & nebulam in modum camini infernalis: unde tota illa uallis quæ aliquando ob ſui fœcunditatem & amœnitatē illuſtris dicta fuit, ad ſpatium dimidiæ diætæ ſterilis & inutilis reddita eſt, ita ut nec ullum ger men proferat ferè per ſpatium quinq; leucarum,niſi iuxta ciuitatem Iericho, ubi horti irrigant à fonte Eliſæi. A dextris & ſiniſtris huius maris, montes ſteriles & aridi cernuntur,nam quocunq; uapor à mari illo aſcendens impel litur,ibi terræ naſcētia nō ſecus q; ſi à pruina fuiſſent tacta emoriuntur. In quo diſtrictū dei iudicium nobis ob oculos ponit,qui tam ſeuere grandia illa So domorū peccata uſq; in hodiernū diem non deſinit punire. Nec niſi uiſa hic ſcribo. Dixerunt mihi Saraceni,Iordanem ingredi mare mortuū, & rurſum egredi,ſed poſt exiguum interuallū à terra abſorberi. Excreſcit interdū mare illud ex reſolutione niuiū de Libano & pluuijs cadētibus in Galilæa,in mōte Galaad,terra Moab,Ammon & Seir,quæ aquæ omnes in Iordane cōfluūt, & in mare mortuū emittūtur. Inuenit in eo bitumen,collectū de fundo eius, quod agitante uento ſibijpſi cohæret, & litori appulſum in magna legitur quantitate. Eſt autē medicinale & durum,nec reſolui poteſt,niſi in ſanguine menſtruo,appellatq; gluten Iudaicū,& ab eo lacus ille lacus aſphalti, id eſt, bituminis appellat. De quo in Geneſi ita legimus, Vallis ſylueſtris,quæ nūc eſt mare ſalis,habebat puteos multos bituminis. Hi putei uſq; in hodiernū diē cernunt in litore eius,habentes ſinguli pyramides erectas,id quod ocu/ lis meis uidi. Et tantum de iſto mari. A Galgala tres numerantur leucæ ſimi liter à fonte Eliſæi contra Aquilonem à latere Septentrionali montis Qua/ rentanæ ad ciuitatē Hai,quā expugnauit Ioſue. Ab Hai ferè una leuca cōtra Aquilonē eſt Bethel ciuitas, tuæ olim Luza diccbat in tribu Beniamin,ubi Iacob in oriētē à facie fratris ſui Eſau fugiēs dormiuit, & ſuppoſito capiti ſuo lapide,uidit in ſomnis ſcalā ſtantē ſup terrā,& cacumine ſuo cœlos tangentē:

Segor

Mare mor tuum

Iordanis exie nanitio

Aſphaltum

Bethel

ubi &

Digitized by Google

ubi & erexit lapidē in titulum, uocauitq; nomen loci illius Bethel. Et hic erāt hi qui dicunt hæc Ieroſolymis facta. Oſtenditur autem adhuc iuxta Bethel lapis ille in titulū erectus, unà cū ſepulchro Deboræ nutricis Rebeccæ. A` Bethel una eſt leuca eundo contra Aquilonem uerſus Rama, quæ Silo dicitur, ad palmam Deboræ uxoris Lapidoth, quæ iudicauit Iſraël, & miſit Barach ad pugnandum contra Siſaram in monte Thabor. A` Bethel per duas leucas non longe à Rama Beniamin, eſt Anatoth uiculus ſacerdotum, de quo Ieremias propheta fuit oriundus. Iuxta Anatoth inter orientē & Auſtrū incipit deſertum illud quod eſt inter Ieruſalem & Iericho, quod nūc deſertum Quarentanæ dicitur, & extēditur uſq; ad mare Galilææ, & uſq; ad deſertum Thecuæ & Engaddi iuxta mare mortuum. A` Segor ſupra mare mortuum ad unam leucam eſt aſcenſus montis Engaddi, ubi Dauid aliquando latitauit, quum à Saul hoſtili animo quęreretur. Ibi quoq; in circuitu montis fuit hortus Balſami. Sed tempore Herodis magni Cleopatra regina Ægypti, in odium ipſius Herodis annuente Antonio, tranſtulit illum in Babylonē Ægypti. Sub Engaddi iuxta mare mortuū ſunt arbores pulcherrimę, ſed fructus earum quando decerpuntur, intus fauilla & cinere pleni inueniuntur. Montes Engaddi ſunt ualde alti, mirabilem pręſeferentes diſpoſitionē: nam habent tam præruptas rupes caſum minantes in ualles ſubiectas, ut uidentibus & tranſeuntibus timorem & terrorē incutiant. A` Iericho quatuor ſunt leucæ contra occidentem, uia quæ ducit Ieroſolymam ad ſiniſtram Quarentanæ, ad caſtrum Adumim, ubi, ſcilicet, ille qui deſcendebat de Ieruſalē in Iericho, incidit in latrones: id quod his temporibus adhuc multis contingit, & ob id ab effuſione ſanguinis frequenti nomē accepit. Eſt locus ipſe uiſu horribilis, & periculoſus ualde, nec quiſquam eum audet pertranſire ſine conductu. Ab Adumim una leuca contra occidentē eſt Bahurim de tribu Beniamin, de quo fuit Semei filius Iemini qui maledixit Dauid, & eſt caſtrum pulchrum in monte alto ſitum. De Bahurim contra occidentem ad duos iactus arcus eſt Bethania, caſtellum Marthæ & Mariæ, ubi peregrinis adhuc oſtenditur domus Simeonis leproſi, & ſepulchrum Lazari, in quo reſuſcitatus fuit à domino, tectum lapide marmoreo, in quod ego ut reliqui deſcendi. Recedendo à Bethania nō uideri poteſt Ieruſalēm ob interpoſitum montē Oliueti, ſed conſcenſo quodam terræ tumore, uidetur pars quædā ciuitatis unà cum monte Sion.

Silo

Engaddi

Adumim

Bahusim

Bethania

Deſcriptio ciuitatis Ieroſolymitanæ.

IEruſalem itaq; ciuitas dei ſummi, de qua dicta ſunt glorioſa, poſita eſt in terra montoſa: montes enim ſunt in circuitu eius, habetq; in circuitu terrā fertilem & bonam, præterquam ad orientem & uerſus Iordanem. Diſtat ab Acone triginta ſex leucis, quæ, ſcilicet, eſt contra Aquilonem: à Sebaſte uero ſiue Samaria diſtat ſedecim leucis: à Sichem octo, & à Nazareth uiginti ſeptem. Et hæc loca omnia ſunt uerſus Aquilonem. A` Ioppe uero diſtat octo

leucis

Digitized by Google

leucis inter occidentem & Aquilonem, à Iericho septē uersus orientem, à Beth leem duabus, ab Hebron octo, & hæ ciuitates sunt ad Austrum. Posita est itaque hæc urbs ab Austro in latere montis Sion, & ab occidente habet montem Gion, nec est hodie situs eius mutatus ut aliqui fabulātur, quum ob locorum munitionem trāsferri nō possit à pristino situ. Est quidem nonnihil ampliata in latum, sed non in longum, quum à patre arcis & montis Sion ex tendi non possit, siquidem mons ille supereminet, intra muros tamen ciuitatis concluſus, amplissimus, qui per se ferè ciuitati fundū præstare posset: nam initium sumit à portu aquarū siue fontis Silohæ uersus orientē, & suo tractu per meridiem usq; ad occidentem ferè semicirculum describit, rupe prærupta semicirculū hunc cingēte & consolidante. Concauitas uero huius semicirculi quum uersus ciuitatem exinanita esset, ut non cōmodum fundamentū castro esse potuerit, plurimū negotij priscis regibus fecit, quousq; oppleretur. Porrò à parte occidentis ubi iugum montis initium sumere diximus, sita est turris Dauid in quodam colle ipsius præruptæ rupis, habebatq; à tergo uoraginem quandam quæ uenit à parte Australi montis Sion, & in huius turris angulo se reflectēs gyrabat uersus orientem, diuidebaturq; in duas ualles profundas, quarum una uergit ad Aquilona, altera ad orientem, alium scilicet constituentes angulum, oppositum illi angulo, cui innititur turris Dauid. Proinde uallis quæ à turri Dauid descendebat contra latus Aquilonare montis Sion usque ad montem Moria, & reflectitur in orientem, separabat montē Moria in quo fuit templum, à monte Sion, & totam inferiorem ciuitatē, extēdebaturq; usq; ad torrentem Cedron, per locum ubi nunc est porta aquarum inter montem Sion & palatium Salomonis, quod ædificatum fuit in parte Australi montis Moria, & hoc pacto cingebat uotago illa ex omni parte montem Sion, & hæc erat ciuitas Dauid. Verum nūc uorago ipsa tota repleta est, relictis tamen uestigijs prioris concauitatis. Altera uero uorago seu uallis quę ab ista iuxta turrim Dauid diuidebatur, procedebat uersus Aquilonem, faciebatq; fossam ciuitatis iuxta longitudinem eius usque ad plagam Aquilonis: & super eam erat intrinsecus rupes eminens, quam Iosephus Arram appellat, quæ sustinebat murum ciuitatis superpositum, cingentem ab occidente ciuitatem usque ad portam Ephraim, ubi curuatur contra orientē usq; ad portam anguli, quæ in angulo ciuitatis constituta erat contra angulū Aquilonis & orientis: & ibi rursus curuabatur ab Aquilone per orientem contra Austrum extra aream templi, includens illam & domū regis atq; portam fontis siue aquarum iuxta montem Sion. Et iste totius ciuitatis erat ambitus. Rupes autem illa super quam ex parte occidentis erat extructus murus ciuitatis, erat ualde eminens, præsertim in angulo, ubi occidentalis muri pars connectebatur Aquilonari, ubi & turris, Nebloſa dicta, erecta erat, & propugnaculum ualde firmum, cuius ruinæ adhuc uisuntur, unde tota Arabia, Iordanis, mare mortuum, & alia plurima

Mons Sion

Turris dauid

Mons Moria

Nebloſa

Digitized by Google

plurima loca sereno cœlo uideri possunt. Ab hac rupe ex parte occidentis declivis pendebat ciuitas, nunc paulatim sese inclinans. & rursum sensim erigens usq; ad murum orientalem qui erat super torrentem Cedron, ubi ciuitas ipsa contingebat litus fluminis, habens illic portam, quæ dicebatur porta sterquilinij, eo quòd per eam sordes ciuitatis defluebant in memoratum torrentem. Extra uallem quæ est à parte occidentis, fuit dominus crucifixus: & post passionem suã uorago illa fuit terra repleta, & longo post tempore ciuitas muro alio fuit cincta à turri Dauid usq; ad portam Ephraim, quæ nunc Beati Stephani nominatur. Ab occidente uero rupes illa quæ erat pars montis Gion, qui in altum contra occidentem surgebat, supereminebat urbi, sicq; tota ciui-

Mons Moria tas ab istis duobus montibus quasi in declivi pendebat. Mons Moria, in quo templum domini & palatiũ regis ædificata erant, aliquãtulum altior erat ciuitate, sed per Romanos complanatus fuit mons ille, & missus in torrẽtem Cedró cum omnibus ruinis templi & atriorum, id quod hodie aperte uideri potest. Area autẽ templi quadrata est, habens in longitudine & latitudine iactũ arcus, & aliquid plus spatij, & templum in ea nunc ædificatũ adhæret ferè muro ciuitatis, quum uetus templum longe ab eo dissitum fuerit, quippe quatuor atrijs interpositis, nec modo distat à muro torrentis Cedron ultra triginta pedes. Ab area templi contra Aquilonem, quãtus scilicet est iactus lapidis, est porta uallis quæ ducit in uallem Iosaphat: & hæc etiam uocatur porta gregis, quòd per eam introducebantur greges immolandi in templo. Proinde intrantibus portam uallis seu gregis, ad sinistram occurrit piscina probatica, in qua

Piscina probatica Nathinnei lauabant hostias, quas tradebant sacerdotibus in templo offerendas, & hæc duas porticus habuisse ostenditur, in quibus secundum Ioannem iacebant infirmi, aquæ motum expectantes. Ad dextram uero ostenditur alia piscina grandis, quæ dicebatur piscina interior, facta ab Ezechia: nam obturans superiorem fontem aquarum Gion, auertit aquas eius, direxitq; uersus occidentem urbis Dauid, incidens ferro petram per uallem quam paulo superius commemorauimus, introduxit aquas per medium ciuitatis in piscinam istam, ne populus in obsidione positus aquæ penuria laboraret: fontem uero aquarum Gion, qui non longe distabat ab agro fullonis, duxit in superiorem piscinam, quæ est super natatoria Silohæ. Et hæc quidem Achaz incepit, sed non perfecit. De hac piscina & hoc fonte atq; eius situ loquitur Isaias: Egredere ad extremum aquæductus piscinæ superioris in uia agri fullonis. Dicitur autem piscina superior respectu natatoriæ Silohæ, quæ tanquam inferior recipit aquas de fonte Silohæ. Et ne erres in his piscinis, aduerte quòd prima & præcipua piscina in Ierusalem erat piscina probatica, duas habens porticus, quam Solomon fecit pro ministerio templi. Secunda fuit iuxta illam contra Aquilonem, dicta interior, quam fecit Ezechias, ut dictum est. Tertia natatoria Silohæ, quæ erat sub monte Oliueti, & sub monte Sion, prope agrum Hakeldemah

Digitized by Google

keldemmach, habebatq; aquam de fonte Silohæ, quam Ezechias quoq; fecit. Quarta erat superior piscina, de qua dictum est, quam Ezechias etiam fecit: Et hæc non fuit in ciuitate, ut quidam sentire uidentur, quum ciuitas ipsa altior fuerit origine eius, de qua hæc piscina suas hauriebat aquas, nempe de fonte Silohæ, & de fonte inferiori aquarum Gion. Vallis Iosaphat cingebat ciuitatem ex parte orientis, sub monte Oliueti descendens: & quamuis adhuc sit profunda, multum tamen est impleta. Romani enim, ut dicit Iosephus, ab illa parte ciuitatem oppugnantes, incisis oliuis & alijs arboribus atq; aggeribus inde factis, eam impleuerũt. Sed & postea capta ciuitate, Ælius Adrianus iussit ruinas atriorum & templi proijci in torrentem Cedron atque complanari montem Moria, & ciuitatem aspergi sale, quæ usq; in hunc diem oculariter uidentur facta. Sepulchrum uirginis glorioſæ ostenditur in ualle Iosaphat, nõ in ima eius profunditate, sed in pede montis Oliueti, & in editiori loco quàm sit ipsa uallis, quod ante subuersionem ciuitas extra terram eminebat: nunc uero est sub terra, unà cum ecclesia circum sepulchrum extructa. Non longe ab hoc ostenditur alia ecclesia, ubi fuit hortus Gethsemani, quem dominus oraturus ante passionem suam intrauit, iuxta montem Oliueti cuidam rupi concauæ adhærens, sub qua discipuli sedisse memorantur, quum ipse oraret ad patrem. Sub monte Sion contra regiam Salomonis in occidentali latere uallis Iosaphat est fons Silohæ, à quo per aquæductum deriuatur aqua in piscinam superiorem & in natatoriam Silohæ, non semper, sed quando inundat aquis. Porrò ambæ piscinæ sunt in pede montis Sion. Suscipiunt quoque hæ piscinæ aquas de fonte Gion inferiore, qui oritur sub agro fullonis. Iuxta has piscinas ad iactum lapidis ultra uallem ad plagam Australem est ager Hakeldemach, emptus triginta argenteis illis, quibus Iudas dominum uendidit, deputatus in sepulturam peregrinorũ. Infra piscinas istas & agrum Hakeldemach contra orientem, fluit torrens Cedron, colliguntúrque in ipsum omnes aquæ, quæ tempore pluuiarum in altiora quæque loca circumadiacentia ab aëre descendunt. Nõ longe à sepulchro uirginis benedictæ auditur strepitus eius sub terra ad locũ istũ properãtis: augescit quoq; ex aquis quæ fluũt ex memoratis piscinis, & defertur in uallem Gehennon, quæ etiam locus Tophet uocatur, ubi est fons Rogel, lapis Zoeleth, & ubi Adonias fecit conuiuium, quum regnare instituisset. Ibi quoque Isaias sepultus dicitur, serra prius iuxta fontem Silohæ sectus. Sunt hæc loca amœnissima, delitijs plena, uiridarijs & hortis consita, irrigante ea torrente Cedron. Sub hunc locum est mons offensionis, ubi fuit locus ille detestabilis, in quo insani homines trajiciebant filios suos per ignem, offerentes eos dæmonijs. Et hæc de forinsecis locis ciuitatis Ierosolymitanæ dicta sufficiant. Nunc etiam quædam perstringemus breui sermone, quæ intra mœnia eiusdem urbis continentur. Et quidem ecclesiæ sepulchri dominici principatum concedimus: hæc rotunda est, habetq; in

Vallis Iosaphat

Sepulchrum Mariæ

Gethsemani

Hakeldemach

Cedron

Gehennon

Sepulchrum dominicum

Digitized by Google

medio aperturam rotundam, sub qua sepulchrum dominicum sub dio consistit nullo tectum imbricamento. Spelunca sepulchrum domini continens, habet in longum aliquot pedes, foris quidem marmote tecta, intus uero adhuc nuda conspicitur, sicut tempore passionis fuit. Ostium quod ducit in hãc speluncam, sepulchrũ ponitur ad dextrã, hoc est, ad parietẽ speluncæ Septentrionalem, factum de marmore grisei coloris, habens in longitudine octo pedes, sicut & spelunca ipsa: nec est in crypta illa lumen aliquod cœleste, sed lam pades aliquæ accensæ reddunt eam illustrem. Et nota quòd ante speluncam dominici sepulchri est alia crypta eiusdem magnitudinis & figuræ, solo pariete intermedio à priori segregata, & ad hanc primo descenditur, deinde per ostium intermedij parietis uenitur in speluncam dominici sepulchri: & ostium illud fuit clausum, quando mulieres tempore resurrectionis dominicæ dicebãt,

Caluariæ locus

Quis nobis reuoluet lapidem ab ostio monumenti? Mons caluariæ, in quo dominus crucifixus est, distat à loco sepulchri centum & octo pedibus, & est ascensus à superficie pauimenti ecclesiæ ad locum ubi crux rupi infixa fuit, uiginti octo pedum. In ea rupe adhuc apparet scissura, in morte domini facta, A' Caluaria per decem pedes ostenditur pars columnæ, in qua Christus fuit flagellatus, illuc ex domo Pilati translata. Non longe ab hoc loco descenditur per xlviij. gradus ad locum, ubi Helena inuenit crucẽ domini defossã. De magnitudine huius urbis scribit dominus Iacobus patriarcha Ierosolymitanus in libro quem de terra sancta composuit in hunc modum: Est sæpe nomi nata & sæpius nominanda ciuitas secundum omnes eius partes in monte sublimi sita, muro ualido undiq; cincta, nec nimia paruitate angusta, nec magnitudine cuiquam fastidiosa. A' muro nanq; usq; ad murum habet distantiam, quantum iacere potest arcus, habens insuper à parte occidentali munitionem ex lapidibus quadris, ferro & plumbo indissolubiliter compaginatam, quæ ab uno latere ciuitati est pro muro, appellaturq; turris Dauid. Ipsa tamẽ eadem est, quæ à quibusdam Antonina dicitur, habetq; mõtem Sion ab Austro, in quo Dauid sibi habitaculum fecit, in quo etiam cum alijs regibus Iuda sepultus est, & eam appellauit ciuitatem Dauid. Mõs autem Caluariæ, in quo dominus crucifixus est, à parte occidentis erat extra murum ciuitatis: sed Ælius Adrianus ipsam per Titum & & Vespasianum omnino destructam reparauit, & adeo ampliauit, ut locum crucifixionis & sepulturæ dominicæ intra murorum ambitum comprehenderit. Hactenus ille. Nunc de portis eius. Prima erat porta Dauid, quæ erat in latere montis Sion contra occidentem, ubi erat angulus ciuitatis inferioris, oppositus turri Dauid, in loco scilicet ubi duę uoragines ab una nascebantur, una ad Aquilonem, & altera ad orientem uergente: ubi & testudo facta est ultra uallem unam, per quam à porta illa erat exitus & introitus. Ad dexteram huius testudinis Iudas in sycomoro quadam laqueo

Ierusalem descriptio

octo portæ

laqueo se suspēdit. Ista quoq; porta dicebatur porta pisciū, quia per eam erat uia ad Ioppen & ad alia loca maritima unde pisces inferebantur. Dicebatur quoq; porta negotiatorū, quia per eam erat uia in Bethleem, Hebron, Gazā, Aegyptum & Aethiopiam. Nam ducebat ad agrum Fullonis iuxta montem Gion, ubi à sinistris ibatur in Hebron, à dextra uero uersus Ioppen. Et hæc eadem uia post modicum interuallum iterum diuidebatur: nam ad sinistrā ducebat in uallem Raphaim sub castro Bethsura uersus Philistĩm & Gazam, & inde in Aegyptum atq; Athiopiam, unde negotiatores merces uarias adducebāt. Et ad dextram ducebat in Emaus, Ramatha & Ioppen contra occidētem ad mare mediterraneum. Secunda porta ab ista fuit in eadem parte muri, respiciens etiam ad occidētem, & partim ad Aquilonem, uocabaturq; Iebus à Iebusæis. & Iudiciaria, quia extra eam fiebat iudiciorum exequutio. Vnde & extra eā fuit dominus crucifixus. Huius portæ uestigia adhuc apparent in muro ueteri ciuitatis. In nouo uero muro, qui includit sepulchrū domini, respondet ei porta eodē nomine appellata, ducēs in Silo & Gabaō. Tertia porta ab ista, est contra aquilonē, uocaturq; porta Ephraim & porta sancti Stephani, qui extra eam lapidatus fuit: & hæc ducit in Sichē, Samariam, & Galilæā, Quarta ab ista est contra orientem in angulo ciuitatis iuxta torrentem Cedron, dicta porta Anguli, quia in angulo ciuitatis sita erat. Dicta quoque est porta Beniamin, quia per eam fuit uia in Anathoch, Bethel, in desertum & ad ciuitates alias tribus Beniamin. Quinta porta erat contra Austrū ab ista, dicta porta Stercorinĩ, quia per eam deferebāt aquæ pluuiales sordes ciuitatis in torrentem Cedron. Sexta porta similiter respiciebat Austrum, & posita erat iuxta torrentem Cedron, dicta porta Gregis, quia per eam introducebantur greges immolandi in templum, eratq; probatica piscina haud longe ab ea. Dicta quoque fuit porta Vallis, quia per eā duccebat uia in uallē Iosaphat: & porta fōtis draconis, à fonte illo sic denominata. Septima erat porta aurea super torrentē quoq; Cedron posita, & Austrum respiciens, quæ magis erat porta templi q̄ ciuitatis, quia ducebat per compendium ad montem Oliueti. Octaua quoque posita fuit super torrentem Cedron uersus Austrum, sita inter montem Sion & montem templi, dicebaturq; porta Aquarum, quia ducebat ad fōtem & natatoria Silohæ in uallem Gehennon.

Porta piscium

Montes circa Hierusalem.

A B orientali parte ciuitatis est mons Oliueti, altior cæteris circumiacentibus montibus. In eius summitate est ecclesia constructa, in loco ubi dominus ascendit in cœlū. Ad austrum est mons offensionis, ubi scilicet Salomō templum posuit idolo Moloch. Subter eum est locus Tophet siue Gehennō. Inter orientem & Austrum est ager Hakeldemach, habens à tergo montem mediocriter sublimem, qui eodem appellatur nomine: Porrò ab occidente adhæret ei ager Fullonis, qui ab occidente terminatur in montem Gion.

Mons Oliueti

Mons Scādalī

Mons Gion

Digitized by Google

Et hic mons ab occidente imminet ciuitati, sed sensim decrescit uersus portam iudiciariam. Vltra torrentem Cedron in latere Aquilonari montis Oliueti est mons alius altus, quatuor stadijs à Ierusalem distãs, ubi Salomon idolo Moabitarum nomine Chamos templum construxit, & ubi tempore Machabæorum ædificatum fuit castrum, cuius indicia adhuc hodie ibi cernuntur. Duabus leucis à Ierusalem, in angulo qui est inter occidentem & Septentrionem,

Mons Silo est mons Silo, qui nunc ad sanctum Samuelem dicitur, ubi fuit arca domini longo tempore, tabernaculum fœderis, quod fecerat Moses in deserto. Hinc

Gabaon per unam leucam est Gabaon ciuitas in tribu Beniamin, & in eodem monte sita: unde erant Gabaonitæ, qui funibus in collum missis, uenerunt ad Iosue, fraudulenter cum eo fœdus ineuntes. A' Ierusalem decem numerantur leucæ

Emaus contra occidentem ad castellum Emaus, ubi dominus in fractione panis cognitus est à discipulis. Is locus hodie Nicopolis dicitur. A' Ierusalem duæ sunt

Bethoron leucæ contra occidentem ad Bethoron inferiorem, de qua fit mentio in libro Iosuæ. A' Ierusalem contra occidentem quatuor sunt leucæ & dimidia ad Ca-

Cariath Iarim riath Iarim, quæ una fuit de urbibus Gabaonitarum, ubi arca domini uiginti annis mansit, postquam à Philisteorum terra fuit reducta. A' Cariath Iarim

Lachis ferè ad occidentem est Lachis, etiam una ex urbibus Gabaonitarum, quam obsedit Sennacherib tempore Ezechiæ. De Cariath Iarim si duabus leucis cõ-

Bethsames tra Austrum procedas, occurrit Bethsames oppidum, ad quod uaccæ duxerũt arcam dei tempore messis triticeæ, ubi plurimi mortui sunt qui arcam dei nu-

Ramatha dam uiderunt. A' Ierusalem decem leucis uersus occidentem est Ramatha Sophim, quæ partim erat de tribu Beniamin, & partim de tribu Iuda, sita tamen in monte Ephraim. Dicta quoque fuit Aramathia, de qua fuit Ioseph nobilis decurio, qui sepulturæ domini interfuit. Hinc quoque Samuel prophe-

Ioppe ta oriundus fuit, ibiq; sepultus, & uocatur hodie Ramula. A' Ramula uersus occidentem tres sunt leucæ ad Ioppen ciuitatem, ubi Ionas nauim intrauit, cupiens fugere à facie domini in Tharsis, hoc est, ad insulas maris. Porrò ad Bethleem ciuitatem Dauid ad Austrum sitam, tres sunt leucæ, in cuius sinistra parte est uia quæ ducit in Hebron, in qua uiatori quoque occurrit si parum ad dextram declinet, sepulchrum Rachelis, cui pyramis pulchra immi-

Bethleem net à Iacob in titulum monumenti extructa: est Bethleẽ sita in colle arto & oblongo, habens in occidente & in decliui loco collis ingressum, ubi etiam est cisterna iuxta portam, de qua Dauid bibere desiderauit, quũ esset in præsidio. In extremitate uero orientali sub rupe quadam, quæ erat iuxta murum ciuitatis, fuit secundum morem illius terræ locus pro stabulo, habens præsepe in rupe excisum, ubi mundi saluator de uirgine natus & redinatus fuit, quum locus alius commodior in diuersorio non esset quàm præsepe, in quod mundi creator & redemptor reponeretur. Hic hodie sacellũ est extructũ nobilissimũ, stratum marmore, & marmoreis erectum columnis, ut uix hodie inueniri possit locus

Digitized by Google

sit locus sacer illo pulchrior, ut etiam Sultanus tentarit hinc asportare columnas & alia crusta marmorea quibus parietes nitent, ad decorandum palatium suum Babylonicum: sed serpente subito apparente, & terrorem incutiēte, desistere coactus est à concepto proposito. Videntur quoq; iuxta hanc ecclesiā in dicta quædā monasterij, in quo lectus & sepulchrum diui Hieronymi peregrinis ostēditur. Item ostēditur locus occisionis innocentiū puerorū, & sepulchra Paulæ & Eustochij, haud lōge ab hac ecclesia. A` Bethleē per dimidiā leucā ad occidentē est uilla Bezec, ubi captus fuit Adonibezec, & trūcatus summitates manuū atq; pedū. Crescit ibi optimū uinū, quo melius in terra illa non inuenitur. *Bezec*

A` Bethleem duabus leucis contra collem Achillæ est ciuitas Thecua in monte sita, de qua fuit Amos propheta, ibidem Ochozia rege Israël, occisus & sepultus. *Thecua*

Inter Thecuam & Engaddi ad sinistrā cōtra desertū Quarentanæ est castrū Herodiū alto loco situ ab Herode extructū. A` Theuca duabus leucis inter orientē & Austrū, est Zoph oppidū iuxta desertū, Zipheorum patria, ubi Dauid uagabundus latuit. Huic contra Austrum adiacet desertū Maon, in quo est mons Carmelus, iuxta quem Nabal repulit nuntios Dauid. Nota est historia. *Herodium* *Zipbei*

Ab hoc deserto Maon inter Austrum & orientē, parū distat mōs Seir siue Idumea, quam terrā filij Israël longo tēpore iussi sunt circuire. Quod si à memorato deserto contra Austrum uadas, occurrit terra Amalech, quam iussus est Saul subuertere interfectis habitatoribus eius. Ante terram Amalech cōtra mare mortuum est Cadesbarne, locus unde Moses xij. misit exploratores. *Idumea* *Amalech*

A` Bethleē tres sūt leucæ uersus Austrū ad collē Rama, in qua uidetur tota Arabia usq; ad montē Seir, & omnia loca circa mare mortuum, itemq; littus maris magni à Ioppe usq; ad Gazam. *Cadesberne*

A` Rama duabus leucis prope uiā quæ ducit in Hebrō est prædiū Mamre, ubi habitabat longo tempore Abrā iuxta ilicem. Ab hac ilice per dimidiā leucā uersus dexterā, est Hebron ciuitas illa uetus, olim Cariath Arbe dicta, in qua regnauit Dauid vij. annis: sitaq; fuit in monte: hodie præter magnas ruinas nihil ibi cernitur, sed ad tres iactus arcus Austrū uersus, declinando tamen paululū ad orientē, est Hebron noua extructa in loco scilicet ubi spelunca duplex, ubi sepulti sunt Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia., Saraceni circa speluncam duplicem, quæ erat in ecclesia cathedrali, ædificauerunt munitionem. *Rama* *Mamre* *Hebron* *Spelunca duplex*

A` spelunca duplici ad occidentem, ad iactum arcus unum, est ager Damascenus, ubi plasmatus dicitur Adam, habetq; argillam rubeam, flexibilem in modum ceræ, quæ per camelos in magna quantitate in Ægyptum, Æthiopiam, Indiam, & alia loca deportatur. Nam abutuntur ea in uarijs superstitiones. Iuxta hunc agrum Damascenum, ostenditur etiam locus ubi Cain fratrem suum Abel occidit. Fabulantur quoque illic Adam & Euam multo tempore luxisse Abel filium suum in spelunca rupis cuiusdam, quæ ad Austrum patet. Ab Hebron tribus leucis contra Austrum est Dabir, quæ & *Ager Damascenus*

Digitized by Google

Cariath Sepher, id est ciuitas libri seu literarū, de qua Iosue. Ab Hebron tres numerantur leucæ contra Aquilonem, declinando paululum ad occidentem, ad Nehel Escol, id est, torrentem Botri, unde exploratores portauerunt palmi tē uuæ. Ad læuā huius uallis per dimidiā leucā descēdit riuus, in quo Philippus baptizauit eunuchū Candacis reginæ, haud lōge à Sicelech. A' Nehel Escol octo numerantur leucæ uersus Ierusalem, ad domum Zachariæ, quam ītrauit pregnās uirgo Maria, salutatura Elisabeth. A domo Zachariæ tres sūt leucæ uersus Aquilonem, & itidem tres leucæ à Nicopoli contra Vulturnum,

Nobe ad Nobe ciuitatē sacerdotū, quæ nūc Bochonopolis dicitur, i uia quæ Diospolim ducit atq; Ramatha, ubi Dauid ab Abimelech accepit gladiū Goliath Gethæi. Hæc de Ierusalem & locis circumiacentibus dicta sufficiant.

Ab Acone uersus Austrum iter.

QVatuor sunt leucæ ab Aconensi ciuitate ad oppidum Caiphæ, in pede montis Carmeli ad Aquilonem situm. A Caipha tres numerantur leucæ ad castrum peregrinorum fratrū militiæ templi, munitissimum quidem, & in corde maris situm, talibus muris & antemuralibus cinctum, ut ferè inexpugnabile sit. A' Caipha ad leucam unam & dimidiam in monte Carmeli est spelunca Elisei & mansio Elisei: ubi hodie habitant fratres Carmelitæ. A castro peregrinorū quatuor sunt leucæ ad Cæsaream Palæstinæ metropolim, in qua fuit sedes archiepiscopalis, quámque Herodes magnus instaurauit, & in honorem Cæsaris Cæsaream appellauit, & in ea Petrus baptizauit Cornelium centurionem. A' Cæsarea nouem leucis contra Austrum est munitio Arsur, quondam Antipatrida ab Antipatride Herodis magni dicta. Hæc aliquando fuit fratrum de hospitali sancti Ioannis. Ab Arsur quatuor sunt leucæ contra orientem ad Manathat, nunc Kato dicta, & sub monte Ephraim sita non longe à monte Saron. In hac Saraceni posuerunt præsidium militum contra castrum peregrinorum. A' Kato quatuor leucis contra Austrum est mons Saron & oppidum Sarona, de quo fit mentio in Actibus apostolorum. De Arsur octo sunt leucæ usque ad Ioppen, & hinc quatuor numerantur usque in Geth, quæ olim una fuit de principalioribus ciuitatibus Philistinorum: sed nunc paruum est casale, uocatur que Ybilim in colle situm. A' Geth duæ sunt leucæ contra Austrum ad Beth sames Iuda. Hinc si ad orientem procedas, post sex leucas occurrit mons Modin, de quo oriundi fuerunt Machabæi, & ostenditur illic sepulchrum eorum. A Beth sames contra occidentem, ferè per quatuor leucas haud longe à mari est Accaron, etiam una de principalioribus ciuitatibus Philistinorum. Verum hodie exiguum est casale, antiquo retento uocabulo. Ab Accaron quatuor sunt leucæ uersus Austrum ad Azotum, quæ etiam una fuit ex potioribus Philistinorum ciuitatibus, una leuca à mari distans, sed hodie parua est uilla. A' Ioppe duæ sunt leucæ ad Lidam seu Diospolim. Hinc quatuor

Castrum peregrinorum

Fratres Carmelitæ

Cæsarea Palæstinæ

Kato

Ioppe

Geth

Bethsames

Mons Modin

Accaron

Azotus

Lida

leucæ

Digitized by Google

leucæ contra orientem ferè, paululum ad Aquilonem declinando, est Lobna, *Lobna*
non longe à Lachis quam cepit Iosue, & quã obsedit Sẽnacherib. Inde per tres
leucas, in uia quæ ducit ad Gabaon, est Aceda oppidũ, & Maceda, ubi quinq; *Aceda*
reges se absconderãt in spelunca, de quo in Iosue. Hinc si progrediaris tribus
leucis contra orientem, nõ longe à Nobe, est Sochoth Iudæ, iuxta uallem tere *Sochoth*
binthi, ubi puer Dauid in funda & lapide interfecit Goliath Gethæum. A`
Nobe, quæ hodie Bethnopolis uocatur, sunt tres leucæ usque in Emaus, quæ
hodie Nicopolis appellatur. Ab Emaus spatio unius leucæ & dimidiæ ascendi *Emaus*
tur per uallem Raphaim, à latere domus Zachariæ, quæ relinquitur ad dextrã
euntibus in Ierusalem. Ab hac Zachariæ domo numerantur trẽs leucæ & di-
midia dextrorsum ad castrum munitissimum Bethsura nomine, situm in la- *Bethsura*
tere montis contra Bezeck & Bethleem, quod ædificatum fuit tempore Ma-
chabæorum, & paulo post fraudulenter captum ab Antiocho adolescẽte. Di-
stat autẽ ferè per unam leucam à Ierusalem. Ab Azoto quatuor leucis contra *Ascalon*
Austrum est Ascalon, quarta Philistinorum ciuitas, sita in litore maris, & ha-
bens formã semicirculare, unicum ferè robur & propugnaculum Saracenorũ
in terra illa. Ab Ascalone duabus leucis contra Austrũ est Gaza, in litore quo- *Gaza*
que maris sita, quæ nunc communiter Gazara appellatur, & transit per eam
uia in Ægyptum. A` Gaza quatuor numerantur leucæ usq; ad Bersabee, quæ *Bersabee*
nunc Giblin dicitur, & est terminus Iudææ atque terræ promissionis contra
Austrum. In hac manserunt multo tempore Abraham & Isaac, ut patet in Ge
nesi. Distat ab Hebron sicut & Gaza paulo amplius una diæta. Vltra hanc
extremitatem terre sanctæ est desertum illud magnum, quod ad Aegyptum
usque ferè extenditur, in quo aberrauerunt filij Israël quadraginta annis. Ita- *Lõgitudo terræ sanctæ*
que longitudo terræ sanctæ ab Aquilone incipit à monte Libano iuxta Cæsa
ream Philippi, extẽditurq; contra Austrum usq; in Bersabee Iudæ, quæ est cõ-
tra desertum, complectens plus minus ue lxvij. leucas. Latitudinem uero eius
non adeo exacte obseruaui. Porrò memorata longitudo decem tantum com-
plectitur tribus. Tribus Iudæ superiorem obtinuit regionem, quæ in longitudi *Iudæ*
ne quidem extenditur ab Aegypto usque in Ierusalem, diciturq; interuallum
illud occupare septem diætas. In latitudine uero incipit à lacu asphalti, hoc est,
à mari mortuo, & desinit usque ad mare magnum in occidente. Tribui Simeo *Simeon*
nis obuenit pars in ipsa tribu Iudæ, nempe quæ est iuxta Aegyptum circa mõ
tana Arabiæ. Beniamitæ sortiti sunt possessionem suam à Iordane usque ad
mare magnum in lõgitudine, latitudo uero eius est ab Ierusalẽ usq; in Bethel *Beniamin*
quatuor ferè complectens leucas. Tribus Ephraim sortem suam accepit à Ior- *Ephraim*
dane fluuio usque ad Gaderam, quæ est iuxta Ioppen, & ex transuerso usque
ad campum magnum ubi incipit Galilæa. Tribus Manasse una medietas in *Manassè*
cipit à Iordane, & terminatur ad mare magnum, & in transuerso quæ est lati-
tudo eius, desinit in Bethsan. Tribus Isachar secundum longum incipit à Ior- *Isachar*
dane &

dane, & terminatur ad Carmelum iuxta Magedo: in latitudine uero habet Bethsan & montem Thaborinum extremitates. Tribus Zabulon habet Carmelũ & lacum Genezareth extremitates longitudinis, & in latitudine à monte Thabor uersus Nazareth, quinq; occupat leucas. Tribus Aser occupat totam terram à Carmelo maris usq; ad Sidonẽ magnã, in longitudine scilicet uiginti leucarum contingẽs spatium: in latitudine uero extenditur à mari magno usque Nason & Assor per spatium nouem leucarum. Tribus autem Neptalim accepit partes orientales usq; ad Damascũ, Gallilæã superiorẽ à mari Galilææ usq; ad montem Libani, fontesq; Iordanis includens, & hæc in longitudine: iuxta latitudinẽ uero transit ab assor usq; ad regionem Traconitidis. Tribus Dan occupat loca conuallis iuxta mare magnũ, ab Austro terminata ad Azotum: ab Aquilone ad Doram, habens scilicet à tribu Iuda Azotum, Accarõ & Geth: & à Beniamin Iamniam & Ramatha usq; ad Ioppẽ. Et ut in summa dicam, tota terra sancta à Iordane usq; ad mare magnum, quæ est latitudo eius ab oriente scilicet in occidentẽ, nõ uidetur excedere sedecim leucas. In longitudine uero, quæ ab Aquilone in Austrum computatur, à Dan scilicet, quæ nũc Belenas siue Cæsarea Philippi dicitur, usq; ad Bersabee, quæ nunc Giblim appellatur, habet circiter sexaginta quatuor aut sex leucas. Et hæc de magnitudine, urbibus, fluminibus, & cæteris locis terræ sanctæ dicta sufficiant.

Zabulon

Aser

Neptalim

Dan

De fertilitate terræ sanctæ & uarijs eius habitatoribus.

HAbet terra sancta id in sacris literis præconij, ut reliquas terras in bonitate & fœcunditace excellat, atque longe post se relinquat, quippe quę mel le & lacte exuberare dicitur, per quæ intelliguntur omnia ea quibus opus habet mortalis hæc uita. Est solum ipsum frumenti feracissimũ, quippe quod in cultura sua minimum laborẽ exigit, & multũ reddit fructũ. Nã id sæpe oculis meis uidi, duobus tantũ bobus aratrũ inuerti: nec agros stercore opus habere quum suapte natura terra ipsa pinguis sit, & in pleriscq; locis hoc externo minime egeat cõdimento: rosas, rutã, fœniculũ, saluiã & alias herbas humus ipsa spõte producit. Lana quoq; succida ibi crescit in fruticetis quibusdã, quorum semina singulis annis in terrã spargũtur, & ex his cõsurgit caudex quidam, in cuius folliculis lana illa colligitur. Crescunt quoq; ibi cannæ molles, ex quibus colligitur saccarũ. Habent hæ cannæ medullã quãdã humidã in modum sambuci, quæ in peluim expressa atq; in æneis caldarijs decocta, optimum efficitur saccarũ. Id tamẽ ingenue fateor, raro illic inueniri poma, pira, cerasa, nuces, & alios similes fructus arboreos, sedè Damasco illuc deferũtur, qui tamẽ adeo solis ardore decocti sũt, ut diu cõseruari nequeant. At loco illorũ habent alios fructus, qui etiã per totũ annũ i arboribus cõseruãtur, ut sæpe uideas unã arborẽ simul flores & fructus maturos gestare. Ex his faciũt icolę uaria cõdimẽta quibus pultes, carnes, pisces, & alios cibos sapidiores reddũt. Habẽt poma cetrina magna, ex qbus optima cõficiũt electuaria. Habẽt & alia optima poma & mirabilia

Lana in fruticetis

Digitized by Google

rabilia, quæ poma paradyſi ab eis uocãtur. Hæc creſcunt in modũ maximi botri, quãtitatem habẽt mediocris cophini, cuius grana ſunt ipſa poma, ita ut nõ raro centũ poma, & aliquãdo plura ſimul conglobata in modum uuarum reperias, quarũ quodq; oui habet magnitudinem, obductũ folliculo ſpiſſo crocei coloris, qui decorticatus dulcẽ & delicatũ relinquit fructũ. Hæc arbor ultra bienniũ nõ durat, ſed arefacta, ex radicibus alios ſurrogat ſurculos. Folia eius adeo longa ſunt, ut ſaturã hominis erecti ferè excedãt. Latitudo uero tãta eſt ut duo folia hominis corpus cõmode tegere poſſint. Vineæ multæ ſunt in terra ſancta, & plures eſſent, ſi Saracenis uini uſus in uniuerſum non eſſet interdictus. Hi autem terram illam hodie pro maiori parte ſubiectam tenẽt: & ubi uineas inueniũt eradicãt. Optimũ uinũ quod in ea inuenitur, creſcit circa Bethleẽ in ualle Raphaim, & in Neheleſchol, unde exploratores portauerũt palmitẽ uuarũ ut in Numeris legimus. Circa Sidonẽ quoq; & Anteradũ, itẽq; ſub Libano monte bonũ creſcit uinũ, & ut mihi retulerunt indigenæ Anteradi, colligunt uno anno ab eadẽ uitæ triplex uinũ, hoc eſt: habent uno anno tres uindemias. Nã quuũ uitis tempore Martij conſuetos produxerit botros, id ligni quod uacuũ eſt à fructu, reſecatur, & tũc ex relicto palmite in Aprili alius & nouus repullulat ſurculus, ſuos quoq; ſecũ ferens fœtus. Qui & ipſe truncatus, in Maio nouũ producit ramuſculũ, ſerotinis oneratũ uuis. Et hac arte fit, ut primi botri in Auguſto ad maturitatẽ perducti, ſuã uindemiam requirãt. Secundi uero qui in Aprili floruerunt, in Septembri racemantur: & tertij in Octobri. Hinc etiam eſt ut in terra ſancta botros uenales inuenias à die Ioannis baptiſtæ uſq; in diem diui Martini. Habẽtur quoq; in ea terra ficus, malograna-ta, mel, oleum, pepones, cucumeres, melones, citruli, cucumeres Babylonici, & alij multi fructus his ſimiles. Frumẽtum quoq; ipſum eſt delicatiſſimũ, ut nõ uideatur mihi quòd unquã meliorem comederim panem quàm Ieroſolomis. Porci ſylueſtres, capreoli, lepores, perdices & coturnices abundant in terra ſancta, ſicut & leones atq; urſi. Sed & cameli ibi in maximo habentur numero.

Poma paradiſi

Tres uno anno uindemiæ

Qui homines terram ſanctam inhabitent.

SVnt in terra promiſſionis homines ex omni natione quæ ſub cœlo eſt, & uiuit quælibet gens iuxta ritũ ſuum. Et ut uerũ loquar, in noſtrã magnam confuſionem, nulli in ea peiores & moribus corruptiores inueniuntur quàm Chriſtiani, cuius hãc eſſe rationẽ arbitror. Quando aliquis in Hiſpania, Gallia, Germania, Italia, aut alijs Chriſtianitatis nationibus malefactor deprehenſus fuerit, utpote homicida, latro, fur, inceſtuoſus, adulter, fornicator, proditor, & timet propterea à iudice condignam ſibi irrogari pœnam, fugit & tranſfretat in terram ſanctam, quaſi hoc contractum abolituru malum, & quum illuc uenerit, non animum ſed locum mutauit, & euenit ſibi id quod ſcriptum eſt: Nunquid Aethiops poteſt mutare pellem ſuam? Tales ſunt hodie in terra ſancta non pauci, qui ſpoliant peregrinos & conterraneos ſuos, ad ſe

Transfugæ Chriſtiani

Digitized by Google

ad ſe bona fiducia diuertentes, & nihil mali de eis ſuſpicantes: deteſtabilesq; illi patres deteſtabiliores poſt ſe relinquunt filios, qui pollutis pedibus calcant loca ſancta, & ſua peſſima uita id efficiunt, ut ſancta dei in magnum ueniant contemptum. Sũt autem præter Chriſtianos in terra promiſſionis & aliæ uariæ gentes, ptæſertim Saraceni, qui Mahumetum prædicant, & legem eius obſeruant, agnoſcentes etiam Chriſtum ueluti magnum prophetam, de ſpiritu ſancto conceptum, & natum ex uirgine Maria, ſed negãt eum paſſum & mortuum, uerum quum illi placuit, aiunt, aſcendit in cœlum, ſedetq; ad dexteram patris ut filius. Mahumetum uero dicunt ſedere ad ſiniſtram dei, & eum ut dei nuntium ad ſe tantum miſſum. Sunt homines illi Mahumetani immundiciæ addictiſſimi, ducunt que tot quot paſcere poſſunt uxores, præter id quod Gomorrhaico fœdati uitio. Sunt tamen hoſpitales, & ſatis humani, id quod non ſemel tantum in meipſo ſum expertus. Pro modico miniſterio illis exhibito, copioſam reddunt mercedem. Sunt præterea in hac terra Syriani, qui quidem Chriſtiani ſunt, uerum Latinis nullam ſeruant fidem, miſere & pauperrime uiuunt: auaritiæ ſtudentes, nemini eleemoſynam largiuntur. Ditiſſimus inter eos nõ delicatius uiuit quàm pauperior. Inter Saracenos habitant, & ut plurimum officijs eorum mancipantur. In habitu à Saracenis ferè nihil differunt, niſi quòd per cingulum laneum ab eis aliquid diſcriminis habent. Græci ſimiliter Chriſtiani ſunt, ſed ſchiſmatici, & à Romanæ eccleſiæ obedientia alieni: ſunt & alijs multis implicati erroribus, faxit deus ne & Latinis multæ irrepſerint ſtultitiæ. Apud Græcos omnes ferè prælati ſunt monachi, magnæq; abſtinentiæ, & habentur à plebeis hominibus in magna reuerentia & honore. Sunt quoque in hac terra Armeni, Georgiani, Neſtoriani, Nubiani, Iabeani, Chaldæi, Maronitæ, Aethiopes, Aegyptij, & multæ aliæ gentes, quæ quidem omnes confitentur Chriſtũ, & habent ſuos patriarchas. Quidam ſunt hæretici, & à ſuo hæreſiarcha nomen ſunt ſortiti, ut ſunt Neſtoriani, Iacobitæ & ſimiles. Sunt tamen multi in his ſectis admodum ſimplices, neſcientes quicquam de hæreſibus: Chriſto deuoti, carnem ieiunijs macerantes, atq; ſimpliciſſimas ueſtes induti, ut etiam longe ſuperent religioſos Romanæ eccleſiæ. Nubiani & Iabeani dicunt ſe ſiue maiores ſuos fidem ſuſcepiſſe à ſancto Matthæo, ab eoque baptizatos, & baptiſmi modum ab illo recepiſſe, quem hodie inuiolabiliter ſeruare contendunt, innitentes huic autoritati, Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Nam quum baptizantur, cum calido ferro crucem inurunt faciei aut alteri corporis parti. Et hi deuotiores inter orientales habentur. Eſt & gens Madianitarum, qui nunc Beduini atque Turoniani dicuntur, qui magnam partem terræ ſanctæ impleuerunt: & hi tantum operam dant alendis pecoribus & camelis, quibus ſupra modum abundant: Certam manſionem nõ habẽt, ſed ubi bona inuenerint paſcua, ibi cum tabernaculis ſuis tantiſper ſubſiſtunt, donec herbis depaſtis,

Sacramẽtorũ fides

Syriani

Græci

Nubiani

Madianitæ

alium

alium locũ pro gregibus quærere cogãtur. Sunt homines pugnaciſſimi, & re pleuerunt ferè totam Syriam: potiſſimũ occuparũt ripas Iordanis à Libano uſq; ad deſertum Pharan, quum montes qui ultra Iordanẽ ſunt, optima ſup peditent pabula ouibus, capris, & reliquis iumentis. Habent arietes & uerue ces tam craſſos & pingues, ut una cauda pro tribus aut quatuor hominibus ſufficiat ad eſum. Neſtoriani habitant circa Berut & Biblium in planicie Li- *Neſtoriani*
bani contra Ituream: Maronitæ uero occuparũt regionem quæ eſt circa fon- *Maronitæ*
tem hortorum à Libano deſcendentem contra Tripolim, dicunturq; habe re quadragiuta millia pugnatorum. Porrò circa caſtrum Arachas poſt Tri polim habitant Saraceni, qui Vanni dicuntur. His ſociantur Saraceni quos Aſininos uocant, habitantes in montanis uſq; ad caſtrũ Antheradũ, pluri ma habentes caſtra & oppida, atq; fertiliſſimam occupantes terram. Hi de *Aſinini*
Perſide dicuntur duxiſſe originem, & in tantum numero ſunt aucti, ut & ipſi quadraginta millia armatorum aſſerantur poſſe producere. Voluerũt ante paucos annos ſeſe Romanæ ſubijcere obedientiæ, ſed per Templarios im pediti à ſuo reſilierunt propoſito. Hos Aſininos nullus hactenus Sultanus potuit in ordinem redigere, ſed ipſi ſibi leges & iura condunt, utentes illis ut libet: ſuntq; omnibus adiacentibus nationibus formidini ob ſuã feritatem. Et quum hic orientales attigerim nationes, non inutile uiſum fuit de ijs am pliorem facere mentionem: quandoquidem hodie multi ſunt, qui quũ nihil ſciant, ſcire omnia uelint, aſſerẽtes nullos in his maximis regionibus uſq; ad *Chriſti cultus ubique*
Indiam inueniri Chriſtianos, ſed perfidum Mahumetũ omnia loca cõſpur caſſe. Id quod uerum non eſt, ſed ubiq; Chriſtus in mundo ſuos habet cul tores, præterquã in Arabia & Ægypto, ubi rari inueniuntur Chriſtiani, ſed omnes ferè nomen dederunt Mahumeto. Id quidem uerũ eſt, omnes Chri ſtianos tranſmarinos, puta Armenos, Cappadoces, Græcos, Chaldæos, Me dos, Parthos, Indos, Nubeanos, Iabeanos, Aſianos, Georgianos, & reliquos orientales populos, non eſſe homines bello aſſuetos: ſed quum à Saracenis, Turcis aut Tartaris bello petuntur, illis tributarij fiunt, atq; omne permittũt dominium: exactores ferentes, modo pacem & concordiam quantũ ex ſe eſt cõſeruent: & hinc fit ut regiones illæ quas Chriſtiani inhabitant, Saraceno rum eſſe putentur, atq; perfidiæ illorum ſubiacere: quum tamen ibi ferè om nes ſint Chriſtiani, id q̃d ego expertus ſum in Cilicia & Armenia minori quæ parent Tartarorum principi: & tamen ſunt meri Chriſtiani, qui eas in habitãt regiones, eccleſias frequentantes, miſſas audientes, genua flectentes, atq; deuote orantes: religioſis etiam perſonis magnum exhibentes honorẽ, id quod in meipſo ſum expertus, quum illic aliquantiſper moraret. Præterea eos quos nos damnatos iudicamus eſſe hæreticos, ut ſunt Neſtoriani, Iacobi tæ, Maronitæ, Georgiani, & ſimiles, ego plerunq; inueni bonos & ſimplices eſſe homines, ſyncereq; erga deum & homines uiuentes: ſunt magnæ abſti-

Digitized by Google

nentiæ,& in quadrageſima nec piſces,nec uelum comedunt. Attenti audiũt uerbũ dei: id quod ego uidi in ueſpera Ramiſpalmarũ,quantis cateruis ad concionẽ confluxerint. Habẽt præterea ſuos Archiepiſcopos,Epiſcopos Ab bates,& alios prælatos,præter Neſtorianos, qui loco Papæ habent prælatũ, quẽ Iacelichum uocant,cui magna pars orientis paret. Armeni uero & Geor giani habent prælatos,quos Catholicos uocant,qui ſub ſe habent Archiepi ſcopos,Epiſcopos,& alios prælatos,qui optima conuerſatione plebi præeun tes,uerbo pariter & exemplo illos docent:& quamuis munitiſſima inhabitẽt caſtra,atq; magnis polleant diuitijs, induuntur tamen uilibus & ſordidis ue ſtibus,ampliſſimas habẽtibus manicas:exterior enim ueſtis eſt pellicea arie tina,groſſa & rubea, & ſub ea deferunt tunicam griſeam atq; detritã. Supre ma uero ueſtis eſt ſcapulare nigrum,uile & aſperũ,quaſi ciliciũ. Interfui etiã ſemel in die annuntiationis ſacris eorũ,& aduerti eos eiſdem ferè uti cærimo nijs & precationibus quibus nos in miſſa,niſi q; ſuo,& nõ Romano utuntur idiomate. Nota quoq; q; Catholicus ipſe, & omnes alij prælati ſunt mona chi,nec quiſquam niſi monachi ad hæc eccelſiaſtica admittuntur officia. Cle rici uero ſeculares & ſacerdotes ferè nullam habent autoritatẽ,nec aliud agũt niſi quod diuina celebrant officia. Ad omnes horas ſignũ faciunt cum tabu la lignea:non enim campanas habent: & tunc nocte ſurgunt ad matutinas preces, excitantq; ſe mutuo,ut omnes conueniant:nec iterum dormitũ eunt poſt illas abſolutas preculas,ſed ſedent in eccleſia docentes populum uſque ad auroram. Sacerdotes omnes ſunt uxorati:nec aliquis permittitur exequi ſacerdotis officium,niſi legitimam habeat uxorem. Sabbato duntaxat & die dominico miſſas celebrant: reliquis diebus per hebdomadã amplexibus ua cant. Mortua uero uxore ſacerdos cõtinebit,nec aliam poterit ducere uxorẽ. Et ſi fornicatus aut adulteratus fuerit, ſine ſpe ulla amittit officiũ & eccleſiã. Quòd ſi uxor eius adulterium peepetrauerit,ſacerdos maritus eius aut conti nebit,aut officium & eccleſiam perdet. Vxor uero adulterans naſum perdet: & uir qui cum ea concubuerit caſtrabitur,etiam ſi legitimam habuerit uxorẽ. Id ego ſemel fieri oculis meis uidi. Mortuo uero ſacerdote, uxor eius relicta continebit:& ſi aliud præſumpſerit inire matrimoniũ,comburet:ſin meretri cari libuerit,nil mali patietur,& id ſæpe adud illos euenire ſolet. Et hæc mihi uidetur potiſſima cauſa eſſe,q; tot in illis terris inueniuntur meretrices: nam uxores talium continere nolentes,meretrices efficiuntur. Fures cõmittentes furta non admodũ nociua,& alij malefactores qui mottẽ non cõmeruerunt, caſtrantur,ne filios generent paternorum morum imitatores. Id ſcio, quum eſſem apud regẽ Armenię,habuit regina plures quàm ſexaginta eunuchos. Rex cum omnibus principibus & nobilibus ſuis libenter audit uerbum dei: quibus etiam ſingulis diebus hora tertia illud à monachis,quos Vetrapethe uocãt,deuote ex ſacris libris proponit,utentibus expoſitione Ioannis Chry ſoſtomi.

Neſtoriani

Georgianorũ ſacri ritus

Catholicus

Matrimoniũ ſacerdotum

Digitized by Google

ſoſtomi, Gregorij Nazanzeni, atq; Cyrilli, quē ipſi Kyrillum proferunt. De uoti & morigerati ſunt in eccleſia, nec facile ullum ibi uideas diſſolutū aut in diſciplinatum. Quū Epiſcopus ſacrū facit, habet aſtantes ſuos miniſtros, puta diaconū, ſubdiaconū & acoluthū, & cum magna grauitate cærimonias ſolitas celebrat.

Deſcriptio Ægypti,

LVſtrata itaq; Armenia ſeceſſi in Cappadociā, & hinc perrexi ad Seleuciam, à qua traieci in Cyprum, à Cypro nauigio ueni Tyrum, & rurſum à Tyro ſoluēs per litus Palæſtinæ deſcendi uſq; ad oſtia Nili. Ibi uidi Pharmam ciuitatē munitā quidem & egregie extructam, ſed hominibus uacuā: nam ſerpentibus cedere coacti ſunt. Ab hoc loco uiginti numerantē leucæ ad Taphium: hæc eſt Taphnis, de qua in pſalmo: Fecit prodigia ſua in campo Thaphneos: Hæc poſita eſt in terra Geſſen, de qua in Geneſi multa ſcribūt. Fuit olim urbs inſignis, ſed noſtro æuo deſtructa eſt. A' Taphni uſque ad Memphim, quā nunc Damiatam eſſe putāt, quindecim ſunt leucæ, diſtatq; duabus à mari leucis, in ruinis penitus iacens, niſi q; nō longe à ſitu ſuo uilla eſt extructa propter naues in ea collocandas atq; merces colligēdas. Abūdat is locus ęque ut Taphnis frumēto, fructibus, & omnibus ferè bonis, quibus homo ueſci poteſt. Deriuat à Nilo riuus unus uerſus Taphnim, & hinc uerſus Pharmam fluens primū uerſus terram ſanctam conſtituens portum. Alterum uero portū efficit alius Nili riuus priore maior, tribus leucis à Damiata mare ingrediens. Tertius portus eſt in Alexandria, ubi, ſcilicet, maior pars Nili labitur in mare, diſtatq; à Pharma, ubi primus Nili riuus mare intrat, centū uiginti milliaribus: & hæc eſt longitudo Ægypti iuxta mare. Ab Alexandria uero uſq; in Babyloniā numerantur etiā centū uiginti milliaria, aſcēdendo cōtra Nili curſum. Porrò à Pharma eundo per Taphium & Damiatam centū computantur milliaria uſq; ad Babyloniā, ſiue Cayrū, etiam ad uerſus fluuiū nauigando. A' Babylonia uero uſq; ad Syenē, quæ uerſus Auſtrum ultima eſt pars Ægypti, ſunt milliaria circiter ducenta quadraginta: & ibi incipit Aethiopia, quæ hodie Nubia dicit: & eſt tota Chriſtiana, ubi beatus Matthæus prædicaſſe dicitur. Huius Aethiopiæ regē captiuū uidi in Babylonia. Aſcendens autē à Damiata per Nili fluuiū ueni in Abdelā, ac deinde in Mauſotā, ubi Nilus ſcinditur in duo, uoluiturq; riuus minor ad fretū quod eſt iuxta Pharmā. & ex illo intrat mare. Rurſus iuxta uillā Semmath eſt alia Nili ſciſſio, labiturq; is abſciſus riuus iuxta uillam quæ Phatures dicitur, in mare: ſed non eſt nauigabilis, ut alij iam memorati riui ſunt. Item à Semmath aſcēdendo, priuſquam uenias ad Phyton & Ramaſſen, ſeparatur à Nilo quartus riuus, intrans mare iuxta uillam quæ Stermon appellatur: & ea Nili diuiſione uſq; ad uillas Phyton & Ramaſſen ſunt quinq; leucæ, ponuntur hæ uillæ altrinſecus in ripa Nili. Hinc uiginti numerantur milliaria ad locū qui Delta nominatur, ubi, ſcilicet Nilus in duos riuos diuiſus totā ſe

Pharma

Damiata

Diuiſio Nili

Syene

Nubia

rè Aegyptũ facit insulam in modum Δ literæ triangulariter figuratũ, proce ditq; maior aquarũ uis ad Alexandriã, & minor ad Damiatã. A' Delta usq; Heliopolim tria numerãt milliaria, ubi & alius riuus à Nilo segregat, & de fertur ad ciuitatẽ Pelusij, & inde fluens per desertum uersus terram sanctam iuxta ciuitatẽ Iaris intrat mare: & hinc ferè duæ sunt dietæ usq; ad Ragazã: uel Gazaram & Bersabee. Hic riuus uocatur proprie in scriptura riuus Aegy pti, terminaturq; ad ipsam sors tribus Iudæ. Quidam uocãt eum Binocoru-

Heliopolis lam, alij Syron Aegypti: & nõ est nauigabilis. Heliopolis est uilla opulenta, sed nõ munita, sicut nec alius quispiã locus per totam Aegyptũ est mutatus, præter Alexandriam & Babyloniã. Hinc septem numerantur leucæ usq; ad

Babylonia Aegypti Babyloniam. Hæc ciuitas est supra modum magna, in litore Nili sita, tran- sitq; per medium eius riuus aquarũ à Nilo excurrens, & rursum in eũ ruens. A' Babylonia duabus leucis distãt pyramides quædam triangulares & insi gniter magnæ. Et hinc duæ sunt leucæ ad Thebas, unde fuit legio Thebeo-

Thebais rũ. Huic quoq; adiacet desertũ Thebaïdos, in quo olim fuit magnus nume- rus monachorum. Et nota q; à Babylonia usq; ad Syenen per milliaria c c

Situs Aegypti xxx Nilus in nullos diuiditur riuos, uno contentus in quo fluit alueo. Ter ra Aegypti ferè est inaccessibilis: nam ab occidente habet mare magnũ, con- tra Aphricam est desertum Libyæ & Philenorũ: ab Austro est desertũ Ae- thiopiæ, & ab oriente desertũ Thebaidos usq; ad mare Rubrum. Transitus illius deserti est triũ dierũ, donec ueniatur ad locũ qui Beronice uocat: & est portus Aegypti in litore maris Rubri ad Indiam ducẽs. Porrò contra Vul- turnũ & septentrionẽ habet Aegyptus desertum magnũ usq; ad terram san

Christus olim in Aegypto cultus ctam, in quo filij Israël ab Aegypto fugiẽtes XL. annis morati sunt. Floruit ante tempora nostra Aegyptus mirũ in modum Christiana religione, mul- ta millia habens monachorũ, multa cœnobia, & plures ecclesias. Vnde dixe- runt mihi Saraceni, quòd in sola Babylonia & Cayro (sunt enim duæ urbes sed in unã coniunctæ) plures quàm quadraginta reperiantur ecclesiæ. Habet uillas fermè infinitas, & populum sine numero. Dominãtur hodie in ea Sa- raceni. Inter Heliopolim & Babyloniam ostenduntur loca, in quibus bea- ta uirgo mansit cum puero Iesu & marito Ioseph, quum à facie Herodis fu-

Hortus balsami gisset è Iudæa. Est etiã ibi hortus balsami, qui irrigatur à fonte paruo, uber- rime tamen fluente, in quo aiunt beatam uirginem puerum Iesum lauisse, ob id habetur fons ille in ueneratione nedum à Christianis uerum & à Sa- racenis. Modum colligendi balsamum hunc mihi Saraceni ostenderunt. Carpebant folium unum à stipite (adhærent enim folia stipiti) & contra ra- dium solis illud discerpentes, guttam lucidissimam, & supra modum odori- feram elicuerunt: & is est uerus liquor balsami: qui in phialas uitreas colligi tur, & ad diuersas mundi partes mittitur: tametsi raro sine mixtura ad re- giones nostras perueniat. Aiunt etiam, si folium illud contra radium solis

non fran-

Digitized by Google

non frangeretur, minime succum illum stillaret. Foderunt proinde Saraceni & alium fontem, quum fons prior non sufficiat ad irrigationē totius horti, ex quo quatuor boues aquam trahunt, quæ sufficere possit ad illius humectationem.

FINIS.

AD LECTOREM PRAEFATIO.

PRæter Quintum Curtium, qui gesta conscripsit Alexandri Magni, & passagia quædam terræ sanctæ, pauci hactenus fuere, qui de rebus & de uarijs illis atque multis prouincijs, quas habet oriens, præsertim Indicus, nos certiores redderent: & tamen interim semper fuerunt uiri quidam studiosi, qui Asiani orbis uisendi gratia haud cunctāter pericula corporis atq; rerū iacturas subire contenderūt: & proculdubio plurimarū orientalium rerum certa hodie extarent experimenta, si saluus illis in patriam contigisset reditus. Nunc autem quum tam multa peregrinantibus in illis regionibus sint subeunda exitialia pericula: occurrunt enim nedum prædones, & alij ferocissimi homines, uerum & bestię immanes, deserta amplissima, squalentia & arentia, quæq; neq; hominibus, neq; iumentis quicquam pabuli afferre poterunt, maria illa sabulosa, ut uocāt, quæ interdum peragranda sunt, aquæ mortiferæ, mare tempestuosum, calores intolerabiles, frigora acerba, & alia innumera pericula: quot putas Asia nobis incolumes restituit, quos in eā Europa ueluti exploratores misit: & si quosdam restituit, hi uel itineris labore atque periculorum sufferentia adeo exanimati sunt, ut nō curarint explorata stylo excipere: aut si annotarunt ea quæ uiderunt & experti sunt, uernaculo usi sunt idiomate, id quod fecit Vartomannus, Benedetto Bordone, ut uulgaris libri uulgari utar titulo, Marcus Paulus Venetus, & alij quidā Itali atq; Hispani, quorū scripta adhuc in tenebris essent, sicut & aliqua sūt, nisi boni quidam uiri ea in latinū uertissent, atq; omnibus legēda exhibuissent. Et utinam Marcus iste Venetus commodiorē nactus fuisset interpretē, aut ipse librum suum latine scripsisset, qui latine sciuit id quod in loco quodam subindicat: sed multis conciuibus suis Venetis gratificari maluit, quam paucis latine doctis. Natus est hic Marcus ex patre Nicolao Paulo uiro darissimo, qui quū per tres aut quatuor annos lustrasset partes orientales, comitē habens fratrem genuinum, Matthæum, scilicet Paulum domum rediens filium Marcum secum ducens, denuo in Indiam concessit, mansitq; multis annis apud magnum Cham Cublai, aulicus illius factus. Historia illius profectionis atq; reditus describitur in primis decem primi libri capitibus: & hæc tibi lector causam reddent, quomodo Marcus huius libri conscriptor, tot potuerit perlustrare prouincias.

Digitized by Google

MARCI PAVLI VE-

NETI DE REGIONIBVS ORIENTALIBVS LIB. I.

Quomodo Nicolaus Paulus, & Matthæus Paulus fratres in orientem concesserint. Cap. I.

ALDVINO principe indyto regni Constantinopolitani sceptra tenente, anno, scilicet ab incarnatione domini M. CCLXIX. duo uiri nobiles & prudentes è clarissima Paulina familia nati, ciues Venet, nauē uarijs onerantes mercibus, cōmuni cōsensu Venetijs soluētes, prospero uento, & deo ducatū felicem præstante, sulcarunt mare mediterraneum, & per angustas Bosphori fauces contendentes, Constantinopolim puenerunt: ubi quū paucis quieuissent diebus, iterū uelis uentum dantes traiecerunt pontū Euxinum, appuleruntq; ad portū ciuitatis Armeniæ, quæ Soldadia appellatur: & præparantes iocalia pretiosa, curiam cuiusdam regis magni Tartarorū, Barka dicti, ingressi, illi obtulerunt quicquid optimū habebant. Ille uero gratissima & libere oblata munera nō aspernās uicissim placido illos suscipiens uultu, multo maiora tribuit quàm illi cōtulerunt. Per annū autē cum illo cōmorantes rege, Venetias redire satagerūt. Et quū id molirentur, subito inter regē Barka, & alium quempiā Tartaricū regē Allau nomine, lis oboritur cruenta: & aliquādiu inter se cōfligentes, exercitu Barkæ deuicto, sors regi Allau uictoriā concessit: sicq; memorati fratres bellorū sæuiente tumultu præpediti, uaria captant consilia, quā eligāt uiam, per quā uitę sublato discrimine, in patriā reuertantur: tandēq; iudicāt per uarias itinerū ambages circuire regnum Barka, & furentiū euadere manus: & id tentantes puenerūt ad ciuitatē quandam Guthacā nomine, à qua ultra pgressi Tigrim trajiciunt, & XVII. dietas facientes in deserto quodā magno, in quo neq; habitatores, neq; oppida inueniūtur, ad Bocharā ciuitatē Persidis insignē profecti sunt, præsidente illi Barach rege: ibiq; annis tribus manserunt.

Qualiter adierunt curiam regis magni Tartarorum. Cap. II.

EO tempore uir quidam grauis & insignis à rege Allau ad maximū Tartarorū regem destinatus, Bocharā pnoctaturus uenit, & illic præfatos uiros inueniens, qui iam linguā Tartaricā erant edocti, supra modū hilaris efficitur, cogitatq; quomodo psuadeat, ut secum ducat hos occidētales uiros, inter Latinos natos, ad præsentiā maximi Tartarorū imperatoris, sciens se illi in hoc gratificaturū, & nihilominus uiros debito suscipiēdos honore, & largis donādos muneribus, potissimū quū iā ex multiplici colloq;o gratissimos ipsorū exploraſſet mores. Viri igitur illi aduertētes se nō facile & absq; pericu-
lo posse domū reuerti, inito cō[illegible] memorato adhærent ambāsiatori, iterq; cū illo

cũ illo ſuſcipiunt ad Tartarorũ imperatorẽ, comites habentes quoſdam alios Chriſtianos, quos ſecũ è Venetijs duxerãt, & ſoluentes à loco Bochara, poſt multos tranſactos menſes pueniũt ad maximũ omniũ Tartarorũ regẽ Cublai uocatũ, quem etiã magnũ Cham appellant, hoc eſt, magnũ regem regũ. Porrò q̃ tam ꝓlixũ tempus inſumpſerũt, donec ad magnũ uenirẽt Cham, aliud in cauſa nõ fuit, quã q̃ in frigidiſſimis regionibus Aquilonẽ uerſus ni ues plurimas, & aquarũ inundationes inuenerunt, quæ uiã illis præcluſerũt.

Quanta humanitate à magno Cham ſuſcepti ſint. Cap. III.

ADducti igit̃ ante conſpectũ magni impatoris Cham, ꝓbenigne ab eo ſuſcepti ſunt. Interrogauit aũt eos de multis, utpote de regionibus occidentalibus, de imperatore Ro. atq̃ alijs regibus & principibus, qualiter ſeſe gererent in regimine & rebus bellicis, quo pacto pax, iuſtitia & concordia inter eos cõſtaret, itẽ quales mores & uiuendi ritus eſſent apud Latinos, & præſertim qualis eſſet noſtra chriſtiana religio, qualiſq̃ Papa ſummus illius moderator. Et ad hæc memorati uiri ſingillatim reſpondẽtes, eò imperatorẽ ſuis deduxerũt uerbis, ut libenter illis auſcultaret, & ſæpe ad ſe introduci iuberet.

Mittuntur à magno Cham dicti uiri ad Pontificem Ro. Cap. IIII.

QVadam itaq̃ die magnus Cham cũ regni ſui principibus inito cõſilio, rogat Latinos, ut nomine ſuo ad Papã proficiſcentes, unà cũ barone quodã Gogaca nomine, uiro aulico & optimo, atq̃ apud illũ agant, ut centũ uiros ſapiẽtes, & in lege Chriſtiana doctos ad ſe dirigat, qui ſapiẽtibus ſuis oſtendere poſſint Chriſtianorũ fidẽ cæteris omnibus ſectis preferendã, atq̃ unicã ſalutis eſſe uiã, quodq̃ dij Tartarorũ eſſent dæmões, qui oriẽtalibus in ſui cultura impoſuiſſent: nã quũ is impator multa audiſſet de fide catholica, & interim aduerteret, quàm mordicus ſui ſapiẽtes conarent ſuã defendere fidem, in ambiguo poſitus neſciebat cui tutò animũ ſuũ inclinaret, quãq̃ ut ueram amplexaret uiã. Illi itaq̃ debitã regiæ maieſtati exhibentes reuerentiã, pollicẽtur ſe cõmiſſa fideliter executuros, & literas quas ab eo Ro. Pont. offerẽdas acceperint, præſentaturos. Ipſe uero tabulã aureã ſigno regali ſculptã & inſignitã, iuxta imperij ſui cõſuetudinẽ illis tradi iubet, quã cõmeatus loco ſecũ per totũ eius imperiũ deferentes ubiq̃ à prouinciarũ & ciuitatũ rectoribus per loca diſcriminoſa ſalui deducerẽtur atq̃ expẽſas ab eiſdẽ recipent, & quacunq̃ tandẽ re opus in itinere haberẽt, illis imperatoris noie ſuppeditaretur. Rogabat quoq̃ eos imperator, ut nonnihil de oleo lampadis, quæ iuxta dominicũ ſepulchrũ Ieroſolymis ardebat, ſibi in reditu deferrent, credens ſibi illud nõ parũ profuturũ, ſi Chriſtus mũdi eſſet ſaluator. Illi igitur imperatori ualedicentes arripiunt iter, literas & aureã tabulam ſecũ deferentes. Quumq̃ x x. dietas equitãdo peregiſſent, Gogacal, qui illis ab imperatore aſſociatus erat, grauiter ægrotare cœpit. Vnde conſilio inito eo illic relicto, ipſi cœptũ proſequunt iter, ubiq̃ ob imperatoris ſignũ humaniter ſuſcepti. Pluribus tamen in

men in locis ob fluminum inundationes pedem sistere coacti sunt, ut etiam tres annos citro ultroq; absumpserint, priusquam ad portum ciuitatis Armeniorum, Galza nomine, peruenerint. A' Galza rectà ad Anconem tendunt anno, scilicet domini, M. C C L X X I I. mense Aprili.

Quomodo summi Pontificis expectarint creationē. Cap. V.

INgressi autem urbem Anconam audierunt dominum Clementē Papā quartum nuper defunctum, aliumq; neminem in locū eius surrogatū: de quo non parū contristati sunt. Erat tunc Anconæ legatus quidam sedis apostolicæ, dominus. scilicet, Thedaldus Comes de Placentia, cui cuncta quæ in cōmissis habuerunt, exponentes, indicabāt quomodo à magno Cham missi fuissent. Ille uero consulebat, ut noui Pōtificis expectarēt creationem. Abeuntes itaq; interim Venetias suos inuisuri, & illic quousq; alius institueretur Pontifex mansuri, inuenit Nicolaus Paulus uxorem suam extremū dausisse diem, quippe quā in recessu suo prægnantē reliquerat, filium uero Marcū nomine, qui iā annos ætatis x v. habebat, atq; postea hunc librum conscripsit, sanum & incolumē inuenit. Porrò electio Ro. Pontificis ad duos usq; annos est protracta. Qualiter regressi sint ad regem Tartarorum. Cap. V I.

ANnis duobus postq; redierunt in patriā elapsis, memorati duo fratres timentes imperatoris Tartarorū turbationē, quem ipsorum reditū sciebant expectare, reuertuntur Anconā ad legatum, secum ducentes Marcū filium, longi itineris futurū comitem. Acceptisq; à legato literis, quas Tattarorum imperatori deferrent, in quibus plenius imperator edocebatur ea quę fidem concernunt catholicam, abire iterum in orientem disponunt: illisq; paululum ab Ancona digressis, nūtij ueniūt à Cardinalibus ad legatū, indicātes illi se in summū electum Pontificē, postea Gregoriū dictum. Quo audito illi comissis nuntijs Venetijs reuocat, & ne abeant monet, parans alias illis literas, quas Tartarorū offerrēt summo principi, quibus & duos adiūxit fratres prædicatores, uiros probitate & literatura conspicuos, quorū unus Nicolaus, alius uero Guilhelmus Tripolitanus uocabat, qui tunc Anconæ moram trahebant. Abeuntes itaq; unà uenerūt ad Glaciā portū maris in Armenia. Et quoniā Sultanus Babyloniæ tunc magno coacto exercitu Armenos inuaserat, cœperūt memorati fratres sibi timere, atq; uiarū uolentes uitare discrimina & guerrarū pericula, cum magistro tēpli in Armenia manserunt: nā nō semel in mortis periculum inciderunt. Nuntij uero Veneti omni sese periculo exponentes cum multis laboribus & magna difficultate ad Tartarorū imperatorē in ciuitatē quæ Clemenisu appellat, puenerunt: nam iter eorū hyemali tpe ꝓpter niues & frigora atq; aquarū inundationes sępe ad longū tēpus impediebat. Porrò rex Cublai audiens eos aduētantes q adhuc lōgissime aberant, per quadraginta diętas nuntios illis obuiam misit, qui eos conducerēt, & necessaria quæq; pro itinere suppeditarent.

Quomodo

Quomodo Veneti à Tartarorũ imperatore ſuſcepti ſunt. Cap. VII.

REgis itaq; curiam adeuntes,& ante conſpectum eius ducti,prociderunt coram eo in faciẽ,reuerentiã cõſuetam exhibẽtes. A' quo humaniter ſuſcepti iubent' ſurgere,& qualiter uaria uiarũ penetrarint diſcrimina, quidq; cum Romano egerint Pontifice iubet enarrare. Illi uero cuncta ordine exponunt,& allatas Pontificis literas imperatori exhibent. Qua de re rex mirum in modum lætatus fidelem illorum cõmendauit ſolicitudinẽ. Oleum quoq; de lampade dominici ſepulchri allatũ & oblatũ accepit ab illis, & cũ honore reponi iuſſit. Et quũ intellexiſſet Marcũ Nicolai eſſe filiũ, blanda facie illum ſuſcepit,omnesq; tres illos,patrẽ & filiũ,atq; patruũ tali dignatione proſecutus eſt,ut ab omnibus aulicis deinceps ſuſpicerent', & in honore haberent'.

M. Paulus quàm gratus factus ſit Tartarorũ imperatori. Cap. VIII.

MArcus itaq; breui tempore in aula magni Cham Tartarorũ addiſcens mores,atq; quatuor uarias gẽtis illius linguas edoctus,quas nedũ legere,uerũ & ſcribere didicit,omnibus charus effectus eſt,& in primis imperatori: qui ut hominis prudentiam magis conſpicuã redderet,negotium illi commiſit in longinqua expediendum regione,ad quam ſex menſium ſpatio uix peruenire poterat. Ille uero prudenter in omnibus ſe gerens, non ſine laude & principis gratia,quæ in mandatis acceperat tranſegit. Et ſciens imperatorẽ oblectari nouitatibus,diligẽter ſcrutatus eſt in regionibus quas perttanſiuit, conſuetudines & mores hominum,conditiones & naturas animalium, atq; harũ rerum ueridica relatione mirum in modum ſibi deuinxit regem,ut etiã rex in magnis obeundis regni negotijs hoc uteretur per XVII. annos uiro, mittens illum ad diuerſas latiſſimi imperij ſui terras. Is uero præter id quòd regis exequebatur cauſas,etiam terrarum obſeruabat proprietates, prouinciarum & ciuitatum conſiderabat ſitus,& quæ mira in locis uel contigerunt, uel inueniuntur calamo excipiens,tandem nobis occidentalibus patefecit,id quod ſecundus liber explicat.

Quomodo Veneti poſt aliquot annos obtenta licentia redire diſpoſuerint. Cap, IX.

MOrantes autẽ aliquanto tempore Veneti apud magnũ Cham,patriæ uiſendæ accenſi deſiderio,à rege abeundi licentiã petũt. Is uero eorum oblectatus præſentia, difficile ad id inclinari potuit. Accidit tamen interea ut rex Indorũ Argõ nomine, tres inſignes uiros mitteret ad curiã magni Cubiai,quorũ nomina fuerunt Culatai,Ribuſca & Coila,qui agerẽt cũ eo, ut ali quã ex proſapia ſua ei traderet in uxorẽ: nam uxor eius Balgana nomine nuper mortua,in teſtamento reliquerat,& maritũ adiurauerat,ne ab alia quàm à ſua familia aliam duceret uxorem. Rex itaque Cublai illorum obſequutus petitioni,puellam quandam XVII. annorum nomine Cogatim.è ſtemmare ſuo prognatã illis aſſociat,inq; uxorẽ Argonis conſecrat. Nuntij uero quum

Digitized by Google

quum reginam abducturi essent,& aduertissent Venetos patriam suam siti re,rogabãt Cublai regem,ut pro honore regis Argonis hos secum abire per mitteret,qui nouam reginam in Indiam conducerent,& inde ad loca sua re uerterentur. Ille procerum instantia & petitione deuictus,etiam inuitus Ve netos abire permisit. Quomodo Venetias redierint, Cap. x.

SOluentes itaq; à Cublat aula,quatuordecim paratas naues,& sufficienti commeatu oneratas,quarum quælibet quatuor malos atq; totidem uela habebat, intrantes acceperunt à rege duas tabulas aureas regali charactere insignitas,quas per omne imperiũ suum, & per tam multas prouincia præ fectis ostenderent,à quibus securum conductum,uictualia,& alia necessaria perciperent. Adiunxit quoq; illis ambasiatores aliquos ad summum Ponti ficem,& ad reliquos quosdam Christianos reges. Et nauigio hinc discedentes,post tres menses uenerũt ad insulam quandam Iana nomine,& inde per Indicum uagantes mare,post multũ temporis ueniunt ad regis Argonis pa latium,allatamq; illi præsentant puellam. At ille filio suo hanc tradidit uxo rem. Plurimi autem desiderati sunt ex his sexcentis uiris, quos pro adducen da puella rex ad tartarum misit,qui in itinere eundo & redeundo spiritũ ex halarunt. Porro Veneti cũ ambasitatoribus hinc recedentes,ab alio uicere ge,qui regno pueri loco præerat,Acata nomine,alias duas aureas & cõmen datitias tabulas more gentis illius acceperunt, atq; salui cũ honore ex regno illo deducti sunt,& post multum temporis multis exantlatis laboribus,pro tegente domino Constantinopolim perueniunt, atq; inde cũ diuitijs & ho norifico comitatu incolumes Venetias redierunt,anno,scilicet. domini mille simo ducentesimo nonagesimo quinto,gratias agẽtes deo,qui eos de pericu lis multis liberatos saluos domum reduxit. Hæc à principio huius libri bre uiter & summate annotare libuit, ut lectori cõstet,quomodo,& qua occasio ne Marcus Paulus Venetus huius libri compilator,hæc quæ sequuntur om nia ineustigare potuerit.

De Armenia minori, Cap. xi.

PRæmissa generali itinerum nostrorum descriptione,nunc ad particula ria descendẽtes,singulas regiones quas perambulando lustrauimus,de nuo reuisentes,quid in eis uiderimus & experti simus annotaturi. Igitur Ar menia minor quam primo intrauimus,iustitiæ cõseruatione,& bona guber natione consistit. Habet regnum ipsum ciuitates multas & plurima oppida: solum quoq; ipsum fœcundũ est,& terra nullius rei necessariæ indiga: uena tiones bestiarũ & auiũ illi non desunt: aër quoq; ipse nulla corruptione infe ctus,omnibus gratũ præstat spiraculũ. Incolę uero regionis illius,q olim stre nui fuere bellatores,nũc otio torpẽtes molles & effœminati effecti,potationi
Glacia bus & luxui uacãt. Est ciuitas quędã in hoc regno, iuxta mare sita,Glacia no mine,optimũ habẽs portũ,quò plurimi cõueniũt mercatores ex uarijs regio nibus,

nibus,etiam à Venetijs & Ianua propter uarias merces quę illuc deferuntur, præsertim aromata diuersarũ specierum, aliasq; pretiosas quasdam opes ex orientalibus regionibus illuc nundinationis gratia delatas: nã est is locus ueluti porta quædam orientalium regionum.

De prouincia Turciæ, Cap. XII.

TVrcia prouincia collectæ gentis,continet populos ex Græcis, Armenis, & Turcis. Habent Turcæ linguam propriam,sub lege detestabilis Mahumeti uiuentes. Sunt homines indocti,rudes & agrestes,in mõtibus & uallibus habitantes, atq; pascuosa loca cæteris præeligentes: nam habent greges magnos iumentorum atq; porcorũ: habent & mulos, sed illi in magno sunt ualore. Græci uero & Armeni qui inter illos habitant, ciuitates & oppida possident,operamq; suam in sericum collocant. Habent autem ciuitates multas,inter quas præcipuæ sunt Gomo,Cæsarea & Sebaste,ubi beatus Basilius martyrium pro Christo susceptt,unũq; ex Tartarorũ regibus dominũ agnoscunt.

De Armenia maiori, Cap. XIII.

ARmenia maior prouincia maxima, Tartaris tributaria, ciuitates multas habet atq; oppida. Metropolis eius Arzinga uocatur, fitq; ibi buchiranus optimus. Scaturiunt quoq; ibi aquæ feruentes,corporibus humanis abluendis & medendis saniſſimæ. Aliæ uero insigniores post metropolim ciuitates sũt Argyron & Darzirim. Æstiuis diebus plurimi Tartari illuc diuertunt cũ gregibus & armentis, uberioris pascuæ gratia illecti. Et rursum hyemali tempore ob niuiũ inundantiam ad tempus secedunt. In montibus huius Armeniæ remansit arca Noæ Habet hæc regio ab oriente confinem prouinciam Zorzaniorum. Ab Aquilone uero fons quidam magnus inuenitur,de quo liquor oleo similis scaturit,ad condimentum quidem cibi inutilis,lampadibus uero cõcinnandis & nutriendis, alijsq; rebus inungendis cõmodissimus: unde uicinæ quæq; nationes cõcurrunt, & de fonte illo omnes pro lucernis alendis haurire cõtendunt: tam enim indesinẽter hic fons fluit, ut etiam multæ naues oleo eius oneratæ,in alias abducantur regiones. *Fons olei*

De prouincia Zorzania, Cap, XIIII.

ZOrzaniæ prouincia Tartarorum regi tributa offert,eumq; dominum suum agnoscit. Sunt autem Zorzanij homines pulchri, in armis strenui, atq; in arte sagittaria periti. Sunt etiam Christiani Græcorum obseruantes ritum. Capillos nutriunt breues,ut derici occidentales. Est prouincia eorum aditu difficilis, præsertim ab oriente: illic enim arctissima est uia, ab uno latere habens mare, & ab altero montes,per quam quatuor leucarũ spatio eundum est,donec in prouinciã ueniat. Vnde pauci homines ibi magnũ exercitũ ab ingressu arcere possunt. Habẽt incolæ multas ciuitates & castra,abundantq; serico, de quo pulcherrimos holosericos parant pannos. Quidam eorum labori manuali operam impendunt,alij uero mercimonijs distrahendis.

Digitized by Google

distrahendis. Terra ipsa satis fertilis est: id mirabile aiunt in hac terra reperiri. Est lacus quidam magnus in ea, ab aquis montium collectus, uocatus mare † Chelucelam, in gyro habens circiter sexcenta milliaria, qui per totũ anni spatium nullos mittit pisces præterquam per quadragesimam usq; ad sabbatum sanctũ. Distat is lacus à reliquis æquoribus duodecim diętis. Aiunt quoque Euphratem fluuium, & alia quædam flumina in hunc ruere lacum.

forte Caspiũ

De regno Mosul. Cap. XV.

REgnum Mosul ad orientem situm, partim confine est Armeniæ maiori, habitãtq; in eo Arabes Mahumetũ colentes, & multi Christiani, Nestoriani atq; Iacobini: quibus præest patriarcha magnus, quem ipsi Iacelich uocant. Fiunt ibi panni pulcherrimi ex serico & auro. Cæterum in montibus huius regni habitãt homines Cardi appellati, quorũ quidã Nestoriani sunt, alij Iacobini, & quidam Mahumeti sunt sectatores, atq; magni prædones.

De ciuitate Baldachi. Cap. XVI.

EST in pattibus illis ciuitas quædam insignis Baldachum nomine, quæ in scripturis sacris Susis appellatur, in qua manet prælatus magnus Saracenorum, quem ipsi Caliphũ uocant. Non inuenitur in partibus illis nobilior quàm illa sit ciuitas. Parãtur ibi ex auro & serico pulcherrimi panni, ijq; sub uaria habitudine. Anno ab incarnatione domini M. CCL. magnus Tartarorum rex Allau obsedit, atque tam acriter oppugnauit hanc urbem, donec caperet eam. Erant tunc plura quàm centum millia armatorũ in ciuitate. sed Allau longe fortior illis erat. Cæterum Caliphus urbis dominus turrim habebat plenam auro, argento, & lapidibus pretiosis, atq; reliquis iocalibus, sed auaritiæ stimulis sauciatus noluit collectum thesaurũ in milites spargere, illisq; munera largiri, ideoq; ipse cum ciuitate periclitatus est: nam Allau rex obtenta ciuitate Caliphum cepit, & in turrim illam, in quã thesaurũ suum reposuit. coniecit. negatoque omni cibo & potu ait illi: Si thesaurum hunc non tam auare & tenaciter seruasses, teipsum & ciuitatẽ liberasses: nũc igitur fruere thesauro tuo & ex eo comede atq; bibe, quem tantopere dilexisti. In hunc itaq; modũ miser ille thesauro suo incumbens fame perijt. Transit per hanc urbem fluuius quidam magnus, atq; in oceanum Indicum se effundens, à cuius ostio urbs ipsa decem & octo distat diætis, ut citra magnũ incommodum innumeræ merces ab India ad eam adduci possint. Porro fluuius ipse originem sumit à ciuitate Chisi. Est quoq; ciuitas alia inter Baldachum & Chisi, Bascia nomine, quæ magno palmarum nemore circundatur, de quo maxima dactylorum colligitur copia.

Haolonus

De ciuitate Taurisij. Cap. XVII.

IN illis quoq; partibus est Taurisium nobilissima ciuitas, in qua multiplices exercẽtur mercantiæ: nam sunt ibi gemmæ pretiosæ, panni auro texti atq; holoserici cum alijs uarijs mercibus. Et quoniam ciuitas in optimo sita est loco,

Digitized by Google

est loco, cõueniunt ibi plurimi negotiatores ex uarijs mundi partibus. ab India, à Baldacho, à Mosulo & Cremosor: ex Latinorum quoq; terris nonnulli nundinandi gratia illuc concedunt: nam mercatores plurimum hinc ditantur. Ciues Mahumetum uenerantur, licet quidam Nestoriani atq; Iacobini etiam ibi inueniantur. Sunt in circuitu ciuitatis horti pulcherrimi & amœni, unde incolæ plurimos & optimos colligunt fructus.

Quomodo miraculose mons quidam in alium locum fuerit translatus, Cax. XVIII.

ESt mons quidam in regione illa haud longe à ciuitate Tauriſij, qui olim uirtute diuina à loco suo hac occasione dimotus est. Accidit semel ut Saraceni Euangelium Christi blasphemare uolentes, & ueluti uanã doctrinã Christianis improperantes dicerent: Est scriptum in Euangelio uestro: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, & dixeritis mõti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Nũc igitur si fides uestra caret errore, amouete montem hunc, & probate Euangelij uirtutem. Et quoniam Christiani sub perfidorum illorum dominio erant, cogebantur uel montẽ illum transferre, uel Mahumeticam subire legem: & si neutrum facerent, gladio ferirentur. Tunc uir quidam in Christi feruens amore & fide, confortauit pusillanimes, & fusa oratione ad dominum cum tota fiducia dixit monti: abi hinc: quod uidente multitudine illico factum est. De quo miraculo multi Saracenorum conuersi, Christum confiteri cœperunt. *Miraculum fidei*

De regione Persarum, Caput XIX.

PErsia maxima & latissima est prouincia, fuitq; olim nobilis & magni nominis: nunc uero à Tartaris dissipata obscurior est quàm unquã fuerit: abijt tamen nomen eius in uiciniores quasq; prouincias, ut etiam hodie Persidis prouincia octo complectatur regna: quorum primũ uocatur Chasum, secundum Churdistam, tertium Lor, quartum Cielstam, quintũ Instanich, sextum Zerazi, septimum Socham, octauum Timochaim, & est in finibus Persarum: suntq; ibi equi magni & pulchri, ut etiam quandoq; unus ueneat pro ducentis libris Turonensibus. Ducunt autem eos negotiatores ad ciuitates Chisi & Curmosa, in litore maris sitas, unde in Indiam uenduntur. Asini quoq; ibi sunt plucherrimi & optimi, ut etiam unus uendatur pro triginta argenti ponderibus. Homines uero in regionibus illis pessimi sunt, rixosi, prædones & homicidæ, fidem Mahumeti profitentes. Mercatores passim occiduntur ab illis prædonibus, nisi cateruatim per itinera incedant. In ciuitatibus tamen sunt optimi artifices, qui in auro, serico, & opere acupictorio mira faciunt. Abundãt bombice, tritico, hordeo, millio, alijsq; frumẽti speciebus. Vini quoq; & fructuũ habent ubertatẽ. De ciuitate Iasdi, Cap. XX.

IAsdi est ciuitas magna in eadem regione, in qua multæ fiunt mercantiæ. Habet quoque & ipsa subtiles artifices, qui in serico laborãt. Colunt etiã

Digitized by Google

Mahumetum. Vltra Iasdi per septem dietas non est ulla hominum habitatio usque ad ciuitatem Crermam: sed sunt loca campestria atque nemorosa, in quibus multæ sunt uenationes. Inueniuntur quoque ibi magni cõaticcs, & hi in magna multitudine.

De ciuitate Crermam. Cap. XXI.

CRermam est ciuitas insignis, ubi in montibus plurimi reperiuntur lapides, Turchici uulgo appellati. Sunt quoq; ibi mineræ chalybis & andanici. Item habent falcones nobiles, uolatum perniciſſimum habentes, minores tamen falconibus peregrinis. Habet Crermã artifices diuersorum armorum, qui fabricant frena, calcaria, sellas, spatas, arcus pharetras, & alia instrumenta iuxta usum patriæ illius. Mulieres uero distinentur opere plumario, facientes culcitras & ceruicalia speciosa. A' Crermã ultra progrediendo itur per magnam planiciẽ, exactoq; septem dierum itinere peruenitur ad descensum quendam, qui duorũ dierum spatio uix tandem perficitur, ueſtigo semper in decliuum inclinato. In planicie multi inueniuntur perdices, itemq; castra & oppida. In decliui uero descensu sunt arbores multæ & frugiferæ, sed non est ibi habitatio nisi pastorum. Habet hæc regio hyemali tempore intolerabile frigus.

De ciuitate Camandu, & regione Reobarle. Cap. XXII.

VEnitur post hęc ad planiciem quandam magnam, ubi ciuitas quædam sita est Camandu nomine, quæ olim magna fuit, sed nunc à Tartaris diruta est, retinuitq; regio ab ea uocabulum. Inueniũtur ibi in magna copia dactyli, pistachi, poma paradisi, atq; alij uarij fructus, qui in regionibus nostris non crescunt. Habet quoq; regio illa aues quæ sincolinæ dicũtur, permisti coloris, albi, scilicet & nigri, quarum pedes & rostra rubescunt. Habet item boues maximos, & in uniuersum candidos, cornua breuia & minime acuta in capite gestantes, camelino gibbo dorso eorum imminente, unde tam fortes redduntur, ut ad magna onera gestanda facile assuefiant. Et quum clitellæ gibbo imponuntur, ut cameli genuflectunt, & rursum suscepto onere surgunt, sic ab hominibus edocti. Arietes illius regionis non minores sunt asinis, caudam ferentes tam longam & latam, ut triginta libratum pondus habeant. Sunt pulcherrimi & pingues, atq; ad esum optimi. Sunt præterea in huius regionis planicie multæ ciuitates & oppida, sed quæ muros habent luteos atq; incompositos, fortes tamen. Nam sunt in ea regione multi prædones, quos Caraonas uocant, habentq; regem. Vtuntur hi prædones incantationibus: & quando ad prædam excurrunt, arte illa diabolica id efficiunt, ut aër interdiu per magnum temporis spatium adeo obscuretur, ut à nemine uideri & caueri possint, prorogantq; huiusmodi caliginẽ interdum quinque, & aliquando septem diebus, & interim campos peruagantes in maximo numero, ut etiam quandoque turma eorum decem millia grassatorum complectatur.

Boues gibbosi

Arietes maximi

Digitized by Google

complectatur, in aciem bellatorum more se redigunt, & in latum diffusi sic procedunt, & quicquid obuiam illis uenit, homines & iumenta, capiunt, iuuenes uenum exponunt, senes uero occidunt. Ego Marcus qui hæc scribo, semel in hanc incidi caliginem: & quoniam parum aberam à castro, quod Canosalim dicitur, facile periculum euadere potui ad castrum fugiendo. Plures tamen è comitiua mea in retiaculum illud dæmoniacum incidentes, partim uenditi, & partim interfecti fuerunt.

De campestribus formosis, & ciuitate Cormos. Cap. xxiii.

PLanicies illa de qua iam dictum est, meridiem uersus extenditur ad spatium quinque diætarum. In extremitate uero eius incipit uia sensim descendere, ut per uiginti milliaria semper in præceps cogaris ire: & est uia ipsa pessima, atque ob prædatores periculis nō carens. Tandem uenitur ad campestria pulcherrima, quæ in longum ad duas diætas se extendunt, uocaturq; locus ipse Formosa. Abundat terra illa riuis aquarum, & arboribus palmarum. Est quoque ibi copia diuersarum auium, præsertim papagaiorum, quæ citra mare non habentur. Hinc peruenitur ad mare Creanum, in cuius litore sita est ciuitas Cormosa, optimum habens portum, ad quam multi conueniunt negotiatores, ab India aromata, margaritas, lapides pertiosos, pannos aureos & holosericos, dentesq; que elephantorum, & alia pretiosa quæque adferentes. Est ciuitas illa regalis, habens sub se ciuitates & castra. Regio uero ipsa calida est & infirma. Si extraneus quispiam mercator in ea moriatur, rex terræ omnia eius confiscat bona. Vinum faciunt in illa terra ex dactylis, atque alijs optimis speciebus: tamen qui eo non sunt assueti, & primum bibere cœperint, uentris fluxum cient: qui uero assueti fuerint, mirum in modum pinguescunt. Incolæ loci non uescuntur pane triticeo & carnibus, sed comedunt dactylos, pisces salitos, & cepas. Naues habent non admodum tutas: nam non consolidant eas clauis ferreis, sed ligneis cum filis quibusdam, quæ fiunt ex corticibus nucum Indicarum. Hi cortices in modum corij parantur, unde fila scinduntur, & ex filis funes fiunt fortissimi, qui aquarum impetum & assultum ferre possunt, nec ab aquis facile corrumpuntur. Habēt naues illæ unas arbores, una uela, unosq; temones, nec nisi uno teguntur opertorio. Pice non linuntur, sed piscium sumime. Et quum in Indiam transfretant, equos & alia onera secum deferentes, multas amittunt naues, quod mare illud admodum tempestuosum sit, & naues ferro non sint communitæ. Incolæ illius regionis nigri sunt, Mahumetique legi addicti. Æstatis tempore, quando æstus intolerabiles sunt, non morantur in ciuitatibus, sed extra mœnia habent uiridaria aquis irrigata, & per canalia huc illucq; aquam trahūt, illicq; habitantes solis calorem aliquantulum subterfugiunt. Fit etiam non raro, ut à regione cuiusdam deserti, ubi nihil est præter sabulum, uentus quidam urens & uehemens spiret: & nisi homines illico fu-

Digitized by Google

gam caperent, nimio calore oppressi suffocarentur. Sentientes enim prima illius uenti spiracula, mox ad aquas confugiunt delitescunt que in eis, donec flatus expirauerit: atque in hunc modum ardorem illum ab arena allatum effugiunt. Fit quoque in hac regione, ut sementem non nisi in Nouembri in terram spargant, & in initio Martij segetem demetant, quo tempore etiam alij fructus matureſcunt & colliguntur. Nam post Martium arborū folia & herbæ nimio calore percussæ exareſcunt, ut per totam æstatem nec unum uirens folium, nisi iuxta aquas inuenias. Mos est huius patriæ, quum quispiam paterfamilias mortuus fuerit: ut uxor eius relicta quatuor annis cōtinuis eum lugeat, singulis diebus semel fletui uacans. Conueniunt etiam ad defuncti domum consanguinei eius & uicini quiq;, magno rugitu illius mortem deplorantes, atque acerbas facientes querelas.

De regione quæ est inter ciuitates Cremos & Crermam.

CAPVT XXIIII.

VT etiam ad alias stylum uertā regiones, relicta iam India redeundum est mihi ad Crermam, ut hinc recto ordine progrediar ad eas quas uidi & lustraui terras Igitur si gressum à Cremos uersus Crermam moueris, inuenies magnam & pulcherrimam quādam planiciem, nulla re quæ ad uictum pertinet carentem: præsertim tritico abundat: uerum panis ex eo confectus, ab ijs qui eo non sunt assueti, comedi non potest, adeo amarus est, ab amara aqua illi impasta. Abundant etiam incolæ dactylis, & alijs suauibus fructibus. Habent insuper thermas contra scabiem, & alias multas ægritudines efficaces.

De regione inter Crermam & Cobinam sita, Cap. XXV.

EVndo à Crerma uersus ciuitatem Cobinam, occurrit iter tædiosissimū, quippe quod in longum ad septem extenditur diætas, nullas ferè habēs aquas, nisi perpaucas, & has quidem salsas & amaras, uiridem præ se ferentes colorem, perinde ac si herbarum esset succus: & qui uel paululum ex eis delibauerit, uentris profluuium euadere non potest. Idem fieri solet si quispiam gustet sal ex ea aqua confectum. Necesse igitur est, ut uiatores aquam aliam secum portent, si modo non uelint siti periclitari. Iumenta quoq; ipsa horrent, quum aquam illam bibere coguntur, nec uentris fluxum ubi biberint subterfugiunt. Nulla propterea est in illo deserto habitatio hominū neque ferarū, exceptis onagris, quòd nec cibum, nec potū illic habere possint.

De ciuitate Cobinam, Cap. XXVI.

COBinam est ciuitas magna, copiam habens ferri, chalybis, & audanici. Fiunt ibi specula de chalybe pulcherrima & magna. Fit quoq; ibi tutia quæ oculis medetur, & espondium, idq; in hunc modum: Habet regio illa mineras, ex quibus terram fodiunt, & in fornacem ignitam proiectam decoquunt, desuper crate ferrea uaporem ascendentē intercipiente, in qua uapor conglu

cōglutinatus, tuda efficit. Materia uero grossior, quæ in igne remanet, espondium uocatur. Sunt huius terræ incolæ Mahumeti sectatores.

De regno Timochaim, & arbore solis, quæ à Latinis arbor sicca uocatur. Cap. XXVII.

RElicta ad tergum ciuitate Cobina, occurrit desertum aliud, habens in longitudine iter octo dierum, estq; in eo ariditas magna: caret arboribus atque fructibus: & aquæ quas habet amarissimæ sunt, ut etiam iumenta eas bibere recusent: & nisi uiatores aquam secum deferrent, siti periclitarentur. Superato uero hoc deserto uenitur ad regnum Timochaim, in quo multæ sunt ciuitates & castra. Est regnum illud confine Persidi à parte Aquilonis, crescitq; in eius planicie arbor magna, arbor solis dicta, quæ apud Latinos arbor sicca uocatur. Hæc grossa est ualde, habetq; folia quæ ex uno latere sunt candida, ex opposito uero latere sunt uiridis coloris. Fructus nullos præter entios producit, eosq; in modum castaneæ buxini coloris. Patet campus ille circumquaque ad multa milliaria, ut nec unam in eo inuenias arborem. Aiunt Alexandrum Magnum ibi cum Dario conflixisse. Est autem tota terra regni Timochaim, saltem quæ inhabitatur, fertilis, & multarum rerum ferax, bonoq; aëre temperata. Habet etiam uiros pulchros, sed pulchriores mulieres. Mahumeti perfidiam sequuntur.

De tyranno quodam insigni & sicarijs eius. Cap. XXVIII.

ESt in terris illis regio quædam Mulete dicta, ubi dominabatur princeps quidam pessimus, Senex de montanis dictus, de quo multa audiui: & quæ relaturus sum, ab alijs multis regionis illius incolis didici, qui, ita mihi dixerunt. Fuit princeps ille cum uniuerso populo suo, cui præerat, legi Mahumeti addictus. Is inauditam excogitauit malitiam: Nam homines quosdam sicarios seu gladiatores, quos uulgo Assassmos uocant, sibi adiunxit, & per illorum effrenem audaciam quoscunq; uoluit occidit, ut breui omnibus terrori esset. Porrò id hac impostura effecit. Erat in terra illa uallis quædam amœnissima altissimis septa montibus, intra quam uiridarium plantauit maximum & pulcherrimum floribus odoriferis & fructibus suauibus, atque alijs delectabilibus refertum herbis. Extruxerat etiam in illo horto palatia quædã egregia mira decorata pictura, & quicquid illis ornamento esse potuit, adhibuit. Porrò quæ ad totius corporis uoluptatem faciunt, non est opus ut multam de illis faciam mentionem, quum horto illi & palatijs non defuerint riuuli uarij, aqua, melle, uino & lacte fluentes, uaria musicæ artis instrumenta & melodiæ, choreæ, tripudia, palæstræ, uestes pretiosæ, & mirus apparatus omnium delectabilium rerum, quibus pro uoto fruebantur iuuenes quidam intra uiridariũ positi, qui aliud nihil faciebant, quàm quòd uitam beatam uiuebant, tristitiæ nullum dantes locum. Erat proinde in introitu horti castrum fortissimum, diligenti munitum custodia, per quod solum &

lum, & per nullum alium locum patebat ingreſſus & exitus in hortum. Extra locum illum habebat ſenex ille, cui nomen erat Alaodim, iuuenes quoſdam & uiros fortes, audacis atque præfracti animi, quos ad hoc ipſum inſtituebat, ut animi ſui deteſtabile exequerentur propoſitum. Curabat illos informari in nepharia lege Mahumetica, quę obſeruatoribus ſuis in uita futura carnales promittit uoluptates. Et ut eos obſequentiores ſibi redderet, & ad omne uitæ periculum intrepidos, quum illi uideretur, faciebat eis, uel quibuſdam eorum, dari potum quendam, quo ineſcati dementes fiebāt, & graui opprimebantur ſopore, interimq; in uiridarium ducebantur: & quum ſopore ſoluto euigilarent, & uiderent ſe tantis intereſſe delitijs, putabant ſe in paradiſum dei raptos, uiuereq; cum Mahumeto legiſlatore ipſorum, & illis quæ promiſit perfrui gaudijs. Quid plura? Gaudebant ſe ex ſeculi miſerijs ereptos, & iam aliam atque felicem uiuere uitam. Sed quum paucis diebus his gaudijs interfuiſſent, ſenex quibus uolebat iterum memoratum potum bibendum exhibuit, & dementatos extra paradiſum illam reduxit. Tunc illi ad ſe redeuntes, & reminiſcentes quibus & quantis ad modicum tempus potiti fuiſſent gaudijs, ſupra modum dolebant, & triſtes efficiebantur quòd delitijs illis perpetuo frui non conceſſum ſit, mortem libenter ſubituri, modo hac uita tam modice deguſtata, ſemper uiuant. Tunc tyrannus ille, qui dei prophetam ſe eſſe mentiebatur, aiebat illis: Audite me, & nolite contriſtari: ſi parati eſtis, ut pro mea obedientia mortem intrepide, ubi illata fuerit, ſubeatis, participes uos pronuntio futuros illorum gaudiorū quæ ad horam uidiſtis. At miſeri illi mortem lucrum putantes, nihil tam difficile aiunt iuiungendum, quod pro illa beata uita conſequenda non libenter ſubeant. Abutitur igitur tyrannus ille his præfractis hominibus ad innumera homicidia, quippe qui corporalem uitā proſtituentes, contemnebant etiam mortē ipſam, & paſſim ad tyranni iuſſus in regione illa ſic graſſabantur, ut omnibus hominibus eſſent formidini, & nemo inſaniæ illorum reſiſtere auderet: ſicq; fiebat, ut multæ regiones, & potentes uiri tyranno illi tributarij fierent.

De interfectione memorati tyranni, Cap. xxix.

ANno domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo Allau rex Tartarorum, potenti exercitu tyranni illius caſtrū obſedit, cupiens tantum periculum è ſuis eliminare partibus. Et elapſis tribus annis cepit illum cum omnibus Aſſaſinis ſuis: defecerant enim illis uictualia: & funditus abo leuit locum, & homines interfecit.

De ciuitate Sopurgam & terminis eius, Cap. xxx.

RECedendo à præfato loco uenitur ad regionem quandam ſatis amœnā, quæ habet colles, planicies, & optima paſcua, ubertimos denique fructus: eſt enim ſolum eius feraciſſimum: neque ullam habet penuriam præterquam aquæ: nam eundum eſt per quinquaginta aut ſexaginta milliaria, donec

Digitized by Google

donec aliquid aquæ inuenias: unde nisi uiatores aquam secum deferrent, sæpe siti periclitarentur, id quod etiam iumentis accidere solet. Festinanter igitur regio ipsa percurrenda est, præsertim ubi tanta est terræ ariditas. Extra illam siccitatem habet regio illa multas ciuitates & oppida. Incolæ Mahumetum agnoscunt. Post hęc uenitur ad ciuitatem Sopurgā, ubi omniū uictualium reperitur copia: præsertim abundant ibi pepones, quos filis diuidunt non secus quàm cucurbitæ dissecantur, & desiccatos ad proximas terras uendendas portant, à quibus auide comeduntur, quum mellis ferè habeant dulcedinem. Sunt etiam in regione illa plurimæ uenationes bestiarū & auium.

De ciuitate Balac, Cap. xxxi.

PRætereuntes inde uenimus in ciuitatem qnandam Balac nomine, quæ olim magna & nobilis fuit, sumptuosa habens marmorea palatia: nunc uero à Tartaris diruta est. In hac ciuitate ferunt Alexandrum Darij regis filiam in uxorem accepisse. Hæc ab Aquilone terminatur ad Persidis prouinciam. Quòd si hinc soluas & procedas inter orientem & Aquilonem, non inuenies ad duas dietas ullam habitationem: quia habitatores loci tot molestias à latronibus & prædonibus passi, coacti sunt fugere ad montana, loca, scilicet tutiora. Inueniuntur ibi aquæ multæ, atq; uenationes bestiarum plurimæ: sunt quoque illic leones. Viatores quoniam nihil alimenti in itinere inueniunt, uictualia secum deferunt, quę pro duobus diebus illis sufficiant.

De regno Taicam & terminis eius, Cap. xxxii.

EXacto itinere duorū dierum quos memorauimus, occurrit castrū quoddam Taicam uocatū, ubi frumēti magna est copia, ageréq; ipse pulcherrimus. Sunt ibi quoque montes salis ad meridiē extensi, tam magni, ut totus mundus hinc sal sufficiens habere posset. Est autem sal ipsum tam durum, ut non nisi cum ferreis malleis è montibus erui possit. Quòd si ultra ab isto loco procedas, inter plagam, scilicet, orientalem & aquilonarem eundo, post tres consummatas diætas uenies ad ciuitatem Scassem, licet alia quoq; oppida in itinere occurrant. Huius regionis incolæ omnes Mahumetum colunt: bibunt tamē uinum, cuius terra illa sicut & frumenti atque fructuum maxime est ferax: imò tota die nihil agunt, quàm quòd calicibus euacuandis incumbunt. Est uinum illud coctum & optimum. Homines uero sunt pessimi, sed optimi uenatores: nam abundat terra eorum bestijs syluestribus. Nudi caput incedunt, nisi quòd uiri chordula quadam longitudinis decem palmorum caput ligant. E` bestiarum uero syluestrium, quas capiunt, pellibus indumenta sibi parant, sicut & caligas & calceamenta, nec alijs utuntur uestibus. *Montes salis*

De ciuitate Scassem, Cap. xxxiii.

CIuitas autem Scassem in planicie est sita, habetq; in circumiacentibus montibus multa castra. Fluit etiam per medium eius magnus quidam

Digitized by Google

Sues ſpinoſi

fluuius. Sunt in regione illa multi ſues ſpinoſi, qui quum capiuntur, ſpinis ſuis ſæpe homines & canes lædunt: nam canes à uenatoribus in porcos pro uocati, adeo iritãt & cõmouent feras illas, ut ſimul cõcurrentes terga ſua, qui bus ſpinæ innituntur, uehementer commoueant, atque ſtimulos ipſos uehementia quadam excutiant, atque in uiciniores homines & canes uibrẽt. Habet gens illa linguam propriam: paſtores eius morantur in montibus, uendicantes ſibi cauernas pro habitaculis. Itur hinc per tres diætas ad prouinciã Balaſciæ, atq; intermedio itinere nulla humana occurrit habitatio. Neceſſe igitur eſt ut uiatores cibum & potum ſecum portent.

De prouincia Balaſciæ. Cap. XXXIIII.

BAlaſcia eſt prouincia magna, habetq; linguam propriam, cultui Mahumeti dicata. Reges eius, qui iure hæreditario ſibi inuicem ſuccedunt, ab Alexandro Magno originem duxiſſe feruntur. Producit hæc eadem prouincia lapides pretioſos atque magni ualoris, qui à nomine regionis balaſci uocantur. Nemo citra capitis pœnam audet huiuſmodi lapides uel fodere, uel extra regionem aſportare, niſi cum licentia & conſenſu regis: omnes enim illi lapides regis ſunt, & is mittit eos quibus uult uel pro dono, uel pro ſolutione tributi: multos etiam commutat pro auro & argento. Vſqueadeo autem terra illis turgeſcit laipdibus, ut ad regem parum hinc rediret emolumenti, ſi paſſim omnibus permitteret eos fodere & diſtrahere: nam ſic lapis ipſe uilior redderetur. Suppeditat quoque mons alius in hac prouincia lazulum, de quo fit azurum optimum, quale etiam in mundo non inuenitur. Elicitur autẽ ex mineris non ſecus ac ferrum: præbent quoque mineræ argentum. Regio ipſa ualde frigida eſt. Equos habet multos & optimos, magnos & uelоces, qui tam duras & fortes in pedibus habent plantas & ungulas, ut ferramento opus non habeant, etiam quantumliber per ſaxa & montes currant. Abundat præterea regio ipſa uenatione beſtiarum & auium. Habet quoq; herodios, ſeu optimos falcones. Fert ager eius triticum optimum, hordeum & millium in magna copia. Oliuis caret, ſed ex nucibus & ſoſima oleum conficiunt. Incolæ extraneas gentes minime metuunt, eo quòd introitus in prouinciam ſunt multum arcti, nec poſſunt hoſtes facile irrumpere. Ciuitates eorum & caſtra arte & natura munita ſunt. Sagittarios habent certos, & uenatores optimos. Induuntur ut plurimum corio: nam ueſtes laneæ & lineæ ibi haberi nequeũt, niſi pro magno pretio. Mulieres tamen nobiles utuntur pannis lineis & bombicinis,

De prouincia Baſciæ, Cap. XXXV.

PRouincia Baſciæ diſtat à regione Balaſciæ decem diætis. Et eſt regio ipſa ualde calida: unde fit ut homines nigri ſint, ſed aſtuti atque mali. Linguam habent propriam: & in auribus geſtant inaures aureas & argenteas, atq;

Digitized by Google

teas, atq; margaritas. Veſcuntur carnibus & riſo: idololatræ ſunt, incantationibus & dæmonum inuocationibus uacantes.

De prouincia Cheſimur, Caput XXXVI.

PRouincia Cheſimur diſtat à Baſcia per diætas ſeptem. Incolæ eius linguam propriam habent, & idololatræ ſunt, idola conſulentes, atque reſponſa à dæmonibus recipientes. Faciunt quoque arte diabolica, ut aër in caliginem condenſetur. Bruni coloris ſunt, hoc eſt, nigricantis: nam regio temperata eſt. Carnibus ueſcuntur & riſo, & tamen macilentiſſimi ſunt. Ciuitates ibi multæ ſunt & oppida. Rex eorum nulli tributarius eſt, quia neminem timent, deſertis undique uallati, quo fit ut difficilis ad eos ſit acceſſus. Sunt in hac prouincia quidam eremitæ, qui in monaſterijs & cellis idolis ſeruiunt, cum magna cibi & potus abſtinentia deos ſuos honorantes, quos etiã plurimũ reuerentur, & cauent ne eos offendant, nepharia illorũ mandata tranſgrediendo. Vnde & uulgo in magno honore ĩ habentur eremitæ. *Monachi*

De prouincia Vocam, & montibus in ea altiſſimis, CAPVT XXXVII.

HIc iam iterum occurreret India, ſi iuxta priorem tramitem progrederer, ſed quia illam in tertio libro deſcripturus ſum, iam aliam uiam pergere ſtatui, ad Balaſciam, ſcilicet, redeuntes, & hinc inter plagam Aquilonarem atque orientalem iter facientes. Igitur ſpatio duorum dierum uenitur ad flumen quoddam, ubi multa ſunt caſtra & uillæ: & homines illorum locorum probi ſunt, & in armis ſtrenui, ſed Mahumetum colunt. Rurſus ſpatio aliorum duorum dierum uenitur ad prouinciam Vocam, quæ ſubiecta eſt regi Balaſciæ, habens in longum & latum ſpatium trium diætarum. Incolæ eius habent linguam propriam, & colunt Mahumetum. Sunt etiam ſtrenui bellatores atque boni uenatores: nam abundat regio illa ſylueſtribus animalibus. Hinc ſi diſcedas ad orientalem plagam, aſcendendum tibi erit per tres continuos dies, quouſque peruenias ad montem altiſſimum, & quo altior non eſt in mundo. Ibi etiam inuenitur inter duos montes planicies quædam amœna, & in ea fluuius pulcherrimus, iuxta quem optima ſunt paſcua, ita ut in illis equus aut bos macilentus decem dierum ſpatio pingueſcat. Eſt ibi copia animalium ſylueſtrium: præſertim inueniuntur ibi arietes ſylueſtres maximi, longa habentes cornua, ex quibus uaria uaſorum genera effinguntur. Continet planicies illa in longitudine ſpatium quod duodecim diebus peragrari poteſt, uocatur'que Pamer. Sed ſi longius progrediare, deſerti ſpeciem præ ſe fert: nec eſt ibi ulla habitatio humana, aut ulla herba uirens. Coguntur itaq; uiatores ſecum ferre ea quæ illis ſunt neceſſaria, pro corporis ſuſtentatione. Nulla quòque ibi apparet auis, propter frigus, & nimiam terræ eleuationem, quæ pabulum nullum adminiſtrare poteſt animalibus. Ignis ſi quandoque ibi accendatur, obſtante nimia regionis frigidita- *Vocam*

te, non

te, non est ita lucidus, nec adeo efficax in sua actione, ut in locis demissioribus. Hinc uia ulterius ducit inter orientem & Aquilonem per montes, colles atque ualles, in quibus multa inueniuntur flumina, nulla autem habitatio humana, nec ulla herba: uocatur que regio ipsa Belor, omni tempore hyemis effigiem præ se ferens, eaq; facies perseuerat, donec uiator quadraginta diætas absoluat. Pro tot etiam diebus necesse est ut uictum secum deferat. In montibus tamen altissimis hinc inde hominum habitationes conspiciunt', sed qui pessimi & crudeles sunt, idololatriæ dediti, qui ex uenatione uiuunt & corio uestiuntur.

De prouincia Cassar. Cap. XXXVIII.

POst hæc peruenitur ad prouinciam Cassar, quæ magno Cham tributaria est. In ea sunt uineæ, uiridaria, arbores frugiferæ, bombix, & aliæ agrorum possessiones. Incolæ uero habent linguam propriam, & sunt negotiatores & artifices, atque lucri gratia per prouinciam discurrentes, adeoq; auare diuitijs inhiant, ut uix satis de partis edere audeant. Mahumeti quoque legi parent: tametsi quidam Christiani Nestoriani ibi inueniantur, qui suas quoque habent ecclesias. Regio patet quinq; diætarum spatio.

De ciuitate Samarcham, & miraculo columnæ in ecclesia facto.

CAPVT XXXIX.

SAmarcham ciuitas magna & egregia est in regione illa, tributaria nepoti magni Cham. In hac habitant Christiani cum Saracenis, hoc est. Mahumetanis. Accidit uero his temporibus in ea diuina uirtute tale miraculum. Frater magni Cham, nomine Cigatai, qui regioni illi præfuit, persuasus à Christianis baptismi suscepit sacramentum. De quo Christiani gaudentes, fauore illius ædificauerunt basilicam magnam in illa urbe, in honore diui Ioannis Baptistæ. Porro architecti ecclesiam illam tali fabricauerunt ingenio, ut tota eius testudo uni niteretur marmoreæ columnæ, quæ medium ecclesiæ tenuit locum. Habebant tunc Saraceni insignem lapidem qui omnibus modis ad hoc quadrabat, ut basis loco præfatam sustineret columnam. Raptus igitur à Christianis, in fundamento columnæ locatus est. De quo Saraceni dolentes hisce re non audebant, quum princeps ad hoc ipsum annuisset. Factum est autem, ut aliquanto post tempore princeps ille moreretur, & illi filius eius succederet in regno, non autem in fide. Tunc Saraceni ab eo obtinuerunt, ut Christiani lapidem illum, quem columnæ suppositum fuerant, reddere cogerentur. Et quum illi pretium satis dignum offerrent, recusarunt Saraceni quicquam aliud accipere quàm lapidem. Quod hac impostura faciebant, ut Christianorum ecclesia funditus destrueretur. Christiani itaque uidentes durum esse contra stimulum calcitrare, aliò confugere nequiuerunt, quàm ad deum, & ad sanctum suum Ioannem Baptistam, quem lachrymosis oculis inuocare cœperunt. Aduenientе itaque die

quando

quando lapis ſub columna auferendus erat, ne eccleſia diutius maneret, nutu diuino longe aliud accidit, quàm perfidi ſperauerant Saraceni. Siquidem columna ipſa adeo ſubleuata eſt ab ipſa baſi, ut trium palmorum ſpatium inter utriuſque lapidis ſuperficiem interceſſerit, & columna ipſa iam teſtudinem eccleſiæ non ferret, ſed uiceuerſa teſtudo columnam portaret, id quod in hunc uſque diem perſeuerat,

De prouincia Carcham, Cap. XL.

RVrſum ab hac urbe digreſſi uenimus in prouinciam Carcham, quinq; quaſi dierum itinere in longum procedentes. Hæc omnium uictualium habet copiam, ſubiecta dominio nepotis magni Cham. Incolæ Mahumetum colunt. Habitant tamen inter eos quidam Chriſtiani Neſtoriani.

De prouincia Cotam, Cap. XLI.

PRouincia Cotam ſequitur prouinciã Carcham, ſita inter plagam orientalem & aquilonarem. Subiecta eſt dominio nepotis magni Cham, habetq; ciuitates & oppida multa. Metropolis eius uocatur Cotam. Extenditur prouincia in longum itinere octo dierum. Nullius rei quæ ad uictũ pertinet in ea eſt defectus, Habet copiam bombicis, atq; uineas multas & optimas. Homines uero ſunt imbelles, ſed boni artifices & negotiatores. Mahumetum agnoſcunt.

De prouincia Peim. Cap. XLII.

PRogredientibus ultra per eandẽ plagam occurrit prouincia Peim, extenſa in longum quinque dierum itinere. Subiecta eſt magno Cham, habetq; multas ciuitates & caſtra. Metropolis eius uocatur Peim iuxta quam currit fluuius, in quo pretioſi inueniuntur lapides, nempe iaſpides & chalcedonij. Incolæ regionis reuerentur Mahumetum, & ſunt eximij artifices atq; negotiatores. Abundant bombice, & uictualium habent copiã. Eſt conſuetudo in hac prouincia, quando maritus quiſpiam ob certã cauſam in alium locum commigrat, & infra uigeſimam diem domum non redit, licebit uxori alium ducere maritum priore relicto, Ididem licitum eſt uiro, poſteaquam domum reuerſus fuerit, ut, ſcilicet, impune matrimonium cum alia cõtrahat uxore.

De prouincia Ciartiam. Cap. XLIII.

POſt hæc uenitur ad prouinciam Ciartiam, quæ eſt ſub dominio magni Cham, habetq; ciuitates & aſtra multa. Metropolis eius, unde etiam ipſa denominata eſt, uocatur Ciartiam. Reperiuntur ibi in fluminibus multi lapides pretioſi, preſertim iaſpides & chalcedonij, quos negotiatores deferunt ad prouinciam Cathai. Eſt prouincia Ciartiam multum ſabuloſa, plurimas habens aquas amaras, unde ſterile ſolum redditur. Quando extraneus aliquis exercitus hanc tranſit prouinciam, incolæ eius omnes cum uxoribus, filijs, animalibus, & cuncta ſuppellectile fugiunt in aliam regionem uicinioré, ubi paſcua & aquã bonam inueniũt, ibiq; morantur donec hoſtium

exercitus

exercitus transierit: & quum hostium effugiunt conspectum, uentus adeo delet uestigia eorum arenæ impressa, ut superuenientes hostes illorum iter nequaquam explorare possint. Si uero Tartarorum exercitus, quibus subiecti sunt, eorum pertransierit terram, ipsi non fugiunt, sed animalia duntaxat in alium abigunt locum, quod Tartari pro acceptis uictualibus nihil rependat. Recedendo ab hac prouincia, sabulum quinq; dierum spatio terendum est, ubi nulla ferè alia aqua, quàm amara inuenitur. donec perueniatur ad ciuitatẽ Lop nomine. Et nota quòd omnes iam memoratæ prouinciæ, nempe Casçar, Carcham, Cotam, Peim, & Ciartiam usq; ad ciuitatem Lop, ponuntur intra magnæ Turchiæ terminos.

De ciuitate Lop & deserto maximo. Cap. XLIIII.

LOp est ciuitas magna, ad introitũ deserti magni, inter orientem & Aquilonem sita. Incolæ eius Mahumetum colunt. In ea faciunt sibi mercatores, qui desertum transire cupiunt, parare cuncta necessaria. Quiescunt etiã in ea aliquãtisper, prouidentes sibi de fortibus asinis & camelis, quos uictualibus onerant. Et quando in deserto uictualia deficere incipiunt, interficiunt asinos, uel in deserto relinquunt, quia non poterunt amplius illis de pabulo prouidere quousq; desertum superauerint. Camelos tamen libentius seruãt, quod pauco sustententur cibo, & grauia onera ferant. Offert desertum illud magnum uiatoribus, aliquando aquas amaras, sed frequentius aquas dulces, ut ferè singulis diebus per illos triginta dies, quibus desertum ipsum uix pertransiri potest, aquam recentem inueniant, sed quæ interdum adeo modica est, ut nõ omnibus mercatoribus simul euntibus sufficiat. Est desertum illud multum montuosum: & ubi ad planiciẽ peruenitur, illic per sabulũ eundum est. Est in uniuersum sterile & squalidum, nullumq; propter pabuli penuriam animalibus præstat habitaculum. Cernuntur & audiuntur in eo interdiu, & sæpius noctu, dæmonũ uariæ illusiones. Vnde uiatoribus summe cauendum est, ne multũ ab inuicem seipsos dissociẽt, aut aliquis à tergo sese diutius impediat: alioquin quamprimũ propter montes & colles quispiam comitũ suorum aspectum perdiderit, ut non facile ad eos perueniat: nam audiuntur ibi uoces dęmonum, qui solitarie incedentes proprijs compellãt nominibus, uoces fingentes illorũ quos comitari se putant, & à recto itinere abductos in perniciem deducunt. Audiuntur interdum in aëre cõcentus musicorum instrumentorũ, sed frequentius sonitus tympanorum. Est igitur huius deserti transitus periculis plenus.

Dæmonũ præstigiæ

De ciuitate Sachion, & combustione corporũ mortuorũ. Cap. XLV.

SVperato deserto peruenitur ad ciuitatem Sachion, quæ sita est in ingressu prouinciæ magnę Taguth ubi inter Mahumeti cultores pauci inueniũtur Christiani Nestoriani. Sunt quoq; ibi plurimi idololatrę, qui etiã linguã propriã habent. Vrbis huius incolę negotiationibus nõ uacant, sed de fructibus terræ

bus terræ uiuunt. Habet denique urbs ipſa multa monaſteria diuerſis idolis conſecrata, in quibus multa offeruntur ſacrificia, & dæmonibus magna à populo exhibetur reuerẽtia. Et quando homini filius aliquis naſcitur, ſtatim commendat eum idolo alicui, atq; in honorem eius anno illo in domo ſua nutrit arietem, quem anno à natiuitate filij reuoluto, proximo illius idoli feſto unà cum filio offert cum multis cærimonijs & magna reuerentia. Poſtea coquuntur carnes arietis, & idolo denuo offeruntur, dimittunturq; ante idolum tamdiu ſuſpenſæ, donec completæ fuerint nephandæ orationes, quas ante ipſum iuxta conſuetudinem ſuam murmurare ſolent. Et in primis rogat pater idolũ cum magna inſtantia, ut filium ſibi commendatum conſeruet. Officio finito, immolatas carnes ad locum alium deferunt, & conſanguinei illius omnes pariter congregati, carnes illas cum magna religione comedunt, oſſa uero decenter in uaſculo quodam conſeruãt. Cæterum in mortuorum parentatione his utũtur cærimonijs, Curant proximi quiq; ut corpora exanimata cõburantur in hunc modũ. Primo interrogant aſtrologos, quando mortuus in ignem ſit conijciendus. Tũ illi quærũt quo anno, quo menſe, die & hora is qui in fata cõceſſit ſit natus: conſtellationeq; perſpecta, indicãt diem quando ſit comburendus. Alij uero mortuum corpus aliquot diebus reſeruant, aliquando ſeptem diebus, quandoq; per menſem, nõnunq; per ſex menſes, domi capſam illi parãtes, & tali ingenio latera compaginantes, ut nullus fœtor ex ea exhalare poſſit. Corpus etiam ipſum aromatibus condiunt, & capſam pulchre depictam panno pretioſo operiunt: & ſingulis diebus quibus cadauer domi tenetur, hora prandij mẽſa iuxta capſam præparatur, uino & cibo per integræ horæ ſpatium deſuper poſitis, putantes defuncti animam de appoſitis manducare. Et quãdo defuncti corpus eſt offerendũ, aſtrologi cõſuluntur qua ex parte id ſit faciendũ. Nam ſi porta aliqua dum cõſtrueretur caruit bonis fatis, illã indicãt fugiendã atq; incongruã per quã mortuorum cadauera efferantur, indicãtq; aliam quę huic rei accõmoda ſit, aut nouam iubent in pariete fieri aperturam. Dum uero funus per ciuitatem portatur, lignea tuguria in uia conſtruũtur, atque ſericis & aureis pannis cooperiuntur: & quũ defuncti cadauer ante ea portatur, effundunt in terram uina & delicata cibaria, putantes defunctum in alia uita his recreari rebus. Antecedunt etiam funus ipſum uaria inſtrumenta muſices, inquorũ concentu maxima eſt iucũditas. Et quum ad locum combuſtionis uentũ fuerit, ſcribũt & pingũt ſuper chartas imagines uirorũ ac mulierum, itemq; multorum denariorũ, quæ omnia ſimul cum cadauere comburuntur. Aiunt enim defunctũ illum tot ſeruos & ancillas, animalia & denarios in alia uita habiturum, quot cum eo fuerint imagines combuſtæ, uicturusq; ſit perpetuo in diuitijs illis & honore. Hanc ſuperſtitionem ſeruat ferè ubiq; cæcitas paganorum in partibus orientis, quum cadauera defunctorum comburunt.

Dæmonum cultus

Funerandi mos

Digitized by Google

De prouincia Camul, Cap. XLVI.

CAmul prouincia est intra magnam prouinciam Tanguth, subiecta imperio magni Cham, habens ciuitates multas & oppida, Attingit autem terra Camul duo deserta, magnum scilicet, de quo iam supra diximus, & aliud quoddam minus. Abundat hæc prouincia his quæ pro uitæ sustentatione homo opus habet. Habent incolę huius regionis linguam propriam, & ad aliud non uidentur nati, quàm uacare ludis & tripudijs. Idololatræ sunt & cultores dæmonum, ad hoc ab ipsis persuasi, quando uiator quispiam pertransiēs ad domum alicuius hospitij gratia diuertit, suscipit eum paterfamilias cum magno gaudio, atq; præcipit uxori & toti familiæ, ut quamdiu ille apud eos manere uoluerit non excludatur, sed illi in omnibus obediant. Ipse uero interim discedit, non reuersurus quamdiu hospes in ædibus suis manserit. Et uxor interim paret hospiti ut marito suo. Sunt mulieres illius regionis formosæ: & uiri à dijs suis hac dementati sunt stulticia, ut putent sibi glorioſum esse si eas uiatoribus prostituant. Tempore uero quo regnauit Mogut magnus Cham & rex omnium Tartarorum, audita hac populi Camul stulticia, mandauit ipsis ne amplius seruarent hanc detestabilem consuetudinem, sed potius uxorū suarum custodientes pudicitiam, communia pararent hospitia, in quæ aduenæ & superuenientes diuerterent uiatores, & prouinciam tanta non fœdarent turpitudine. Viri uero Camul audito hoc regis mandato, plurimum sunt contristati, missisq; nuntijs & muneribus, instantissime rogarunt, ut tam graue reuocaret edictum, & traditionem illam, quam à suis senioribus ueluti per manus acceperunt, non aboleret, maxime quum compertum haberent se propter illud hospitalitatis beneficium deorum suorum cōsequutos gratiam, & terram nunquam deorum munere sua destitutam fœcunditate. Rex uero Moguth audita querela, acquieuit petitioni illorum, & reuocans mandatum dicebat, Quod ad me attinet, uobis mandaui ut detestabilem illam & toto orbe inauditam aboleretis cōsuetudinem: sed quia opprobrium honorem ducitis, habete opprobrium ut optastis. Nuntij itaque alias portantes literas, quæ priores cassauerunt, uniuerso populo magnum attulerunt gaudium. Et is mos usq; in hodiernum diem à populo illo custoditur.

Hospitalitas mira

De prouincia Chinchinthalas, Caput XLVII.

POst prouinciam Camul sequitur prouincia Chinchintalas, quæ ab Aquilone confinis est deserto, habetq; in lōgitudine iter sexdecim dierum, subiecta dominio magni Cham. Habet ciuitates & castra multa. Populus eius in tres diuisus est sectas. Pauci quidam confitentur Christum, & hi sunt Nestoriani: alij Mahumetum colunt, tertij idola adorant. Est in hac prouincia mons, in quo inueniuntur mineræ chalybis & audanici: itemq; salamandræ, de quibus fit pannus, qui si in ignem proiectus fuerit, non comburi potest. Fit autem pannus ille de terra in hunc modum, ut quidam è socijs meis, uir singulari

Digitized by Google

singulari præditus industria, Curficar nomine, Turchus me edocuit, qui in prouincia illa mineralium operi præfuit. Inuenitur in monte illo minera quædam terræ, quæ fila producit lanæ haud dissimilia: & hæc ad solem desiccata in mortario æneo teruntur, deinde lauantur, & quicquid terrenum illis adhæret submouetur: demum fila illa sic purgata & attenuata, ut alia lana nentur, atq; in pannum contexuntur. Et quando pannos illos uolunt dealbare, proiiciũt eos ad horam in ignem, & tunc ex flammis illæsi educuntur niue candidiores. Haud secus purgant eos, quando maculas aliquas contraxerint: nam lotura alia præter ignem illis non adhibetur. De salamandra uero serpente, qui in igne uiuere dicitur, nihil explorare potui in orientalibus regionibus. Aiunt Romæ mappam quandam haberi, ex salamandra contextam, in qua sudarium domini inuolutum retinetur, quam rex quidem Tartarorum Romano misit pontifici.

De Prouincia Suchur, Caput XLVIII.

A Tergo relicta prouincia Chinchintalasi, ducit iter ad orientem, & per decem continuas diætas nulla reperitur habitatio, nisi in paucis locis, quibus superatis, uenitur ad prouinciam Suchur, quæ plures habet habitationes & oppida. Metropolis eius uocatur Suchur. In hac prouicia inter multos idololatras pauci inueniuntur Christiani. Sũt autẽ omnes magno subiecti Chã. Negotiationibus non uacant, sed de fructibus terræ uiuunt. In cunctis huius prouinciæ montibus inuenitur reubarbarum, quod inde per mercatores ad diuersas mundi portatur terras.

De ciuitate Campition, Caput XLIX.

EST Campition ciuitas magna & insignis, principatum habens in regione Tãguth. Sunt in ea Christiani, Mahumetani, & idololatræ. Habent idololatræ multa monasteria, in quibus idola sua colunt. Porrò idola illa sunt formata uel ex lapide, uel ex ligno, uel ex luto desuper deaurata. Inter hæc quædam sunt tam magna, ut decem passus contineant longitudine, terræ ac si supini iacerent affixa, iuxta quæ parua sunt posita idola, quæ maioribus reuerẽtiam exhibere uidentur. Habent hæc idolorum portenta etiam suos sacrificulos & religiosos, qui cæteris honestius uiuere uidentur: nam quidam seruãt castitatem, multumq; cauent ne deorum suorum legem præuaricentur. Totum anni circulum per lunationes computant, nec alios habent menses, aut hebdomadas præter lunares. In his lunationibus obseruant quinq; cõtinuos dies, in quibus nullam bestiam uel auem occidunt, nec carnem comedunt: uiuunt etiam honestius quàm in reliquis diebus. Habent idololatræ in hac ciuitate hũc morem, ut quis triginta aut plures ducat uxores, iuxta quod multas nutrire potest: prima tamen cæteris dignior habetur, & magis legitima censetur. Non recipit uir ab uxore dotem, sed ipse in animalibus, uel seruis aut

Digitized by Google

pecunia iuxta possibilitatem suam conuenientem assignat dotem. Si uxor uiro fiat odiosa, licitum est illi eam à se repudiare iuxta quod ei libuerit. Accipiunt etiam uxores in secundo gradu sibi attinentes, similiter nouercas. Et multa peccata quæ apud nos grandia censentur, apud illos licita reputantur. Viuunt in multis non secus quàm bestiæ, ut satis mihi mores eorum sunt perspecti, qui unà cum patre meo atque patruo per anni spatium ob quædam negotia in hac ciuitate mansi.

De ciuitate Ezina, & alio deserto magno, Caput L.

A Ciuitate Campition itur per duodecim diætas usque ad Ezinam ciuitatem, quæ affinis est arenoso deserto Aquilonem uersus. Sunt ibi cameli multi, & alia animalia multa, atque aues diuersi generis. Incolæ uero idolatræ sunt, de terræ fructibus uiuentes, & à negotiationibus abstinentes. Præparant quoque sibi uiatores in hac ciuitate commeatum, qui uolunt transire per desertum illud magnum, quod uergit ad Aquilonem, & non nisi quadraginta dierum spatio pertransiri potest. Nulla inuenitur in hoc deserto uirens herba, sicut nec ulla habitatio, nisi petrara in montibus quibusdam & uallibus, ubi aliqui homines æstatis tempore morantur. In quibusdam etiam locis inueniuntur feræ syluestres præsertim onagri, qui ibi in magna discurrunt multitudine. Omnes autem iam memoratæ prouinciæ pertinent ad prouinciam magnam Tanguth.

De ciuitate Tarocoram, & origine dominij Tartarorum, Caput LI.

SVperato memorato deserto, peruenitur ad ciuitatem Tarocoram, quæ est ad Aquilonarem plagam, unde originem duxit Tartarorum dominium. Nam habitarũt primum in campestribus regionis illius, carentes ciuitatibus & oppidis, solum pascua quærentes, & aquas pro pecoribus nutriẽdis, nec habebãt de gente sua principem, sed tributa pendebãt magno cuidam regi Vncham nomine, quem hodie uulgo presbyterum Ioannem uocant. Sed indies incrementa sumentes, & seipsis fortiores euadentes, cœpit rex Vncham timere, ne aliquando ab ipsis offenderetur, atque in rebellionem prorumperent. Vt igitur potentia eorum minueretur, cogitabat operæpretium se facturum, si illos ab inuicẽ in partes secerneret, atque in diuersas regiões collocaret. At illi nolentes à se inuicem disgregari, transierunt omnespariter in desertum uersus plagam Aquilonarem, magnam occupantes regionẽ, in qua tuti esse possent, nec regem suum timerent, negato etiam illi tributo.

Vncham

Tartari regem ex seipsis eligunt, & discordia inter eum & regem Vncham nascitur. Caput LII.

PAucis transactis annis, Tartari omnium consensu eligunt ex seipsis uirum probum & sapientem regem, Cinchis nomine, anno scilicet domini

mini M. CLXXXVII. cui coronam imponentes,& omnes circumquaque qui de gente illa erant concurrentes, uoluntario animo illi obediẽtiam & subiectionem pollicentur. Ille igitur ut erat uir prudens, subiectos optime gubernabat, atque breui tempore octo prouincias cepit,& regno suo adiecit. Et quãdo ciuitatem aliquam aut castrum cepit, neminem sinebat occidi, aut rebus suis spoliari, qui saltem imperio suo sponte se submittebat, atque secum ad alias proficiscens ciuitates, illi operam suam libens impendebat, Hac itaque humanitate usus, effecit ut mirum in modum ab omnibus amaretur. Itaque uidens se in tanta sublimari gloria & potentia, destinatis nuntijs ad regem Vnchã, cui quondam tributa pendebat, rogabat ut illi filiam suam in uxorem collocaret. Quod ille ægerrime ferens, cum indignatione respondit, Malo filiam meã Vulcano consecrare, quàm seruo meo dare in uxorem. Et eiectis Chinchis nũtijs aiebat, Dicite domino uestro: Quia ad tantam creuisti superbiam, ut præsumas petere filiam domini tui in uxorem, en ne potiaris uoto tuo, faciam eam amara interire morte.

Vincitur rex Vncham à Tartaris, Caput LIII.

AVdiens uero rex Chinchis molestam regis Vncham responsionem congregato magno exercitu, profectus est hostili animo contra regem Vncham, castraque posuit in planicie quadam magna Tanduc nomine, & mittens ad regem, denuntiat illi ut se defenderet. At ille ueniens cum maximo exercitu, descendit ad campestria, & castra sua posuit iuxta castra Tartarorum. Tunc Chinchis Tartarorum rex præcepit incantatoribus & astrologis suis, ut illi indicarent qualem euentum prælium futurum esset habiturum. Tunc astrologi scindentes arundinem per longum in duas partes, posuerunt diuisiones ipsas in terram, unamq; uocauerunt Cinchis & alteram Vncham, dixeruntq; regi: Interim quo nos inuocationes legerimus deorum, nutu ipsorum fiet, ut hæ duæ partes arundinis adinuicem pugnent. Et cuius pars super alteram ascenderit, ille rex uictoriam in prælio obtinebit. Multitudine itaque ad spectaculum illud concurrente, cœperunt astrologi murmurare precationes suas & legere incantationes, & mox commotæ sunt partes arundinis contra se pugnantes, donec tandem pars Chinchis ascenderet super partem Vncham. Quo uiso, Tartari de futura certiores facti uictoria confortati sunt. Tertia igitur die prælium commissum est, & multis utrinque cadentibus, uictoria tandem penes Chinchin remansit. sicq; factum est, ut Tartari regnum Vncham penitus sibi subiugarint. Regnauit autem Chinchis post mortem Vncham sex annis, in quibus multas acquisiuit prouincias: & quum ultimo castrum quoddam expugnare moliretur, accessitque propius, sagitta in genu percussus, interijt, sepultus in monte Alchai, ubi & reliqui Tartarorum principes huius successores, & qui de eius sunt progenie

Digitized by Google

omnes ſepeliuntur, etiam ſi centum dierum ſpatio funus fuerit adducẽdum.

Catalogus regum Tartarorum, & de ſepultura eorum in monte Alchai, Caput LIIII.

PRimus Tartarorum rex uocatus eſt Chinchis, ſecundus Cui, tertius Batchim, quartus Allau, quintus Mongu, ſextus Cublai, qui modo rerum potitur, cuius potẽtia maior eſt quàm omnium ſuorum prædeceſſorum: imò omnia Chriſtianorum regna atq; Saracenorum ſi unum eſſent regnum, uix adæquarent regnum Tartarorum, id quod ſuo loco manifeſtius fiet, ubi potentiam eius & dominium deſcripſero. Porrò quando corpus magni Cham tumulandum defertur ad montem Alchai, hi qui ipſum ad ſepulturam comitãtur, perimunt paſſim eos quos in uia obuios habent, dicẽtes, Ite & domino noſtro regi ſeruite in alia uita. Tanta enim inſania percuſſi ſunt à ſatan, ut credant taliter occiſos, in futura uita regis obſequio mancipandos. Nec modo ſic contra homines inſaniunt, uerum & in equos ſæuiunt, quos obuiam uenientes iugulant unà cum defuncti regis optimis equis, putantes illos regi uſui futuros. Quando corpus magni Cham Mongu huius prædeceſſoris ad monte Alchai ſepeliendum ductum fuit, milites funus concomitantes, feruntur circiter uiginti millia hominum prædicta occaſione interfeciſſe.

Crudelis ſuperſtitio

De generalibus moribus & conſuetudinibus Tartarorum, Cap. LV.

MVlieres Tartaræ uiris ſuis fideliſſimæ ſunt. Abſurdum eſt apud eos & intolerabile uitium, ſi quiſpiam ad proximi ſui uxorem præſumat accedere: & hoc unico ſtudio apud eos cauetur, ne alter alteri in hac re iniuriam inferat. Id tamen apud eos honeſtum & licitum ducitur, ut quiſque tot ducat uxores quot nutrire poteſt, licet prima cæteris principalior & honorabilior iudicetur. Præter ſorores, omnes conſanguineas quæ in lateralibus lineis comprehenduntur ducunt uxores, etiam nouercam, ſi pater mortuus fuerit. Sic fratre defuncto licebit ſuperſtiti fratri fratris relictam ducere uxorem. Viri ab uxoribus non recipiunt dotes, ſed ipſi uxoribus atq; earum matribus dotes aſſignant. Propter uxorum multitudinem, Tartari plurimos habent filios. Nec eſt uxorum multitudo Tartarie admodum oneroſa, quum illæ ſuis laboribus multa lucrentur. Sunt præterea ad familiæ gubernationem, & ad ciborum præparationem multum ſolicitæ. Non minoritura reliqua domus exequuntur officia. Viri uero uenationi, aucupijs atque armorum exercitijs ſunt intenti. Nutriũt Tartari multos geges boum, ouium, & aliorum iumẽtorum atq; pecorum, & cum illis morantur in locis paſcuoſis, æſtate quidem in montibus & frigidioribus locis ubi paſcua & ligna inueniunt, hyeme uero ad calidiores regiones ſe trãsferunt. ubi pabulum pro animalibus inueniũt. Domunculas habent in modum tabernaculorum filtro opertas, quas ſecum deferunt quocunque migrant. Nam poſſunt eas plicare & extendere, leuare & deponere. Oſtia earum ſemper Auſtro obuertunt. Habent quoque quadri

Digitized by Google

qnadrigas filtro coopertas, quæ à camelis trahuntur, in quibus uxores, filios & utensilia necessaria secum uehunt, atque à pluuiarum iniuria defendunt.

De armis & uestibus Tartarorum, Caput LVI.

ARma quibus Tartari prælij tempore induuntur, non sunt ex ferro fabre facta, sed ex corio forti atque solido parata, quale est corium bubalorum & aliorum animalium quæ habent duriora tergora. Sunt sagittarij optimi, à pueritia ad arcuum exercitia assueti. Vtuntur etiam clauis & gladijs, sed rarius. Illi qui cæteris ditiores sunt, utuntur indumẽtis sericis & aureis, & sub his deferunt pelles delicatas uulpium, aut armelinorum, aut aliorum animalium præsertim quæ uulgo Zebellinæ uocãtur, quæq; reliquis pellibus pretiosiores iudicantur.

De cibis Tartarorum, Caput LVII.

VEscuntur Tartari cibis grossioribus, præsertim carne, lacte & caseo. Inhiant quoque uenationibus tam mundorum quàm immũdorum animalium. Nam equos & carnes comedunt, atque reptilia quædam quæ in magna copia apud illos inueniuntur. Bibunt lac equarum, quod taliter præparant, ut uideatur esse uinum album, non admodum insipidus potus. Vocatur ab ipsis Chuinis.

De Idololatria & erroribus Tartarorum, Caput, LVIII.

COlunt Tartari pro deo numen quoddam ab illis confictum, quod Natagai uocant, putantq; illud deum esse terræ, qui curam de ipsis ac filijs eorum, de fructibus terræ atq; regibus pecorum gerat. Hoc numen in maximo habent honore, nec est aliquis qui in domo sua illi non imaginem dedicauerit. Et quoniam credunt numini Natagai esse uxorem & liberos, collocant etiam ipsi iuxta penates suos imagunculas quasdam uxoris ac filiorum loco: uxoris quidem simulachrum ad sinistram, & filiorum imagines ante faciem idoli collocantes. His idolis magnam exhibent reuerentiam, præsertim quando uadunt ad prandium & cœnam: tunc enim antequam ipsi comedunt, perungunt ora imaginum pinguedine carnis coctæ, & partem prandij aut cœnæ extra domum in honorem illorum ponentes, credũt deos hinc cibari. Quo facto, ipsi ad mensam euntes comedunt. Si Tartari alicuius moriatur filius, qui nõdum duxit uxorem, & item alterius moriatur filia innupta, cõueniunt utriusq; defuncti parentes, & inter defunctos õcnubium faciunt: conscriptisq; cõtractus illius literis, iuuenem & puellam in charta pingunt, & hanc cum pecunia cõtributa atq; utẽsilibus & supellectile Vulcano deuouẽt, credentes defunctos in alia uita matrimonialiter cõiũctos. Faciũt quoq; pro hac re solẽnes nuptias, & de præparatis cibis nonnihil hinc & hinc diffundũt, ut sponsus & spõsa his quoque uescãtur. Quo facto, parentes & consanguinei defunctorum tali putant se affinitatis uinculo coniunctos, ac si nuptiæ illæ sponsis adhuc uiuẽtibus fuissent celebratæ.

Cõiugium inter mortuos

Digitized by Google

De strenuitate & industria Tartarorum,

CAPVT LIX.

SVnt Tartari homines bellicosi, strenui in armis,& ad subeundos labores intrepidi. Non sunt effœminati, molles,& delitijs affluenti,imò tolerantissimi laborum & inediæ. Fit non raro ut per integrum mensem nihil aliud comedant præter lac iumentorum & carnes animalium quæ in uenationibus capiunt. Equi quoque eorum dum belligeratum uadunt, sola herba quam in pascuis inueniunt nutriuntur. Insident armati equis suis tota nocte,& equi interim nihilominus pascuntur ubicunque bona inuenerint pascua, Ipsi quoque exiguo contenti sunt cibo, quantumlibet magnos subeant & perficiant labores. Ad capiendum ciuitates & fortalicia, singulari & magna utuntur astutia, Quum bellandi causa in remotas partes expeditionem parant, nihil secum præter arma portant atque parua tentoria, sub quibus pluuiæ tempore latitant. Portat etiam quilibet secum duo uascula, quæ uulgo flascones uocant, in quibus lac quod bibant ferunt,& ollam coquendis carnibus adaptandam. Quum uero sine mora ad remotissimas partes concedere uolunt, accipiunt secum lac in modum solidæ pastæ siccatum, quod in aquam tritum, potum illis & cibum præbet.

De iudicijs & iustitia Tartarorum, Caput LX.

MAdefactores hoc modo puniunt. Si quis furatus fuerit rem parui ualoris,& uita priuari non commeruit, cæditur fuste septem uicibus, aut decem & septem, aut uiginti & septem, aut quadraginta & septem, pro mensura peccati ictus inferendo, idq; usque ad cētum, addendo semper decem. Aliqui tamen nonnunquam ex his percussionibus moriuntur. Quòd si quis furatus fuerit equum uel rem aliam, pro qua occidi meruit, merso mucrone in uentrē eius occiditur. Quod si uitam suam liberare uoluerit, restituet furtum in nouuplo. Qui equos, boues,& camelos habent, signa sua pilis eorum inurunt, atque sine custode ad pascua emittunt. Minutis tamen animalibus adhibēt pastorum custodiam. Hæ primæ Tartarorum fuerunt consuetudines: uerū quū iam inter uarios mixti sint populos, nonnihil à prioribus degenerauerūt moribus,& populis quibus coniuncti sunt, conformes se fecerunt.

De campestribus Bargu,& extremis insulis Aquilonis, Caput LXI.

REtardati sumus nonnihil in tartarorum moribus & consuetudinibus describendis, nunc uero alias orientalis regionis lustrabimus prouincias, eo incedentes ordine, quo reliquas hactenus descripsimus. Relicta ciuitate Carocaram, à monte Alchai Aquilonem uersus uenitur ad campestria Bargu, quæ in longitudine quadraginta habent diætas. Incolæ illorum

illorum

locorum uocantur Meditæ, parentq; magno Cham, Tartarorum habentes mores. Sunt homines ſylueſtres, & ueſcuntur carnibus animalium, quæ uenatione capiunt, maxime ceruorum, quorum magnam habent copiam, & adeo cicures faciunt, ut illis atq; equis uel aſinis inſideant. Carent blado & uino. In æſtate maximas exercent auium & ſylueſtrium animalium uenationes, quorum carnibus per hyemem uiuant, nam hyeme tam uolatilia quàm alia animalia propter immenſum illius regionis frigus aufugiunt. Poſt terminum dictarum quadraginta diætarum, peruenitur ad oceanum, ubi in montibus nidificare ſolent herodij ſiue falcones peregrini, qui inde ad magni Cham curiã perferuntur. Nec inueniuntur ullæ aliæ aues in his montibus præter herodios & aliam auiculæ ſpeciem, qua paſcuntur herodij. In inſulis maris illius naſcuntur grifalchi in magna copia, qui inde ad magnum Cham deferuntur. Grifalchi uero qui de Chriſtianorum terris ad Tartaros portãtur, non perferuntur ad magnum Cham, quum ille ijs abũdet auibus, ſed perueniunt ad eos Tartaros, qui Armenis & Cumanis confines ſunt. In illis Septentrionalibus partibus inſulæ ſuut quædam, quæ tantum uergunt ad Aquilonem, ut polus arcticus illis uideatur ad meridem deflectere.

De regione Egrimul, & ciuitate Singui, Caput LXII.

HIc redeundum erit nobis ad ciuitatem Campition, de qua paulo ſuperius mentionem fecimus, ut inde ad alias digrediamur prouincias, quas nondum deſcripſimus. Igitur ſi à ciuitate Campition uerſus orientem itinere quinq; dierum procedatur, audiuntur in locis intermedijs nocturno tempore horribiles uoces dæmonum, donec ueniatur ad regnum Erigimul, & ad regnum Cerguth, quæ ſunt regna magna magno Cham ſubiecta, Ibi inueniũtur Chriſtiani Neſtoriani, idololatræ & Mahumetani. Sunt ibi multæ ciuitates & caſtra. Hinc ſi inter oriẽtem & meridiem procedatur, uenitur ad prouinciam Cathai. Eſt tamen inter Cathai & regnum Cerguth ciuitas quædã Singui nomine, magno Cham tributaria: ubi etiam triplex illa memorata inuenitur hominum ſecta. Inueniuntur etiam ibi boues ſylueſtres pulcherrimi & grandes ucluti elephantes, pilos habentes albos & nigros, longitudine trium palmorum. Multi etiam ex his bobus domeſtici facti, ad onera ferenda inſtituuntur: alij ad aratrum ligati, breui tempore magna inuertunt arua. Inuenitur in hac prouincia muſchum optimum, & quo melius in mundo non inuenitur. Eſt enim animal quoddam pulchrum in hac prouincia, catti habens magnitudinem, & pilos groſſos ut ceruus, pedes quoque habens ungulatos, & dentes quatuor, duos ſupra & duos infra longitudine trium digitorum: iuxta umbilicum uero inter cutem & carnem ueſicam habet ſanguine plenam, & ſanguis is eſt muſchum. à quo tam ſuauiſſimus exhalat odor. Incolæ huius regionis idololatræ ſunt, & libidinis ſectatores, corpore pingues & naſo

Muſchum

Digitized by Google

& naſo paruo, pilis labia obſidentibus. Mulieres pulchræ ſunt & albæ. Et uiri quando uxores ducere uolunt, quærunt magis pulchras quàm nobiles aut diuites. Vnde ſæpe fit ut uir nobilis & magnus pauperem ducat uxorẽ, ſed formoſam, matri illius dotem aſſignans. Negotiatores & artifices plurimi ibi inueniuntur. Patet hæc prouincia longitudine uiginti quinque diætarum, & eſt admodum fertilis. Sunt in ea maximi faſiani, caudas habentes longitudinis decem palmorum aut octo. Inueniuntur etiam ibi alia multa auium genera, quæ pulcherrimas habent pennas, diuerſis & elegantibus diſtinctas coloribus.

De prouincia Egrigaia, Caput LXIII.

PRocedẽdo ulterius uerſus orientem, ſeptemq; exactis diætis, occurrit prouincia Egrigaia, in qua plurimæ ſũt ciuitates & caſtra. Eſt enim de prouincia magna Tanguth, cuius principalis ciuitas uocatur Calacia. Incolæ eius idololatræ ſunt, præter aliquot Chriſtianos Neſtorianos, qui ibi tres habent eccleſias. Subiecti ſunt omnes magno Cham. Inueniuntur in ciuitate Calacia panni, quos Zambilotti uocant, de lana alba & camelorũ pilis cõtexti, quibus uix pulchriores in mundo inueniuntur. Deferuntur autem per negotiatores ad diuerſas mundi regiones.

De prouincia Teuduch, Gog & magog, & ciuitate Cianiganiorum, Caput LXIIII.

AB Egrigaia prouincia eundo ad orientem, ducit iter ad prouinciam Teuduch, in qua ſunt ciuitates & caſtra multa, ubi etiam manere conſueuit rex ille magnus, & toto orbe terrarum nominatiſſimus, uulgo presbyter Ioannes dictus. Modo autem prouincia illa tributa pendet magno Cham, habens regem qui eſt de progenie presbyteri Ioannis. Cæterum omnes magni Cham poſt mortem illius qui à Cinchis in prælio fuit occiſus, tradiderunt filias ſuas illis regibus in uxores. Et licet ibi ſint aliqui idololatræ, & itẽ aliqui Mahumetani, tamen maior pars prouinciæ fidem obſeruat Chriſtianam: & hi Chriſtiani primas tenent in hac prouincia: præſertim ubi eſt gens quædam, Argon uocata, quæ reliquis populis ſagacior eſt & elegantior. Sunt etiam ibi regiones Gog & Magog, quos illi nominant Lug & Mungug. In his locis reperitur lapis Lazuli, de quo fit azurum optimum. Fiunt quoque ibi Zambilotti optimi de pilis camelorum: & item panni de auro & ſerico diuerſarum habitudinum. Eſt ibi ciuitas Sindacui nomine, in qua fiunt arma pulcherrima & optima, diuerſorum generum, pro exercitibus neceſſaria. In montibus huius prouinciæ ſunt magnæ mineræ argenti, & multiplices uenationes ſylueſtrium beſtiarum, uocatur'que regio montium Ydifa. Diſtat tribus diætis à memorata ciuitate alia ciuitas Cianiganiorum, in qua eſt palatium maximum, magni Cham habitatio, quãdo ad illam diuertit ciuitatem. Proficiſcitur autem ſæpius illuc, quia iuxta ciuitatem ſunt lacunæ, in quibus

diuerſorum

Digitized by Google

diuersorum generum aues inueniuntur, præsertim grues, fasiani, perdices, & his similes aues. Hæ aues capiuntur grisalchis, herodijs seu falconibus, habetq; rex ipse in hoc summam delectatiouem. Sũt ibi quintuplices grues: quę dam habent alas nigras ut corui, aliæ sunt albæ & candidæ, habentes pennas plenas oculis aurei coloris, ut sunt apud nos caudæ pauonum: rursum aliæ inueniũtur ibi nostris haud dissimiles: sunt deindæ aliæ quæ sunt paruæ, sed habentes pennas longas & pulcherrimas, rubro nigróque permixtas colore. Quinto sunt ibi grues grisei coloris, oculos habentes rubeos ac nigros, & hæ sunt ualde magnæ. Est iuxta hanc ciuitatem uallis quædam, in qua multæ sũt casæ, in quibus maximus numerus nutritur perdicum, qui seruantur pro rege illuc pro tempore diuertente. *Grues quintuplices*

De ciuitate Ciandu & nemore eius, itemq; de festiuitatibus quibusdam Tartarorum, Caput LXV.

A Ciuitate Cianiganorum tres sunt diætæ contra Aquilonem ad ciuitatẽ Ciandu, quam ædificauit magnus Cham Cublai, extruens in ea maximum ac pulcherrimum palatium, marmore constans, & auro adornatum. Iuxta palatium istud est nemus regale, muris undiq; cinctum, quorum circuitus patet miliarijs XV. In nemore uero sunt fontes & flumina, atq; prata, & uariæ bestiarum species, ut cerui, damulæ, capreoli cum falconibus, qui regi in uoluptatem & cibum seruantur pro tempore, quando illuc diuertit. Diuertit autẽ sæpe uenationi operam daturus equo insidens, ducitq; secum leopardum domesticum, quem in ceruos & damulas prouocat, captamq; bestiam grisalchis tradit, atq; in hac re spectanda miram capit uoluptatem. In medio nemoris domus quædam de arundinibus constructa pulcherrima consistit intus & foris deaurata, & uarijs picturis adornata, atque tali artificio communita, ut à pluuia nequaquam illi iniuria fieri possit. Potest quoque domus ipsa in modum tabernaculi dissolui atque deponi, & rursum erigi. Nam sustinetur quando erecta fuerit circiter ducentis funibus sericis. Porro arundines ex quibus cõstat, habent singulæ quindecim passus in longitudine, & in spissitudine tres palmos: ex quibus fiunt columnæ, tabulæ & compagines, sed & imbricamenta. Nam diuiduntur arũdines iuxta nodos, & pars illa per medium scissa duas præbet tegulas, quæ domo superpositæ eam à pluuiarum defendunt stillicidijs. Solet magnus Cham tribus mensibus per annum illic habitare, scilicet in Iunio, Iulio atque Augusto, nam est ibi aëris conueniens temperies, caretq; locus ipse solis ardoribus. His igitur mensibus domus erecta manet, cæteris uero temporibus deposita & conuoluta seruatur. Proinde die uigesimo octauo Augusti rex à ciuitate Ciandu discedens, proficiscitur ad locum alium dijs suis solenne facturus sacrificium. à quibus sperat sibi, uxoribus, filijs, & animalibus quæ possidet uitam & sanitatem concedi. Nam habet armẽta magna equorum alborum & equarum albarum, quæ putãtur excedere numerũ decem

decem millium. In hac autem festiuitate præparatur lac equinum in uasis decē tibus, & rex ipse manibus suis propriis diffundit hinc inde lac illud pro hono re deorum suorum, arbitrans & à magis suis sic edoctus, quòd dū lac bibant effusum, & soliciti sint conseruatores omnium eorum quæ possidet. Post sa/ crificium illud nephandum, bibit rex de lacte equarum albarum, nec ulli alte/ ri licet illa die bibere de lacte illo, nisi fuerit de progenie regis, præter populum quendam regionis illius Horiach uocatum, qui hoc etiam gaudet priuilegio, propter uictoriam quandam magnam, quam pro magno Cham Chinchis obtinuit. Hic igitur ritus die uigesimo octauo Augusti solenniter in perpetu/ um à Tartaris obseruatur. Hinc etiam fit ut equi albi atque equæ in magno à populo illo habeantur honore, Comeduntur etiam in hac prouincia carnes hominum, qui publico iudicio ad mortem cōdemnati sunt. Qui uero ex ægri tudine moriuntur, horum carnes non comeduntur. Habet magnus Cham/ magos, qui dæmonum arte obtenebrant & in caliginem conuertunt aërem, luce super palatium regis clara permanente. Agunt etiā hi magi, ut rege iuxta mensam sedente, scyphi eius aurei dæmonum arte ab alia mensa quæ in me/ dio aulæ consistit, regia portans uasa, super mensam regis exiliant, dicuntq; se id secreta quadam efficere arte. Et quando festa idolorum suorum celebrant, dantur illis à rege arietes, quos cum lignis aloēs & thure ceu odoriferum sacrifi cium dijs offerunt, coctasq; arietis carnes cum cantu & maxima lætitia idolis deuorandas exhibent: ius uero carniū ante idola effundunt, asserentes sic deo rum suorum promereri clementiam, qui terris fertilitatem largiantur.

De monachis quibusdam idololatris, Cap. LXVII.

INueniuntur in regione illa plurimi monachi, idolorum cultui deputati. Ha bent hi monasterium quoddam magnum, oppiduli habens magnitudinē in quo sunt circiter duo millia monachorum, qui idolis seruiunt, ratura & ue/ ste à laicis sequestrati. Nam radunt caput & barbam, uestemq; induunt religi/ osam. Hi in idolorum solennitatibus magnis clamoribus cantant, luminaria multa in templo accēdunt, alijsq; compluribus distinētur stultis cærimonijs. Sunt & alijs locis monachi & uarij idololatræ, quorum quidā multas habent uxores, alij uero pro honore deorum suorum caste uiuunt, uitam austerā du/ centes, nam nihil comedunt præter farinæ purgamenta aquis diluta. Vestiun tur quoque pannis rudibus & asperis, coloris abiecti, & lecti molliciem uitan/ tes, dormiunt super rigentia stramina. Alij tamen monachi qui laxioris sunt uitæ, iudicant hos tam austere uiuentes hæreticos, quòd non debito uiuēdi modo deos colant.

Digitized by Google

MARCI PAVLI VENETI DE REGIONIBVS ET PROVINCIIS ORIENTALIBVS, LIBER SECVNDVS.

De potentia & magnificentia Cublai regis maximi Tartarorum, Caput I.

IN hoc secũdo libro scribere instituí de magnificentia, põpa, sumptuositate, potẽtia, diuitijs, & imperij administratione Cublai Tartarorum summi Imperatoris, qui nostro æuo regni sceptra gubernat. Is enim in sua magnificentia & dominio longe superat omnes prędecessores suos, adeo ampliauit imperij sui limites, ut ferè totum orientem suæ habeat subiectum potestati. Is ex prosapia Chinchis primi Tartarorũ principis satus, sextus Imperator illius terræ fuit, anno scilicet domini M.CCLVI. regnare incipiens, & populo magna sapientia atq; grauitate præsidens. Est uir strenuus, in armis exercitatus, corpore robustus, atq; animo ad res gerendas promptus, consilio pollens, & in populi gubernatione prouidus atque circunspectus. Nam priusquam imperij consequeretur fasces, sæpe strenuũ in bellis egit militem, atq; in cunctis ut prudẽtem uirum se gerebat. Interim tamen quo regno præfuit, nõ nisi semel ad pugnam processit, sed filios suos & alios ausicos loco sui illuc destinauit.

Qualiter Cublai rex à patruo suo Naiam rebellionem sustinuit, Cap. II.

DIximus Cublai regem semel ad pugnam egressum, sed modo causam explicabimus. Anno domini M.CCLXXXVI. patruus eius Naiam nomine quum triginta esset annorum, & multis populis atq; regionibus esset præfectus, iuuenili elatus uanitate, motus est contra dominum suum Cublai, maximum contra eum ducens exercitum, & ut felicius pugnaret, asciuit in auxilium alium quendam regem Caydu nomine, qui nepos erat Cublai Imperatoris, sed odio habebat eum. Rebellioni igitur assensum præbens, promisit se in propria uenturum persona, conductis cẽtum millibus militum. Hi igitur ut conduxerunt, conuenire decreuerunt cum suis copijs in planicie quadam, pariter Imperatoris terras inuasuri. Porrò Naiam in exercitu suo habuit circiter quadraginta millia militum.

Qualiter Cublai se contra hostes muniuit, Cap. III.

NOn autem latuit Cublai Imperatorem, quid cõsanguinei sui moliebantur contra eũ, & quàm acerbo animo contra ipsum concitati essent, publica facta conspiratione. Quapropter per caput suũ & Imperialem coronã iurauit, quòd se defenderet ab illis, & uindicaret hostium suorum audaciã. Vnde in uiginti duobus diebus comparauit exercitum maximum, nempe

trecenta ſexaginta millia equitum,& peditum centum millia,idq; ex his qui uicini erant ciuitati Cambalu.Et quanq; longe maiorem potuiſſet congregare exercitū,tamen quia ſubito & quaſi ex improuiſo uoluit irruere in hoſtes,noluit diutius morā trahere in aggregando maioti exercitu, ne inſtitutum eius Naiā hoſti patefieret & fugam meditaretur,aut ad tutiora loca exercitū ſuum perduceret.Habuit quidem Imperator tunc & alios exercitus in armis,ſed quos contra diuerſas miſerat prouincias expugnādas,& hos quoque reuocare noluit,quo minus hoſti conſilium ſuum aperiretur. Interim aūt mandauit omnes uias maxima cuſtodiri diligētia,ne expeditio ſua ullo pacto Naiam hoſti innoteſceret,atq; præſentire poſſet aduentum ſuū. Vnde cuncti euntes & redeuntes à regis cuſtodibus tenebantur,ne uel aliquid rumoris ad Naiam peruenirет.Rebus itaq; ſic ſe habentibus,cōſulit rex Cublai aſtrologos,quando fata felicem ſibi indicarent profectionem, & qua hora itineri ſe accingere debeat.Qui omnes paribus uotis regi cuncta felicia prædicunt,adeſſeq; aiunt tempus quo de hoſtibus triumphet.

Quomodo Cublai deuicerit Naiam, Caput IIII.

IGitur Cublai Imperator cum exercitu ſuo ſoluens, profectus eſt uſq; ad planiciem ubi Naiam adhuc præſtolabatur aduentum Caydu regis, qui illi ſuppetias erat laturus.Et Cublai ad collem quendam caſtrametatus,quieuit illa nocte cum exercitu ſuo. Populus uero Naiam nihil ſibi metuens nec periculi aliquid adeſſe ſciens,inermis per planiciē uagabatur, genio largius uacans.Et tranſacta nocte,ut dies terris reddi cœpit,Cublai Imperator in collē aſcendens,exercitum ſuū in duodecim diſtinxit acies, tria millia militum una habente acie.Pedites uero iuxta milites tali collocati ſunt ordine, ut in quibuſdā aciebus duo pedites lanceas tenentes,duo militū ſtiparent latera. Rex uero ipſe ſedebat in caſtro quodā mirabili ſuper quatuor conſtructo elephantos,in quo etiam regale erat uexillum.At exercitus Naiam ubi uidiſſet inſignia,& acies Cublai uehementer expauit,quippe qui adhuc expectabant ſubſidium regis Caydu.Et continuo currentes ad tentoriū Naiā qui cum concubina quam adduxerat dormiebat,excitauerunt illum. At ille quantocyus potuit,exercitum ſuū in acies diſpoſuit.Eſt autem conſuetudo omnium tartarorum,ut tubis primum clangorem edant,& tangant cuncta exercitus inſtrumenta,atq; altis uocibus cantēt, & tandē ſigno à rege dato, arma contra hoſtem corripiant.Sic quum uterq; exercitus ſuas abſoluiſſent cantilenas,iubet Cublai buccinis ſignum dare,& hoſtem aggredi. Illico aūt manus conſerere cœperunt,& tam atrox præliū inierunt,ut putares imbrē ſagittarum & iaculorum per aërē deſcendere.Baliſtis laxatis, mutuo gladijs & lanceis ſe conficiunt.Erat quidem Naiā profeſſione,& nomine Chriſtianus,ſed non operum fidei ſectator,ſignaueratq; principale uexillū ſuū crucis ſigno,habēs ſecū nō paucos Chriſtianos.Cōmiſſum eſt itaq; præliū ab initio

initio diei usq; ad meridiē, & ceciderunt multi ex utroq; exercitu, donec tandem Cublai superior euaderet, & hostē in fugā uerteret. Mox autē ut populus fugere cœpit, Naiam captus est, & ingens multitudo in fuga ipsa occisa.

Quomodo Naiam suffocatus fuerit, Caput v.

REx itaq; Cublai captum habens hostem suum, iussit ut confestim occideretur, qui ausus fuerat contra dominū suum arma mouere, & rebellionem excitare. Sed quoniam erat de prosapia sua, noluit ut sanguis regius de stirpe sua funderetur, ne terra regium biberet sanguinē, aut sol uel aēr uiderēt mala morte quēquam de regali progenie natum interire. Iussit igitur ut tapeto inuolutus atq; ligatus, tamdiu hincinde duceretur, agitaretur, traheretur & impelleretur, donec cōtracto anhelitu suffocaretur. Hoc aūt mortuo, optimates sui & cunctus populus qui euadere potuerūt, inter quos multi fuerunt Christiani, sponte se submiserunt domino & obedientiæ Cublai Imperatoris. Et tunc quidem quatuor prouinciæ accesserūt ditioni eius, quarum nomina sunt, Funotia, Cauli, Barscol & Sinchintingui.

Compescit Cublai Iudæos & Saracenos crucis Christi contemptores, Caput vi.

POrrò Iudæi & Saraceni qui in exercitu Cublai fuerunt, cœperunt Christianis, qui cum Naiam uenerat exprobrare, & dicere quod Christus, cuius signū Naiam in uexillo habuerat, non potuerit suis auxilio esse: hasq; contumelias cotidie Christianis obiecerūt, Christi potentiam ut inanem irridentes. Christiani uero qui ad regis Cublai obedientiam uenerant, indignum rati ut talia ferrent cōtitia, quæ gloriam Christi minuerēt, conquesti sunt Imperatori quales illis inferrētur iniuriæ. At ille cōuocans Iudæos & Saracēos, ad Christianos conuersus ait, Deus uester & crux eius noluit quidē Naiam præsidium ullum ferre, uerum uos propterea nolite erubescere, quòniam deus bonus & iustus, iniustitiæ & iniquitati patrocinari minime debuit. Naia domini sui proditor extitit, atq; contra omnem æquitatem rebellionem excitauit, & quidem dei uestri auxiliū in sua malicia implorauit. Sed ille ut deus bonus & rectus, noluit fauere illius criminibus. Vnde mandans Iudæis & Saracenis, cæterisq; Christiani nominis blasphematoribus interdicebat, ne ullus corū Christianorū deum aut crucē eius amplius blasphemare præsumeret. Sic illis silentium impositum est. Cublai uero tumultu sedato, cum uictoria & gaudio ad ciuitatem suam Cambalu est reuersus.

Qualiter magnus Cham remuneret milites suos parta uictoria, Caput vii.

POrrò præfectos, exercituū duces, atq; alios antesignanos milites, rex Cublai quum uictor è bello redit, honorat hoc modo. Eum qui ante præerat centum militibus, in gradum sublimiorem collocat, atque mille præficit militibus: & sic gradatim reliquos belli duces in digniorē ponit statū, do-

natq; illis aurea & argentea uasa, tabulas, priuilegia atq; immunitatem. Et hæc quidem priuilegia tabulis uel bracteis per sculpturas imprimuntur. Ex uno latere scriptura huius tenoris cõtinetur: Propter dei magni uirtutem, & propter gratiã magnã quã Imperatori cõtulit, nomẽ magni Chã benedictũ sit. In alio uero latere sculpta est imago leonis cũ sole uel luna, uel imago grifalchi, aut reliquorũ animaliũ. Quicũq; autẽ habet tabulã cum leone & sole atq; luna, quando procedit in publicũ, defertur palliũ supra eũ in signũ magnæ autoritatis. Qui aũt grifalchi habet imaginẽ, potest secũ de loco uno ad aliũ ducere uniuersam cuiuscunq; principis uel regis militiã. Sicq; omnia in suum distributa sunt ordinem, tabulis indicãtibus quibus obediri oporteat. Et si quis iuxta tabularum expressionem obedire noluerit, contempseritq; præscriptam autoritatem, ut rebellis Imperatori, interficitur.

De forma Cublai atq; uxoribus, filijs & ancillis eius. Cap. v.

REx Cublai est homo admodũ pulcher, statura mediocri, non nimis pinguis, nec nimis macilẽtus, faciem habet rubicundã atq; candidã, oculos magnos, nasum pulchrũ, & omnia corporis lineamẽta debita proportione consistẽtia. Habet uxores iiij. quas legitimas cẽset, & succedit ei in regno primæ primogenitus. Et quælibet harũ quatuor peculiarẽ curiam, eamq; regalẽ in proprio palatio tenet, habẽs circiter trecentas electas pedissequas & famulas, multosq; ministros eunuchos, & aliã familiam plurimã. Habet prẽterea rex ipse concubinas multas. Nã est inter Tartaros natio quædã, quæ dicitur Vngrac, quæ mulieres habet admodum formosas, & moribus conspicuas, de quibus nutrit in palatio suo circiter centũ, quæ scilicet elegãtiores sunt formæ & super has constituit matronas quasdã, quarũ officiũ est, ut illarũ curã gerãt, & diligẽter cõsiderent, quando in infirmitatẽ ceciderint, aut maculam aliquã contraxerint: alioquin regis complexibus frui nõ poterunt. Ex his cõcubinis sex deputãtur tribus diebus ac noctibus pro custodia regiæ cameræ: & dum rex uadit dormitũ, aut è lecto mane prosilit, assistunt ei ut ministræ, atq; in cubiculo eius dormiũt. Quarta uero die sex aliæ prioribus in dicto ministerio succedũt, tribus diebus & totidẽ noctibus regi obsequentes. Et his rursum aliæ sex succedunt, cõtinuaturq; hæc permutatio, donec omnes centum ministerio regis fuerint adhibitæ. Porrò de quatuor legitimis uxoribus habet rex Cublai xxij. filios, uocatusq; fuit primæ uxoris primogẽitus Chinchis, qui illi successurus erat in imperio, nisi ante patrẽ in fata concessisset. Is itaq; reliquit filium, nomine Temur, qui est homo strenuus, prudẽs, & in militia exercitatus, succedetq; auo in imperio loco patris sui defuncti. Cæterũ de ancillis & famulabus suis habet rex Cublai xxvij. filios, qui omnes in aula sua sunt magni barones. De palatio eius quod est in Cambalu, & loci amœnitate, Caput IX.

TRibus anni mẽsibus, nempe Decembri Ianuario & Februario Cublai rex

Digitized by Google

rex in regia ciuitate Cambalu moratur, ubi palatiũ habet miro artificio extructũ. Ambitus enim eius continet milliaria iiij quadratura qualibet unum milliare cõplectente. Et est murus is spissus ualde, decẽ passibus in altum cõ surgẽs. Superficies eius extrinseca colore albo & rubeo nitet. In singulis quatuor muri angulis palatium pulchrum & magnum, fortalitij loco cõditum est. Sic in medio cuiuslibet quatuor murorũ, palatiũ egregiũ extructum est: eaq; in uniuersum octo sunt. In his cõseruantur arma, instrumẽta, tormentaet uasa bellica, nempe arcus, sagittæ, pharetræ, calcaria, frena, lanceæ, clauæ, funiculi arcuũ, & reliqua quæ in bello necessaria sunt, singulaq; armorũ genera in singulis posita sunt palatijs. Porrò facies palatij quæ meridiẽ respicit quinq; habet portas, quarũ media maior est omnibus, nec unquã aperitur, nisi pro regis introitu. Nã nulli per eã patet ingressus nisi soli regi. Sed hæc habet duas minores collaterales portas, per quas ingrediuntur reliqui qui regem comitantur. Quælibet uero reliquarũ trium facierum, unicam dũtaxat in medio habet portam, per quam quisq; ingredi potest. Cæterũ intra iam memoratum murum, alius murus cingit hoc regium castrũ, habens ut prior murus, in angulis & meditullijs eorũ octo palatia, in quibus cõtinentur alia uasa & pretiosa iocalia regis. In spatio uero medio interiori est regium palatium, habitaculum scilicet in quo rex moratur. Hoc palatiũ caret solario, pauimentum uero eius exteriori fundo præeminet decem palmis. Tectũ eius altum est ualde, pictura decoratum. Parietes aularum & conclauium auro et argento fulgent. Vbiq; picturæ pulcherrimæ & bellicarũ rerum historiæ sese ingredientium oculis offerunt, uiuaci colore & rutilanti auro coruscantes. In aula maiori ad mẽsam simul recumbunt circiter sex hominũ millia. Intra dictos muros totũ castrum ambientes, sunt plurima uiridaria atq; prata lignis pomiferis atq; uarijs cõsita arboribus. Discurrũt etiã p hæc uiridaria, animalia syluestria, ut cerui & animantia, ex quibus muscum colligitur, capreæ, damulæ, & aliarũ specierũ animalia. Versus Aquilonem uero sunt uiuaria, in quibus meliores quiq; pisces, qui haberi possunt, nutriuntur. In lacũ illũ ingreditur fluuius quidam, & rursus egreditur, cratibus ferreis loco introitus & exitus cõmunito, ne pisces elabi queant. Extra palatiũ spatio unius leucæ, est monticulus quidã centum passibus in altum erectus, cuius circumferẽtia millaris continet spatium, arboribus semper uirẽtibus cõsitus. In hunc montem iubet rex arbores quasq; optimas à remotis partibus adduci, onerans illis elephantos: extrahuntur eñ cũ radicibus & transplãtantur in hũc montem. Et quoniã is mons perpetuo uiret, uocatur Mons uiridis. In cacumine eius est palatium egregium: uiridi disterminatũ colore, in quo magnus Chã sæpe genio uacat. Est & aliud magnificũ palatium seu castrum iuxta magni Cham extructum castrum, in quo Temur primogenitus eius illi in imperio successurus, cum aulicis suis magnifice & regaliter uiuit. Nam amplissimã ha-

Digitized by Google

bet autoritatē & ſigillū imperiale. uerū magno Chā ut domino ſubiectus.

Deſcriptio ciuitatis Cambalu, Cap. x.

CIuitas Cambalu in puincia Cathai iuxta magnum ſita flumen, ab antiquis temporibus inſignis fuit & regalis. Sonat aūt Cambalu ciuitas domini. Hanc magnus Cham tranſtulit in aliam fluminis partem: nā dicerat ab aſtrologis, quòd imperio rebellis futura eſſet. Ciuitas in quadrum cōſtructa, in gyro complectitur uigintiquatuor milliaria, quolibet quadrati latere ſex habēte milliaria. Muros habet dealbatos, altitudinis xx. paſſuum, latitudinis decem, ſpiſſitudo tamen illa ſenſim aſcendēdo tenuior fit. Habet quælibet muri quadratura tres portas principales, quæ in uniuerſum duodecim ſunt, conſtitutis iuxta ſingulas magnificis palatijs. In angulis quoque murorū ſunt egregia palatia, ubi ciuitatis conſeruantur arma. Trāſeunt per hanc ciuitatē uici & plateæ rectiſſimæ, ut ab una porta liber aſpectus pateat per ciuitatem ad portā oppoſitam, domibus elegantiſſimis palatiorū inſtar utrinq; cōſtructis Porro in medio ciuitatis, ædes quædam magnifica eſt extructa, in qua campana pendet prægrandis, cum qua ueſperi tria fiūt ſigna, poſt quæ nemini licet domum egredi uſq; ad initium ſequētis diei, niſi infirmorum aut parentū cauſa. Et qui noctu per ciuitatē ire neceſſitate cogēte uolunt, lumen ſecum deferre coguntur. Singulæ ciuitatis portæ à mille cuſtodiuntur hominibus, non quidem propter hoſtium timorem, ſed latronum & prædonum. Cauet enim rex ſummo ſtudio, ut fures & prædatores arceātur

De ſuburbijs & mercatoribus ciuitatis Cambalu, Cap. xi.

EXtra ciuitatē Cambalu duodecim ſunt magna ſuburbia, ſingulis duodecim portis contigua, in quibus iugiter mercatores inueniuntur, & aduenæ homines. Nam propter curiam regis & multiplices mercantias innumerus indies confluit populus, qui in ſuburbijs illis rerum negotia tractat. Nec habent ſuburbia, ut aliàs fieri ſolet, domos, quæ à ſplendore & magnificentia domorum ciuitatis degenerent, ſolo regali excepto palatio. Intra hanc urbem nullum hominis cadauer ſepelitur, ſed extra ſuburbia idololatrarū corpora cōburuntur, & reliquarū ſectarum funera ſepeliuntur. Et quoniā ingens multitudo exterorum hominū ſemper illic uerſatur, habētur in ſuburbijs circiter xx. millia meretricū: intra uero mœnia ciuitatis nulla ſuſtinetur. Dici nō poteſt quanta uis mercimoniorū & opū in hanc urbem cōuehatur, putares toti orbi illa ſufficere poſſe. Aduehūtur aūt lapides pretioſi, uniōes, ſericum, & diuerſarum ſpecierum aromata ex india: Mangi, Cham & alijs regionibus. Nam urbs hæc quodammodo omnium circumiacentium prouinciarum eſt centrum. Nec tranſit dies ulla per integrum annum, in qua nō circiter mille quadrigæ ſerico oneratæ huc ab exteris negotiatoribus conuehantur, ex quo per ingenioſos urbis artifices mira parantur indumenta.

Magnus Cham ſatellitio maximo ſtipatur & cuſtoditur, Cap. xii.

Habet

Digitized by Google

HAbet magnus Cham in curia ſua xij. millia equitũ, quos uocãt Quæſitã, id eſt, fideles domini milites, qui corpus ſuũ cuſtodiunt. Et iſtis quatuor præfecti ſunt duces, quorũ quilibet tribus pręeſt millibus. Horũ officiũ eſt, ut diximus, die noctuq; regẽ obſeruare, & eius cuſtodiæ mãcipatos eſſe. Vnde etiã à curia regis recipiũt impenſas. Cuſtodias aũt ſuas tali diſtribuũt ordine, ut quũ per triduũ dux unus cum tribus millibus militũ intra palatiũ regẽ ſtipauerit, tribus ſequentibus diebus dux alius cũ alijs tribus militum millibus, qui interim quieuerũt, obit hoc cuſtodiæ munus, cui iterũ dux alius cũ militibus ſuis ſuccedit: ſicq; per totũ annũ hæc cuſtodiæ obſeruatur uiciſſitudo: non quòd regem tanta maneant pericula, ſed ut magnificentia ſua maior appareat. De magnifico apparatu conuiuiorũ eius, Cap. XIII.

POmpa quæ in conuiuijs regis obſeruatur, tali celebratur ordine. Quum propter feſtũ aliquod, aut aliam ratiõabilẽ cauſã, Imperator uoluerit in maiori aula cõuiuiũ inſtituere, mẽſa eius cæteris mẽſis ſublimior ad Aquilonarẽ aulæ partẽ ponitur, & rex iuxta eã ſedens uertit faciẽ ad meridiẽ, habẽs ad ſiniſtrã reginã maiorẽ, principalẽ ſcilicet uxorẽ, & ad dextrã filios atq; nepotes, & qui de regali ſunt proſapia. Ipſorũ tamẽ menſa eſt in demiſſiori loco, ut uix attingãt pedes capitibus ſuis. Reliqui uero barones & milites ſedẽt adhuc in demiſſori loco, habẽtes ſinguli uxores ſuas ad ſiniſtrã collocatas, tenetq; quilibet dux & nobilis gradũ & ordinẽ ſuum, ſicut & uxores eorum. Nam omnes nobiles in curia Imperatoris tempore ſolennitatis prãſuri, ducunt ſecum uxores ſuas. Et Imperator ipſe dũ in menſa ſua recũbit, poterit ad oẽs deflectere oculos ſuos, q in aula illa cõuiuãtur. Porrò extra aulã illam regiã ſunt etiã aliæ aulæ collaterales, in quibus ſolennitatũ tẽpore nõnunq; quadraginta millia hominũ cibãtur, quorũ multi ſunt aulici, alij uero feuda ab Imperatore renouãtes: ioculatorũ quoq; & mimorũ cõcurrẽtiũ nõ eſt numerus. Proinde in medio aulę regię, uas quoddã aureũ erigitur, ex quo uinũ aut alius qſpiã optimus potus in modũ fontis ſcaturit, iij. alijs dolijs aureis hinc inde ſitis, quæ uini illius fluẽta ſuſcipiũt. Et ex dolijs hauritur uinũ quod diſcũbẽtibus largiter apponat. Nemo aũt in hac diſcũbẽs aula, alio quàm aureo utit poculo. Dici nõ poteſt quãtus ſit apparatus, & quãta magnificẽtia in uaſis & omnibus utẽſilibus, quãdo magnus Chã in aula ſua regia publice diſcũbit. Porrò principes q regi diſcũbenti miniſtrãt, oẽs delicatiſſimo ſerico pãno ora ſua cooperiũt, ne ipſorũ flatus ſeu halitus quoq; modo regiũ cibũ aut potũ cõtingere queat. Et quũ Impator ſcyphũ leuat ut bibat, oẽs circũſtãtes citharœdi & muſicorũ inſtrumẽtorũ luſores, inſtrumẽtorũ ſuorum chordas tangunt, & ſuauiſſimã edũt melodiã: atq; cæteri aulæ miniſtri interim genuflectũt. De cibis qui ad mẽſã deferũtur, nõ eſt ut quicq; ſcribã q; opiparí ſint & delicati, & q; magnifice atq; põpatice inferãtur. Prãdio finito, accedunt citharœdi & harmoniaci quicq; concentores, ioculatores, & nigromantici, qui

miras melodias & miros geſtus ante regis menſam edunt, quibus illius animum iucundum reddunt, & in hilaritatem ſoluunt.

Qualis magnificẽtia ſeruetur in natali regis, Caput XIIII.

SEruant omnes Tartari hunc morem, ut diẽ natalem domini ſui honorificentiſſime celebrent. Feſtum uero natale magni Cham Cublai, eſt uigeſimo octauo die Septẽbris, & hunc diem celebriorem ducit quàm ullũ totius anni diem, excepta feſtiuitate kalendarum Februarij, qua annum ſuum incipiũt. In natali itaq; ſuo rex induitur ueſte aurea pretioſiſſima, & omnes aulici ſimiliter optimis & melioribus quæ habent ueſtiũtur indumẽtis, quibus ſingulis rex donat aureas zonas magni ualoris, & calceamenta de camuco parata, filo cõſuta argẽteo, adeoq; ſinguli ad honorem regis ornare ſe ſtudent, ut nullus non regiã præſeferat formã. Hæc aũt pompa nedum in regis natali fit, uerũ & in aliis feſtiuitatibus, quas tartari per annũ habent, numero tredecim, pro quibus rex annuatim aulicis ſuis pretioſiſſimas largitur ueſtes, ornatas auro, margaritis, & lapidibus aliis pretioſis, unà cum zonis & calceamentis, ut iam præmiſimus. Nec ſunt aulicorũ ueſtes diſcolores à regia ueſte. Seruatur etiã hæc cõſuetudo apud Tartaros, ut in natali magni Chã omnes reges, principes & nobiles, qui ditioni illius ſubiecti ſunt, mittant illi ut Imperatori ſuo donaria. Et qui conditionem aliquam aut officium ab eo impetrate cupiunt, poſtulationes ſuas duodecim baronibus, qui ad hoc ipſum cõſtituti ſunt, offerunt, & quod illi decernũt perinde eſt ac ſi Imperator ipſe reſpondiſſet. Aſtringũtur etiã oẽs populi, cuiuſcũq; ſint fidei aut ſectæ, ſiue Chriſtiani, ſiue Iudæi, ſiue Saraceni, ſiue Tartari, cæteriq; pagani, ut deos ſuos ſolenniter inuocẽt pro uita, incolumitate & proſperitate magni Cham.

De initio anni quod ſolenniter celebrant Tartari, Caput XV.

IN die kalendarum Februarij, qui initiũ eſt anni Tartarici, magnus Chã & omnes Tartari ubicunq; ſunt, maximum & ſolenne celebrant feſtum, omnesq; unanimiter tam uiri quàm mulieres ſtudent albis indui ueſtibus, uocantes diem illum, feſtiuitatem alborum. Nam credunt ueſtem albam bonum habere fatum: ideo ut toto anno fortuna illis ſit propria, in anni initio albis induuntur. Porrò ciuitatũ rectores & prouinciarum præfecti, memores officij ſui, mittunt Imperatori hoc die munera aurea & argẽtea, unio- Xenia
nes & gemmas, pannos pretioſiſſimos, & equos candidi coloris: unde nonnunquàm fieri ſolet, ut regi in hoc feſto offerantur centum millia alborum equorum. Sic cæteri Tartari ſibi inuicem munera mittunt ab initio anni, id'que ominis gratia, credentes omnia per annum felicius ſucceſſura. In hoc denique feſto, omnes elephanti quos habet Imperator, numero quinque millia, ducuntur ad curiam, ueſtiti tapetis, in quibus pictæ ſunt imagines uariæ animalium & auium, portantes in humeris ſuis capſas plenas aureis & argenteis uaſis, quibus opus habetur pro feſto alborum magnifice

celebrando.

Digitized by Google

celebrando. Multi quoq; cameli pulcherrimis cooperti pannis adducuntur, qui alia apportant, quæ pro tanto conuiuio sunt necessaria. Illucescente autẽ die Alborum, omnes, reges, duces, barones, milites, medici, astrologi, prę fecti prouinciarũ atq; exercituũ, & alij Imperatoris officiales, ad aulam regis cõ ueniũt, & quibus locus in ea contingere nequit ob hominũ multitudinẽ, hi collaterales ingrediuntur aulas. Cunctis itaq; in suo ordine & gradu sedentibus iuxta cuiuslibet officij dignitatem, surgit unus in medio, & alta uoce clamat, Inclinate & adorate. Hac uoce facta, consurgunt omnes celeriter & genu flectunt, frontecq; ad terram demissa quasi deũ adorãt, & id quatuor faciunt uicibus. Adoratione cõpleta, uadũt omnes suo ordine ad altare, quod in aula positũ consistit super unã tabulã depictã rubeo colore, in qua scriptũ est nomen magni Cham, arreptoq; thuribulo pulcherrimo, & redolẽtibus speciebus illi impositis, ad honorẽ magni Cham cum multa reuerẽtia tabulam ipsam & altare suffumigant, & ad sua redeunt loca. Thurificatione ista nepharia completa, quilibet in conspectu Imperatoris offert munera illa, de quibus supra diximus. His omnibus rite peractis, parantur mensæ, & fit solenniſſimũ prandiũ, edentes & bibẽtes cum lætitia magna. Quo finito, modulatores & ioculatores accedunt, & suis concentibus atq; gestibus omnium mentes exhilarant. In huiusmodi denicq; festis, ducitur ad regẽ leo unus domesticus, q ad pedes illius ut catulus mãsuetus iacens dominũ suũ agnoscit

De feris quæ magno Cham undequaq; mittuntur. Cap. XVI.

TRibus illis mensibus, quibus, ut supra diximus, Imperator moratur in ciuitate Cambalu, scilicet Decembri, Ianuario & Februario, omnes uenatores quos Imperator habet in singulis prouincijs prouinciam Cathai circumiacentibus, uenationi intendunt, omnesq; bestias grandiores, puta ceruos, ursos, capreas, apros, damulas, & huiusmodi feras offerunt præfectis suis: qui si minori spatio quàm in triginta diebus peragrari potest, distant à curia Imperatoris, mittũt huiusmodi captas bestias per quadrigas & naues ad Imperatorem, exenteratis tamen prius illis. Qui uero pluribus quàm triginta diætis ab eius curia distant, solum pelles mittunt, quæ pro armis parandis sunt necessariæ.

Quomodo magnus Cham cum feris mansuefactis feras syluestres capit. Caput XV.

NVtrit domi magnus Cham uarias bestias, domesticasq; factas secum ad uenationes ducit, & mira afficitur uoluptate, quoties uidet domesticam ferã cũ syluestri pugnare. In primis aũt habet cicuratos leopardos, q mirũ in modũ uenationi inseruiunt, multasq; capiunt bestias. Habet & lynces non minus ad uenãdũ industrios, & itẽ leones maximos atq; pulcherrimos maiores illis qui sunt in Babylonia, in quorũ pilis radioli quidã uarij coloris apparẽt, scilicet albi, nigri, atq; rubei, & illi quoq; docti sunt artẽ uenatoriã.

Nam

Nam plurimum prosunt uenatoribus ad capiẽdum apros, ursos, ceruos, capreas, onagros, atq; boues sylueſtres. Duci aũt solent duo leones in uehiculo quodam, dum uenatum itur, sequente utrunq; eorũ caniculo paruo. Habet quoq; imperator multas aquilas cicuratas, quæ adeo efferatæ sunt, ut leopores, capreas, damulas & uulpes capiãt: inter quas aliquæ tã præfractæ sunt audaciæ, ut non uereantur cũ magno impetu in lupos insilire, eosq; in tantum diuexare, ut ab hominibus sine labore & periculo capi possint.

De spectaculo quod magnus Chã in uenatiõe facere solet, Cap. XVIII.

HAbet magnus Chã in curia sua duos barones, qui regiæ præfecti sunt uenationi, quorũ utercq; decem præest millibus hominum, qui ea curãt quæ ad uenationẽ sunt necessaria. Nam nutriunt canes magnos, & ad uenationem assuefaciunt. Et quando magnus Cham cupit se uenatione oblectari, & singulare ostentare spectaculum, duo memorati barones ducunt secũ illa uiginti millia hominum, atq; canum magnam turbam, qui cõmuniter circiter quinq; millia sunt, & cum rege in campum proficiscentes ubi feras uenari uolunt, hoc pacto rem ipsam aggrediuntur. Rex cum nobilibus suis in medio planicie locum tenet, & duo uenatorũ prefecti cum populis suis stãt ad dextram & sinistram regis: unius populus induitur uestibus rubeis, & alterius uestibus aërei seu cœlestis coloris. Stant aũt singuli in una acie seu linea, unus scilicet alterius assistens lateri, & tantam campi occupant longitudinẽ, ut uix itinere unius diei perueniri possit ab una extremitate ad aliam. Habent aũt canes memoratos secum. Et postquam sic in unum ordinẽ digesti sunt, laxant canes suos in uenationẽ, & ipsi procedentes in illo ordine, maximum capiũt feratũ numerum: nã & terra illa animalibus sylueſtribus plena est, nec ullum facile ipsorum effugere poterit laqueos & canes.

De aucupio magni Cham. Caput XIX.

MEnse Martio ingrediente, discedit Cham magnus à ciuitate Cambalu, procedítq; ad cãpestria quæ uersus oceanũ sita sunt, ducens secum magnũ aucupũ numerũ, circiter decẽ millia, qui habent falcones, accipitres, grifalchos, & alia rapaciũ auiũ genera aucupio idonea, numero circiter quingentas aues. Hi igitur aucupes per regionem illã se diffundentes, falcones & accipitres suos in capturã laxant auiũ, quibus regio illa plena est: & aues quę capiũtur, deferũtur pro maiori parte ad regẽ. Rex uero sedet in ligneo habitaculo, quod gestãt quatuor elephãti, leonũ coopertũ exuuijs, & intus deauratũ, habẽs secũ pro sua recreatione aliquos duces, & xij. accipitres electos. Porro iuxta elephãtes qui regiũ portãt habitaculũ, obequitãt multi nobiles & milites, regis latera stipãtes. Qui quũ uiderint fasianos aut grues, aut alias aues in aëre uolitantes, indicant id aucupibus qui iuxta regem sunt. Et hi id ipsum regi significantes, discooperiunt habitaculũ regiũ, laxantq; falcones uel accipitres, & rex in lecto sedens auium intuetur ludũ. Migrant quoq; cũ

rege

rege & alia decem milia hominum, qui in illo aucupio bini & bini per campos discurrunt, & aduertunt quò emissi uolitent falcones atq; accipitres, & si opus fuerit illis subsidium ferant. Et hi lingua Tartarica uocantur Toscaor, id est, custodes, certum scientes edere sibilum quo emissas uocant aues. Nec opus est ut auceps qui emittit auem, sequatur illam, quũ hi de quibus iam diximus, intẽti sint auibus capiendis, & soliciti sint ne aliquo modo lædantur, aut perdantur. Qui em̃ aui periclitanti uiciniores sunt, hi tenẽtur illi subuenire. Quælibet aũt emissaria auis tabellã paruã argenteam signo domini aut aucupis sui cõsignatam in pede gestat, ut si amissa fuerit, domino suo restitui possit. Quòd si signum non cognosci possit, traditur auis baroni cuidam, qui ob hoc ipsum uocatur Bularguci, id est, custos auium perditarum. Nam conseruat omnes aues sibi oblatas, donec à dominis suis fuerint repetitæ. Idem fit de equis & alijs rebus in uenatione amissis. Et qui rẽ quãpiam in uenatione repertã huic præfecto nõ illico tradit, sed ea aliquandiu utitur, hic pro fure censetur. Vnde is perditarũ rerũ præfectus in uenationibus locum tenet eminentiorem uexillo suo signatum, ut in tanta populi frequentia cognosci possit, & amissa facile illi uel offerri uel ab eo repeti possint.

De magnificis tentorijs magni Cham, Cap. xx.

INterim aũt cum sic ludendo cum auibus aucupio intenditur, peruenitur ad planicié quandã magnã Caciamordim, ubi sunt regis & omniũ aulicorum præparata tẽtoria, numero circiter decẽ milia. Hæc aũt tali ordine sunt dispositа. Primũ est ingens tentoriũ, sub quo cõmode manere possunt mille homines, ingressum habens ad meridiem, & sub hoc morãtur barones, nobiles & milites. Iuxta hoc ad occidentẽ alius est erectũ tentoriũ, in quo regis est aula & consistoriũ, quod intrat quãdo cum aliquibus uult loqui. Et huic in altera parte adiunctũ est cubile, in quo rex dormire solet, & his mansionibus rursum aliæ aulæ & cameræ adhærent. Regiæ uero aulæ, hoc est, cubile regis, consistorium & habitaculũ militũ, sic dispositа sunt. Sustẽtantur singulæ tribus colũnis de lignis aromaticis cũ uarijs et elegãtibus sculpturis fabricatis, & cooperiũtur exuuijs leonũ nigri & rubei coloris. Nã discolores leones in partibus illis inueniũtur. Nec possũt tẽtoria illa à uẽtis uel pluuijs iniuriã ullã recipere, quũ coria illa qbus tegũtur solidiora sint ẽp̃ quę facile lædi possint. Intus uero parietes tẽtoriorũ pellibus nobilissimis armelinorũ & zebellinorũ sunt operti, etiã si in regijs illis hæ pelles pretiosissimæ habeantur, ut quãdoq; uix p̃ duobus millibus Byzantiorũ aureorũ pelles pro una tunica sufficiãt. Porrò funes qbus hæc tria sustẽtantur tẽtoria, de serico sunt. Sũt præterea & alia erecta tẽtoria iuxta illa tria, in quibus uxores, filij & ancillæ regis morãtur. Deinde habẽt etiã falcones, accipitres, bubones, grifalchi, & reliquæ aues, quæ aucupio inseruiũt, sua tẽtoria, in quibus cõtinẽtur. Tãta em̃ est tentoriorũ multitudo, ut à longe aduentantibus appareat illic insignem conditam

conditam urbem. Confluit etiam undiq; maxima multitudo hominũ otiosorum ad ſpectaculum illud contuendum, præter eos qui in regis miniſterio ſunt, qui ſua loca in tentorijs nõ ſecus habent quàm in ciuitate Cambalu, ut ſunt regis medici, aſtrologi, & cæteri uates. Manet uero rex in planicie illa per totum Martium, & capit innumera animalia atq; infinitas aues. Nemini eñ alioquin licet uenatiõi intẽdere in omnibus regni illius prouincijs, ſaltem quæ in uiginti diebus & citra pedeſtri itinere attingi poſſunt: nec ulli permittitur canis aut uolucris uenaticus: et preſertim à principio Martij uſq; ad menſem Octobrẽ nemini permittitur, quocũq; etiã utatur ingenio, capere ceruos, damulas, capreas, lepores, & huiuſmodi ſylueſtres feras. Hinc igitur eſt q; terra illa talibus abundat animalibus, & plerunq; adeo familiaria fiũt hominibus, ut tranſeuntia prope eos minime horreãt aut paueãt aſpectũ illorũ, Aucupio expleto, rex domũ redit, & per tres dies celebratis conuiuijs, omnes quos ad hoc uocauit ſpectaculum, ad propria reuerti concedit.

De moneta & opulentia magni Cham, Cap. XXI.

MOneta magni Cham non fit de auro uel argento, aut alio metallo, ſed corticem accipiunt mediũ ab arbore mori, & hũc conſolidant, atq; in particulas uarias & rotundas, magnas & paruas ſcindũt, atq; regale impri munt ſignum. Minimi denarij ualent pretiũ parui Turonenſis: & maiuſculi dimidiũ groſſum Venetũ: qui uero maiores ſunt, habent ualorem duorũ Venetorũ, aut quinq; aut decẽ. Sunt qui Byſantiũ aureum ualent, aut duos aut quinq; Byſantios. De hac itaq; materia facit Imperator in ciuitate Cambalu cudi immẽſam uim pecuniæ, quæ pro toto ſufficit imperio: nullicq; ſub pœna mortis in omnibus regnis & terris ſuis licet aliã cudere uel etiã expendere monetã, aut illã recuſare. Nec aliquis ex alio ueniens regno, quod magno Cham nõ eſt ſubiectũ, audet aliã expendere pecuniã in imperio magni Chã. Vnde fit, ut nõ raro negotiatores ex longinquis terris & regionibus ad ciuitatẽ Cãbalu uenientes, ſecũ portẽt aurũ, argentũ, margaritas & gemmas, & pro illis accipiant monetam regiã. Et quoniam hæc in terris ſuis nõ recipitur, cõmutant rurſus eam in imperio magni Chã pro mercimonijs quæ ſecũ abducant. Mandat quoq; nonnũq; Imperator his qui in Cambalu morantur, ut qui aurũ uel argentũ, aut lapides prætioſos habẽt, ea quantocyus officialibus ſuis tradant, & cõſuetam ab illis monetã iuxta illorũ ualorẽ recipiant. Hoc itaq; modo fit ut mercatores & ciues indẽnes ſeruẽtur, & nihilominus rex omne aurũ & argentũ corradens maximũ congreget theſaurum. De memorata factitia moneta, ſoluit etiã officialibus & exercitibus ſuis ſtipẽdia, & quacũq; tandem re in curia ſua opus habet, hac emit pecunia. Vnde quũ tantã uim pecuniæ ex re nihili cõflet, & tamẽ p eã aurũ & argentũ pluri mũ cõſequatur, ea quæ curiæ neceſſaria ſunt, emat, miniſtris ſuis ſtipẽdia ſoluat, cuilibet facile cõſtabit nullũ in mũdo reperiri regẽ, q diuitijs illũ ſuperet.

Corticem monetæ

De duodecim

De duodecim præfectis prouinciarum,& eorum officio, Cap, XXII.

HAbet Cham magnus duodecim barones aulicos, qui triginta quatuor præfecti sunt prouincijs:& horum officiū est,ut singulis prouincijs duos præficiant rectores,atque regijs exercitibus in locis ubi morantur de his quibus opus habent prouideant:& quicquid ordinant,regi indicant,qui sua autoritate id confirmat quod illi statuendū duxerint.Hi multa beneficia & priuilegia passim concedunt,& propterea plurimum à populo obseruantur & ambitur fauor eorum. Habitant in quodam palatio magno in ciuitate Cambalu pro eorum officio deputato, in quo uarias habent aulas & cameras pro se & ministris suis. Habent etiam assessores & notarios,qui illis à consilijs sunt, quicq; ea quæ agunt diligenter annotant.

De cursoribus & nuntijs magni Cham,atq; multiplici mansione eorum, Cap. XXIII.

EXtra ciuitatem Cambalu multæ patent publicæ uiæ ad uiciniores ducentes prouincias, & singulis castra seu diuersoria sunt extructa cum pulcherrimis palatijs, uiginti quinque distantia milliaribus ab urbe Cambalu, ubi diuertunt emissarij & nuntij regis. Vocantur autem mansiones illæ lanli, id est, mansiones equorum: nam expectant ibi trecenti, aut quadringenti equi regis nuntios. Qui hinc soluētes post uiginti quinque milliaria alia inueniunt diuersoria,prioribus haud dissimilia:& ea hoc ordine & distantia continuantur usque ad extremos imperij limites: ita ut per uniuersum imperium in publicis uijs circiter decem millia inueniantur regia hospitia.Equorum uero numerus,qui in illis diuersorijs nuntiorum officijs sunt deputati,est circiter ducenta millia.In locis quoque desertis & syluestribus, ubi alioquin nulla est humana habitatio, huiusmodi regia inueniuntur diuersoria, triginta aut quadraginta miliarijs à seinuicem distantia. Ministrátur autem pabulum equis, & uictus custodibus eorum,ab his ciuitatibus & incolis,qui diuersorijs uiciniores sunt,aut intra quorum terminos illa consistunt hospitia.Diuersoria autē quæ in desertis posita sunt, recipiunt necessaria à regis curia. Igitur quando rex noua ex remotis partibus cito audire cupit, destinat equites dicto suo quanto cyus parentes, qui uno die ducenta aut trecenta conficiunt milliaria, & paucis diebus immensum terræ peragrant spatium :quod in hunc modum fit. Emittuntur duo cum equis, qui concitatissimo cursu sine ulla mora ad proximum declinant diuersorium: ubi demissis fessis equis duos alios ascendunt,& ad sequens citissime se transferunt diuersorium, sicq; fit ut continue cursum suum eundo & redeundo continuent, & mandata regis ad remotissima loca pauculis diebus perferāt,& rursum ex remotissimis partibus noua ad regem portent. Sunt etiam inter iam dicta diuersoria alia habitacula spatio trium aut quotuor milliarium ab inuicem distantia,ubi paucæ sunt domus,in quibus habitant cursores pedestres,habentes singuli cinctoria plena sonoris

I tintinna-

tintinnabulis. Hi ſemper præparati ſunt, ut quoties literæ regiæ ad eos deſtinantur, citiſſime illas ad proximum perferant habitaculum. Et priuſquam ad illud ueniant, à longe audientes curſoris uenientis ſonitum, præparati illum expectant, & ſuſceptis literis eueſtigio illas ad ſequentem deferunt cuſtodiam: ſicq; literæ per uarias tranſeuntes manus, ſine ulla impediente mora ad locũ illũ deferũtur, quò peruenire debẽt. Et ſæpe fit ut rex in triduo noua perdiſcat, aut nouos fructus recipiat à loco, qui decem dierum itinere à ſua habitatione diſtat. Omnes autem memorati curſores liberi ſunt ab omni tributi exactione, & præterea à regis quæſtoribus bonam laboris ſui accipiunt mercedem.

De prouidentia imperatoris tempore cariſtiæ. Cap. XXIIII.

SOlet magnus Cham ſingulis annis nuntios ſuos mittere ad diuerſas prouincias imperio ſuo ſubiectas, ad inquirendum num damnũ aliquod à locuſtis aut alijs uermibus frumẽto ſit illatum, aut alia peſtis ſterilitatem in prouinciam aliquam inuexerit. Et quum ſibi iunotuerit prouinciam aliquam aut ciuitatem detrimentum paſſam, remittit illi populo tributa pro illo anno mittitq; de horreis ſuis blada pro uictu & ſemente. Nam tempore magnæ ubertatis emit rex copioſam uim frumenti, & per annos tres uel quatuor in thecis conſeruat, ut quum in una regione frumenti penuria prævaluerit, defectus ille ex regijs horreis ſarciri poſſit. Vendit autem bladum ſuum minimo pretio, ut pro uno modio in quadruplo plus pecuniæ exponendum eſſet, ſi ab alio quopiam emeretur. Similiter quando peſtis aliqua animalia inuaſerit, remittit anno illo conſuetum tributum, uenditis illis alijs pecoribus & armentis. Præterea ne uiatores & curſores in prouincijs Cathai errarent, proſpexit illis prudens imperator hoc conſilio: Plantari fecit plurimas arbores, una ab alia modico diſtante interuallo, easq; iuxta uias ſic conſtituit, ut iter agentibus ſeu digito oſtendant ueram ſemitæ lineam. Quantum uero numerum pauperum hominum per totum annum uutriat, & de horreis ſuis frumẽtum & panes illis elargiatur, incredibile putabis ſi narrare perrexero: id tamen pro uero aſſerere poſſum, eum quotidie per totum annum circiter triginta millia pauperum pane paſcere: nec ulli ſinit frumẽtum negari panis. Quapropter à pauperibus quaſi deus reputatur.

Qualis potus uini loco in prouincia Cathai fiat, Cap. XXV.

CONficiunt in prouincia Cathai potum optimum ex riſo & uarijs aromatibus, qui ſuo ſapore etiam uini excellit ſuauitatem. Et qui eo auidius potiuntur, quàm ratio equum eſſe iudicet, aut bibentis natura egeat, citius inebriantur quàm ſi uinum bibiſſent.

De lapidibus qui ut ligna ardent, Cap. XXVI.

PEr totam prouinciam Cathai ex montibus eruuntur lapides quidam nigri, qui in ignem miſſi ut ligna ardent, & accenſi aliquandiu ignem conſeruant, ut ſi ueſperi accendantur, per totam noctem uiuum ignem retineant.

Vtuntur

Digitized by Google

Vtuntur autem multi ijs lapidibus, quod lignorum in quibusdam locis sit penuria.

De fluuio Pulisachniz & egregio ponte eius. Cap. XXVII.

INdicauimus hactenus in hoc secundo libro situm, magnitudinem, & negociationem ciuitatis Cambalu, itemq; obiter scripsimus de magnificentia, pompa & opulentia magni Cham: nunc rerum ordo exposcit, ut finitimas quoque regiones lustremus, & quid in illis uel fiat, uel inueniatur, breui sermone aperiamus. Igitur quum Cham magnus me Marcum ad remotas partes pro quodam regni suo negotio destinasset, quod quatuor mensium spatio me in itinere retinuit, omnia diligentius considerauí, quæ uel eundo, uel redeundo obtutibus meis occurrerunt: nam quum à ciuitate Cambalu itinere decem milliarium recessissem, inueni fluuium quendam magnum Pulisachniz nomine, in oceanum sese exonerantem, per quem naues multæ cum plurimis mercibus ascendunt. Est autem in eo loco pons marmoreus pulcherrimus, trecentos in longitudine continens passus, & in latitudine octo: arcubus uero seu fornicibus uiginti quatuor innitens, sculptis leonibus utrunque eius periorem marginem adorantibus.

De locis ultra fluuium Pulisachniz sitis, Cap. XXVIII.

TRansito fluuio & ponte, procedendo per milliaria triginta, continuo occurrunt castra, aliæq; elegantes domus: item uineæ electæ. & agri fertiles. Sed finito itinere triginta milliarium peruenitur ad ciuitatem Geogui, quæ quidem magna est & pulchra, plurima habens monasteria idolorum. Fiunt ibi pãni optimi, aurei & serici, itẽq; sindones mundissimæ. Habentur & multa communia hospitia pro aduenis & uiatoribus in illa ciuitate. Ciues autem sunt artifices & negotiatores. Extra hanc ciuitatem peruenitur ad biuiũ quoddam, cuius una uia ducit per prouinciam Cathai, altera uero uersus regionem Mangi ad mare. Ea quæ transit per prouinciam Cathai, habet ciuitates, castra, uiridaria, & optimos agros, in quibus multi quoq; sunt negotiatores & ingenioſi artifices: & homines illi multũ sunt affabiles, & omnibus familiares.

De regno Vainfu, Cap. XXIX.

ITinere dierum decem à ciuitate Geogui confecto, peruenitur ad regnum Tainfu, quod quidem magnum est atq; cultissimum: nam sunt in eo uineæ multæ. In prouincia uero Cathai nullum crescit uinum, sed ab hac regione illuc defertur. Exercentur in hoc regno mercationes multæ, abundatq; artificibus, & omnia arma, quibus utitur Cham pro exercitibus suis, fabricãtur in eo. Hinc uero progrediendo ad occidentalem plagam, uenitur ad regionem amœnissimam, castris multis & ciuitatibus cultam, in qua etiam mercimonia fiunt magna. Emenso hinc itinere septem dierum, peruenitur ad ciuitatẽ quãdam prægrandem Pianfu nomine, in qua serici maxima est copia.

De castro Chincui, & rege eius ab hoste capto, Cap. XXX.

AB urbe Pianfu duæ sunt diætæ ad castrum quoddam elegantissimum,

Chincui nomine, quod quidam Darius nomine extruxit, hostis magni illius regis, quem presbyterum Ioannem uocant. Est castrum illud adeo arte & natura munitum, ut præses eius Darius neminem metueret etiam potentissimum regem: de quo plurimum circumiacentium prouinciarum præsides dolebant, ut hominem illum nemo unquam superare potuerit. Porrò habuit presbyter Ioannes in aula sua septem iuuenes præfracti animi, qui iureiurando promiserunt illi, se Darium regem tradituros in manus illius. Qui uicissim illis multa bona pollicetur, si effectu id compleuerint. Illi igitur abeuntes ad curiam Darij ueniunt, obsequijsq; illius se offerunt, dissimulata mentis malitia. Qui eorum minime timens aut obseruans calliditatem & uersutum animum, ut fideles ministros suo mancipauit obsequio. Factum autem est, ut illi per totum biennium id efficere nequiuerint, quod iam diu animo conceperāt. Rex uero illis per omnia ut iam biennio probatis ministris confidens, animi recreandi gratia cū illis & alijs paucis militibus quodam tempore extra castrū per milliare unū equitauit. Tunc proditores illi horam adesse putātes, qua excogitatam malitiam publicarent, euaginatis super eum gladijs captum duxerunt ad presbyterum Ioannem, sponsioni suæ satisfacturi. Qui mirum in modum lætus effectus, deputauit eum ad custodiam animalium, optimeq; custodiri iussit. Et elapso biēnio, quo cum pastoribus rex captus uixerat, iussit eum presbyter Ioannes coram se regio apparatu decoratum adduci & alloquens dixit: Experimento nimirum nunc didicisti, quàm nihili fuerit potentia tua, quando te in tuo regno capi feci, & per duos annos cum pecoribus deputaui: possem iam te, si uellem, occidere, nullus mortalium te eripere posset è manibus meis. Cui ille respondens ait: Verum ais, est ita. Tum rex Ioannes: Quia te adeo humiliasti, ut te nihil esse duxeris respectu mei, en uolo te deinceps agnoscere pro amico: & pro uictoria abunde satis mihi est, quòd potuissem, si uoluissem te occidere: traditisq; illi equis & deputatis ministris cum honore fecit eum reduci ad castrum suum. Et ille quoad uixit, presbytero Ioāni honorem exhibuit, & iussis quibusq; obediuit.

De fluuio quodam magno Caromoran nomine, & adiacēte regione, Cap. xxxi.

TRansito itinere ultra castrum Chincui uiginti milliarium, peruenitur ad flumen Caromoram, quod ob nimiam latitudinem & profunditatem nullum habet pōtem: fluit uero ad oceanum. Sunt in littore eius multæ extructæ ciuitates & castra, in quibus multæ exercentur nundinationes. Abundat hæc regio zinzibere, serico & auibus, præsertim phasianis. Traiecto fluuio post duorū dierum iter peruenitur ad nobilem ciuitatem Cianfu nomine, ubi de auro & serico pulcherrimi fiunt panni. Omnes incolæ huius ciuitatis & ferè totius prouinciæ Cathai idololatræ sunt.

De ciuitate

De ciuitate Quenquinafu, Cap. xxii.

VLtra uero procedendo per iter dierum octo, inueniuntur passim ciuitates & oppida multa, agri pulcherrimi & uiridaria. Abundat terra serico & uenationibus bestiarum atq; auium. Quod si ulterius alijs octo diætis progrediaris, perueniens ad ciuitatem grandem Quenquinafu nomine, quæ est regni Quenquinafu metropolis. Et regnum istud fuit olim opulentum & magni nominis. Hodie præest illi filius magni Cham Mangala nomine. Producit ea regio magnam copiam serici, & omnia ea quæ ad hominis uitam conseruandam sunt necessaria. Exercentur etiam in ea plurimæ nundinationes. Incolæ idola colunt. Extra ciuitatem est regale palatium in planicie situm, in quo Mangala cum aulicis suis uersatur. Est quoq; in medio ciuitatis palatiū quoddam elegantissimum, ab intra parietes habens deauratos. Vacat rex cum aulicis suis uenationi animalium & capturæ auium, quibus illa regio abundat.

De prouincia Chunchi, Cap. xxxiii.

REcedendo à dicta urbe & palatio itinere trium dierum itur per planicie quandā pulchram, in qua ciuitates plures sunt & castra, & ubi abundantia est serici, usq; dum ueniatur ad regionem montuosam, ubi nedum in mōtibus, uerum & in mōtium conuallibus inueniuntur ciuitates & castra, & sunt de prouincia Cunchi. Incolæ sunt idololatræ & terræ cultores. Sunt etiam in ea regione uenationes leonum, ursorum, ceruorum, capreolorum, damularū, & id genus animalium. Patet regio illa itinere uiginti dierum, habens montes, & ualles, atq; nemora multa, sed ubiq; pro uiatoribus cōuenientia inueniuntur diuersoria. De prouincia Achalechmangi, Cap. xxxiiii.

IAm dictæ prouinciæ contigua est prouincia alia, nomine Achalechmangi, quæ est ad occidentalem plagam: & sunt in ea multæ ciuitates & castra: sed principalior regionis ciuitas uocatur Achalechmangi, & est confinis prouinciæ Mangi. Hæc prouincia itinere trium dierum planicie habet, deinde sequuntur montes & ualles atq; nemora, patetq; itinere uiginti dierum, habēs ciuitates multas & oppida. In cæteris rebus non differt à priori prouincia: nam habet negotiatores, artifices & cultores terræ: itemq; uenatores multarum syluestrium animalium. Habet quoq; animantia quæ muschū producunt. Crescit in hac prouincia zinziber in magna copia, sicut & triticum atq; risum.

De prouincia Sindinfu. Cap. xxxv.

PRiori prouinciæ cōtermina est alia prouincia Sindinfu nomine, quæ etiā cōtingit prouinciam Mangi. Huius principalior ciuitas est Sindinfu, quæ olim fuit magna & locupletissima, habēs in circuitu uiginti milliaria. Habuit illam regem ditissimum & potentem: qui quum tres reliquisset filios regni successores, trifariam diuiserunt ciuitatem, partes singulas proprijs cingentes muris, quæ tamen omnes intra priorem continebantur murum. Magnus uero Cham ciuitatem illam & regnum suæ subiecit ditioni. Per medium huius

ciuitatis transit fluuius qui dicitur Quianfu, habens in latitudine dimidium milliare, & est profundus ualde atq; piscosus. Positæ sunt in ripis eius multæ ciuitates & castra. Ostia eius distant ab hac urbe nonaginta dierum itinere. Naues & merces per ipsum ascendũt in maxima multitudine & copia. Transit etiam pons lapideus per ipsum in ciuitate Sindinfu, habẽs longitudinem unius milliaris, & latitudinem octo passuum. Et supra ipsum construũtur mane uariæ domunculæ, quæ artificum sunt officinæ, & sero iterum deponuntur. Est & alia super eum constructa domus, in qua manent regis ministri, qui à transeuntibus pedagia & uectigalia exigunt. Vlterius uero procedendo per iter quinque dierum transitur per planiciem quandam, in qua sunt ciuitates, castra, & uillæ multæ, in quibus sunt syndones in magna copia. Reperiuntur etiam ibi animalia sylueſtria multa.

De prouincia Tebeth, Cap. xxxvi.

POst planiciem, de qua iam diximus, uenitur ad prouinciam Tebeth, quã magnus Cham expugnauit atq; deuastauit: nam multæ in ea sunt ciuitates destructæ, & castra diruta. Patet autem in longum itinere uiginti dierum. Et quoniam omnino in solitudinem est redacta, habitatoribus carens, necesse est ut uiatores uictualia secum ferant, quæ illis sufficiant per iter uiginti dierũ. Et postquam hominum habitatione cœpit destitui, feræ sylueſtres totam eã occupantes periculosum iter transeuntibus fecerunt, præsertim noctu. Verum contra hoc periculum mercatores & alij uiatores tale excogitauerunt cõmentum. Nascuntur in regione illa maximæ arundines, quæ habent in longitudine passus quindecim: crassitudo uero in gyro tribus mensuratus palmis. Porro inter duos uiciniores nodos distantia est trium palmorum. Itaq; quando uiatores noctu uolunt quiescere, accipiunt fasces magnos de illis arũdinibus, & in unam ponunt congeriem, subiectoq; igne succendunt. Quæ igne correptæ incipiunt crepitare, tantusq; in eis excitatur stridor & fragor, ut eminus ad aliquot milliaria audiri possit. Quem terribilem sonitum animalia audientes, obstupescentes fugiunt tamdiu, donec crepitus ab auribus eorum euanescat, illisq; sic elusis mercatores & uiatores tuti pertrãseant prouinciam illam. Porro equi & alia iumenta, quibus mercatores pro itinere utũtur, hoc audito strepitu plurimum inhorrescunt, & multa in fugam conuersa dominis suis elapsa sunt: sed prudentiores uiatores pedes eorum compedibus lignantes, ui quadam ea secum retinent, ne territa aufugiant.

De regione alia Tebeth, & turpi eius cõsuetudine. Cap. xxxvi.

PEracto itinere uiginti dierum, transitaq; prouincia Tebeth, occurrunt ciuitates & uillæ plurimæ, in quibus idololatriæ occasione pessima inoleuit consuetudo: nam nullus uir ibi ducit uxorem uirginem, sed si quam ducere instituit, necesse est ut prius à multis uiris sit cognita: aiunt enim mulierem non esse coniugio aptam, nisi prius fuerit stuprata. Vnde quando uiatores & aduenæ

uenæ aliunde uenientes hanc trãſeunt regionem, & quietis gratia tabernacula ſua ponunt, mulieres eius loci habentes filias nubiles, ducunt illas ad peregrinos, aliquando uiginti, quandoq; triginta aut plures iuxta numerum mercatorum ſeu aduenarum, rogantes eos, ut quilibet unam è uirginibus ſibi aſſotiet, atq; concubitu eius fruatur quàm diu illic manſerint. Illi igitur matronarum precibus uicti, deligunt ſibi ex puellis quas uolunt, & matrimonio aptiores reddunt. Et quum recedere uolunt, nullam ſecum abducere permittuntur, ſed parentibus fidelitet reſtituunt. Exigit etiam puella ab eo qui eam deflorauit, iocale aliquod, ſeu munuſculum, quod oſtendere poſſit ceu argumentum ſuæ defloratiõnis. Et quæ à pluribus uiris fuit amata atq; corrupta, & multa habuerit talia iocalia quæ oſtendat procis, hæc nobilior habetur, faciliuſq; & & honorificentius maritari poteſt Et quando honorifice uult incedere, ſuſpẽdit ad collum omnium amatorum inſignia: quantoq; pluribus fuit grata, tanto maiori honore digna iudicatur. Sed quando cum maritis nuptias inierint, iam non permittuntur amplius extraneis uiris copulari, ſed maritis ſuis fidem ſeruare coguntur. Et plurimum cauent huius regionis uiri, ne in hac re alterutrum ſe offendant. Idololatræ ſunt atq; crudeles homines, pro nullo reputantes peccato, ſi prædentur & latrocinia exerceant. Viuunt de uenationibus atq; fructibus terræ. Inueniuntur etiam apud eos multa animantia quæ muſchũ producunt, quæ Gadderi nocantur. Venantur incolæ huiuſmodi animalia canibus, abundantq; muſcho. Linguam habent propriam atq; peculiarem monetam, & pellibus induũtur beſtiarum, aut canabeo rudi. Pertinet hæc regio ad prouinciam Tebeth: nam eſt Tebeth latiſſima prouincia, diuiditurq; in octo regna, habens ciuitates & oppida multa. Terra montuoſa eſt, ſuntq; in ea loca quædam, atq; quidam fluuij in quibus aurum inuenitur. Vtuntur quoque ibi corallio pro moneta: nam eſt is lapis apud eos in magno pretio, & omnes fœminæ deferunt eum ad collum, appenduntq; ipſum quaſi rem ſpecioſam ad colla idolorum. Sunt in hac regione canes maximi, aſinis æquales, qui ſylueſtres capiunt beſtias. Habent etiam falcones, & alias aues uenaticas. Creſcunt apud eos in magna copia cinamomum & aliæ ſpecies aromaticæ. Subiecta eſt prouincia ipſa magno Cham. *Gadderi*

De prouincia Canidu, Cap. XXXVIII.

PRouinciæ Tebeth adiacet ab occidente prouincia Canidu, quæ regem habet, ſed qui tributarius eſt magno Cham. Eſt ibi lacus in quo tãta eſt margaritarũ copia, ut pretium earũ omnino uileſceret, ſi pro hoim libito aſportari permitterentur. Vnde ſub capitis pœna cautũ eſt, ne ullus in hoc lacu piſcari margaritas abſq; magni Chã indulto præſumat. Sunt quoq; in hac prouincia animãtia Gadderi, qui muſchũ ferunt in magna abundantia. Scatet etiam lacus ille, qui margaritas in tanta copia nutrit, piſcibus: & tota terra plena eſt ſylueſtribus beſtijs, puta leonibus, urſis, ceruis, damulis, lyncibus, capreolis, &

diuersis auium speciebus. Vinũ non crescit in ea, sed loco eius potum optimũ conficiunt ex tritico, riso, & alijs uarijs speciebus. Inueniuntur ibi gariophylli in magna copia qui colliguntur ab arboribus quæ habẽt ramusculos paruos, atq; album florem, ex quo natum pirum loco grandi habet gariophyllũ. Crescit deniq; ibi zinziber in magna copia, cinamomum & aliæ uariæ aromaticæ species, quæ ad regiones nostras non deferuntur. Inueniuntur etiam in montibus huius regionis lapides qui Turchisi nominantur, pulchri ualde, sed qui hinc absq; licentia magni Cham auferri non possunt. Incolæ huius terræ idolatrant, à quibus adeo sunt dementati, ut putent eorum promereri gratiam, si uxores suas & filias uiatoribus abutendas prostituant. Nam quum peregrinus quispiam ad eos hospitij gratia diuertit, confestim paterfamilias uxorẽ filias, & reliquas mulieres quæ in domo eius sunt conuocat, mandatq; ut hospiti & socijs eius per omnia obediant: & ipse recedens peregrinum & comites eius in domo sua relinquit, nec redit donec illic abierint. Et peregrinus interim quo illo fruitur hospitio, suspendit pallium suum, aut aliud signum ante fores illius domus: & quando paterfamilias redit, atq; per signum illud animaduertit hospitem nondum discessisse, non intrat domum suam, sed iterum abit, foris expectaturus donec ille emigrauerit. Et in hunc modum potest peregrinus duobus aut tribus diebus illo uti hospitio. Et obseruatur consuetudo ista per totam illam prouinciam Ganidu, nec quisquam putat sibi illud esse dedecori, si peregrino uxoris suæ aut filiæ copiam fecerit, quod in deorum facit gloriam sperãs illos sibi magis propitios futuros. Moneta eorum sunt uirgulæ quædã aureæ, certum habentes pondus, & iuxta pondus uirgulæ est ualor monetæ. Et hæc quidem est moneta maior. Habent etiam minorem, quam hoc modo faciunt. Coquunt sal in caldario, & postea faciunt ex eo in formellis massulas paruas, quas consolidatas pro moneta exponunt. Relicta hac prouincia proceditur itinere decem dierum, & interim occurrunt castra & pagi multi, quorũ incolæ easdem habent consuetudines quas prouincia Canidu, tandemq; peruenitur ad flumen quod Brius uocatur, ad quod prouincia Canidu terminatur. Inuenitur autem in hoc flumine aurum in magna copia, quod paglola dicitur: & in ripis eius crescit cinamomum in maxima abundantia.

De prouincia Caraiam, Cap. xxxix.

TRaiecto flumine Brio peruenitur ad prouinciam Caraiam, quæ septem continet regna. Subiecta est autem magno regi Cham, cuius filius Escentemur nomine, meo tempore regno illi præfuit. Incolæ eius sunt idololatræ. Nutrit regio equos optimos: habet etiam linguã propriam & difficilem. Metropolis eius uocatur Laci, & est ciuitas magna & insignis, in qua multæ fiunt nundinationes. Habitant ibi etiam pauci Christiani Nestoriani, & plurimi Mahumetani. Habent triticum & risum multum, licet triticeo nõ uescãtur pane, quum hunc digerere sine stomachi afflictione nequeant, sed ex riso panẽ conficiunt.

Digitized by Google

conficiunt. Faciũt quoq; potum ex narijs ſpeciebus, ſed qui eos facilius quàm uinum inebriat. Vtuntur pro moneta lapillis quibuſdam aureis & albis, qui in mari reperiuntur. Fit in hac ciuitate ſal plurimum ex aqua puteorum, de quo rex magnum habet emolumentum. Sunt uiri in hac regione adeo ſtupidi & ſtolidi, ut non curent ſi quiſpiam accedat ad uxores ſuas, modo illæ aſſenſum præbuerint. Eſt etiam illic lacus ualde piſcoſus, centum in gyro complectens milliaria. Edunt homines illi carnes crudas, ſed hoc modo paratas. Primo terunt illas minutatim, deinde condiunt eas oleis odoriferis atq; optimis ſpeciebus, & ſic deuorant.

De regione quadam in prouincia Caraiam ſita, in qua ſunt maximi ſerpentes, Cap. XL.

DIſcedendo à ciuitate Iaci peruenitur ad regnum aliud, emenſo ſcilicet decem dierum itinere, cuius metropolis dicitur Caraiam, cui præſidet Cogracam filius Cublai imperatoris. Et ab hac urbe tota illa regio denominationem habet. Suppeditant ibi flumina plurimum auri, quod paglola nominatur. Inuenitur quoq; in lacunis & montibus aurum, ſed quod alterius eſt ſpeciei. Incolæ ſunt idololatræ. Naſcuntur in hac regione ſerpentes maximi, quorum quidam in longitudine continent decem paſſus, & in complexu groſſitiei decem palmos. Aliqui ipſorum prioribus carent pedibus, quorum loco ungulas habent in modum ungularum leonis aut falconis. Caput ipſorum eſt magnum. & oculi prægrandes, ut duorum panum adæquent quãtitatem. Os & rictum habent tàm amplum, ut hominem deglutire ualeant. Dentes quoque magni & acerrimi rictui illi tam horrendo non deſunt. Nec eſt homo aliquis, aut aliud animal, quod ſine terrore ſerpẽtes illos aſpicere, ne dicam adire poſſit. Capiuntur uero in hunc modum: Solet is ſerpens interdiu latitare in cauernis ſubterraneis, aut alijs ſpecubus in montibus uel petris repertis: nocte uero egreditur, circumiens terram, & potiſſimum aliorum animalium luſtrat latibula, quærens cibum quem deuoret: nec formidat ullius beſtiæ genus: deuorat enim beſtias magnas & paruas, leones & urſos: & ubi uentrem exaturauerit, redit ad ſpeluncam ſuam. Et quum terra illa admodum ſit ſabuloſa, mirum eſt quantam foueam corporis ſui pondere in arenam imprimat: putares dolium aliquod uino plenum per ſabulum uoluntatum. Venatores itaque beluæ inſidiantes, interdiu figunt multos palos in ſabulum, fortes & acuto ferro in ſuperiore extremitate dentatos, & hos ſabulo tegunt, ne à ſerpẽte uideri poſſint: multoſq; paſſim terræ infigunt, præſertim ubi in uicino norunt beluam latitare, Et quando nocte ſolito more progreditur, ut eſcam ſibi quærat, & molem corporis ſui per cedentem arenam reptando & trahẽdo mouet, fit aliquando, ut pectus in latentem ſudem ferro acuminatam uiolenter immergat, & ſeipſum interficiat, aut graui læſione ſauciet: & tunc latentes uenatores accurrentes beluam interficiunt, ſi adhuc uiuit, & fel extrahunt, quod

quod magno uendunt pretio: nam est medicinale: unde qui à rabido cane læsus fuerit, si uel modicum, quantum est pondus unius denarij, de illo biberit, statim sanatur. E mulier in partu laborans si uel tantillum de hoc felle gustauerit, accelleratur partus eius. Sic qui hæmorrhoidam aut ficum anus sustinuerit, & locum illum secretum hoc perunxerit felle, post paucos dies à morbo liberatur. Carnes uero illius serpentis uendunt in cibum: nam libenter uescuntur ea homines. Abundant quoq; in hac prouincia equis optimis, & qui à negotiatoribus in Indiam mercatus gratia ducuntur. Incolæ uero solent illis equis auferre de osse caudæ nodos duos uel tres, ne equus currēs sessorem cauda feriat, & ne caudam nunc huc, nunc illuc flectere possit: nam turpe hoc iudicant. Vtuntur in bello scutis & armamentis de corio bubalorum factis, & sagittas atque lanceas omnes intoxicāt. Et priusquam magnus Cham Cublai hāc prouinciam suæ subiecisset ditioni, prævaluerat apud eos ista detestāda consuetudo, ut quum uir aliquis exteræ nationis bonis adornatus moribus, prudens in uerbis & factis, & omni honestate conspicuus apud eos hospitaretur, occidebant eum nocte, putantes quòd mores, prudentia, honestas, gratia, imò anima uiri illius in domo illa deinceps manerent. Et hæc perfidia seu discredulitas, effecit ut plures uiatores illo loco occisi fuerint. Verum magnus Cham ut regnum illud suo subiugauit dominio, eliminauit impietatem illam, & summam illam stultitiam.

Crudelitas in hospites

De prouincia Arcladam, Cap. XLI.

EVntibus nobis de prouincia Caraiam, post quinq; diætas occurrit prouincia Arcladam, quæ etiam paret magno Cham. Metropolis eius uocatur Vnchiam. Vtuntur incolæ eius pondere auri pro moneta: nam argentum in regione illa & multis alijs circumiacentibus regionibus minime inuenitur. Qui autem argentum aliunde important, hi commutant illud pro auro, & multum lucrantur. Potu factitio utuntur, ex risò & aromatibus confecto. Viri & mulieres regionis illius dentes cooperiunt subtilibus laminis aureis, quas sic illis adaptant, ut dentes ipsi in laminis quadammodo sedere uideantur. Viri omnes militarem edocti sunt artem, quippe qui soli militiæ & uenationi bestiarum atq; uolucrum intenti sunt. Mulieres uero domus curā gerunt, habentes seruos emptitios, qui eorum mancipati sunt obsequijs. Est quoq; in hac prouincia consuetudo, ut quum mulier pepererit, quàm cito puerperit, lectum deserit, surgensq; gubernationi domus intendit: & tunc maritus eius decumbit lecto quadraginta diebus, nati infantis curam gerens. Mater uero aliud nihil circa infantem agit, nisi quòd lac illi sugendum præbet. Et amici atque consanguinei interim uisitant uirum illum decumbentem non secus quàm hic puerperæ uisitantur. Aiunt enim mulierem, quum uterum gestaret atque euacuaret, longo tempore grauiter afflictam, & nunc conueniens esse, ut diebus quadraginta ab infantis cura & labore quiescat: affert tamen

Vir puerperus

Digitized by Google

tamen uiro cibum ad lectum. In hac prouincia idola alia non sunt, nisi quòd quælibet familia progenitorem suum adorat. Habitant plerunque in locis syluestribus atque montanis. Ad montes autem illos extranei non accedunt, quia aërem qui ibi corruptus esse censetur, ferre non possent. Literas non habent, sed contractus suos & obligationes faciunt per tesseras, quarum medietatem seruat unus, & aliam alius: quæ postea in unum collatæ, signis conuenientibus adhibitis, rei causam exponunt, Non sunt in hac prouincia medici, sicut nec in Canidu & Caraiam: sed quum quis infirmatur, conuocant magos seu idolorum ministros, & illis exponit ægrotus morbum suum: tunc magi choream agunt, instrumenta quædam sonant, & in honorem deorum suorũ magnos reboãt cantus, donec tandem unus ex eis in chorea saltantibus & ludentibus à dæmone corripiatur. Tunc chorea relicta, arreptitium in terra iacẽtẽ cõsulunt, ex qua causa id morbi illi acciderit, quidq; pro ipsius liberatione sit agendum. At dæmon per arreptitium respõdet: Quia id uel illud fecit: aut, quia hunc uel illum offendit deum, ideo in hunc incidit morbum. Tunc magi orant ut deus illi noxam illam remittat, promittentes ægrotum illum si conualuerit, de sanguine suo proprio sacrificium oblaturum. Quòd si dæmoni uideatur infirmum tali laborare morbo, ut hinc liberari non possit, respondere solet: Iste tam grauiter deum illum offendit, ut per nulla sacrificia placari possit. Et si à morbo conualiturus sit, iubet ut tot arietes, nigra habentes capita, offerat, tot etiam & tales paret potiones, tot ad se conuocet magos, totidemq; magas, per quorum manus sacrificiũ offeratur, & tum placetur illi deus. Quo audito, consanguinei eius cito curant illa fieri quæ dæmon iussit: occidunt arietes & sanguinem ipsorum in cœlum spargunt, conuocatiq; magi cum sagis suis, accendunt luminaria magna, & domum totam thurificando suffumigant, sed & fumum de lignis aloës faciunt, atq; ius carnium in aëra spargunt unà cum potione de aromatibus confecta: quibus omnibus rite peractis, in chorea rursum saltant in honorem illius idoli, quo infirmo putatur propitiũ factum, cantant & horribiliter uocibus suis stridٔent. His factis, interrogant rursum arreptitium, num per hæc idolum sit placatum. Si respondet, non, confestim parant se ad implendum aliud eius mandatum. Si autem respondet sibi satis factum, phanatici & incantatores sedent ad mensam, & carnes idolo immolatas comedunt cum magna lætitia, & bibunt confectiones quas in dæmonum sacrificio libaueruut. Et finito prandio quisq; ad sua redit. Et quum æger ex diuina prouidentia sic morbum euaserit, & incoluminitati restitutus fuerit, id cæci homines non uero deo, sed dæmoni gratum ferunt. *Idololatria*

De prælio magno quod fuit inter Tartaros, & regem Mien.

CAPVT XLII.

ANno domini M.CCLXXXII. magnũ est ortũ bellum propter regnum Caraiam, cuius præcedẽti capite meminimus, & regnum Botiã: nã misit magnus

magnus Cham unum de principibus ſuis Neſcordim nomine cum duodecim equitum millibus, qui prouinciam Caraiam à qualibet tutarentur infeſtatione. Erat autem dictus Neſcordim uir prudens & ſtrenuus, habebatq; ſibi adiunctos milites probos & bellicis rebus aſſuetos. Horum aduentum ut audiuerunt rex Mien & rex Bangala, perterriti ſunt plurimum, putantes quòd ad regna eorum expugnanda ueniſſent. Et conuocantes militias ſuas coadunauerunt equites & pedites circiter ſexaginta millia, elephãtos autem duo millia, caſtra geſtantes, & in quolibet caſtro erãt poſiti duodecim uiri armati, aut quindecim, aut ſedecim. Cum hoc exercitu properauit rex Mien uerſus ciuitatem Vociam, ubi quieſcebat Tartarorum exercitus, & per tres dies in campeſtribus illis quietus manſit. Audiens uero Neſcordim tantum contra ſe ueniſſe exercitum, plurimũ timuit: tametſi metum illum omnino diſſimularet. Roboratus eſt nonnihil animo, quòd ſciret ſe in ſuo exercitu habere uiros fortes & ſtrenuos bellatores. Egreſſus itaque uirili animo ut pugnaret cõtra hoſtem, caſtra poſuit contra nemus quoddam magnum, quòd proceras & maximas habebat arbores, non neſcius quod elephãti cum turribus ſeu caſtris illis portatilibus nemus ingredi minime ualerent. Tunc Mien rex audiens adeſſe Tartaros, contendit occurrere illis. Tartarorum uero equi elephantos adeſſe ſentientes, quippe qui in prima acie conſtituti erant, tanto terrentur pauore, ut nulla ui, aut ullo ingenio potuerint à ſuis ſeſſoribus contra elephantos excitari. Coguntur igitur Tartari ab equis deſcendere, illisq; ad nemoris arbores ligatis, pedeſtres contra elephantos pugnaturi ueniunt. Et quoniam in prima acie omnes milites baliſtas habebant, & ſagittis iaciendis aſſueti erant, tantam ſagittarum uim in hoſtem torquent, ut elephanti uulnerati, & ſagittarum ictus minime ferre ualentes, fugã arriperent, omnésque rapido curſu uerſus nemus proximum contenderent. Rectores uero eorum quum ſumma ui illos in hoſtem arcere mollirentur, incaſſum laborauerunt: nam diſperſi ſunt huc atque illuc, & ingreſſi nemus portatilia caſtra ruperunt, & armatos uiros in illis ſedentes deiecerunt. Quod uidentes Tartari currunt ad equos ſuos, illisq; conſcenſis cum magno impetu irruunt in acies regis. Hoſtis uero territus, quòd elephantorum diſſipata eſſet acies, quantum potuit manu ſe defendit. Et quum utrinque atrociter pugnarent, atque multi de utroque caderẽt exercitu, rex Mien cum ſuis tandem in fugam uerſus, Tartaris inſequentibus & plurimos adhuc interficientibus uictoriam reliquit. Quibus ſuperatis Tartari in nemus properant, atque elephantos capere conantur: uerum illis fugientibus nullum cepiſſent, niſi inter captiuos quidam illis auxilio fuiſſent. Ceperunt autem circiter ducentos. Ab hoc prælio & deinceps cœpit magnus Chã uti elephantis in exercitu, quos prius ad hoc aſſuetos officium non habuit. Paulo poſt deuicit idem magnus Cham terras regis Mien, ſuoque ſubiugauit imperio.

De regione

Digitized by Google

De regione quadam ſylueſtri,& prouincia Cap. XLIII.

REcedendo à prouincia Caraiam peruenitur ad deſcenſum quendam,in quo ferè per tres dies itur in præceps,nec eſt ibi ulla habitatio,etiamſi ſit latiſſima quædam planicies,in quam tribus diebus per hebodomadam multi conueniũt homines mercandi gratia. Deſcendũt multi de magnis regionis illius montibus,aurum ſecum deferentes quod pro argento cõmutant, nempe unam auri unciam pro quinque argenti uncijs dantes: unde de exteris nationibus multi illuc ueniunt negotiatores,qui argentũ afferentes aurũ aſportant. Ad montes uero illos excelſos,in quibus illi cum magna ſecuritate habitant qui aurũ in regione illa colligũt,nemo extraneorũ uenire poterit,quũ iter illud inuium ſit,& adeo perplexũ,ut potius teipſum perderes, quàm abſconditos inuenires homines. Poſt hæc uenitur ad prouinciam Mien,quæ à meridie confinis eſt Indiæ, & hæc maxima habet loca ſylueſtria & nemoroſa,in quibus innumeri diſcurrunt elephanti, unicornes, atque aliæ feræ agreſtes,ſed nulla ibi eſt habitatio humana.

De ciuitate Mien & ſepulchro regis, Cap, XLIIII.

ITinere peracto quindecim dierũ peruenitur ad ciuitatẽ quæ uocat Mien, & hæc magna eſt atque nobilis,quippe quæ caput eſt regni, magno ſubiecta Cham. Habitatores eius linguam propriam habent,& ſunt idololatræ. Fuit in hac ciuitate rex prædiues,qui moriturus iuſſit ſibi parare ſepulchrum in hũc modum: In quolibet capite ſeu angulo monumenti fieri iuſſit turrim unam marmoream altitudinis decem paſſuũ, ſpiſſitudinis iuxta proportionem altitudinis ſeruata. In cacumine uero turres illæ rotundæ fieri iubebantur,atq; una earum undiq; auro cooperiri. Super cacumẽ uero turris multę ſuſpendi debebant aureæ campanellæ, quæ ad flatum uenti ſonum quendam redderent. Alia autẽ turris argento debebat operiri, habens in ſua ſummitate campanellas argenteas, quæ ſimiliter tinnitum ederent flante uento. Hoc ſepulchrũ fieri iuſſit pro honore nominis ſui, & ut memoria ſua apud homines nunquam interiret. Et quum magnus Cham ſibi ſubijceret hanc prouinciam Mien, noluit ut exercitus uiolaret ſepulchrũ illud, quod rex ille fecerat ad honorem nominis ſui: nam eſt mos Tartarorũ, ut non præſumãt uiolare ea quæ ſpectant ad pietatem defunctorũ. Sunt in hac prouincia multi elephantes,boues ſylueſtres magni & pulchri, cerui & damulæ,aliaq; diuerſarum ſpecierum animalia ſylueſtria.

De prouincia Bangala, Cap. XLV.

BAngala prouincia à meridie confinis eſt Indiæ, quam magnus Cham nondum ſubegerat,quum ego in curia illius uerſarer,ſed ad expugnandum exercitum miſerat. Habet regio regem proprium atque propriam linguam. Incolæ eius ſunt omnes idololatræ: ueſcuntur carne, riſo & lacte: habent bombicẽ in magna copia,& gratia illius multæ & magnæ fiunt ibi nun

Digitized by Google

dinationes. Abundant etiam ſpico, galaga, zinzibere, ſaccaro, & alijs diuerſis aromatibus. Sunt quoq; ibi maximi boues, qui craſſitudine, ſed nõ altitudine elephantos æquant. Fiunt in hac prouincia multi eunuchi, qui poſtea negotiatoribus uenduntur, diſtrahendi in diuerſas prouincias.

De prouincia Cangigu, Cap. XLVI.

POſt memoratam prouinciam orientem uerſus ſequitur prouincia Cangigu, quæ proprium habet regem, atq; propriam linguam. Incolæ eius idola colunt, & ſunt tributarij magno Cham, Rex eorum habet circiter trecentas uxores, Inuenitur in iſta prouincia aurum multum, & multa aromata, ſed quæ non facile diſtrahi poſſunt, quum regio ipſa longe diſſita ſit à mari. Sunt quoq; in ea elephanti multi, & uenationes multarum ferarum. Incolæ eius uiuunt de carnibus, lacte & riſo. Vino carent, ſed de riſo & aromatibus potum conficiunt bonum. Solẽt tam uiri quàm mulieres pingere acubus facies ſuas, colla, manus, uentres & crura, facientes imagiens Iconũ, draconũ, & auium, adeoq; eas impreſſas firmant, ut non facile aboleri poſſint: & quo quis plures huiuſmodi habuerit imagines, eo pulchrior æſtimatur.

De pronincia Amu, Cap. XLVII.

AMu prouincia ad orientalem ſita plagam, magno ſubiecta eſt Cham cuius incolæ idola colunt, habentq; linguam propriam. Abundãt gregibus animalium, habẽtq; copiam uictualium, & equos multos, eosq; optimos, quos negotiatores in Indiam ducunt. Habent quoq; bubalos multos & boues, quia ſunt illic paſcua delicata. Tam uiri quàm mulieres geſtant in brachijs monilia aurea & argentea magni ualoris.

De prouincia Tholoman. Cap. XLVIII.

PRouincia Tholoman diſtat ad orientem ab Amu itinere dierum octo, ſubiecta magno Cham, habens linguam propriam, & idola colens. Viri & mulieres eius ſunt elegantis forinæ: tametſi bruno ſint colore. Terra cultiſſima eſt, caſtra & ciuitates habens multas & fortes. Viri in armis ſunt exercitati, & ad bella aſſueti. Mortuorum ſuorum corpora comburũt, & oſſium reliquias capſę includentes, in cauernas montium recondũt, ne uel ab homine, uel à beſtia tangi poſſint. Aurum eſt ibi in magna copia, & loco monetæ utuntur auri glebis in mari repertis.

De prouincia Gingui, Cap. XLIX.

AProuincia Tholoman ducit iter uerſus orientem ad prouinciã Gingui, iturq; duodecim diebus iuxta fluuiũ quendam, donec perueniatur ad ciuitatem grandem Sinulgu. Subiecta eſt regio magno Cham, & ſunt incolæ eius idololatriæ addicti. Parãtur in hac prouincia panni elegantes de corticibus arborum, quibus æſtate induũtur. Sunt in ea plurimi leones, ut etiã præ timore eorũ nullus audeat noctu extra domos dormire: nam quoſcunq; inueniunt lacerant atq; deuorant. Naues quæ aſcendunt & deſcendunt per flumen

Digitized by Google

flumen, propter leonum metum ad ripam non ligantur, ſed in medio flumi nis ancoris eiectis retinentur, alioquin leones noctu naues ingrederentur, & quicquid uiuum in eis reperirent deuorarent Et licet leones illi ſint magni & feroces, ſunt tamen in eadem regione canes tam audaces & fortes, ut non ue reantur leones inuadere. Et ſæpe fit ut duo canes & uir ſagittarius equo in ſi dens leonem ſternant: nam quum canes leonem adeſſe ſentiunt, magno la tratu eum inuadunt: præſertim quando ſciunt ſe hominis auxilio fultos, nõ deſinunt mordere leonem in partibus poſterioribus atq; cauda: & licet leo ſę pe rictum illis minetur, huc illucq; ſe uertens, ut illos dilaceret, tamẽ canibus magna cautela ſibi prouidentibus, non facile ab eo læduntur, præſertim quũ inſequens eques tunc leoni iaculum infigere ſtudeat, quãdo canes trucidare conatur. Fugit tamen leo, metuens ne propter canum latratum alij quoq; ca nes & homines prouocentur in eum: & quum arborem apprehendere po teſt, illico confugit ad eam, & ceu tuto fortalitio ea fruitur à tergo, uerſoq; ri ctu contra canes, tota ui ſeſe turatur contra illos. Vir autẽ eques appropians non ceſſat iaculari leonem, donec interficiat: nec aduertit leo iaculantis ictus, donec ruat: uſqueadeo faciunt canes illi negotium. Abundat regio iſta ſeri co, quod per mercatores ad diuerſas portatur prouincias.

De ciuitatibus Cacauſu, Canglu & Ciangli, Cap. L.

REcedendo à prouincia Gingui plures paſſim occurrunt ciuitates & ca ſtra: & ubi abſolueris iter quatuor dierum, offert ſeſe Cacauſu nobiliſſi ma ciuitas, quæ prouinciæ Cathai annumeratur, ſita ad meridiem, & ſerico abundans, unde pretioſi fiunt panni atq; ſindones, auro illis intertexto. Ab hac ciuitate tres numerantur diætæ uerſus meridiem ad ciuitatem aliam ma gnam, Canglu nomine, quæ ſale abundat: nam eſt terra illa ſalſiſſima, & ex ea eliciunt ſal hoc pacto: Congerunt terram in modum collis, & ſuperfun dentes aquam, quæ ſalſuginem terræ attrahat, eam iterum ſub congeſto col le hauriunt, & tam diu iuxta ignem coquunt, donec in ſalis coaguletur denſi tatem. Vltra ciuitatem Canglu itinere quinque dierũ eſt ciuitas alia Ciangli nomine, per cuius medium trãſit fluuius magnus, nauibus mercibus onera tis commodiſſimus: nam eſt illic emporium inſigne.

De ciuitatibus Tadinfu & Singuimatu, Cap. LI.

VLterius procedendo poſt diætas ſex uerſus meridiem peruenitur ad ci uitates magnam Tadinfu, quæ regem propriũ habuit, priuſquã ſubij ceretur magno Cham: & habet quadraginta ciuitates iuriſdictioni ſuæ ſub ditas, quæ omnes elegantiſſima habent uiridaria. Rurſum eundo uerſus me ridiem, abſolutis tribus diætis, peruenitur ad aliam inſignem ciuitatẽ Singui matu nomine, ad quam à meridie magnus quidam currit fluuius, qui à loci incolis in duos diuiſus riuos partim ad orientem uerſus Mangi, & partim ad occidentem uerſus Cathai fluit. Per hos riuos innumeræ nauiculæ cũ mer

Digitized by Google

cibus adducũtur. A Singuimatu ſi uerſus meridiem duodecim diætis cõten das, continue occurrunt ciuitates & oppida, in quibus nundinationes multæ fiunt. Incolæ harum regionum ſunt idololatræ, magno Cham ſubiecti.

De fluuio magno Caromoran, & ciuitatibus Corgangui & Caigui, CAPVT LII.

PRiore continuato itinere peruenitur ad flumen magnũ Caromorã no/ mine, quod ex regno presbyteri Ioannis fluere dicitur. Occupat in lati/ tudine ſpatium unius milliaris: profunditas uero eius eſt tanta, ut oneratę na ues per ipſum aſcendere & deſcendere queãt: abundat etiam piſcibus. Haud longe ab oſtio huius fluminis, ubi, ſcilicet, ruit in oceanũ, ſunt circiter quinde cim millia nauiũ, quas illic inſtructas habet magnus Chã, ut ſi neceſſitate in gruente nauigandum ſit ad inſulas maris, exercitus per paratas naues facile adduci poſſit. Harum nauiũ plurimæ ſunt tam magnæ, ut quindecim ferre poſſint equos, ac eorum ſeſſores, cum uictu & pabulo illis & iſtis neceſſario. Nautæ uero circiter uiginti ſunt in qualibet naui. Porrò iuxta ſtationem illa/ rum nauium duæ ſunt ciuitates iuxta fluminis ſitę ripam, quarũ una dicitur Corgangui & alia Caigui. Traiecto uero illo flumine, mox uenit in nobiliſſi mam prouinciã Mangi, cuius præconiũ explicabit in ſequentibus capitibus.

De prouincia Mangi, & pietate atq; iuſtitia regis, Cap. LIII.

HAbuit prouincia Mangi, regem quendam Facfur nomine, diuitẽ & po tentem, quo præter magnũ Cham nullus in regionibus illis maior in ueniebatur. Regnum eius fortiſſimũ erat, & inexpugnabile putabatur, ut ne mo ipſum inuadere præſumpſerit. Vnde factum eſt, ut tam rex quàm popu lus bellorum & armorum uſum & exercitum amitterent. Erant ſingulæ ciui tates foueis atq; foſſatis latiſſimis aqua redundantibus cinctæ. Carebant e/ quis, quia neminem timebant. Hincq; factum eſt, ut rex genio plus æquo in dulgens, delicijs frueretur cõtinuis. Alebat domi circiter mille domicellos, & aliud ſatellitium magnum & honorificũ habuit. Fouebat tamẽ iuſtitiam, cõ ſeruabat pacem, & diligebat miſericordiam. Nemo audebat proximũ offen/ dere, & fraternã pacem interturbare, alioquin pœnam luiſſet. Tanta erat in regno illo cõcordia, ut artifices ſępe noctu dimitterent officinas ſuas apertas, & tamen nemo præſumeret intrare. Viatores & peregrini tutiſſimi per totũ illud regnũ ambulabant die ac nocte, nullum metuẽtes hominẽ. Erat quoq; rex ipſe pius & miſericors in pauperes, & non deſerebat eos qui neceſſitate premebãtur, aut penuria laborabãt. Colligebat præterea ſingulis annis pue ros & infantes à matribus ſuis abiectos, aliquãdo circiter uiginti millia, & eos ſumptibus ſuis nutriri faciebat: nam in regione illa pauperes mulieres cõmu niter à ſe abdicant atq; abijciunt proprios natos, ut ab alijs collecti enutrian tur. Rex tamẽ infantes, quos ſic colligi iubet, tradit diuitibus quibuſq;, quos in regno ſuo habet: præſertim illis qui liberis carent, & ut in adoptionis ſuſci

piant

piãt filios mandat. Eos uero quos ipſa nutrit, matrimonio tradit puellis eiuſdem conditionis, quas, ſcilicet, in pueritia à parentibus reiectas colligi fecit, & commodum ſuppeditat uictum unde uiuant.

Quomodo Baian princeps exercitus magni Cham expugnauit prouinciam Mangi, Cap. LIIII.

ANno ab incarnatione domini M. CCLXVIII. magnus Cham Cublai inhians prouinciæ Mangi, hoc modo eam expugnauit, atq; ſuo ſubiecit imperio. Miſit exercitum maximũ ex equitibus & peditibus conflatum, illiq; ducem pærfecit Baian Chinſan, quod ſonat, lumina centum oculorũ, quaſi Baian centum habens oculos. Hic itaq; cum exercitu ſuo ad prouinciã Mangi perueniens, primo obſedit ciuitatẽ Conigangui, & ut imperatori ſuo obedientiam pollicerentur poſtulauit. Quibus id recuſantibus, receſſit, nulla ciuitati illata iniuria: atq; idem requiſiuit à ſecunda ciuitate. Qua ſimiliter recuſante, proceſſit ad tertiã, & deinde ad quartam & quintã, & ab omnibus ſimile accepit reſpõſum. Sextã uero aggreſſus eſt ciuitatẽ cum audacia multa: & hac ui expugnata cõtra alias proceſſit, breuiq; tẽpore duodecim obtinuit ciuitates: nã habuit in exercitu uiros ſtrenuos & fortes, optimosq; bellatores Ad hoc miſit magnus Cham poſt illum exercitũ, aliũ grandẽ priore nõ infirmiorẽ: ſicq; factũ eſt ut cõtremuerint corda uirorũ Mangi, atq; diſſoluerentur. Baian uero mouit exercitũ contra metropolim Quinſai, ubi curia erat regis Mangi. Rex itaq; Mangi uidens Tartarorũ audaciã & fortitudinẽ, uehemẽter expauit, conſcenſaq; naui cũ maximo comitatu ad inſulas quaſdam inexpugnabiles ſe recepit habẽs ſecũ circiter mille naues, cõmittens reginæ cuſtodiam ciuitatis Quinſai, atq; magnũ in eam collocans præſidium. Regina uero uirilem induens animũ prudenter ſe geſſit, atq; nihil eorũ omiſit, quæ ad ciuitatis defenſionẽ neceſſaria uidebantur. Et quum audiret ducem exercitus Tartarorum uocari Baian Chinſan, id eſt, centũ oculi, plurimum territa eſt, elanguitq; uirtus eius: præſertim quum audiſſet ab aſtrologis ſuis atq; Magis, ciuitatem Quinſai à nullo expugnandam, quàm ab eo qui centum haberet oculos. Et quoniam cõtra naturam eſſe uidebatur, ut quiſquam hominũ centũ haberet oculos, & ducis illius nomen præſagio quadraret, fato nolens repugnare, uocato duce exercitus Tartarorum, tradit illi libere ciuitatem & regnum. Quo audito, totius regni ciues & incolæ ad magni Cham defecerunt obedientiam, excepta ciuitate una Sanifu nomine, quæ per trienniũ ad dedi tionem cogi nõ potuit. Regina uero migrauit ad curiam magni Cham, maximoq; ab illo ſuſcepta eſt honore. Vir autem eius rex Mangi in inſulis perſeuerans, reſiduum uitæ in illis conſumpſit.

De ciuitate Conigangui, Cap. LV.

CIuitas prima, quæ prouinciã Mangi ingrediẽtibus occurrit, uocatur Conigangui, & eſt magna, inſignis, atq; opibus pollens, iuxta flumen Ca-

Digitized by Google

romoram sita. Sunt ibi naues in maxima multitudine, Fit etiam ibi sal in magna copia, ut quadraginta ciuitatibus sufficiat, de quo magnus Cham magnum habet emolumentum. Incolæ huius ciuitatis, & omnium circumiacentium locorum idololatræ sunt & comburunt corpora mortuorum.

De ciuitatibus Panchi & Cain, Cap. LVI.

VLtra ciuitatē Conigangui uersus Sirochum uentum itinere unius diei est ciuitas Panchi grandis & insignis, in qua mercatura magna exercetur: & est in ea serici atq; uictualium magna copia. Recipitur per eam regionem moneta magni Cham. Porrò uia quæ ducit à ciuitate Conigangui, ad ciuitatem Panchi, pulchris constrata est lapidibus, ad dextram & ad sinistrā fluentis decurrenibus: nec aliunde patet accessus in prouinciam Mangi, nisi per uiam istam. Ab ista ciuitate Panchi ad ciuitatē Cain est iter unius dici: & hæc quoq; insignis est ciuitas, abundans piscibus & uenatione bestiarum atq; auium: præsertim phasiani in maxima ibi inueniuntur copia.

De ciuitate Tingui, Cap. LVII.

PRocedendo hinc per iter unius dici perucnitur ad ciuitatē Tingui, quæ tametsi magna non sit, habet tamen uictualium maximā copiam. Sunt etiam ibi plurimæ naues: nam haud longe ab oceano est sita: & intermedio spatio salinæ sunt plurimæ, positaq; est iuxta illas memorata ciuitas Tingui. Recedendo uero ab hac ciuitate itinere unius diei uersus Sirochum occurrit pulchra ciuitas in pulcherrima sita regione, sub cuius præfectura sunt aliæ ciuitates multæ, numero uiginti septem. Et ego Marcus iussione magni Chā tribus annis in hac ciuitate egi præfectum.

Quomodo ciuitas Sianfu cum machinis fuit capta, Cap. LVIII.

AD occidentalem plagā est regio quædam Nauigui nomine, opulenta & amœna, in qua multi fiunt panni ex auro & serico, & ubi magna frumenti est copia. Ciuitas præcipua illius regionis Sianfu uocatur, habetq; duodecim alias ciuitates sibi subiectas. Hæc ciuitas tribus annis obsessa expugnari nō potuit ab exercitu Tartarorū, quū subiugaretur prouincia Mangi: nam undiq; cingitur aquis & lacubus, ut nulla ex parte aditi potuerit, quam ab Aquilone. Interea uero quo à Tartaris obsidebat, continue accedebāt & recedebant naues uictualium copiam adducentes: quod non parum affligebat magnum Cham. Illo enim tempore ego & pater meus atq; patruus fuimus in imperatoris aula: unde accedentes eum, consuluimus & indicauimus illi, si nobis obremperaret, quo pacto urbs breui capi atq; expugnari posset, machinis, scilicet quibusdam, quarū usus in regione illa non fuit. Quo assentiente, parari fecimus per fabros lignarios Christianos, quos nobiscū habuimus, tres machinas seu catapultas tantæ magnitudinis, ut quælibet earū excuteret lapidem trecentarū librarū: quas nauibus impositas misit rex ad exercitum suum. Erigentes igitur eas ante ciuitatē Sianfu, proijcere cœperūt lapides gran

des grandes in ciuitatẽ: & primus cadens ſuper domum quandam, impetu ſuo illam pro maiori parte confregit. Quod uidentes Tartari ciuitatem obſidentes plurimũ obſtupuerunt. Hi uero qui intra ciuitatẽ erant uidentes tantum illis ab hoſte imminere periculum, ut etiam intra mœnia & in domibus ſuis tuti non eſſent, magno concuſſi ſunt terrore: & ne ciuitas tota lapidũ iactu deſtrueretur, & homines quoque opprimerentur, deditionem fecerunt, magnicꝙ Cham ſe ſubdiderunt obedientiæ.

De ciuitate Singui, & flumine quodam magno, Cap. LIX.

A Ciuitate Sianfu quindecim numerantur milliaria ad ciuitatẽ quandã Singui nomine, quæ tametſi magna non ſit, habet tamen maximã nauium multitudinẽ, ad ripam ſita maximi fluuij, quo maior in orbe nõ putatur, nomine Quiam: nam latitudo eius in quibuſdã locis habet milliaria decem, in alijs octo, & in quibuſdam ſex. Longitudo uero eius patet itinere centum dierum. Fluitant in hoc amne naues ſine numero. Putares in toto mundo tot naues non reperiri. Eſt autẽ in hac urbe emporium celebratiſſimum, & magna uis mercium per fluuium adducitur. Sunt & aliæ ciuitates plurimæ numero circiter ducentæ ad ripam huius fluuij extructæ: nam fluit per terminos ſedecim prouinciarũ: nec eſt ulla earum quæ non quinꝙ millia nauium habeat. Maiores uero harum regionũ naues ſunt ſingulæ uno cooperta ſolario: nec habet ulla nauis plures quàm unũ malum pro uelo expandẽdo. Canabeis funibus nõ utunt, niſi pro malo et uelo: ſed pilorchas, ſeu chordas faciunt de arundinibus magnis, quibus naues quandoꝙ per flumen trahuntur. Scindunt autẽ arundines illas magnas quæ quindecim in longitudine continent paſſus, & ſciſſuras colligantes & contorquentes, funes longiſſimos faciunt, ut quidã longitudinẽ cõtineant trecentorum paſſuũ. Et ſunt pilorchæ illæ fortiores funibus canabeis. De ciuitate Caigui, Cap. LX.

CAigui ciuitas quædam parua eſt, ſupra memoratũ fluuiũ uerſus Sirochum ſita, & creſcit in agro eius tanta uis bladi & riſi, ut inde ad curiam magni Cham deuehatur: nam ſunt inter utrũꝙ locum multi lacus & fluuij qui induſtria magni Cham in unum ferè contracti riuũ, nauibus ituris & redituris congruã præbent ſemitã: tametſi aliquando naues ſint exonerandæ, & frumenta per terram portanda, donec ad alium perueniatur lacũ, ubi rurſum in naues recipiant & ulterius deducant. Iuxta ciuitatẽ Caigui inſula quædã eſt in medio fluminis ſita, in qua monaſteriũ eſt monachis plenum, qui idolis ſeruiunt: & eſt monaſteriũ illud caput omnium monaſteriorũ quę idolorũ ſeruitio ſunt conſecrata. De ciuitate Cingianfu, Cap. LXI.

CIngianfu ciuitas eſt in prouincia Mangi ſita, in qua opera multa fiũt ex auro & ſerico. Sunt in ea eccleſiæ Chriſtianorũ Neſtorianorũ, quas ædificauit Marſarcis Neſtorianus, qui à magno Cham in ciuitate illa præſulatum obtinuit, anno, ſcilicet, domini M.CCLXXXVIII.

De ciuitate Cingingui, & interfectione ciuium eius, Cap. LXII.

POst receſſum à ciuitate Cingianfu itinere trium dierum peruenitur ad ciuitatem Cingingui, occurrentibus in itinere multis ciuitatibus & oppidis, in quibus mercantiæ fiunt, & artificia multa exercentur. Eſt autē Cingingui ciuitas magna & opulenta, omnibus abundās victualibus. Quū Baiam dux militiæ Tartarorū expugnaret prouinciā Mangi, miſit multos Chriſtianos qui dicebantur Alani cōtra hanc ciuitatem, qui tam acriter eam impugnare cœperunt, donec ciues eius deditionem liberam fecerunt. Ingreſſi igitur ciuitatem, neminem læſerunt, quum ſponte magni Cham dominio ſe ſubiecíſſent. Inuenientes autem in ea ciuitate uinum optimū, idq; in magna copia, bibere cœperunt tam largiter, donec omnes inebriati ſunt: & nocte mox inſequenti omnes ſopore preſſi, nullam cōſtituerūt cuſtodiam. Quod uidentes ciues, qui prius illos in pace ſuſceperūt, ſubito irruentes in dormientes, omnes interfecerunt nullo euadente. Baian uero hoc audiens, miſit alium exercitū magnum contra ciues illos, qui breui ciuitatem expugnans, in uindictā proditionis & infidelitatis omnes interfecit, nullo ſuperſtite relicto.

De ciuitate Singui, Cap. LXIII.

SIngui ciuitas magna et egregia, cōtinet in circuitu milliaria circiter ſexaginta. Eſt in ea magna populi multitudo, ſicut & tota prouincia Mangi populoſiſſima eſt, ſed nō bellicoſa: uerum habet mercatores & artifices multos: habet quoq; medicos cōplures atq; philoſophos. In ciuitate Singui ſunt pōtes lapidei circiter ſex millia, tam altos habētes fornices, ut magnę naues ſine mali indinatione tranſire poſſint. Creſcit in montibus huius ciuitatis reubarbarum & zinziber in maxima copia. Habet hæc ciuitas ſub ſua iuriſdictione ſe decim ciuitates, in quibus multæ fiunt mercantiæ, atq; plurima execentur artificia. Ciues eius indumentis ſericis utuntur, necnon plurimi panni ex ſerico ibi parantur. Porrò uocabulum Singui lingua eorum ſonat ciuitatem terrę, ſicut etiam aliam habent urbem, quam uocant Quinſai, id eſt ciuitas cœli. q; hæ duæ urbes nobiliſſimæ ſint in partibus orientis.

De nobili ciuitate Qninſai, Cap. LXIIII.

DIſtat ab urbe Singui quinque dierum ſpatio alia urbs inſignis nomine Quinſai, quod ſonat ciuitatē cœli: & eſt tā magna, ut maior in orbe nō putetur. Et ego Marcus fui in hac ciuitate, & omnia diligenter luſtraui, aduertens conſuetudines eius & mores populi: & quæ illic uiderim breuiter & fideliter referam. Continet circuitus huius urbis in gyro milliaria circiter centū: pontes uero lapideos habet duodecim millia, eoſq; tam altos, ut naues magnæ erecto malo pertranſire poſſint. Fundus autem ciuitatis eſt in loco paludinoſo ferè ut Venetiæ: unde ſi careret pontibus, de uico ad uicum peruenirí non poſſet. Habet artifices innumeros, atque plurimos mercatores, ut incredibile putaretur, ſi numerum illorum recenſerem. Magiſtri artifices

non

Digitized by Google

non operantur, sed habent ministros quos ad hoc instituunt. Homines ciuitatis in magnis uiuunt delicijs, & præsertim mulieres, unde & cæteris formosiores apparent. Versus meridiem est lacus magnus intra mœnia urbis, qui triginta milliaria in circuitu suo continet, habens in litore plurimas domos nobilium, foris & intus ornatas. Sunt quoque ibi delubra idolorum. In medio uero lacus sunt duæ paruæ insulæ, & in qualibet est elegantissimũ castrum seu palatium, in quibus continentur præparamenta & uasa quæq; necessaria pro nuptijs & solennibus conuiuijs. Nam quicũq; ciues insignia uolunt celebrare conuiuia, illuc inuitatos ducunt, & cum honore suscipiunt. In hac ciuitate Quinsai sunt pulcherrimæ & elegantissimæ domus. Sunt quoq; per uicos plurimæ publicæ turres, in quas tempore cõflagrationis uicini quique res suas portant atq; ab incendio saluant: nam habet urbs plurimas ligneas domos, & nõ raro fit ut ignis aliquas earum absumat. Ciues eius adorant idola: comedunt carnes equorum, canum, & aliorum immundorũ animalium: moneta utuntur magni Cham. Collocauit magnus Cham in hãc urbem maximã custodiam, quò rebellio caueatur, atq; furta & homicidia arceantur: in quolibet enim ponte interdiu & noctu decẽ habentur custodes. Est mons quidã intra mœnia huius urbis, qui sustinet turrim, in cuius cacumine sunt tabulæ ligneæ, quæ in hunc usum illic seruantur, ut quamprimũ ignis in urbe conflagrauerit, custodes malleo percutiant eas tabulas, cuius sonitu, qui per totam auditur urbem, excitati ciues concurrunt, & ignem restinguunt. Pulsantur etiam hæ tabulæ, quãdo in urbe tumultus aliquis & populi commotio nascitur. Omnes plateę ciuitatis lapidibus sunt constratæ, unde fit ut mundissima sit. Inueniuntur etiã in ea circiter tria millia thermarũ, quibus homines pro abluendis corporibus utuntur: nam hoc unũ gens illa studet, ut sit munda corpore. Distat hæc urbs orientem uersus ab oceano uiginti quinq; milliaribus, ubi in litore maris sita est ciuitas Cansu, portus commodissimus, ad quem locum infinitæ conueniunt naues ex India & alijs regionibus. A' Quinsai uero transit fluuius ad portum illum, per quem magna uis merciũ adducitur. Prouincia Mangi quum sit latissima, diuisit eam magnus Cham in nouem regna, cuilibet proprium assignando regem. Et hi reges omnes sunt potentes, sed magno Cham subiecti, cui etiam singulis annis de omnibus regnorũ prouentibus aliquid soluunt & rationẽ reddunt. Et unus illorum moratur in urbe Quinsai, habetq; sub ditione sua centũ & quadraginta ciuitates. Habet autem uniuersa prouincia Mangi mille & ducentas ciuitates, & in singulis posita sunt à magno Cham præsidia, ne rebellare audeant. Sunt uero custodes illi colluuies quædam multarum gentium, & stipendiarij undecunq; cõducti, ex diuersis exercitibus magni Cham delecti. Est in regione illa, & præsertim in prouincia Mangi, diligens obseruatio motuum cœlestium, ut etiam cuiuslibet nascentis pueri horoscopum accuratissime

Digitized by Google

tiſſime obſeruent, aduertentes diem & horam natiuitatis, & quis planetarū tunc dominium principale habuerit: his enim reguntur aſtrologorum indicijs in cunctis factis & itineribus ſuis. Eſt etiam cōſuetudo in hac prouincia, quum quis moritur, conſanguinei eius canabeis induti ſaccis, extinctum corpus cum magno cantu efferunt, & pingūt in chartis imagines ſeruorum, ancillarum, equorum, & denariorum, & ea omnia comburunt cum cadauere, credentes quòd defunctus his omnibus in alia uita fruiturus ſit, atq; tale habiturus ſatellitium, quod illi obſequatur. Poſtea pulſant uaria inſtrumenta muſica, dicentes quòd dij ſui cum tali honore & pompa eos ſuſcipiunt, qualis illis in combuſtura ab amicis & propinquis exhibetur. In hac ciuitate Quinſai eſt palatium quoddam magnificum, in quo Facfur prouincię Mangi olim rex, curiam ſuam habuit, Extremus murus qui caſtrū illud per quadrum cingit, continet in ſuo ambitu milliaria decem, habetq; competentem altitudinem. Intra hunc murum ſunt uiridaria pulcherrima cum fructibus delicatiſſimis. Sunt quoq; ibi fontes & uiuaria piſcibus redundantia. In medio uero eſt palatium illud regium ampliſſimum quidem & pulcherrimum, quale uix in toto orbe inuenitur, habens uiginti aulas ęqualis magnitudinis, in quibus ſingulis decem millia hominum ſimul diſcumbere poſſunt. Sunt etiam omnes iſtæ aulæ regio more pictæ & ornatæ. Cæterum familiæ, qualem pater cum filijs, uxore & reliqua familia conſtituit, putantur eſſe in urbe Quinſai ſexcenta millia. Vna ſolum in ea eſt eccleſia Chriſtianorum Neſtorianorū. Eſt etiam conſuetudo in hac urbe & tota prouincia Mangi, ut quilibet paterfamilias ſcribat ſuper oſtium domus ſuæ nomen ſuum, & nomina uxoris atque totius familiæ ſuæ, ſed & numerum equorum ſuorum. Et quū aliquis moritur ex familia ſua, aut quum domiciliū mutat, delet nomē mortui aut diſcedentis, & adſcribit nomen recenter nati, aut in familiam ſuā coptati: & per hunc modum abſq; magna difficultate ſciri poteſt numerus hominum totius ciuitatis. Similiter hoſpites & tabernarij ſcribūt in tabulis ante oſtium expoſitis, nomina uiatorum & hoſpitum, qui ad diuerſoria ipſorū declinauerint, & quo menſe atque die ingreſſi ſint.

De prouentibus qui magno Cham in urbe Ruinſai & prouincia Mangi penduntur, Cap. LXV.

EXigit Cham magnus ſingulis annis de ſale quod paratʳ in urbe Quinſai & terminis eius myriades octoginta aureorum. De rebus etiā alijs, præſertim mercibus, tantam recipit uim pecuniæ, ui uix numerati poſſit. Habet prouincia maximam copiam ſaccari, & aliarum multarum ſpecierū aromaticarum. Recipit autem magnus Cham de centum menſuris aromatū, tres & dimidiam, Idem facit de reliquis mercatorum bonis. De uino quoque quod ex riſo & aromatibus conficiunt, non patuum habet emolumentum. Similiter ab artificibus, præſertim duodecim generum habet commodum ſuum,

Digitized by Google

dum ſuum. De ſerito autem, cuius in prouincia Mangi maxima eſt copia, de centum ulnis decem exigit. Ego Marcus ſemel audiui computum fieri ſingulorum reddituũ, qui magno Cham penduntur annuatim in regno Quinſai, quod eſt nona pars prouinciæ Mangi: aſcenditq; ſumma omnium, ſale tamen excepto, ad quindecim millia millium aureorum, atq; ſexcenta millia.

De ciuitate Tampingui Cap. LXVI.

PRogrediendo à ciuitate Quinſai, & eundo uerſus Sirochum, cõtinue inueniuntur uiridaria pulchra & optime culta, donec unius diei itinere expleto perueniatur ad ciuitatem Tampingui, inſignem & pulcherrimam. Vltra hanc ciuitatem tribus diebus uerſus Sirochum eundo, inueniũtur ciuitates & caſtra in maximo numero, ut à longinquo cõſpecta uiatori quaſi una urbs magna eſſe uideatur, tanta uicinitate ſunt cõiuncta. Eſt ibi uictualium magna copia. Creſcunt quoq; ibi maximæ arundines longitudinis quindecim paſſuum: in circumferentia uero continent quatuor palmos. Procedendo ultra, triduiq; confecto itinere, occurrit Gengui, ciuitas grandis & pulchra, ultra quam per Sirochum eundo plurimæ aliæ uiatori ſeſe offerunt ciuitates & caſtra. Sunt etiam in ea regione multi leones, magni & feroces. At uerueces nulli reperiuntur in ea, ſicut nec in prouincia Mangi, ſed boum, caprearum, hircorum & porcorum ibi magna eſt copia. Itinere quatuor dierũ conſummato, occurrit alia inſignis ciuitas Ciangiam nomine, in monte ſita, qui mons fluuium quendam in duas ſecat partes, quæ paulo poſt in oppoſitas tendunt plagas. Vlterius procedendo itinere trium dierum inuenitur ciuitas Cugui, quæ ultima eſt in regno ciuitatis Quinſai.

De regno Fugui, Cap. LXVII.

RElicta à tergo ciuitate Cugui, patet ingreſſus in regnum Fugui, in quod ſi pedem moueris itinere ſex dierum, eundum eſt per montes & ualles, multis tamen occurrentibus ciuitatibus & caſtris. Habet regio illa copiam uictualium: habet etiam uenationes plurimas beſtiarum & uolucrum: habet denique plurimos leones. Creſcit ibi zinziber in magna copia: creſcit quoque flos quidam haud diſſimilis croco, alterius tamen ſpeciei, ſed qui croci præſtat uſum. Comedũtur in hac regione humanæ carnes cũ magna uoluptate, dummodo homines illi non morbo aliquo occubuerint. Quando ad bellum procedunt, quilibet ferro calido inurit ſibi in fronte ſignũ, nec ullus eorum equum ducit ad bellum, præter ducem exercitus. Vtuntur lanceis & ſpatis: & quos in bello perimunt, eorum bibunt ſanguinem, & comedunt carnes: nam ſunt homines crudeliſſimi.

De ciuitatibus Quelinfu & Vnquen, Cap. LXVIII.

ITinere ſex illorũ dierũ cõpleto de quo iã diximus pueniẽt ad ciuitatẽ Quelinfu nomine, quę magna eſt et celebris, ſita ſuper fluuiũ quendã, q iuxta ciuitatis mœnia labẽs tres habet lapideos pontes, marmoreis ſupne ornatos columnis,

Digitized by Google

columnis. Hi pontes in latitudine continent octo passus, & in longitudine mille. Abundat in illa ciuitate sericum, zinziber, & galanga. Viros & mulieres habet eximiæ pulchritudinis. Inueniuntur ibi gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent ut catti, nigri, scilicet, coloris, sed oua edunt optima. Et quoniam regio illa plena est leonibus, periculosum est per eã ambulare. Ab hac ciuitate spatio quindecim milliariũ est alia ciuitas Vnquen nomine, ubi saccarum in maxima crescit copia, & hinc portatur ad curiam magni Cham, quæ, scilicet, est in ciuitate Cambalu.

De ciuitate Fugui, Cap. LXIX.

PRocedẽdo ultra per milliaria quindecim, occurrit, ciuitas Fugui, quæ metropolis & caput est in regno Concha, quod unum è nouẽ illis est regnis in quæ prouincia Magni est taxata. Moratᷓ magnus exercitus magni Cham in hac urbe, ad tuendum prouinciam & ciuitates eius, & ad reprimendum factiosos homines, qui parati sunt rebellionem mouere contra imperatorẽ. Transit per medium huius ciuitatis ingens quidam fluuius, cuius riuus in latitudine unum occupat milliare. Et quoniam urbs ista parum distat à mari oceano, est ibi insigne emporium, ad quod ex India portantur plurimæ margaritæ, & alij lapides pretiosi. Est quoque in ea urbe maxima saccari copia, & uictualium sufficientia.

De ciuitatibus Zarten & Figui, Cap. LXX.

TRaiecto memorato fluuio, itur quinque dierum itinere uersus ciuitatem Zarten, & nullibi non occurrunt uel ciuitates, uel castra. Abundat regio illa uictualibus, habetq; montes & nemora: ex nemorum arboribus colligitur pix. Ciuitas uero Zarten grandis est ualde, habetq; portum optimum, ad quem naues Indianæ mercibus onustæ ueniunt sine numero: est enim illic unum de maioribus emporijs quæ in mundo inueniuntur: nam piper & aromata, quæ Alexandria ad partes mittit Christianorũ, hæc ab illo emporio Alexandriam deferũtur. Penditur magno Cham in hac urbe uectigal immensum: nam nulla adduchitur nauis, à qua nõ habeat maximum commodum: parum enim abest quin cuiuslibet speciei aromaticæ media pars sit illi soluenda. Est etiam in hac regione ciuitas quædam Figui nomine, quæ celebris habetur in partibus illis, ob pulchras scutellas quæ in ea fiunt. Habet quoque ipsa prouincia linguam propriã. Hæc tandem de prouincia Magni dicta sufficiant: & licet de nouẽ eius regnis duo duntaxat explicuerimus, consulto tamen alia prætermimus, stylum ad Indiam tor

quentes, in qua aliquanto fuimus tempore, & plurima quæ in ea inueniuntur mirabilia, coràm positi uidimus, atq; ut ita dicam, manibus contrectauimus.

Digitized by Google

MARCI PAVLI VENETI DE ORIENTALIBVS REGIONIBVS, LIBER III.

Quales naues in India sint, Cap. I.

IN hoc tertio libro Indiæ regionē descripturi, à nauibus eius exordium faciemus. Maiores naues quibus Indi per mare utuntur, ut plurimum de abiegnis factæ sunt lignis, habentq; solarium unū, quod nostrates nautę operimentum uocāt, supra quod circiter quadraginta sunt mansiunculæ pro mercatoribus paratæ. Habet nauis una unū gubernaculum, quatuor malos & totidem uela. Tabulæ clauis ferreis firmissime compactæ sunt, & fissuræ quæq; stupa obfirmatæ. Et quoniam pice in his regionibus carent, linunt naues suas oleo cuiusdam arboris calce mixto. Sunt in magnis nauibus circiter ducenti uiri, qui eam remis per mare ducant. Capit uero nauis una quasi sex millia sportarum piperis. Adhærent quoq; his magnis nauibus aliæ nauiculæ, quæ piscationi & ancoris iaciendis inseruiunt.

De insula Zipangri, Caput II.

ZIpangri insula in alto mari sita, distat à litore Mangi per mille millia/ria atq; quingenta, & est magna ualde. Habitatores eius albi sunt, & decentis statutæ, idola colentes, & proprium habētes regem, nulli tributarij. Est ibi aurum in maxima copia, sed rex non sinit illud extra insulam facile portari: & hæc causa est quod pauci mercatores ad illam concedunt prouinciam. Rex insulæ palatium habet magnificum, cuius tectum aureis operitur bracteis, non secus quàm apud nos magnæ domus plumbo uel cupro operiuntur. Superficies quoq; superior aularum & conclauium aureis laminis dicitur tecta. Inueniuntur illic margaritæ in magna copia, rotundæ & crassę rubei coloris, quæ albas in pretio & ualore longe præcellūt. Sunt quoq; ibi alij lapides pretiosi, qui unà cum auro insulam ditissimam reddunt.

Qualiter magnus Cham misso exercitu contendit pro insula Zipangri expugnanda, Caput III.

MAgnus Cham Cublai quum audisset insulā Zipangri tantis pollere diuitijs, cogitare cœpit quomodo eā suo subiugaret dominio. Missis igitur duobus ducibus, quorū unus Abatan, & alter Nonsachum uocabat, duos magnos exercitus destinauit, qui eam expugnarent. Hi itaque à portu Zarten & Quinsui soluentes cum multis nauibus, & magno equitum atque peditum apparatu, nauigauerūt uersus insulam Zipangri, & ingressi in eam multa damna intulerunt uillis & castris in planicie sitis. Et antequam subiugarent insulam, ortum est inter eos pernicioſum dissidium, ut neuter alterius obtemperaret uoluntati & consilio: quo factum est ut in nulla re prosperum haberent successum. Nam nec urbem aliquā, aut ullum castrum præter unū

Digitized by Google

expugnare potuerunt. Expugnato autem illo unico castro, omnes qui ad custodiam eius à rege Zipangri deputati erant, iussi sunt à duce exercitus gladio feriri: inter quos octo fuerũt, qui lapides quosdam pretiosos in brachijs ligatos gestabant, tam efficacibus diabolicis inauguratos incantationibus, ut nullo modo uulnerari aut occidi ferro potuerint, quãdiu illos lapides secũ portarent. Et consilio adinuento, ligneo fuste percussi, interierunt.

Franguntur naues Tartarorum, & multi submerguntur, Cap. IIII.

ACcidit uero quadam die, ut magna in mari oborta tempestate, Tartarorum naues graui collisione ad terram & ripam maris quassarentur. Et consulentibus nautis, elongantur naues à terra, in quibus utercq; Tartarorum erat exercitus, sed procellis maris uehementius sæuientibus, franguntur plurimæ naues & quidã submerguntur, sed plures correptis tabulis & lignis ad insulam quandam paruam, à qua haud longe aberãt, quæq; non multũ distabat ab insula Zipangri, natando peruenerunt. Alij uero quorum naues integræ manserunt, ad propria redierunt. Porrò eorum qui factis nauibus incolumes ad insulam peruenerunt, fuerũt circiter triginta millia. Et quoniam naues non habebant quibus hinc discederent, nec uictualia illis insula suppeditaret, quippe quæ ab hominibus non habitabatur, nihil præter mortem expectabant.

Qualiter Tartari mortis euadunt periculum, & in Zipangri insulam redeunt, Caput V.

MAris uero tempestate sedata, habitatores insulæ Zipangri cum multis nauibus & grandi exercitu uenerunt cõtra inermes Tartaros in insula ad quã natando appulerũt, uagantes, eosq; in uniuersum trucidare moliuntur, quippe qui omni auxilio destituti erant. Relictis itaq; in litore nauibus, terram ingrediuntur hostem quæsituri. At illi prudenter aspectum Zipangriorum fugientes, delitescunt haud longe à litore maris, tantisper expectantes, donec illi in terram effusi à nauibus sese elongauerunt: & subito prorumpentes naues apprehendunt, & ingressi eas ab insula salui recedunt, dimissis Zipangrijs in insula. Et rectà contendentes ad insulam Zipangri, acceptis hostium uexillis, quæ in nauibus inuenerunt, processerũt ad principaliorem insulæ ciuitatem. Cuius habitatores ut uiderũt suæ gentis uexilla, existimabant suos cum uictoria reuerti, & egressi illis obuiam, hostẽ incaute in ciuitatem intromittunt. Qua potiti, omnes qui in ea fuerũt, præter paucas mulieres, expulerũt.

Stratagema

Quomodo Tartari ab obtenta ctuitate iterum excluduntur, Cap. VI.

REx uero Zipangri his auditis, mox alias conducit naues, & exercitum in insula conclusum reducit, atq; obsidet ciuitatẽ quam occuparunt Tartari, tantaq; diligentia omnes ciuitatis introitus & exitus custodit, ut nullus ad hostem ingredi nec ullus egredi ualuerit. Id enim in primis cauendum docebat,

Digitized by Google

cebat,ne induſi Tartari magno Cham principi ſuo quod acciderat indicare poſſent,alioquin de inſula actum fuiſſet. Manet itaq; hoſtis incluſus & obſeſſus ſeptem menſibus:& uidentes ſe omni auxilio deſtitutos,reſtituũt regi Zipangri ciuitatem,liberiq; & ſalui ad propria redierunt. Et hæc geſta ſunt anno domini M.CCLXXXIX.

De idololatria & crudelitate uirorum Zipangri, Cap. VII.

COlunt uiri Zipangrĩ uaria idola,quorum quædam habent caput bouis,quædam caput porci, & quædã caput canis atq; aliorũ diuerſorum animalium.Snnt etiam quædam quæ habent quatuor facies in uno capite: alia tria capita,unum ſuper collum,& duo alia ſuper utrunq; humerum.Sũt rurſus quædam quæ quatuor habent manus, alia uiginti, & alia centum. Et quod plures habuerit manus,maioris putatur ueritatis. Et quum incolæ interrogantur, unde hanc habeant traditionem,reſpondere ſolent, ſe patres ſuos in hoc imitari,nec aliud credere debere quàm quod ab illis acceperunt. Eſt etiam hæc conſuetudo apud Zipangrios, quando hominem extraneum capiunt,ſi ille poteſt ſe pecunia redimere,dimittunt eum: ſi autẽ pretium non habet quo ſe liberet,occidũt illum & coctum deuorant,conuocantes ad conuiuium illud conſanguineos & amicos quoſq;.

De uarijs inſulis regionis illius,atq; fructibus earum, Cap. VIII.

IN litore maris oceani, in quod deſinit ab oriente prouincia Mangi ,circa inſulam Zipangri plurimæ inueniuntur paruę inſulę,quę à nautis numeratæ putantur eſſe ſeptem millia quadringentæ & quadraginta octo,quarũ maior pars ab hominibus habitatur.Nec eſt ulla in qua non creſcant arbores odoriferæ atq; uirgulta ſuauem ſpirantia odorem . Inueniuntur ibi aromata in maxima copia. Verum negotiatores extranei illuc non ueniunt. niſi habitatores Mangi;qui hyeme ad inſulas nauigant, & æſtate iterũ redeunt. Nam flant in regione illa duo tantum uenti oppoſiti, unus hyeme,& alter æſtate.Et quoniam in inſulis illis non fui,nihil de illis ſcribere ſtatui,ſed ſtilũ reducam ad portum Zarten,ut inde ad alias tranſeam regiones.

De prouincia Ciamba, Caput IX.

SOluentes à portu Zarten,& nauigantes uerſus Garbinium , peruenerũt ad prouinciam Ciamba,quę mille et quinquaginta milliaribus diſtat ab eo portu:& eſt magna ualde,abundans opibus,idola colens, atq; propriam habens linguam . Anno incarnationis dominicæ M.CCLXVIII. miſit magnus Cham ducem quendã Sogatu nomine cum ualido exercitu,ut prouinciam illam ſibi ſubiugaret.Sed quum in prouinciam ueniſſet,uidit ciuitates adeo munitas,& caſtra tam fortia eſſe , ut nulla ui illa poſſet expugnare. Combuſſit tamen uillas,& incidebat arbores,tantaq; prouincię intulit damna,ut rex eius libens magno Cham tributarius fieret,modo dux ille ex prouincia recederet.Inierũt autem fœdus tale,ut rex Ciamba annuatim uiginti

Digitized by Google

pulchertimos elephantos pro tributo magno penderet Cham. Et ego Marcus fui in hac prouincia, cuius rex tũc tantam habuit uxorum multitudinẽ, ut illi essent nati trecenti & uiginti sex filij atq; filiæ, quorum centũ quinquaginta iam arma ferre poterãt. In hac regione plurimi sunt elephanti, & lignũ alces in ea abundat. Inueniuntur etiam ibi nemora de lignis ebani.

De insula Iaua, Caput x.

RElicta prouincia Ciamba nauigatur uersus meridiem mille & quingentis milliaribus usque ad insulam magnam Iaua nomine, quæ in circuitu suo patet tribus millibus milliariũ. Habet regem qui nemini est tributarius. Ibi est maxima copia piperis, nucum muscatarum, spici, galangæ, & cæterorum aromatum. Conueniunt illuc multi negotiatores: nam multa lucrant ex allatis speciebus. Incolæ insulæ idololatræ sunt: nec potuit magnus Cham hactenus eam suæ subijcere ditioni.

De prouincia Boëach, Caput xi.

NAuigando ab insula Iaua, numerantur septingenta milliaria ad duas insulas, Sondur & Condur dictas: à quibus ultra procedẽdo inter meridiem & Garbinum, sunt quingenta milliaria ad prouinciã Boëach quę amplissima & ditissima est. Regem habet proprium, & propriã linguam. Adorant idola. Producit hæc prouincia ursos domesticos, magnos ut leones, itemq; elephantos habet multos, & aurum copiosum. Vtuntur incolæ pro moneta glebis quibusdam aureis. Pauci sunt qui ex alienis regionibus prouinciam hanc adeant, adeo inhumani sunt habitatores eius.

De insula Petan, Caput xii.

REcedendo à prouincia Boëach, nauigatur per milliaria quingenta uersus meridiem ad insulam Petan, quæ maiorem in partem syluestris & nemorosa est. Arbores eius odoriferæ sunt, & magnam præstant utilitatem. Inter prouinciam Boëach & Petan per milliaria sexaginta, mare adeo est undosum, ut nautæ cogantur leuare gubernacula. Nã profunditas eius uix est quatuor passuum. Hinc uenitur ad regnum Maletur, ubi maxima est copia aromatum: & habent incolæ eius propriam linguam.

De insula quæ Iaua minor uocatur, Caput xiii.

VLtra insulam Petan, per Sirochum nauigãdo, est Iaua minor, centum distans milliaribus à Petan: & hæc in circuitu continere dicitur circiter duo millia milliarium. Diuiditur insula in octo regna, habetq; linguam propriam. Producit etiam uaria aromata, qualia in his nostris partibus nunquã uisa sunt. Incolæ eius idola colunt. Protenditur hæc insula intantum ad Austrum, ut polus arcticus, & stellæ eius minime uideri possent. Ego Marcus fui in

Digitized by Google

fui in hac insula, lustrauiq; sex eius regna, nempe regnũ Ferlech, Basman, Samara, Dragoiam, Lambri & Fansur. In alijs uero duobus non fui,

De regno Ferlech Cap. XIIII.

HAbitatores regni Ferlech qui montana occupant, nullam habent legẽ, sed bestialiter uiuentes, quicquid illis mane primo occurrit adorant, comeduntq; carnes omnium animalium mundorum & immundorũ, atque carnes humanas. Qui uero in maritimis habitant locis, Mahumeti sunt addicti legi, quam ex Saracenis negotiatoribus illuc diuertẽtibus didicerunt.

De regno Basman, Caput XV.

HAbet regnum Basman linguam propriam, uiuuntq; incolæ eius bestialiter. Agnoscunt magnũ Cham pro domino, sed tributa ei non soluũt, nisi quod interdum illi mittunt munera de feris syluestribus. Inueniuntur apud eos elephanti & unicornes in magna multitudine. Et sunt unicornes paulo minores elephantis, pilum habentes bubali, & elephanti pedem. Habent caput ut aper, & more porcorum libenter morantur in luto, & alijs immundicijs. In medio frontis gestant cornu unum, grossum & nigrum. Linguam habẽt spinosam, & hac lædunt homines & animalia. Abundat quoq; regio ipsa diuersis simijs magnis & paruis, hominibus simillimis. Hos capiunt uenatores, & totos depilant, nisi quod in barba & in loco secreto pilos relinquunt, & occisos speciebus aromaticis condiunt, & postea desiccant, uenduntq; negotiatoribus, qui per diuersas orbis partes corpora illa deferentes, homines persuadent tales homunciones in maris insulis reperiri. *Vnicornium forma*

De regno Samara, Caput XVI.

IN regno Samara fui ego Marcus cum socijs meis quinque mensibus, nõ sine magno tædio tempus expectans nauigationi aptum. Nam incolæ eius bestialiter uiuentes, carnibus humanis edendis sunt assueti. Quapropter consorciũ eorum spernentes, castra lignea nobis haud longe a mari extruximus cum propugnaculis, in quibus tuti essemus contra incolas. In hoc regno nec ursa minor nec maior, quam uulgo currũ magnum uocant, apparet, usq; adeo insula illa uergit in Austrum. Incolæ idola colunt. Sunt ibi optimi pisces, & in magna copia. Triticum uero illic non crescit, sed de riso panes conficiunt. Vineas quoque non habent, sed potum ex arboribus hoc modo eliciunt. Sunt in ea insula arbores multæ & paruæ, habẽtes singulæ ramos quatuor, quos certo anni tempore incidentes, colligunt stillantem liquorem, qui tam largiter ex incisura profluit, ut per diem & noctem urceum plenum colligant ex uno ramo. Quo euacuato, rursum adhibent ramo urceũ, & id tam diu frequentãt, donec stillicidium illud desierit. Et hæc est uindemia eorum. Prouocant quoque arborem ad largiora fluenta per aquarum rigationes,

Digitized by Google

quas fundunt ad arboris radices, quando tardius cœpetit emittere lachrymam. Sed is liquor non est tam sapidus, ut ille qui suapte fluit natura. Mittit quoq; hæc regio nuces Indicas in magna copia.

De regno Dragoiam, Caput XVII.

HAbet quoq; regnum Dragoiam homines sylvestres, qui idola colũt, & linguam atq; regem proprium habent. Apud hos talis est cõsuetudo, quando quis grauiter infirmatur, propinqui & consanguinei eius conuocãt magos & incantatores, illosq; interrogant, an ægrotus sit sanitatem recuperaturus. Et illi respondent id quod dæmonum suggestione didicerint. Si dixerint infirmum nõ posse liberari, quin illa ægritudine intereat, adsunt qui infirmo os concludunt, ne respirare possit, atq; sic occidunt priusquam ab infirmitate extinguatur, & carnes eius incidunt, coquunt atq; deuorant, & id potissimum faciunt propinqui & consanguinei infirmi simul congregati. Aiũt enim, Si carnes illius putrescerent, conuerterentur in uermes, & illi tandem fame morerentur, de quo defuncti anima grauissimas passura esset pœnas. Porrò ossa in cauernis montium sepeliunt, ne ab homine uel bestia contingantur. Et quando hominẽ extraneæ nationis capiunt, si ille se pecunia non potest redimere, occidunt eum & comedunt.

De regno Lambri, Caput XVIII.

ESt aliud regnũ in memorata insula, quod Lambri uocat, in quo multa crescunt aromata, præsertim habentur ibi birci in maxima copia, quos posteaquam creuerunt transplantant, & tribus annis in terra dimittentes, iterum cum radicibus euellunt. De illis bircis ego Marcus quosdam mecum in Italiam portaui, curauiq; seminandos, sed destituti calidiori regione, non creueruut: Regni huius incolæ idololatræ sunt. Inueniuntur etiam quidam in hoc regno, qui caudas habent ut canes, longitudinis unius palmi, & hi in ciuitatibus nõ habitant, sed in montibus. Habet quoq; hæc terra unicornes & alia multa atq; diuersa animalia.

De regno Fansur, Caput XIX.

IN regno Fansur nascitur optima Camphora, quæ auro adæquatur. Incolæ huius regni panem de riso faciunt: nam tritico carent. Potum ex arboribus eliciunt, ut iam super diximus. Sunt in regione ista arbores quædam crassæ, quæ habent corticem subtilem, sub quo inuenitur farina quædam optima, ex qua delicata præparant cibaria, quæ aliquoties non sine uoluptate comedi.

De insula Necuram, Caput XX.

AB insula laua numerãtur per mare centum quinquaginta milliaria ad duas insulas Necuram & Anganiam. Populus autẽ insulæ Necuram ualde bestialiter uiuit. Regem non habet. Tam uiri quàm fœminæ nudi incedunt,

Digitized by Google

tedunt, nulla corporis parte tecta. Habent nemora plena arboribus sandalorum rubeorũ, nucum Indicarũ & gariophyllorum. Habet quoque copiã bircorum & diuersorum aromatum.

De insula Angania, Caput xxi.

INsula Angania magna est, & incodę eius bestialitet uiuentes crudelissimi sunt & sylvestres. Idola colũt: riso, lacte, & carnibus uiuũt. Carnem quoq; humanam non abominantur. Sunt homines deformes: nam habent caput quasi caninum, & dentes atq; oculos canibus similes. Est in ea insula omniũ aromatum mira copia. Sunt etiam ibi uarij et diuersi arborum fructus.

De insula magna Seilam, Caput xxii.

AMemorata insula uersus Garbinum, mille numerantur milliaria ad insulam Seilam, quæ una putatur de melioribus mundi insulis, habẽs in gyro milliaria duo millia & quadraginta. Fuit tamen aliqãdo maior: nam ut fama in illis partibus est, comprehendit olim in circuitu tria millia & sexcenta milliaria: sed uento impetuoso ab Aquilone multis annis irruente, mare tam importune illisit ad litora, ut etiam temporis successu montes ruerent in mare, & plurima terra indies ab eo absorberetur. Habet insula ditissimum regem, qui nulli tributarius est. Incolæ idololatræ sunt, & omnes nudi incedunt, nisi quod obscœna loca panno quodam operiũt. Nullum habent bladum præter risum, de quo uiuunt & de lacte. Habent copiam seminum sosimæ, de quibus oleum faciunt. Potum ex arboribus eliciunt iuxta modum paulo superius expressum. Mittit hæc insula multos lapides pretiosos, præsertim rubinos, sapphiros, topasios, amethystos, & alios nobiles lapides. Habet rex insulæ rubinos, quo pretiosior in orbe non putatur esse. Nam habet longitudinem unius palmi, & crassitudinem trium digitorum. Rutilat ut ignis ardens, omni carens macula. Obtulit magnus Cham insignem ciuitatem quandam illi regi pro hoc lapide: uerum recusauit rex, saltẽ eo nomine, quod à prædecessoribus suis illum habuerit. Homines huius insulæ bello nõ sunt assueti: sed quum belligerandum est, conducunt stipendiarios, præsertim Saracenos.

De regno Maabar, quod est in India maiori, Caput xxiii.

VLtra insulam Seilam spatio sexaginta milliarium, est prouincia Maabar, quæ & India maior appellatur, terra continens. nõ insula. Sunt in ea quinque reges, & est ditissima. In primo eius regno nomine Var, regnat Senderba, inueniunturq; ibi margaritæ in maxima multitudine. Nam est ibi inter continentẽ & insulam quãdam sinus maris fermè uadosus, quippe qui in aliquibus locis profunditatem habet decem passuum, in quibusdam trium, & duorũ, ubi leguntur margaritæ. Conueniunt illic multi mercatores,

adducentes multas naues, magnas & paruas, & conducunt homines qui in profundũ maris se demittant, piscenturq; marinas conchas, ex quibus unio nes colligantur. Porrò piscatores illi, quando aquam amplius ferre nequeũt enatant, & rursus se præcipites dant in mare, quod per diem multis replicant uicibus. Sunt etiãm in sinu illo grandes pisces, qui homines facile occiderẽt, nisi huic periculo succurreretur in hunc modũ. Conducuntur à negotiato ribus magi quidam, qui Abraiamim dicuntur, & hi incantationibus suis & diabolica arte coniurant pisces illos, ut neminem lædere possint. Nocte uero quando à negotiatoribus margaritarum piscatio intermittit. relaxant magi coniurationem suam, ne fures noctu sine perculo sese in mare demittant & sustollant conchas cum margaritis. Porrò præter incatatores Abraiamim, nemo est qui illius coniurationis sciat uerba. Et fit hæc unionum piscatio nõ per totum annum, sed duntaxat per Aprilem & Maium: uerum in tantillo tempore colligitur immensa margaritarum multitudo. Soluunt autem mer catores ex eis regi decimam partem, magis uero tribuunt uigesimam partẽ, & piscatoribus quoq; cõmodam præbent mercedẽ. Cæterum à medio Maij margaritæ non inueniuntur amplius iin illo loco, sed in alio quodam qui tre centis milliaribus ab isto distat, & ibi colliguntur per Septembrem & Octo brem. Incedũt incolæ huius prouinciæ semper nudi, nisi quod panniculo ue renda contegunt. Rex quoq; ipse ut alij nudus incedit, deferens in collo tor quem aureã, sapphiris, smaragdis. rubinis, & alijs pretiosis lapidibus onera tam. Pendet quoq; in collo eius chorda quædam serica, cui innectuntur cen tum & quatuor pretiosi lapides, margaritæ, scilicet, grandiusculæ, quæ eum admoncãt centum & quatuor orationum, quas cotidie in honorem deorũ suorum mane & uesperi obmurmurat. Gestat quoque in utroq; brachio & utroq; crure tres aureos circulos, quibus pretiosi inclusi sũt lapides. Ornant denicq; digiti manuum & pedum eius lapillis quibusdam pretiosissimis, au ro etiam inclusis. Habet circiter quingentas uxores. & iam nouissime uni ex fratribus suis abstulit uxorem, fratre iniuriam dissimulante.

De regno Var, & uarijs erroribus iocolarum eius.

CAPVT XXIIII.

SVnt habitatores regni Var omnes idololatræ, multicq; eorum adorant bouẽ, ut rem sanctam, nec ullum occidunt. Quũ autẽ bos aliquis moriẽ, perungũt domos suas adipe eius. Sũt tamen quidã inter eos, qui licet boues nõ occidãt, tamen ab alijs occisos comedant. Aiunt in hac prouincia diuũ oc cisum Thomã apostolum, corpusq; illius adhuc in quadã cõseruari ecclesia. Sunt in ea prouincia multi magi, augurijs & diuinationibus uacantes. Sunt etiã ibi multa monasteria, in quibus idola coluntur: & his aliqui consecrant filias suas, quas tamẽ domi conseruãt, nisi quando idolorũ sacerdotes uolũt sua sacra facere, tunc uocant puellas cõsecratas, & cũ illis in cõspectu idolorũ choreas

choreas ducunt,atq; magnos & inconditos reboant cantus. Portant etiã hæ puellæ cibos secũ quos in mensa ante idolũ ponũt,& interim quo cantant & tripudiant, putant deos comedere de apposito cibo, & presertim ius carniũ profundunt illis,quo potissimum delectari ab illis putantur. His cerimonijs peractis, puellæ domum redeunt. Seruiunt autem idolis in hunc modũ,donec maritatæ fuerint. Seruatur etiã in hac regione hæc consuetudo,ut quando rex mortuus ad comburẽdum ducitur,multi ex militibus eius qui cum eo uiui uersati sunt,sponte ad cadauer eius in ignẽ se conijciunt,putantes in alia uita se ab eo nũquam dissociandos Idem faciunt uxores quum mariti eorũ defuncti comburuntur,sperantes se uxores illorũ futuras in alia uita. Et quæ id non faciunt,nullius pensi apud illos homines habentur. Est etiam alia detestabilis consuetudo in hac regione. ut quum quis cõmerente iniquitate sua, publico iudicio condẽnari debet,is pro magna gtatia ducit,si impetret a rege ut ad honorem alicuius idoli seipsum iugulet. Nam ubi id sibi à rege concessum fuerit, congregantur ad eum omnes cõsanguinei eius, & ad collum eius decem aut duodecim acutos ponũt cultellos, ipsumq; in cathedra collocatũ circunducũt per ciuitatem,alta uoce clamantes,Iste homo pro illius aut illius dei honore seipsum occisurus est. Et quum ad locum ubi malefactores puniuntur peruentum fuerit,arripiens manu sua unum è cultellis,alta uoce exclamat,Ego meipsum occido pro illius dei honore: quo dicto,uulnus sibijpsi infligit: & accipiens aliud ferrum,confodit se etiam cum illo. Et tot quidem uulneribus cõsauciat corpus suum,donec tandẽ moriatur,pro quolibet uulnere aliud & aliud sumendo ferrum. Consanguinei uero eius,corpus illius cũ magna lætitia comburunt. Sunt etiam huius regionis homines tam immundi, ut nullam luxuriæ speciem putent esse peccatum

De multis & uarijs consuetudinibus regni Var, Cap. xxv.

ESt consuetudo in hac terra, ut tam rex quàm cateri homines in terra sedere soleant. Et quum ob hoc ab alijs redarguuntur, respondere solent, De terra nati sumus,& in terram conuertendi, ideo terram honorare uolumus. Non sunt assueti ad arma: & quando ad bella procedunt, nõ induunt uestibus & armamentis,sed ferunt secum scuta & lanceas. Nullum occidunt animal,sed quando uolunt comedere carnes,satagunt ut per homines alterius nationis animalia mactentur. Tam uiri quàm mulieres corpora sua bis in die lauant. Et si quis id intermitteret,pro hæretico iudicaretur. Homicidia & furta districte iudicant. Vini usus apud eos interdictus est. Et si quis uinũ bibisse deprehensus fuerit,pro infami habetur,nec potest in iudicio testimonium dicere. Similiter hi in iudicio pro testimonio ferendo repelluntur. qui in mari nauibus se committere ausi fuerint: nam aiunt homines illos desperati esse animi.

De alijs.

Digitized by Google

De alijs quibuſdam conditionibus huius terræ, Caput XXVI.

NOn producuntur in hoc regno equi, ſed rex Var alijq; quatuor reges prouinciæ Maabar annuatim ingentem uim pecuniæ expendunt pro equis. Nam emũt ſingulis annis circiter decem millia equorũ, qui ex regionibus Curmos, Chiſi, Durfar, Ser & Eden à negotiatoribus adducuntur, unde maximum habẽt emolumentum. Emuntur autem ſingulis annis alij & alij equi, quia equi in ea regione diu uiuere non poſſunt: nec cuſtodes eorũ ſciũt qualiter illis ægrotantibus mederi debeant. Et ſi quando equæ apud eos pariant, habet fœtus aut retortos pedes, aut alium defectũ, ut ad equitandum idoneus eſſe nõ poſſit. Non creſcit ullum bladum in hac prouincia præter riſum, unde equis cõueniens pabulum dari nõ poteſt, niſi quod carnes coctæ cum riſo illis edendæ proponuntur. Eſt in hac terra maximus calor, ideo incolæ eius nudi incedunt. Nec pluuia ibi deſcendit, niſi in Iunio, Iulio & Auguſto. Et ſi in his mẽſibus nõ plueret, unde aër refrigerari ſolet, nemo mortalium illic uiuere poſſet ob intenſiſſimum calorẽ. Habet regio multiplices & uarij generis aues, quæ in partibus noſtris minime inueniuntur.

De ciuitate in qua corpus diui Thomæ apoſtoli ſepultum eſt, Caput XXVII.

IN prouincia Maabar, quæ eſt India maior, ſeruatur corpus beati Thomæ apoſtoli, qui in illa prouincia pro Chriſto paſſus eſt. Quieſcit autem corpus eius in ciuitate quadam parua, ubi multi ſunt Chriſtiani & Saraceni, debito honore ſancti uenerantes corpus. Pauci uero illuc contendunt mercatores, quum merces ferè nullæ ad eum perueniant locum. Incolæ regionis illius dicunt apoſtolum prophetam magnum fuiſſe, uocantq; eum Auarijam, hoc eſt, ſanctum uirũ. Et Chriſtiani a longe ueniẽtes, & ſancti corpus uiſitantes, aſportant ſecum de terra illa in qua uir ſanctus occiſus dicitur, & de ea in potum miſſa faciunt infirmos bibere, & credũt illos hinc melius habere, atq; à diuerſis liberari infirmitatibus. Aiũt anno dñi M. CCLXXVII. tale apud eius tumbam factum miraculum. Quum princeps terræ illius meſſem riſi haberet multam, & locus illi ſufficiens non eſſet ad recõdendum riſum, uſurpauit ſibi domos & eccleſiam diui Thomæ, & in eas inuitis cuſtodibus repoſuit riſum. Factum autem eſt ut paruo poſt tempore nocte quadã ſanctus illi appareret, & manu fuſcinulam ferream tenens, & ad guttur eius applicans, minaretur illi exitium, dicens, Niſi domos meas quas temere occupaſti, citius euacuaueris, mala peribis morte. Et ille euigilans, ſtatim ut edoctus fuerat, eccleſiã apoſtoli euacuauit. De qua uiſione Chriſtiani lætificati, deo & ſancto ſuo gratias egerunt.

De idololatria paganorum illius regni, Cap. XXVIII.

OMnes habitatores prouinciæ Maabar tam uiri q̃ mulieres nigri ſunt, ſed arte quadã nigredinẽ illã corporibus illinũt, putantes eximiã nigre-

dinẽ

dinem illis decori esse. Vngunt enim paruulos ter in hebdomada olio de so sima expresso, & ex hoc fiunt nigerrimi. Et quo quis nigriot inter eos fuerit, hoc pulchrior æstimatur. Idololatræ etiam qui inter eos sunt deorum suorũ imagines nigerrimas faciunt, dicentes deos nigros esse, & omnes sanctos. Dæmonem uero album pingunt, asserentes dæmones candidi esse coloris. Et quum hi qui boues adorant, ad bella procedunt, deferunt secum pilos bouis syluestris, eosq; ligant ad crines equorum suorum quibus insident: pedites uero ad scuta & crines suos pilos illos ligant, credẽtes se in bello tutos esse ab omni periculo, nã bouem syluestrem magnæ sanctitatis esse affirmant.

De regno Murfili, in quo adamantes inueniuntur, Cap. xxix.

VLtra regnum Maabar per mille milliaria est regnum Murfili, quod nemini est tributarium. Habitatores eius lacte, carnibus & riso uescũtur, atq; idola colunt. In quibusdam huius regni montibus inueniuntur adamãtes. Nam quum pluit egrediuntur homines ad riuos aquarum, qui de montibus descendunt, & in arena multos legunt adamantes. Æstatis quoq; tempore ascendunt montes cum magna difficultate propter feruentem calorem undiq; æstuantem, periculo etiam magno sese exponentes, propter magnos serpentes qui ibi in maxima uarsantur multitudine, & quærunt in uallibus montium atq; alijs decliuis & retrusis locis adamantes, & quidem fit, ut illos nonnunquam in magna reperiant copia: idq; in hunc modũ. Morantur in montibus illis aquilæ albæ, quæ memoratis uescuntur serpentibus: & homines qui per montes discurrunt, & sæpe ob prærupta saxa & præcipitia montium ad cõualles peruenire nõ possunt, proijciunt in illas frusta recentiũ carnium uidentibus aquilis, & hæc deinde ab aquilis sublata, nonnullos habẽt adhærentes adamantes, quos homines hoc ingenio uenant. Aduertũt quò auis sublatã portet carnis portionẽ, & accurrentes abigunt aquilã, & lapillos carni adhærentes colligunt. Quòd si aquilæ in ualle proiectã comederint carnem, aduertunt lapidum scrutatores locũ ubi aquila noctu dormit, & egesta stercora discutientes eliciũt adamantes, si quos cum carne deuorauit. Reges & nobiles harum regionum emunt pulchriores adamantes pro se, reliquos sinunt in orbẽ per mercatores dispergi. Abundat prouincia ipsa uictualibus & præsertim tanti sunt in ea arietes, ut maiores in mundo non inueniantur.

De regno Laë, Caput xxx.

REcedendo à prouincia Maabar occidentem uersus, occurrit prouincia Laë, in qua habitant Abraiamim, qui supra modum horrent mendacium: non ducunt nisi unam uxorem: raptum & furtum execrantur: uino & carnibus non utuntur, nullumq; occidunt animal. Idololatræ sunt, & auguria sectantur. Quando quippiam emere uolunt, umbram suam prius in sole considerant, & tũc iuxta errorẽ suũ mercatũ absoluunt. Cibo modico utunt, & magnas

& magnas faciunt abſtinentias. Vtuntur in cibo herba quadam, quæ plurimum digeſtionem iuuat. Nunquam per phlebotomiã ſanguinem minuũt. Sũt inter eos idololatræ quidam, qui pro honore idolorum ſuorũ religioſiſſime uiuunt. Nudi incedunt, nullam corporis tegentes partem, dicẽtes ſe minime erubeſcere, quòd ſine peccato ſint. Boues adorant, & cum magna reuerentia perungunt ſe unguento, quod de oſſibus bouinis contritis faciũt. Scutellis dum comedunt nõ utuntur, ſed cibos ſuper arida ponũt folia, decerpta ab arboribus quæ poma paradiſi proferunt, aut ſuper alia folia arida. Super folia recentia non comedunt, nec uirides herbas aut fructus comedunt: nam dicunt iſta omnia quum uirent uiuere & animam habere, ideo nolunt ea occidere, ne, ſcilicet grande committant peccatum, ſi ullam creaturam priuarent uita ſua. Super nudam terrã dormiunt, & cadauera defunctorũ cõburunt.

De regno Coilum, Caput xxxi.

DVm diſceditur à regno Maabar, ad aliam mundi plagam per milliaria quingenta, occurrit regnum Coilum, in quo ſunt Chriſtiani multi & Iudæi atq; pagani. Rex eius nulli tributa pendit. Eſt quoq; in ea regione lingua propria: & creſcit ibi piper in magna copia. Nam nemora & campeſtria arbuſtis eius plena ſunt. Colligitur uero in Maio, Iunio & Iulio. Creſcit etiã ibi herba quædam, unde fit color quo tinctores utunt, uulgo Eudici dictus: quæ primum in uaſis aqua repletis humectatur, & deinde in ſole torrefacta, in minutas diuiditur partes, qualis ad nos deferri ſolet. Sunt in illa regione tanti calores, ut moleſtiſſimum ſit illic uiuere. Flumina etiam adeo caleſcunt, ut ouum ad aquam eorum poſitum, citra magnam moram decoqui poſſit. Fiunt mercimonia multa in hac regione, propter ingens lucrum quod negotiatores hinc conſequuntur. Inueniuntur quoq; ibi animalia multa, cunctis aliarum regionum animalibus diſſimilia. Nam inueniunt illic leones nigri, pſitaci ſeu papagalli albi cum pedibus & roſtris rubeis, & gallinæ noſtris omnino diſſimiles. Hanc diuerſitatem putant accidere propter nimium caloré, qui ibi exiſtit. Frumentum nullum ibi præter riſum creſcit. Potũ loco uini faciunt ex ſaccaro. Habent plurimos aſtrologos & medicos. Nudi omnes incedunt, uiri & mulieres, obſcœnis locis panniculo opertis. Vacant ſupra modũ rebus uenereis. Aduſtione ſolaris caloris nigri fiũt & deformes, ſed quod illis elegans eſſe uidetur. Ducunt conſanguineas in tertio gradu uxores, ſimiliter nouercam defuncto patre, & ianitricẽ fratre defuncto: quod etiam per totã Indiam obſeruatur.

De prouincia Comari, Cap. xxxii.

COmari regio eſt in India, ubi polus arcticus uideri poteſt: ab inſula uero Iaua uſq; ad regionem iſtam uideri non poteſt: quũ omnes interme diæ regiones ultra æquinoctialem ſint circulũ. Eſt regio iſta ualde ſylueſtris, habetq; animalia multa & diſſimilia animalibus aliarum regionum, præſertim ſimias

tim ſimias hominis effigiem exprimentes. Diſcurrunt quoq; illic leones & leopardi in magna copia.

De regno Eli, Caput xxxiii.

EVndo á prouincia Comari uerſus plagam occidẽtalem per trecenta milliaria, peruenitur ad regnum Eli, quod proprium habet regem & propriam linguam. Incolæ eius idola colunt. Rex ditiſſimus eſt, habetq; theſauros multos, ſed non eſt potens in populo: licet regio ipſa natura munita ſit. Eſt in ea magna copia piperis, zinziberis & aliorum nobilium aromatum. Si quãdo nauis aliqua onerata præter rectorum eius intentionem ad illam prouinciam appulerit, puta tempeſtate aut alia neceſſitate id cogẽte, habitatores eius rapiunt quicquid in naui inuenerint, gubernatoribusq; eius aiunt, Inſtituebatis ad aliam diuertere prouinciã cum mercibus ueſtris, ſed deus noſter & fortuna uos ad nos direxit, & idcirco accipimus quod deus & fortuna nobis miſerunt. Sunt in hac regione multi leones & feræ agreſtes.

De regno Melibar, Caput xxxiiii.

POſt regnum Eli peruenitur ad regnum Melibar, quod in India maiori eſt ad occidẽtalem plagam, & habet regem proprium nulli tributarium, atq; linguam propriã. Incolæ eius idola colunt. Inueniuntur in hoc regno ſicut & in regno Gozurath illi propinquo piratæ multi, qui ſingulis annis cum centũ nauibus uagantur in mari, & capiunt tranſeuntes mercatores, atq; bona eorũ prædantur. Ducũt ſecum uxores & filios, & tota æſtate uerſantur in mari, præcludentes mercatoribus ſemitam, ut non facile euadere poſſint laqueos eorũ. Nam cum uiginti nauibus occupant in tranſuerſum centum milliarium ſpatium, quinq; milliarium ſpatio uni aſſignato naui. Et quum uident aduentare nauem aliquam mercatorum bonis oneratam, ſignum faciunt cum fumo, proximiori id indicantes naui, & hæc rurſum naui tertiæ ſibi collaterali id ſignificat, unde fit ut ferè in momento temporis omnium nauium gubernatores ſciant adeſſe nauim quam diripiant. Concurrunt igitur tot naues quot neceſſariæ ſunt ad prædandum nauem aduentitiam, & hominibus quidem captis nihil mali inferunt, ſed exponunt eos in litus maris, & rogant eos, ut eãt & alias adducant merces, tranſeãtq; per terminos eorum. Eſt in hac regione mira abundantia piperis, zinziberis, & indicarum nucum.

De regno Gozurath, Caput xxxv.

ESt regno Melibar uicinum aliud regnum, quod Gozurath uocatur, habetq; regem & idioma proprium. Et eſt hoc regnum in India minori ad plagam occidentalem. Apparet in hoc regno polus arcticus ſuper horizonte ſex brachiorum altitudine, hoc eſt, ſeptem uel octo gradibus cœleſtibus. Sunt in hoc regno plurimi piratæ, qui quum mercatores ceperit, cogunt eos bibere tamarendos cum aqua maris, & illico fluxum patiuntur uentris. Quod ideo faciunt, quia mercatores quando à longe uident aduentare piratas, ſolent

deglutire margaritas & lapides pretioſiores, ne illis per piratas eripiantur: ſed illi horum aſtutiam non ignorantes, cogunt eos illico egerere glutitos lapides. Eſt in hac regione copia endici, piperis, & zinziberis. Sunt etiam ibi arbores, de quibus bombix in magna colligitur copia. Hæc arbor creſcit ſex paſſibus in altum, & fructum producit per uiginti annos, deinde ad nihilum ualet ultra. Paratur etiam in hoc regno corium quoddam nobiliſſimum, & quo uix melius inueniri poteſt.

De regnis Tana, Cambaëth & alijs quibuſdam, Cap. xxxvi.

A Prædicto regno itur per mare ad regna Tana, Cambaëth, Semenath, & Reſmacoram, ad occidētalem ſcilicet ſita plagam in quibus mercimonia multa fiunt. Vnumquodq; autem illorum regnorum habet regem & idioma proprium. De his ſcribere multa non prævaleo, quia ſunt in India maiori, quam intactam ferè relinquam, niſi ubi maris litus contingit.

De duabus inſulis, in quibus uiri & mulieres ſeparatim habitant, Caput xxxvii.

VLtra regnum Reſmacoram per quingenta milliaria uerſus meridiem, in alto mari ſunt duæ inſulæ triginta milliaribus à ſcinuicem diſtantes, in quarum una morantur uiri ſine mulieribus, uocaturq; inſula maſculina: & in alia fœminæ ſine uiris, & hæc quoque uocatur inſula fœminina. Sunt autem Chriſtiani, & habent inter ſe matrimonia. Mulieres nunquam ueniunt ad inſulam uirorum, ſed uiri uiſitant mulieres, morantutq; cum illis tribus continuis mēſibus, unuſquiſque ſcilicet cum uxore ſua in domo propria. Poſt hæc reuertuntur ad inſulam ſuam ubi per reſiduum anni tempus manent. Et retinent mulieres filios maſculos ſecum uſq; ad decimumquartum annum, poſtea mittunt eos ad patres. Mulieres aliud nihil agunt, niſi quod curam habent filiorum, & fructus quoſdam legunt. Viri uero laborāt & curam habent quomodo uxores & filios nutriant. Vacant piſcationibus, & infinitos capiūt piſces, quos recētes & deſiccatos uendunt negotiatoribus, & hinc multum habent lucri. Veſcuntur lacte, carnibus, piſcibus & riſo. Abundat mare illud cetis & magnis piſcibus. Viri regem non habent, ſed epiſcopū ſuum dominum agnoſcunt, ſubiecti archiepiſcopo de Scoira.

De inſula Scoira, Caput xxxviii.

PRocedendo ulterius uerſus meridiem per quingēta milliaria, occurrit alia inſula Scoira nomine, cuius incolæ Chriſtiani ſunt, & habent archiepiſcopum. Exercentur in ea inſula multa mercimonia, nam abundat bombice & piſcibus. Præter riſum aliud non habent frumentum. Omnes nudi incedunt, & uiuunt lacte, carnibus & piſcibus. Deferūtur à piratis multa bona ad hanc inſulam, quæ rapta illic uendunt. Illi autem ſcientes non Chriſtianis, ſed Saracenis & idololatris illa ablata, libenter ea emunt. Suut in hac inſula inter Chriſtianos multi incantatores, qui pro libito ſuo naues in mari reuocare poſſunt

possunt ut uolunt: etiam si prospero nauis uehatur uento, illi arte sua diaboli ca possunt contrarium excitare uentum, qui nauem etiam inuitam reducat.

De magna insula Madaigascar. Caput XXXIX.

RECedendo ab insula Scoira, & uersus meridiem per mille nauigando milliaria, peruenitur ad Madaigascar, quæ inter maiores & ditiores mundi computatur insulas. Continere dicitur in gyro quatuor millia milliarium. Habitatores eius Mahumetani sunt, nullum habentes regem, sed quatuor senioribus per totam insulam parent. Producit hæc insula plurimos elephantos, ut nulla in orbe sit regio quæ plures illa habeat. Est in ea & in alia insula quæ Cubet uocatur, magna eboris nundinatio. Nam in toto orbe non putatur maior esse elephantinorum dentium copia, quàm in his duabus insulis. Non comeduntur in hac insula aliæ quàm camelorum carnes, quum illæ saniores incolis sint. Est autem illorũ animalium maxima & penè infinita multitudo in hac insula. Sũt præterea in hac insula multa nemora sandalorum rubeorum, quorum gratia multæ ibi fiunt mercantiæ. In mari uelo cete grandia capiuntur, ex quibus ambrum colligitur. Sunt ibi leones, leopàrdi, cerui, damulæ, & capreæ multæ. aliarumq; bestiarum & auium multiplex uenatio. Inueniuntur denique ibi uariæ species auium, quæ in terris nostris nunquam uisæ sunt. Confluunt passim ad hanc insulam multi mercatores, facillimeq; illuc nauigare possũt propter maris fluxum: nam à prouincia Maabar uenitur in uigiti diebus ad hanc insulam Madaigascar, iuuante nauem fluxu maris: sed difficillime reuerti possunt, quum uix in tribus mẽsibus aduersum fluxum superare possint. Nam tota ui mare in meridiem fertur.

De maxima aue Ruc, Caput XL.

SVnt & aliæ insulæ ultra Madaigascar uersus meridiem, sed quæ difficillime adiri possũt, propter uelocissimum maris cursum. Et in illis certo anni tempore apparet mirabilis species auis, quæ Ruc appellatur, aquilæ quidem habens effigiem, sed immensæ est magnitudinis. Aiunt qui illas uiderunt aues, pleraſq; alarum pennas in longitudine continere duodecim passus, spissitudinem uero eius proportionem tenere longitudinis: & totum auis corpus pennis in proportione respondere: auis uero ipsa tantæ fortitudinis, ut sola sine aliquo adminiculo elephantem capiat, & in sublime sustollat, atque rursum ad terram cadere sinat, quo carnibus eius uesci possit. Ego Marcus quum primum hæc de illa aue audissem, putabam esse gryphonem, qui inter quadrupedia dicitur esse pennatus, leoni ex omni parte similis, nisi quòd faciem habet aquilæ similem: sed hi qui aues illas uiderant, constanter asserebant, nihil illis commune esse cum ulla bestia, & quod duobus ut reliquæ aues incederent pedibus. Habebat meo tempore magnus Cham Cublai nuntium quendam, qui in insulis illis tamdiu captus tenebatur, donec

Digitized by Google

incolis earum satisfactum esset: & hic postliminio domum reuertens mira retulit de conditione illarum regionum, & de uarijs animalium speciebus quæ illic inueniuntur.

De insula Zanzibar, Caput XLI.

INuenitur etiam illic alia quædam insula, quæ in gyro continet duo millia milliarium, habens regem proprium & linguam singularem. Incolæ uero eius idola colunt. Sunt homines illi corpore grosso, sed breui. Et si staturæ longitudo corpulentiæ responderet, gigantes uideri possent. Sunt fortissimi, ut etiam unus tantum ferre posset onus, quantum alij uix quatuor. Comedit etiam unus tantum cibum, qui quinq; nostratibus sufficere posset. Sunt omnes nigri, & nudi incedunt, uerenda duntaxat tegentes. Capillorum tam densam habent crispitudinem, ut cum aqua deliniti uix extendi in longum queant. Os est illis magnum, & nares sursum patentes. Aures quoq; habent grandes, & oculos horribiles. Mulieres etiam ob oculos prominentes, os magnum, & nares gossas admodum deformes sunt. Viuunt lacte, carnibus, riso & dactylis. Carent uino, sed conficiunt potum optimum ex riso, saccaro, & alijs speciebus. Veniunt illuc multi mercatores propter ebur & ambrum. Nam sunt ibi plurimi elephanti & cete grandia. Viri huius insulæ fortes & bellicosi sunt. Et licet non habeant equos, tamen cum elephantis & camelis ad bella procedũt, extruentes castella lignea super elephantos, quæ tanta sunt ut quindecim uel uiginti uiri muniti ex uno pugnent portatili castro. Pugnant autem cum lanceis, gladijs & lapidibus: & sunt huiusmodi castra asseribus cooperta. Porrò quando ad bellum procedere uolunt, exhibent potum elephantis, quem ipsi pro uino in terram bibunt, quo audaciores sint in bello. Abundat ista insula leonibus, leopardis, & alijs uarijs bestijs sylueſtribus, quæ in alijs regionibus non inueniuntur. Habet præterea speciem animalis quod graffa uocatur, habent collum longissimum, passuum scilicet trium, cuius anteriora crura multo longiora sunt posterioribus. Caput eius est paruum, & color uarius, albus scilicet & rubeus cum roseis punctis per corpus dispersis. Est autem animal mansuetum, neminem lædens.

De multitudine insularum Indiæ, Caput XLII.

SVnt præter memoratas insulas etiam plurimæ aliæ insulæ in partibus Indiæ, prioribus quidem ut principalioribus subiectæ: quarum numerus ob multitudinem earum certo haberi nequit. Et quidem si nautis credimus & his qui diu sulcauerunt maria, est numerus earum duodecim millia & septingentæ, computando tam habitatas quàm non habitatas.

De prouincia Abasiæ, Caput XLIII.

DEscripsimus hactenus obiter insulas & regiones Indiæ utriusq;, maioris scilicet & minoris: maior incipit à prouincia Maabar, & terminatur ad regnũ Reſcomorã; minor uero incipit à regno Ciamba, & terminatur ad regnũ Murfili.

Murſili. Nunc breuiter attingemus Indiam intermediam, quæ proprie Abaſia appellatur. Igitur Abaſia eſt regio maxima in ſeptem diuiſa regna, quibus ſingulis ſinguli præſũt reges. Et hi omnes ſunt Chriſtiani, præter tres Saracenos. Chriſtiani crucem auream in fronte geſtant, quod eis in baptiſmo imprimitur. Saraceni uero habent ſignum à fronte uſque ad medium naſi. Sunt etiam illic multi Iudæi, qui ignito ferro in utraque maxilla ſignati ſunt. Contingit hanc regionem alia quædam prouincia, Aden dicta, in qua beatus Thomas Chriſti fidem docuiſſe dicitur, & multos ad eandem conuertiſſe. Poſtea tranſtulit ſe ad regnum Maabar, in quo pro Chriſto mortem obijt.

De quodam epiſcopo Chriſtiano uiolenter à Sultano circunciſo, Caput XLIIII.

ANno à Chriſto nato M. CCLVIII. rex unus & qui principaliot erat in regnis Abaſiæ, deuotione motus uoluit Ieroſolymam uiſitare, atque ſepulchrum domini. Et quum id conſiliarijs atque aulicis ſuis indicaſſet, illi omnino diſſuadent propoſitum arripere iter, ſcientes plurima in itinere eſſe diſcrimina, præſertim quum illi per multas Saracenorum terras ambulandum eſſet: ſed ut epiſcopum aliquem ſui loco mitteret cõſulunt, qui adeundo terram ſanctam munus perferret in Ieruſalẽ. Acquieſcit rex ſano cõſilio, mittitq; epiſcopum cum regia oblatione. Veniens autem epiſcopus in regionem Aden, quam Saraceni inhabitabant, & Chriſtianos implacabili perſequebãtur odio, comprehenſus à Saracenis, ad regem Aden ducitur. Rex uero quum ex eo didiciſſet quòd nuntius eſſet regis Abaſiæ, miſſus ad terram ſanctam, minis nititur cogere hominem, ut abnegato Chriſti nomine, Mahumeti ſuſcipiat legem. Epiſcopus uero conſtanti animo in Chriſti perſeuerans fide, reſpondet ſe potius mortem ſubiturum, quam deſerto Chriſto, Mahumeto nomen dare. Tunc Sultanus ille iubet Epiſcopum in iniuriam Chriſti & deſpectum regis Abaſiæ circuncidi, & circunciſum iterum mittit ad regem Abaſiæ. Quo cognito rex Abaſiæ, uolens Chriſti ulciſci iniuriam, coacto in unum magno exercitu cum peditibus, equitibus & elephantis caſtella geſtantibus, mouet expeditionem contra regem Aden. At Sultanus conuocatis alijs duobus regibus, cũ ualido exercitu properat in occurſum regis Abaſiæ, commiſſoq; prælio, plurimi de exercitu Aden interficiuntur, & euadit rex Abaſiæ uictor. Et intrans cum exercitu ſuo in interiora regni Aden, cœpit deuaſtare regionem, & occidere Saracenos, qui conglobati illi reſiſtere conabantur, ſed incaſſum, manſitq; per integrum menſem in regno illo, & illatis plurimis damnis, uictor cum magno honore domum redijt, gaudens impij Sultani ultam perfidiam.

Quàm diuerſæ beſtiæ inueniantur in prouincia Abaſiæ, Cap. XLV.

VIuunt habitatores Abaſiæ carne, lacte & riſo: oleo uero utuntur de ſeſima facto. Habet regio ipſa multas ciuitates & oppida, in quibus plu-

Digitized by Google

rimæ fiunt negotiationes. Inuenitur ibi buchiranus optimus, & bombicini panni in magna copia. Habent quoq; Abasini plurimos elephantos, sed qui ibi non nascuntur, uerum ab alijs regionibus & insulis importantur. Giraffæ autem, leones, leopardi, onagri, & diuersæ auium species quæ alibi non uisuntur, in magna ibi nascuntur abundantia. Habet præterea regio illa gallinas pulcherrimas, & struthiones grandes, asinis haud minores, aliarumq; bestiarum & auium multiplicem uenationē. Habet psitacos, & epimachos pulcherrimos: habet denique cattos diuersarum specierum, quorum aliqui humanā in facie exprimunt effigiem.

De prouincia Aden, Caput XLVI.

HAbet prouincia Aden regem proprium, quem Sultanum uocant, habens sub se Saracenos, qui supra modum exosos habent Christianos. Habet autem regio ipsa multas ciuitates & castra, & præsertim habet portum optimum, ad quem ex India plurimæ appellunt naues aromata deferētes. Et negotiatores quidem Alexandrini illic ementes aromata, ponunt ea in naues paruas, atq; septem diebus per flumen quoddam ducentes, postea humeris camelorum imponunt, & triginta dierum itinere per terram usque ad fluuium Ægypti deportant, & rursus in naues exonerantes, tandem usq; ad Alexādriam perducunt: Nec potest compendiosior haberi uia ab orientis partibus usq; Alexandriam. Negotiatores uero illi ducunt secum plurimos equos, quādo nundinandi gratia in Indiam concedunt. Exigit autem rex Aden ab illis mercatoribus qui per regionem suam aromata & alias merces ducunt, uectigal maximum, unde plurimum ditescit. Quum Sultanus Babyloniæ obsideret ciuitatem Aconensem, & eam expugnaret, anno scilicet domini M. CC. misit Sultanus Aden in auxilium eius triginta millia equitum, & quadraginta millia camelorum, nō quòd usque adeo illius cuperet augeri felicitatem, sed quòd omnes maluit extinctos Christianos. A portu Aden eundo uersus Septentrionem sita est ciuitas Escier, quadraginta distans milliaribus ab illo portu, & habet sub se multas alias cinitates & castra, sed quæ omnia sunt de dominio regis Aden. Est quoque iuxta hanc ciuitatem optimus portus à quo innumeri equi ducuntur in Indiam. Abundat hæc regio thure albo atque optimo, quod de paruis arboribus, abietibus tamen similibus, stillat. Incolæ crebris incisionibus perforant harum arborum cortices, ut thus extrahant, tam etsi calor quoque, qui ibi maximus est, plurimum eliciat liquoris. Habet quoque regio ipsa palmas cum dactylis: sed præter modicum risum nullum producit frumentum, uerum aliunde importandum est. Abūdat autem piscibus optimis, præsertim tunnis, qui ibi optimi habentur. Vinum non habent: sed ex dactylis, riso & saccaro optimum faciunt potum. Verueces qui in hac regione inueniuntur sunt statura parui, auribus omnino carentes, sed loco earum

cornua

Digitized by Google

cornua parua habent. Equi boues, cameli atque oues uescuntur piscibus, qui quotidianus illorum sunt cibus, quum illic ob immensum colorem herbæ & frumenta ex terra haberi non possint. Fit autem tribus anni mensibus piscium captura, scilicet Martio, Aprili & Maio, tātusq; illorum capitut numerus, ut non facile explicari possit. Hos pisces siccant & seruant, atque per totum annum animalibus edendos pabuli loco proponunt. Vescuntur autem animalia libentius desiccatis piscibus quàm recentibus. Fiunt etiam ab incolis panes bis cocti ex piscibus, idq; in hunc modum. Concidunt pisces minutatim, atq; contundunt in modum farinæ, & postea commiscent & subagitant quasi pastum panis, atq; ad solem desiccari faciunt, & uiuunt ipsi & iumenta ipsorum de illis panibus factitijs per totum annum.

De regione quadam, in qua Tartari habitant, Caput XLVII.

SCripsi hactenus de regionibus orientalibus ad meridiem expositis, nunc quasdam in Septentrionali plaga positas, quæ supra in primo libro sunt omissæ, breuiter attingam, & quæ de illis didici annotabo. Igitur in interioribus Aquilonis partibus multi habitant Tartari, quorum rex est de progenie Imperatoris Tartarorum: & seruant ritus & mores antiquorum Tartarorum. Sunt omnes idololatræ, coluntq; unum deum, quem Natigai appellant, putantes illum terræ habere dominium, & omnium eorum quæ ex ea producuntur. Sonat enim Natigai in lingua eorum deum terræ. In honorem illius dei multa faciunt simulacra & imagines. Non habitant in ciuitatibus uel oppidis, sed in montibus & campestribus regionis illius: suntq; in maximo numero, frumento carentes, & lacte atq; carnibus uiuentes. Est magna pax & concordia inter illos, pariq; uoto suo obediunt regi. Habent equorum, camelorum, boum, ouium, & aliorum pecorum ferè infinitum numerum. Sunt etiam apud eos ursi maximi atq; uulpes insignes. Sed & onagri in magna illic inueniūtur multitudine. Inter parua uero animalia est quædam species apud illos, quæ delicatissimas suppeditat pelles, quas uulgo zebellinas uocant. Sūt quoq; alia quamplurima syluestria animalia ibi, de quibus multam percipiūt carnem ad comedendum.

De regione alia, ad quam propter lutum & glaciem difficilis pater accessus, Caput XLVIII.

SVnt etiam regiones aliæ in hac Septentrionali plaga, sed prioreadhuc interiores, quarum una est montosa, uaria producens animantia, ut sunt rhōdes, armelini, erculini uarij, uulpes nigræ & alia quædam, quæ hominibus illis leniſſimas præbent pelles, & ad nostras per mercatores deferuntur regiones. Equi uero, boues, asini, cameli, & alia quæcunque corpulenta animalia, ad illa loca accedere nequeunt, usque adeo est regio illa paludinosa & stagnis lpleda, nisi in medio hyemis quando omnia frigore rigent & constricta,

Digitized by Google

sunt dura glacie. Cæteris uero temporibus tametsi multa illic sit glacies, & magnum frigus, non est tamen glacies illa tam solida, ut currus & iumenta ponderosa ferre possit, quinimmo homines ipsi cum magna difficultate possunt pertransire terram illam, usqueadeo stagnantur omnia loca aquis & paludibus. Patet regio hæc uersus Septentrionem itinere tredecim dierum, in qua supra modum abundant animantia ea quæ memoratas pretiosas suppeditant pelles, unde incolæ multa assequuntur lucra. Nam accedunt eos mercatores & abducunt pelles illas in magna copia. Introducuntur autem in regionem ipsam hoc modo. Habent canes maximos asinorum instar, qui rhedis trahendis sunt assueti. Carent autem uehicula illa rotis, facta de lignis leuibus & planis, ut duo homines in uno sedere & uehi possint, nec facile in luto mergantur propter latitudinem eius. Igitur quando mercator aliquis uenit, imponitur uehiculo, & ligantur ordine quodam sex canes ad uehiculum illud trahendum, & quocunque à ductore qui cum mercatore in rheda sedet diriguntur, illuc trahunt rhedam, transeuntes per lutum & aquam. Nec possunt ultra unius diei spatium laborem illum sustinere: sed transacto die, alij ad rhedam ligantur canes, quum pagi multi passim in regione illa inueniãtur, & illic canes in hoc officio nutriantur. Per hunc itaque modum potest mercator ad interiora illius peruenire regionis. Non autem ponuntur magna onera supra rhedas, quum canes præter mercatorem, aurigam & pellium fascem nihil ferè aliud trahere possint. Fit igitur ut negotiator quolibet die mutet uehiculum, canes & aurigam, donec perueniat ad montes ubi emat pelles.

De regione tenebrarum, Caput XLIX.

EST adhuc alia regio, prioribus regionibus multo uersus Aquilonem interior, quippe quæ extremum Septẽtrionis occupat locum, quam obscuritatem appellant, eo quòd multo per annum tempore ibi sol non appareat, & tunc nedum noctu ibi tenebræ sint, uerum & interdiu aër in modum crepusculi caliginosus sit: cuius regionis homines pulchri sunt, magni & corpulẽti, sed pallidi. Regem non habent nec principem cui pareant, sed in morem bestiarum uiuentes, quod libet faciunt, nec mores nec ciuilitatem ullam curantes. Tartari uero qui illis hominibus sunt confines, sæpe regionem illam obscuram ingredientes, rapiunt animalia illorum, & quicquid inueniunt, aliaq; multa inferunt damna. Et quoniam propter subito irruituram noctem periculum direptoribus imminet, ut illud euadant, hac utuntur cautela. Quando regionem ipsam prædam abducturi intrare disponunt, accipiunt secum equas pullos habentes, illosq; in ingressu regionis custodibus committunt, ut illic expectent donec ipsi cum præda reuertantur, ut quum illis noctu sit regrediendum, equæ nocturni itineris obseruatrices rectà ad pullos suos contendant, omni uitato discrimine. Laxant enim noctu equabus habenas, illasq; libere quò suo instinctu feruntur, ire permittunt: & hæ naturali ad filios tracti

tracti affectu, ducunt sessores suos ad pristinum locum, quem ipsi in tenebris minime inuenirre potuissent. Habent etiam huius regionis incolæ uaria animantia, de quibus pretiosas abstrahunt pelles, & ad alias deferentes regiones magna hinc reportant lucra.

De prouincia Ruchenorum. Caput L.

INhabitant Rucheni prouinciam maximam, quæ ferè usque ad polum arcticum excurrit: & sunt Christiani, Græcorum ritum in ecclesiasticis seruantes officijs. Sunt albi & pulchri, tam uiri quàm mulieres, flauos habentes capillos. Tributa pendunt Tartarorum regi, cui ad orientalem plagam confines sunt. Est etiam apud eos ingens copia pretiosarum pellium. Habēt quoq; mineras multas argenti. Regio uero ipsa est frigidissima, quippe quæ ad mare protenditur congelatum. Sunt tamen in eo mari insulæ quædam, in quibus grifalchi, herodij seu falcones in maxima inueniuntur copia, & indè ad diuersas mundi partes deferuntur

MARCI PAVLI VENETI LIBRI TERTII ET VLtimi de regionibus orientalibus finis.

PRAEFATIO.

Digitized by Google

IDEM accidit Haythono quod Marco Paulo Veneto: uterq; enim primo librum suum uernacula scripsit lingua, ille in Italica, iste uero in Gallica, deinde ut seculum illud nihil præter barbariem coluit, uterque infelicem & incultum nactus interpretem, rudiori stilo latinis legendi traditi sunt, quàm ut tenerioribus auribus simplicitas illa aridete possit. Sed ueritatis simplex est oratio. Etiam ineleganter scribentibbus suus debetur honor, quòd alios ad ueritatis excitēt inquisitionem. Fuit Haythonus iste Armenus, è regio natus stemmate, sed nobilitatem suam in Christo nihil esse arbitratus, seculum & ea quæ in illo sunt contemnens, monasticam elegit uitam, quò à seculi sequestratus tumultibus, Christo liberius uacaret. Scribit autem hæc de seipso. Porrò interpres eius fuit Nicolaus Salcani, qui ex mandato summi pontificis Clementis quinti in ciuitate Pictauiensi, primo hūc librum Gallice scripsit, prout illi ab Haythono dictabatur, ac deinde in latinum ut potuit uertit, anno scilicet domini M. CCCVII.

HAITHONI

HAITHONI ARMENI

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS DE TARTARIS LIBER.

De regno Cathay, Caput I.

EGNVM Cathay est maximum quod in orbe ualeat inueniri, & est repletum gẽtibus & diuitijs infinitis, & in oceani litore habet situm. Tot etiam sunt ibidem maris insulæ, quod numerus nullatenus potest sciri. Nam nullus penitus inuenitur, qui omnes illas insulas asserat se uidisse. Illæ uero quæ calcari possunt, reperiuntur innumeralibus abundare diuitijs & thesauris. Et illud fere quod in illis partibus carius emittitur, & habetur, est oleum oliuarũ: & reges & magnates illud quasi medicamen præcipuum, cum magna diligentia faciunt custodiri. In ipso etiam regno Cathay plura sunt mirabilia monstrosa quæ dicere prætermitto. Homines illarũ partium sunt sagacissimi, & omni calliditate repleti, & ideo in omni arte & scientia uilipendunt omnes alias nationes: & dicunt, quòd ipsi sunt soli qui duobus luminibus respiciunt, latini uero uno lumine tantum uideant: sed omnes alias nationes asserunt esse cæcas. Et per hoc certissime demonstratur, quòd omnes alios reputant esse rudes. Et uere tot res mirabiles & diuersæ, ac ineffabilis subtilitatis & laboris manuum ex illis partibus deferuntur, quod non uidetur esse aliquis qui in talibus illis se ualeat comparare. Omnes illi de illo regno Cathayni uocantur, & iuxta nationes suas multi tam uiri quàm fœminæ pulcherrimæ reperiuntur: tamen omnes communiter paruos habent oculos & naturaliter barba carent. Isti uero Cathayni ualde pulchras habent literas, quæ latinis literis in pulchritudine quodammodo similes sunt. Secta uero illius regni gentium, uix posset aliquo modo enarrari. Quoniam aliqui sunt qui colunt idola de metallo, alij uero boues adorant, quia terram laborant, ex qua crescunt frumenta & alia nutritiua. Alij colunt magnas arbores, alij naturalia, alij astronomiam, alij solem colunt, alij uero lunam, alij uero nullam habent fidem uel legem, sed sicut bruta animalia, ducunt bestialiter uitam suam. Et licet sint perspicacissimi ingenij ad omnia opera corporalia exercenda, nulla tamen inter eos spiritualium notitia inuenitur. Homines illius patriæ non sunt audaces, sed sunt mortis timidi plus satis quàm armigeros esse deceat, multũ tamen sunt ingenioſi, & magis per mare quàm per terram de inimicis suis uictoriam reportarunt. Multa habent armorum genera, quæ non inueniuntur inter alias nationes. Moneta uero quæ in illis partibus expenditur, fit de papyro

Recenset illas M. Paulus

pyro in forma quadrata,& eſt regali ſigno ſignata,& ſecundum illud ſignum illa moneta eſt maioris pretij uel minoris:& ſi forte illa moneta,propter uetuſtatem incipiat deuaſtari,ille uero qui illam habuerit,ad regalem curiã deportabit,tunc pro illa dabitur ſibi noua.De auro uero & alijs metallis faciunt uaſa & alia ornamenta.De iſto regno Cathay,dicitur quod in principio mũdi, quia eſt in oriente ab uno capite,& in illa parte nulla eſt aliarum habitatio gẽtium,ut refertur. Ex parte occidentis ſuos habet confines cum regno Tarſæ. Ex parte Septentrionis cum deſerto de Belgian. Ex parte uero meridiei, ſunt inſulæ maris oceani,de quibus ſuperius eſt expreſſum.

De regno Varſæ, Caput II.

IN regno Tarſæ ſunt tres prouinciæ, quarum dominatores ſe reges faciunt appellari.Homines illius patriæ nominãtur logour,ſemper idola coluerũt. & adhuc colunt omnes,præter decem cognationes illorum regum,qui per demonſtrationem ſtellæ uenerũt adorare natiuitatem in Betlehem Iudæ.Et adhuc multi magni & nobiles,inueniũtur inter Tartaros de cognitione illa,qui tenent firmiter fidem Chriſti.Alij uero idololatræ de partibus illis, ſunt homines nullius ualoris in facto armorũ.Perſpicaciſſimi tamen ſunt ingenij ad omnes artes & ſciẽtias addiſcẽdas. Literas habent proprias,& ferè omnes illarum partium habitatores abſtinẽt à carnibus & à uino,nec aliqua ratione occiderent quicquam uiuens.Illorum ciuitates ualde ſunt amœnæ,& templa magna habent,in quibus idola uenerantur:frumenta ibi creſcũt abundanter, & alia bona grauia.Vino uero carent,& bibere uinum reputãt eſſe peccatũ,ſicut faciunt Agareni.Iſtud regnum tarſæ,ex parte orientis ſuos habet confines cũ regno Cathay ſupradicto.Ex parte occidentis,cum regno Turqueſtã. Ex parte Septentrionis.cum quodam deſerto. Ex parte uero meridei, cum quadam ditiſſima prouincia,quæ uocatur Sym,quæ inter regnũ Indiæ & regnum Cathay habet ſitum,& in illa prouincia inueniuntur lapides adamantis.

De regno Turqueſtan, Caput, III.

REgnum Turqueſtan, ex parte orientis ſuos habet confines cum regno Tarſæ,ex parte occidentis cum regno Perſarum,ex parte Septentrionis cum regno Coraſinæ,ex parte uero meridei protendiiur uſq; ad deſertum Indiæ. In iſto regno paucæ ſunt bonæ ciuitates: planicies habet latas,& bona pabula pro armentis,& ideo habitatores illius patriæ, ut plurimum ſunt paſtores,habitantes iu tentorijs,& in talibus domibus,quæ de loco ad locũ poſſunt faciliter deportari. Maior ciuitas illius regni uocatut Ocerra. Parum ibi colligitur de ordeo uel frumento. Vino totaliter carent. Bibunt Curſiam, & alia poculenta quæ conficiunt,& lac.Riſum & millium comedunt atq; carnes, & uocantur Turcæ.Et ferè omnes tenent dogma peſſimi Mahumeti. Aliqui uero ſunt inter eos,qui nullam penitus fidem habent uel legem. Literas non habent proprias,ſed utuntur literis Arabicis in ciuitatibus ſiue caſtris.

De regno

Digitized by Google

De regno Coraſminorum, Cap. IIII.

REgnum Coraſminorum eſt bene munitum bonis ciuitatibus atq; uillis, & multi ſunt ibidem habitatores, quia terra illa eſt fertilis & amœna, frumenta & alia bona grana colliguntur ibi in maxima quantitate, tamen modi cum habent uini. Iſtud regnum ſuos habet confines cum quodam deſerto, cuius per centum diætas extenditur longitudo. Ex parte occidentis uſq; ad mare Caſpium protenditur: ex parte ſeptentrionis confines habet cum regno Cumaniæ: ex parte meridiei cū regno Turqueſtā, ſuperius nominato. Maior ciuitas illius regni uocatur Coraſme, & Coraſmi hoies nominātur. Pagani ſūt, nō habentes literas ſiue legem. In armis ſunt ferociſſimi qui uocantur Soldini, & habent propriam linguam, literas atq; ritum Græcorum, & modo Græcorum conficiunt corpus Chriſti, & ſunt obedientes patriarchæ Antiocheno.

De regno Cumaniæ, Cap. v.

REgnum Cumanię eſt ualde magnum, ſed propter aëris intemperiem male ab hominibus habitatur. Fit enim in locis aliquibus hyemali tempore tantum frigus, quòd homines, ſiue animalia non poſſunt uiuere ullo modo: in aliquibus uero locis fit tantus calor in æſtate, quòd nemo poteſt ibi eſſe per æſtum, & etiam propter muſcas. Regnum iſtud Cumaniæ eſt quaſi totū planum, & in illa planicie non reperiuntur arbores ſiue ligna, niſi forte iuxta aliquas ciuitates, quæ pomeria quædam habent. In campis & tentoriis habitant illæ gentes: ſtercora comburunt animalium loco ligni. Regnum Cumaniæ ex parte confines habet cum regno Coraſme, & cum quodam deſerto. Ex parte occidentis eſt mare maius, & mare detenue: ex parte ſeptentrionis cō fines cum regno Caſſiæ: ex parte meridei protenditur uſq; ad quoddam flumen magnum, quod reperitur in urbe quæ uocatur Etil. Anno quolibet congelatur, & quādoq; per totum annum permanet ita firmiter congelatū, quod glacies calcatur ab hominibus & animalibus ſicut terra. In litore illius fluminis inueniuntur quædam arbores ſatis paruæ: ultra uero & ex alia parte illius fluminis ſunt gentes habitātes uariæ & diuerſæ, quæ non computantur de regno Cumaniæ, obediunt tamen regi. Et quidam ſunt qui habitant circa montem Cocas, qui mirabiliter eſt magnus & altus. Aſtures & aliæ aues rapaces albæ ſunt, quæ in illis montibus oriuntur. Et iſte mons reſidet inter duo maria: quia ex parte occidentis eſt mons, ex parte orientis mare Caſpium: & iſtud mare Caſpium nullum habet introitum cum mari oceano, ſed eſt ſicut lacus: mare tamen propter ipſius magnitudinem appellatur: eſt enim maior lacus quàm reperiatur in orbe: quia protenditur à dicto mōte Caſpio uſq; ad caput regni Perſarum, & diuidit totam terram Aſiæ in duas partes: & illa pars quæ eſt in parte orientis dicitur Aſia profunda: & illa quæ eſt in occidente dicitur Aſia maior, & multos retinet bonos piſces. Circa illum montem Caſpium inueniuntur bubali, & alia multa animalia ſylueſtria. Sunt etiam in illis partibus mul

Digitized by Google

bus multæ insulæ,in quibus aues nidificant,& præcipue falcones,quæ pegrim uulgariter appellantur,& esmerliones,& bonsacci,& multæ aliæ aues nascuntur ibidem,quarũ nusquam origo nisi in illis insulis inuenitur. Maior ciuitas regni Cumaniæ uocatur Sara,quæ fuit antiquitus nobilis & famosa:fuit tamẽ prostrata,& quasi totaliter destructa per Tartaros, qui illam uiolẽter ceperũt, sicut inferius exprimetur.

De regno Indiæ, Cap. VI.

REgnum Indiæ est ualde longum,est sitũ super mare oceani, quod in illis partibus dicitur mare Indiæ. Istud regnum incipit à confinibus regni Persarum,& extenditur per orientem usq; ad unam prouinciã quæ uocatur Balarem:& in illa prouincia reperiuntur lapides pretiosi,qui balais appellãtur. Ex parte septentrionis perlongum est & magnum desertum Indiæ,ubi tot serpẽtes,& animalium diuersitates habitantes imperator Alexander dicitur inuenisse. In ipso regno prædicauit beatus Thomas Apostolus fidem Christi,& multas conuertit prouincias atque gentes:sed quia distant multum ab illis terris & locis,in quibus fides colitur Christiana, ibi fides nostra est multum diminuta,nec est ibi nisi quædam ciuitas, in qua habitant Christiani: omnes uero alij fidem Christi totaliter reliquerunt. Ex parte uero meridiei perlongum est mare oceanum,in quo sunt multæ insulæ,sed homines degentes in illis sunt nigri,& nudi incedunt totaliter propter æstum, & colunt idola uelut stulti. In illis insulis inueniuntur lapides pretiosi, margaritæ,& aurum,& multa genera specierum & rerum medicinalium, quæ conferunt sæpe hominibus huius mundi. Ibi etiam est quædam insula,quæ uocatur Celan, & in illa reperiuntur lapides qui uocantur rubini & sapphiri,& rex illius insulæ habet maiorem rubinum & meliorem quàm ualeat reperiri. Et quando rex illius insulæ debet coronari,lapidem illum manibus suis tenet,& sedens super equo circuit ciuitatem,& ex tũc omnes sibi obediũt tanquam regi. Terra Indiæ est quasi insula à deserto superius nominato,& mari oceano circundata,ita quod uix posset aliquis introire illam terram,nisi ab uno latere tantum,uidelicet ex parte regni Persarum. Et mercatores qui ad illam terram uolunt accedere, primo uadunt ad quandam ciuitatem quæ uocatur Hermes, quam Hermes philosophus fundauit artificialiter, ut præfertur,& exinde transeunt per quoddã brachium maris, quousq; ueniunt ad quandam ciuitatem quæ Combaech nominatur:& ibi inueniuntur aues quæ uocantur papagai, quæ sunt uiridi colore:& tanta est in illis partibus illarum auium multitudo, quanta passerum in hac terra. In illo portu inueniunt quæcunq; uolunt uenalia mercatores. Et si ultra uellent procedere,absq; molestia possent ire. In illa prouincia non habẽt abundantiam hordei uel frumenti:comedunt tamen illarum partium habitatores risum,millium,lac,butyrum,& fructus qui multi crescunt ibidem.

De regno Persarum, Cap. VII.

REgnum Persarum diuiditur in duas partes,quæ dicũtur solũmodo unũ regnum

regnum,eo præcipue quod unus ſolus dominus illarum terrarũ ſemper obtinuit principatũ. Prima pars Perſarũ incipit in oriente à confinibus regni Turqueſtan,& protenditur per occidentẽ uſq; ad magnũ flumẽ Phiſon, quod eſt primum inter quatuor flumina quæ fluunt de paradiſo terreſtri. Et ex parte ſeptentrionis extenditur uſq; ad mare Caſpium: ex parte meridiei uſq; ad deſertum Indiæ. Prouincia illa eſt quodammodo tota plana: in medio illius duæ ſunt ſitæ magnæ & opulentiſſimæ ciuitates: quarum altera uocatur Boctara, altera Seonorgant. Habitatores illarum partium dicuntur Perſæ, & habent propriam linguam: de mercationibus & terrarum laboribus uiuũt, uerum de armis ſe non ingerunt, nec de guerra. Antiquitus colebãt idola,& ignem tãq; deum præcipuum adorabant. Poſtq; uero ſecta Mahumeti illarum partium dominium occupauit, effecti ſunt uniuerſaliter Saraceni, Mahumeti credẽtes falſiſſimis documentis. Alia uero pars incipit à Phiſon flumine ſupradicto,& extenditur per occidentem uſq; ad cõfines regni Mediæ,& partim maioris Armeniæ. Ex parte uero ſeptentrionis extenditur uſq; ad mare Caſpium. Ex parte uero meridiei habet confines cum quadam prouincia regni Mediæ. In illa prouincia ſunt duæ maximæ ciuitates: quarum una uocatur Neſabor, & alia Sachen: & tamen in ſecta moribusq; ſunt ſimiles alijs ſupradictis.

Videtur eſſe Ganges

De regno Medorum, Cap. VIII.

REgnum Mediæ eſt ualde longum & ſtrictum: ex parte enim orientis incipit à regno Perſarum, & partim cum regno Indiæ maioris,& extenditur per occidentem uſq; ad regnum Chaldæorum. Ex parte ſeptentrionis incipit à regno Armeniæ maioris, & extenditur per meridiem uſq; ad ciuitatem Aquiſſam, quæ eſt ſita ſupra mare oceanum: & ibi reperiũtur margaritæ groſſiores, quæ portantur per orbem. In regno Mediæ ſunt montes magni & paruæ planicies: & duæ ſunt ibi regiones: & gentes quæ in una ipſarum habitant, dicuntur Saraceni,& alij uocantur Corduis. Duas habent etiam ciuitates magnas: una uocatur Soracet, alia Queremon: legem & ſectã tenent perfidi Mahumeti: literas habent Arabicas,& ad arma ſunt boni ſagittarij, pedites & ualentes:

De regno Armeniæ, Cap. IX.

IN terra Armeniæ ſunt quatuor regna: tamen unus ſolus rex dominiũ ſemper occupauit. Longitudo terræ Armeniæ incipit à regno Perſarũ,& extenditur per occidentem uſque ad regnum Turquiæ. Latitudo terræ Armeniæ incipit à Mirali ciuitate, quæ dicitur porta ferri, quam rex Alexãder firmauit, propter nationes gẽtium uarias & diuerſas, in profundo Aſiæ habitãtes, quas nolebat poſſe habere ingreſſum in Aſiã maiorẽ abſq; ſuo mandato: & eſt illa ciuitas ſita in quodam diſtricto maris Caſpij,& tangit magnum montẽ Cocas. Latitudo Armeniæ extenditur uſq; ad regnũ Mediæ. In regno Armeniæ ſunt plures magnæ & ditiſſimæ ciuitates: & ciuitas Tauriſij eſt famoſior,& plus aliis opulenta. In Armenia ſunt magni montes, latæ planicies, & flumina ma-

Tauriſium

Digitized by Google

gna,& lacus aquarũ dulcium & ſalſarum, in quibus piſcium magna copia inuenitur.Gentes in terra Armeniæ habitantes, diuerſis nominibus nuncupãtur,ſecundum terras & regiones, in quibus degunt,& ſunt equites & pedites ſtrenui bellatores:in armis,equis & ueſtibus mores ſequuntur & habitũ Tartarorum, qui ſub eorum dominio longo tempore ſunt detenti.Literas habẽt Armenicas,& alias etiam quæ dicuntur Haloën.In Armenia eſt altior mons quàm ſit in toto orbe terrarum qui Arath uulgariter nuncupatur, & in cacumine illius mõtis arca Noë poſt diluuium primo ſedet.Et licet propter abundãtiam niuium,quæ ſemper in illo monte reperiũtur, tam hyeme quàm æſtate nemo ualeat aſcendere montem illum,ſemper tamen apparet in eius cacumine quoddam nigrum,quod ab hominibus dicitur eſſe arca.

אֲרָרָט
Gen.8.

De regno Georgiæ, Cap. x.

REgnum Georgiæ ex parte orientis incipit à quodam magno monte qui uocatur Alboris:ibi multæ habitant gentiũ nationes,& ideo uocatur illa prouincia Alania:exinde extenditur regnum Georgiæ per occidentem uerſus ſeptentrionem uſq; ad aliquas terras regni Turquiæ . Longitudo ipſius regni Georgiæ extenditur ſupra mare maius.Ex parte meridiei confines habet cum regno Armeniæ maioris:& iſtud regnum diuiditur in duo regna: unum uocatur Georgia,alterũ uero Abcas nominatur: & ſemper ibi duo reges fuerũt: quorum alter eſt ſubiectus Imperatori Aſiæ,ſcilicet rex Georgiæ: ſed rex Abcas eſt potens gentibus,& fortiſſimus munimẽtis:nec per imperatorem Aſiæ. nec per Tartaros potuit ſubiugari. In iſto regno Georgiæ apparet quoddam ſtupendũ miraculum & monſtroſum , quod dicere non auderẽ,neq; credidiſſem,niſi propriis oculis perſpexiſſem: ſed quia perſonaliter ibi fui,& uidi,dico, quod in illis partibus eſt quædã prouincia quæ uocatur Hãſem,quæ in circuitu bene habet tres diætas:& quantũ extenditur illa prouincia tota,quadã caliginoſa & tenebricoſa caligine locus ille taliter obfuſcatur, quod nullus eſt qui aſpicere poſſit quicq;:nec eſt aliquis qui audeat ingredi terrã illã:quoniã ad rem deundum tramitẽ ignorat. Habitatores illarum partiũ aſſerunt ſe ſæpius audiuiſſe uoces hominũ uociferantium,cantum galli,hinnitus equorũ in ſylua. Et per meatus cuiuſdam fluminis,quod de loco illo egreditur,apparent ſigna certa quod ſit gẽtium habitatio in eodem. Verum eſt quod legẽdo inuenitur in hiſtoriis regni Armeniæ & Georgiæ,quod quidã peſſimus fuit imperator & dominator Perſaram,nuncupabatur proprio nomine Sauoreus:idola colebat iſte,& perſequebatur crudeliſſime Chriſtianos,Quadam uero die præcepit, ut omnes habitatores Aſiæ uenirent, & ſua idola adorarent:& quicunq; eius dictis imperialibus contrairet,pœnam ſuccendij pateretur. Vnde accidit quod quidam fideles Chriſtiani potius quàm idola colerent,martyrium elegerunt:aliqui uero adorauerunt idola præ timore,& ne bonis tẽporalibus priuarentur:alij uero petierunt montes & monumẽta,& in illis tutarunt ſe uiriliter contra

ter contra permulti. Quidam uero boni Christiani tunc temporis in quadam planicie habitabant, quæ Mogon dicebatur, & dum nollent modo aliquo idolis immolare, cogitauerunt de fuga, bonis temporalibus derelictis omnibus. Et dum ad partes Græciæ crederent se transferre, ipse pessimus Imperator obuiauit fugientibus Christianis in illa uidelicet planicie Hamsem, superius nominata. Quumq; iussu Imperatoris deberent Christiani frustatim omnes uniuersaliter detruncari, clamauerunt ad dominum Iesum Christum, & continuo tenebrositas illa per syderum lumina obfuscauit, & Christiani pergentes recto tramite euaserũt: iniqui uero in illa tenebrositatis ualle usq; nũc residẽt, & residere debent usq; ad finem seculi, ut ab omnibus creditur & enarratur.

De regno Chaldæorum, Caput XI.

REgnum Chaldæorum ex parte oriẽtis, à montibus Mediæ incipit, & protenditur usq; ad Niniue, maximã & uetutissimã ciuitatem prope flumen Tigris, & illa est ciuitas Niniue, de qua sancta scriptura loquitur. Ista ciuitas ad præsens est totaliter deuastata. Sed per ea quæ adhuc sunt apparentia in eadem, firmiter credi potest, quod fuerit una ex maioribus ciuitatibus huius mundi. Latitudo regni Chaldæorum ex parte Septrentionis incipit à quadã ciuitate. quę uocatur Maraga, & extẽditur per meridiem usq; ad mare oceanũ. Maior ciuitas Chaldæorũ uulgariter nominatur Babylonia, & sic antiquitus dicta fuit ĩ quã Nabuchodonosor filios Israël captiuos abduxit de Hierusalẽ sanctissima ciuitate. In regno Chaldæorum multæ sunt planicies. pauci montes, & modicæ aquæ, quæ per regnum discurrunt. Illi qui in Chaldæa habitãt, Nestorini uocantur aliqui in errore Nestorij, & literas habent Chaldæas Alij uero sunt ibi, qui literis utuntur Arabicis, & sectã tenẽt falsissimã Mahumeti.

De regno Mesopotamiæ, Caput XII.

REgnum Mesopotamiæ ex parte orientis habet initium à magna ciuitate Mosel, quæ sita est prope flumẽ Tigris, & per occidentem dilatatur usq; ad flumen Euphratis, & ciuitatem Rohais, quæ fuit ciuitas regni Abagari, ad quam fuit transmissa Veronica, quæ hodie Romæ inuenitur. Et prope Roha is est terra Haran, in qua Abraham antiquitus habitabat, quam terram dominus præcepit relinquere, & se ad terram promissionis ultra flumen Euphratis transferre, secundum quod in biblia plenius continetur. Istud regnum Mesopotamiæ Græco idiomate nominatur, eo quod inter ista duo paradisi flumina Tigris & Eupratis habeat situm. Latitudo istius regni habet initium ab uno monte Armeniæ qui uocatur Sanson, & dilatatur per meridiem usque ad desertum Arabiæ minoris. Istud regnum multas habet planicies fertiles & amœnas, duos habet montes ualde longos, & fructus copiosos. Mons ille qui ex parte orientis, uocatur Siniar. Alius mons uocatur Lisson. Modicæ labuntur aquę per illam terram. Sed habitatores bibunt aquam de puteis & cisternis, & ipsorum aliqui sunt Christiani, Syriani uidelicet & Armeni. Gen. 11 שנער

Digitized by Google

Alij uero sunt Saraceni,& illorum tenentes legem & sectam.Christiani Armeni,sunt in facto equites & pedites ualde boni.Saraceni uero & Syriani non intendunt se de armis, sed sunt artifices & cultores agrorum,& aliqui sunt pastores ouium,ueruntamen in loco quodam,qui dicitur Mercdin:sunt aliqui Saraceni sagittarij ualde boni,eorum idiomate Cordins appellantur.

De regno Turquiæ,Caput XIII.

REgnum Turquiæ est ualde magnum,& diuitijs opulētum. Venas habet argēti,ferri,æris& aluminis in maxima quātitate.Ibi etiā omnium frugū & fructuū atq; uini copia inuenitur,& multa sūt ibi animalia,& præcipue boni equi.Confines habet ex parte orientis cum Armenia maiori, & partim cū regno Georgiæ.Ex parte occidentis dilatatur usq; ad ciuitatē Nataliæ,quæ supra mare Græciæ sitū habet.Ex parte Septentrionis nullos habet cum aliqua terra cōfines,sed de longo in longū extenditur, supra litora maris maioris.Ex parte meridiei partim habet cōfines cū secunda Armenia,& partim cū Cilicia, & partim usq; ad mare Græci dilatatur, & respicit insulā Cypri. Istud regnū à diuersis nationibus partium oriētis Græcia appellatur,quia antiquitus Imperator Græcorū,terrā istā Turqui quasi pro suo proprio seruabat,& per duces atq; officiales Imperatoris tūc tēporis regebatur. Postq; uero Turchi occupauerūt terrā illā,& habitauerunt ibidē,elegerūt dominiū super eos,& illum uocauerunt Soldā,quod idem est quod rex in idiomate latinorum,& ex tunc terra illa fuit uocata Turquia, præcipue à latinis. In regno Turquiæ sunt plures prouinciæ,quæ magnas & principales obtinēt ciuitates.In prouincia Ligoniæ famosa ciuitas Comi inuenitur, quæ est maior ciuitas totius regni Turquiæ.In secunda prouincia,quæ dicitur Cappadocia,est ciuitas Cæsareæ Græciæ.Tertia prouincia dicitur Sauria,& est ibi ciuitas antiqua Seleucia. Quarta est Briquia nominata,& est ibi ciuitas Zichiæ Græciæ. Quinta dicitur Quisitan,& ibi est ciuitas Epheson. Sexta Bythynia,& ibi est ciuitas Nichor.Septima Paphlagonia,& ibi est ciuitas Gynapolis. Octaua dicitur Genech, & in ista est ciuitas Trapezonda.Et ista sola prouincia à paucis temporibus effecta est regnum per hunc modum.Quando Turchi occupauerunt dominium regni Turquiæ, non potuerunt ciuitatem Trapezondæ,nec eius pertinentias occupare propter castra fortiss.& alia munimenta,& sic permansit in potentia Imperatoris Constantinopolitani ad terram illam regēdam.Vnum uero gubernatorem annuatim consueuerat transmittere Imperator,qui Dux dicebatur,unde accidit,quod quidam ex illis rectoribus seu ducibus rebellis effectus, tenuit terræ dominiū pro seipso,& fecit se regem,& ille qui nūc tenet terrā Trapezontis,fecit se Imperatorē uocari.Habitatores illarum partium sunt Græci, & ritum Græcorū sequūtur,& literas Græcas habent:nos uero posuimus Trapezondā,in numero prouinciarū,& nō in numero regnorū,secundū q; nos instruunt historiæ partiū orientis.In regno Turquiæ habitant quatuor gētium nationes,

שרלטן
Hebraice & Chaldaice soldat præfectū

nationes, uidelicet Gtæci, Armeni, & Iacobini, iſti Chriſtiani ſunt, & uiuũt de mercationibus & laboribus terræ: & Turqui, qui ſunt Saraceni, & illius terræ dominium de Græcorũ manibus abſtulerũt, & aliqui ſunt qui uiuũt de mercationibus & laboribus terræ, & habitant in ciuitatibus & in uillis: alij uero ſemper petunt nemora, & ſtant in campis hyeme & æſtate, qui ouium ſunt paſtores, & ſunt ſagittarij ualde boni.

De regno Syriæ, Cap. XIIII.

REgnũ Syriæ ex parte oriẽtis incipit à flumine Euphratis, & extẽditur per occidentẽ, uſq; ad ciuitatẽ Samaræ, quæ eſt ſita ſupra mare Græciæ, in capite deſerti Ægypti. Latitudo regni Syriæ ex parte Septentrionis, incipit à ciuitate Berytenſi, & dilatatur uſq; ad Craccũ montis regalis. Ex parte orientis confines habet cũ Meſopotamia, ex parte Septentrionis cũ ſecũda Armenia: & in parte cũ regno Turquiæ. Ex parte meridiei uerſus occidentem nullos habet cũ aliquo regno cõfines, quia mare Græciæ, & deſertũ Arabiæ ſunt ſibi à duabus partibus circũ circa. Regnũ Syriæ diuiditur in iiij. partes ſiue prouincias, quæ propter ipſarũ magnitudinẽ cõſueuerunt regna appellari antiquitus, & reges fuerunt retroactis tẽporibus in eiſdem. Sed in hiſtorijs partium orientis prouincię nõ regna dicũtur. Prima prouincia, quæ eſt caput regni Syriæ, uocatur Sem, & in medio iſtius prouinciæ eſt ſita nobilis ciuitas Damaſcena. Secunda prouincia dicitur Paleſtina, in qua ſancta Hieroſolymitana ciuitas habet ſitũ. Tertia dicitur Antiochia, & in illa ſunt duæ maximæ ciuitates, uidelicet Halay, & Antiochia maior. Quarta prouincia Cilicia appellatur, ibiq; eſt ſita inexpugnabilis ciuitas Tarſenſis, in qua beatus apoſt. Paulus fuit natus, & iſta Cilicia hodie Armenia nuncupatur. Nam poſtq; Chriſtianæ fidei inimici terram illam de Græcorum manibus abſtulerunt, & illam lõgo tempore tenuerunt, Armeni conati ſunt tãtum quod terram illam Ciliciæ eruerunt de populo paganorum, cuius quidem dominium rex Armeniæ per gratiam dei tenet. In regno Syriæ habitant diuerſæ gentium nationes, uidelicet Græci, Armeni, Iacobini, Neſtoriani & Saraceni: ibi ſunt etiam aliæ Chriſtianorũ nationes, uidelicet Syriani & Maronini. Syriani ritũ tenẽt Græcorũ, & fuerunt longo tempore obedientes ſacroſanctæ Ro. eccleſiæ. Linguam loquuntur Arabicã. Sed officiũ eccleſiæ dicũt in literis Græcis. Maronini uero tenẽt ritũ Iacobitarũ, & linguã & literas Arabicas habẽt. Circa mõtẽ Libani, & in partibus Hieroſolymitanis habitant iſte gentes, & ſunt ſagittarij boni: de culturis uiuũt. Syriani ſunt multi, Maronini uero in modica quantitate. Lõgitudo regni Syriæ xx. dierum ſpatio terminatur: latitudo uero dierũ quinq;, & in aliquo loco minus, ſecundum quod deſertum Arabiæ, & mare Græciæ longius uel propinquius adhæret.

De imperio Saracenorum, Caput XV.

SIcut in euangelio inuenitur, tẽpore natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, quũ Imperator Ro. Auguſtus Cæſar totius orbis monarchiæ imperiũ obtinebat: poſtmodũ uero qdã Rex Perſarũ, nomine Coſſoraſſath, fuit primus

auſus Romano imperio rebellare,qui fecit ſe imperatorẽ Aſiæ nominari,iſte occupauit dominiũ Perſarũ,Medorũ,Armeniæ & Chaldæorũ,& ipſius potẽtia tantũ creuit,quod uiolenter terras illas gentibus Imperatoris Romani totaliter uacuauit.Et durauit dominiũ regni Perſarũ cccxxix.annis.Poſtea uero Saraceni ab eis Aſiæ imperium abſtulerunt,ſicut inferius darius exprimetur. Anno domini D CXXXII.maledictum ſemẽ perfidi Mahumeti regnum Syriæ introiuit,& Saraceni expugnantes Damaſci opulentiſſimam ciuitatem,de manibus Græcorum, qui illam longo tempore tenuerant abſtulerunt,& poſtea in breui tempore totum regnum Syriæ occupauerunt. Poſtea uero obſederunt magnam Antiochiæ ciuitatem, in qua Græci illo tempore morabantur. Imperator Eraclius Auguſtus, Romanum adminiſtrans imperium, hoc audiens, miſit ſubſidium magnum Græcis,ut ciuitatem tuerentur à perfidis Saracenis,& dum gẽtes Imperatoris Eradij ad quandam planiciem peruenirent,quam Poſſene nominant, Saraceni ex oppoſito uenientes, cum eis bellum crudeliſſimum inierunt:magna quidem fuit altercatio inter eos,ſed obtinuerunt finaliter Agareni,& in illo cõflictu bellatorum innumerabilis cecidit multitudo, & uſque nunc apparent ibi oſſa cadauerum in maxima quantitate. Vnde accidit, quod Græci qui in ciuitate degebant, nimio pauore perterriti,ipſam ciuitatem Anthiochiæ Saracenis cum certis pactis & conuentionibus dediderunt.Exinde præfati perfidiæ filij ingreſſi fuerunt Ciliciam, Cappadociam, Licaoniam opulentiſſimas regiones, quas in paucis diebus eorũ dominio ſubdiderunt: non enim erat qui eorum potentiæ poſſet contraire, & ideo in magnam fuerunt ſuperbiam elati: unde parauerunt galeas, & alia nauigia multa,& uerſus Conſtantinopolim carbaſa direxerunt: ſed primo deſcenderunt in Cyprum, & ceperunt maiorem ciuitatem illius regni, quæ Conſtantia uocabatur,ubi erat B. Barnabæ apoſtoli ſepultura. Expoliata igitur infinitis diuitijs ciuitate, & innumerabilibus populis captis,funditus ipſam totaliter diruerunt, quod nunquam fuit ulterius habitata. Exinde pergentes quoque fuerunt inſulam Rhodi,& plures alias Romanas inſulas deprædati,& multos inde abduxerunt captiuos: finaliter uero Conſtantinopolim applicuerũt,tam per terram quàm per mare illam ciuitatem magnificam obſederunt.Chriſtiani quidem tantam inimicorum copiam intuentes, terrore ualido ſunt perculſi,& dei miſericordiam humiliter implorarunt: unde accidit nutu dei,quod licet tunc tempus eſſet æſtiuum,& mare à fluctibus quaſi immobile permaneret,ſubito ſurrexit tempeſtas ualida, quæ perfidorum galeas & alia ligna ferè omnia ſubmerſit in mari,& inimicorum qui erant in illis nemo euaſit. Alij uero hoc uidentes,continuo receſſerunt. Chriſtiani quidem uidentes per Chriſti miſericordiam ſe ereptos, cum magna exultatione ordinauerunt diem annuum ad honorem ſaluatoris perpetuo ſolenniter celebrandum, & uſque hodie ab omnibus Chriſtianis illarum partium deuo-

tiſſime

Digitized by Google

tissime obseruatur. Præfati uero iniquitatis filij Agareni per aliquod tẽpus de derunt se quieti: postea uero copioso exercitu congregato, regnum Persarũ in uadere cogitarunt. Et primo fuerũt ingressi regnũ Mesopotamiæ, deinde per rexerũt ad regnũ Chaldæorum, quod erat sub dominio Persarũ regis, qui nõ poterat resistere Saracenis, unde de terra illa fecerunt omnia uota sua. Rex uero Persarũ Ascaiorth nomine, timens Saracenorũ potestati subiugari, nũtios suos misit ad terras & regna, quæ erant circa flumen Phison, & ab eis subsidiũ implorauit, promittendo uenientibus magna stipẽdia & honores. De regno igitur Turquestan, quod propinquius erat regno Persarũ, congregauerunt se circa sex millia uirorũ, qui nominabantur tunc temporis Turquiniani, & iter arripientes regi Persarum dare subsidium intendebant. Transierũt quoq; flumen Phison, ex eo quod eorum consuetudo est talis, quod quocunq; uadant, secum ducant filias & uxores, nõ poterant ire celeriter, sed per diætas paruulas incedebant. Saraceni uero, qui erant in regno Chaldæorũ, quod subiugauerant, ut est dictum, timentes quod si exercitus Turquorũ & Persarũ congregarentur in unum, nõ possent eorũ uota de facili adimplere, accepto cõsilio sanior e, regẽ persarũ inuadere properant, antecq; ei subsidium præberetur. Rex uero Persarũ dum non posset prælium euitare, cum gente sua se opposuit Saracenis, & inito bello iuxta quãdam ciuitatẽ quæ Marga appellatur magna fuit altercatio inter eos, & ab utraq; parte bellatores innumerabiles ceciderunt. De mũ uero Persæ terga uerterunt, & Saraceni uirilirer persequẽtes regẽ Persarum inter alios occiderunt, & uictoriam reportarunt. Actum anno DCXXXII. Persarum itaq; rege taliter interempto, & tam regno Persarum, quàm pluribus aliis subiugatis, præfati iniquitatis filij Agareni sibi imperatorẽ elegerunt, quendam uidelicet de progenie Mahumeti, & ipsum uocauerũt Caliph, & ordinauerunt quod sedem teneret in Baldac opulentissima ciuitate. In quolibet uero aliorum regnorum, quæ subiugauerant Agareni, constituerunt unum dominum, quem uocauerunt Soldan, deinde ceperunt ciuitates & uillas, & totã maiorẽ Asiam tenuerunt, præter regnũ Abcar, quod est in Georgia, & præter quãdam aliã regionẽ regni Armeniæ, quæ Haloën uulgariter appellatur. Istæ duæ regiones tenueruut se contra Saracenos, nec uoluerunt eis modo aliquo obedire: & sic sumpserũt refugium & tutelam omnibus Christianis, quos Saraceni persequebantur, illos compellentes obedire Mahumeti falsissimis documentis. De Turquinianis uero superius nominatis, qui regi Persarum dare subsidium intendebant, breuiter sumus aliqua loquuturi, ut eorum historia, quæ inferius exprimetur, clariorem habeat intellectum. Isti uero Turquiniani superius nominati peruenerunt usq; ad quãdam terram quæ Corasen nũcupatur. ibiq; intellexerunt qualiter rex Persarum in conflictu fuerat interemptus: & ideo ulterius procedere noluerunt, sed ad detentionem illius terræ Corasen potius aspirantes, ipsam contra Saracenos crediderunt defendere & tenere,

Olim Babylon

& tenere. Hoc quoq; Saraceni uidentes, copiosum exercitum congregauerũt, ut Turquinianos prædictos modis omnibus subiugarent. Sed Turquiniani uidentes Saracenorũ innumerabilem quantitatẽ, de prælio dubitantes, suos ad Caliphum nuntios destinauerunt, offerẽtes se obedire suis beneplacitis & mandatis, & rogauerunt ut eos sub suo dominio conseruaret. Hoc quidẽ gratum extitit Saracenis, & sic receperunt eosdem, & in alia terra illos habitare fecerunt, ubi rebellionis audaciam non timerent. Et imposuerunt eis certum annuum censum domino persoluẽdũ, & plures alias seruitutes: & sic Turquiniani sub iugo Saracenorũ longo tempore extiterunt, quousq; regna Persarum, Medorum, & Chaldæorũ redacta fuetũt ad falsam fidem pessimi Mahumeti. Et post hæc Caliphus seniores Turquinianorum fecit ante suam præsentiã conuocari, & sua sit eisdem, ut legem & sectam acciperẽt Mahumeti, & procurarent quod idem illud facerent omnes alij Turquiniani, promittens eis facere gratias & honores, si in hoc casu suis beneplacitis obedirẽt. Turquiniani autem, qui nullam legem penitus sequebantur, mandatis Caliphi faciliter consenserunt, & effecti omnes perfidi Saraceni. Et tantum in processu temporis procurarunt, quod sectæ Mahumeti adhæserunt Turquinianorum sexagin ta quatuor nationes, & fuerunt omnes Turquiniani conuersi ad fidem Saracenorum, præter duas tãtummodo nationes, quæ fuerũt omnes ipsi ab alijs segregati illi qui noluerunt se conuertere: Ex tunc Saraceni cœperunt diligere Turquinianos, & eis gratias & beneficia inpendebant: unde multiplicati fuerunt in diuitijs & personis: sciuerunt enim sub dominio Saracenorũ sagaciter pertrãsire, quousq; rebellionis locũ & materiam inuenerũt, quibus captatis dominiũ abstulerũt à Saracenis, sicut in sequenti describetur. Annis uero CXC. VIII. regnauerunt in Asia Saraceni anteq; dominium amiserũt. Sed exorta fuit quædam magna discordia inter eos, ita quod Soldani & alij principes terrarũ, qui tenebantur obedire Calipho, ceperunt rebelles fieri cõtra ipsum. Ob hanc causam Saracenorum potestas fuit plurimum diminuta. In Constantinopoli uero erat tunc temporis quidam ualentissimus imperator, qui Diogenes uocabatur: iste uiriliter & potenter cœpit inuadere Saracenos: & recuperauit plures ciuitates & castra, quæ redacta fuerant sub potentiam inimicorum tempore imperatoris Eraclij: & inter alias liberauit Antiochiæ ciuitatem, & fortes ciuitates Ciliciæ, quæ hodie Armenia appellatur, & partem regni Mesopotamię. Idem dominium Christianorum reduxit. Alia uero regna Asiæ sub Saracenorum dominio remanserunt, & illa tenuerunt quousq; Turquiniani eisdem terris & dominio prævalueruut, sicut inferius clarius exprimetur. Anno M.LI. Turquiniani cœperũt primo in Asia dominari, hoc modo uidelicet, q; quando Turquiniani fuerunt repleti diuitijs, & multiplicati plurimũ in personis, uidentes discordiam quæ inter saracenos uigebat, cogitauerũt de facili posse imperium occupare: unde super eos regem & dominum elegerũt, nec unq; prius

prius de natione eorum habuerunt dominum generalẽ. Primus quidem eorum dominus uocatus fuit Sadoc. Assumpto domino, Saracenos uiriliter inuaserũt, & in breui tempore acquisiuerũt maioris Asiæ totã terram. Calipho uero nullam intulerunt molestiam uel grauamen. Et Turquiniani postquam dominium terræ Asiæ occuparunt, Caliphus timore potius quam amore uolens eis in omnibus complacere, prædictum Sadoc eorum dominũ, Imperatorem totius Asiæ ordinauit. Sed post modicum temporis spatium Sadoc sæpe dictus diem clausit extremum: huic uero successit quidam eius filius, qui uocatus fuit Dogrissa: & iste cœpit pugnare contra imperatorem Græcorum, & plures ipsorũ occupauit terras & castra: & misit quendam suum consanguineum, qui uocabatur Artot, ad inuadendum regnum Mesopotamiæ, & cõcessit sibi quicquid posset acquirere contra Græcos. Vnde idem Artot iuit cum magna gentium comitiua, & obsedit ciuitatem Rohais, quam sine moræ dispendio occupauit: deinde inuasit alias terras & loca, & totum regnum Mesopotamia dominio suo subdidit. In ciuitate uero Mercdin tenuit sedem suam, & fecit se Soldanum ab omnibus appellari. Eo uero tempore obijt Dogrissa imperator Asiæ, & quidã eius filius, Aspasalem nomine, sibi successit. Iste Aspasalem quendam nepotem habebat, qui uocabatur Soliman, qui erat perstrenuus in armis, & diu seruierat patri suo, & istum cum magno exercitu in Cappadociam misit, & concessit sibi omnia quæ posset acquirere contra Græcos. Solimã itaq; pergens cepit quãplures ciuitates regni Turquiæ, & dominium ipsius regni totum suo subiugauit dominio, & fecit se nominari Soldanũ, & mutato suo proprio nomine, uocari se fecit Solimansa: & de isto Solimansa faciũt mentionẽ historiæ Passagij Godefridi de Bulliono: quia ille fuit primus qui se belliger opposuit Christianis. Postea uero obijt Aspasalem imperator Turquorum, & successit sibi quidam eius filius, uocatus Meleda. Iste misit Soldanũ Mesopotamiæ Artot, & solimansa Soldanum Turquiæ ad obsidendam ciuitatem Antiochiæ, qui post paucos dies ceperunt eandem: erat enim illa ciuitas ualde magna, & pauci erant in ea defensores, qui se opponerent Saracenis & hoc modo fuerunt Græci de tota terra Asiæ pulsi per potentiam inimicorũ fidei Christianæ. Post hæc uero Meleda imperator Turquorum decessit, & duos filios reliquit: primogenitus uero successit in imperio patri suo, qui uocatus fuit Belchiaroc: sed frater suus qui audacior eo erat, occupauit imperij magnã partẽ: & eo tempore quo Passagiũ Godefridi de Bulliono trãsiuit per Turquiam, Belchiaroc erat imperator Persarum, & Solimãsa erat Soldanus Turquiæ qui multas inuasiones intulit Christianis antequam trãsiret ad regnum Turquiæ. Postquam uero Christiani regnum Turquiæ transiuerunt, ciuitatẽ Antiochiæ obsederunt: quo audito imperator Turquorũ misit ad subsidiũ ipsius ciuitatis quendam suũ ducem noie Cerbagat, cum innumerabili multitudine bellatorũ. Sed anteq; illud subsidiũ ueniret, Christiani iã occupauerunt ciuitatem,

uitatem, unde obſederunt illam undiq; & ſic Chriſtiani, qui prius obſederũt, ſunt obſeſſi. Demum uero Chriſtiani egreſſi fuerũt de ciuitate per turmas & acies ordinati, & contra infideles prælium iniuerunt, & ipſos contriuerunt omnes uelut ſtipulam, nutu dei. Illi uero qui euaſerunt per fugæ remedium, ad regnum Perſarum fuerunt reuerſi, & inuenerũt quod Belchiaroc eorum dominus, finem clauſerat uitæ ſuæ. Frater uero ſuus uoluit ſuccedere ſibi, & imperium occupare: ſed certi eius aduerſarij irruerunt in eum, & ipſum in fruſtra diſſecuerunt: quia nec poſtea potuerunt eſſe concordes ad eligendum imperatorem, uel generalem dominum ſuper eos. imò diuiſi inter ſe inuicem prælijantes. Georgiani uero & Armeni maioris Armeniæ, hoc uidentes inuaſerũt prædictos Turquos uiriliter & potenter, & ipſos de toto Perſarum imperio fugauerunt: unde iuerunt cum uxoribus & filijs habitare in regno Turquiæ. & per hoc multum creuit potentia Soldani Turquiæ, ita quòd potentior omnibus eſt effectus, & uſque ad tartarorum aduentum tenuit pacifice regnum ſuum, à quibus poſtmodum fuit debellatus, ſicut inferius exprimetur. In regno Coraſminorum erant quidam populi ad arma ſtrenui, qui ſemper habitabant in tentorijs & campis, armentorum greges paſcentes: iſti audientes de regno Perſarum, quòd eſſet abſque rectore & domino derelictum, ac defenſoribus uacuatum, cogitauerunt illud poſſe faciliter occupari. Accepto itaque conſilio, inter eos ſibi ducem & dominum elegerunt quendam, qui uocabatur Ialaladinus, & in facto unanimiter pergentes, ingreſſi fuerunt regnum Perſarum, & iuerunt uſque ad ciuitatem Coroſij abſque contradictione cuiuſquam: & ibidem reſidentiam facientes, præfatum eorum dominum Ialaladinum, Imperatorem Aſiæ coronauerunt: crediderunt enim alia regna Aſiæ ita faciliter ſubiugare, ſicut fecerant in regno Perſarum, quod inierunt regnum, totum defenſoribus uacuatum. Dicti Coraſmini itaque dederũt ſe ſolatio & quieti: & diuitijs regni Perſarum repleti, in magna ſunt ſuperbia elati: unde procedentes iuerunt ad regnum Turquiæ, illud inuadere cogitantes. Sed Soldanus Turquiæ nomine Aladinus ſuum exercitum congregauit, & obuiauit Coraſminis in introitu regni ſui. Inter eos quidẽ fuit ingens prælium inchoatum: demum uero Coraſmini terga uerterunt, & amiſerunt eorũ imperatorem & dominum, qui fuit in prælio interfectus. Illi uero qui potuerunt fugere, congregaueruet ſe in planiciebus Rohais, quid facturi eſſent de cætero cogitantes. Vnde ingreſſi fuerunt regnum Syriæ quod per unam dominam tunc temporis regebatur: & crediderunt illud regnum faciliter occupare. Sed illa nobilis domina in ciuitate Halap fecit ſuum exercitum congregari, & ſe oppoſuit Coraſminis, & iuxta flumen Euphratem prælium inierũt, ibiq; fuerunt iterum Coraſmini, & fugam arripuerunt uerſus deſertum Arabiæ. Poſtmodum uero tranſiuerunt flumen Euphratem prope caſtrum Cacabæ: & ingreſſi fuerunt terras Aſſyriorum, & iuerunt uſq; ad prouinciã Palæſtinæ

Digitized by Google

Iestinæ, uidelicet in regno Hierosolymitanorũ: ibi quædã damna inrulerũt non modica Christianis, sicut in historijs Godefridi Passagij plenius inuenitur. Finaliter uero ista Corasminorum progenies ad nihilum est redacta, & tẽpore satis breui. Quia dum prædicti Corasmini nollẽt suis maioribus obedire, separabant se per societates & turmas, & ibant alij ad Soldanũ Damasci, alij ad Soldanum Ames, alij ad Soldanum Haman, alij uero ad alios Soldanos regni Assyriorũ, qui tunc temporis erant quinq;, & sicut stipendiarij seruiebant. Dux uero Corasminorũ, qui uocabatur Bartat: præuidens se à gente sua taliter derelinqui, iuit ad Soldanũ Babyloniæ, & obtulit se & suos ad eius beneplacita & mandata. Vnde Soldanus benigne suscepit Corasminos, et eos per exercitum suum diuisit, quoniã nolebat quod insimul morarentur, & ducem Corasminorum plurimum honorauit, & eidẽ dedit magnos reditus & prouentus, & usq; hodie hæredes illius ducis in Babylonia honorantur. Per prædictos uero Corasminos potentia soldani Babiloniæ multum creuit, qua ante ipsorum aduentum erat modica & exilis. Corasmini quoq; mòdo prælibato diuisi demũ ad nihilum redierunt. Et sic Corasminorũ destructa natione, post modicũ temporis spatiũ cœperũt postea Tartari in Asia nominari, sicut inferius plenius exprimetur.

De regione ubi prius Tartari habitabant. Cap. XVI.

REgio illa, in qua Tartari primitus habitabãt, est sita ultra magnũ montem de Belgian, de quo monte fit mentio in historijs Alexandri. In illa uero regione habitabant Tartari tanq; homines bestiales, nõ habentes literas neq; fidem: greges pascebant animaliũ, & de loco ad locum incedebant, quærentes pascua armẽtis. Ad armorũ exercitum non ualebant, sed erãt ab omnibus uilipensi, reddentes uectigal uniuersis. Plures Tartarorum fuerũt antiquitus nationes, quæ Moglos communi nomine dicebãtur: & creuerũt tantum, quod in septem principales natiões sunt diuisi: & illæ nationes magis nobiles fuerũt habitæ inter eos. Prima istarum nationum Tartarorum nominat Tatar, quæ à prouincia in qua degebant primitus, nomen sumpsit: secunda uppellatur Tangot, tertia Cunat, quarta Ialair, quinta Sonich, sexta Monghi, septima Tebeth. Quumq; istæ septẽ Tartarorũ nationes starent sub obedictia uicinorũ, ut superius est expressum, accidit quòd quidam homo senex, pauper, faber ferrarius, uisionem uidit in somno, militem uidelicet totũ album, armatum, & super albo equo sedentem, qui ipsum nomine proprio appellauit, & dixit: Changie, uoluntas dei immortalis est, quod tu Tartarorũ sis rector, & dominus super istas nationes Moglorũ, & quod per te à seruitute uicinorum, in qua steterunt diutius, liberentur: & dominabuntur uicinis eorum, & uectigalia quæ præstare consueuerant, recipient ab eisdem. Changius fuit magna iocunditate repletus, audiens uerbum dei: & narrauit uisionem quam uiderat uniuersis. Sed duces & maiores istorũ noluerunt

Tartari olim Moguli.

luerunt credere uisioni, imò senem quodammodo deridebant. Nocte uero sequenti prædicti duces uiderũt militẽ album, & uisionẽ, sicut senex Changius omnibus reserauerat: & præceptum fuit eis ex parte dei immortalis, quod obedirẽt Changio, & sua mãdata facerent ab omnibus obseruari: unde prædicti duces & maiores septẽ nationum Tartarorũ congregatis populis fecerunt fieri obedientiam & reuerentiam Changio superius nominato, tanquam eorum domino naturali. Post hæc uero sedem suam statuerunt in medio ipsorum, & extendentes quoddam filtrum nigerrimum super terrã, desuper sedere fecerunt Changium, & septẽ duces maiores eleuantes illum posuerunt in sedem cum magno tripudio & clamore, & uocauerũt eũ Chã primum imperatorem, solennem reuerentiam cum genuflexionibus eidem tanquam imperatori & domino facientes. De tali uero solennitate quã Tartari fecerunt, qui eorum primum imperatorem & dominum posuerũt, & de filtro nemo debeat admirari, quoniã forte pulchriorẽ pannum super quo ipsum ponerent non habebant: aut erãt forsitan ita rudes, quod melius uel pulchrius facere ignorabãt. Sed de hoc an nõ posset aliquis admirari, quòd quum prædicti Tartari acquisiuerũt multa regna, & diuitias infinitas (quoniam dominium Asiæ tenẽt & opes, & usque ad confines Hungariæ dominantur) nec propter hoc uoluerunt antiquam consuetudinem relinquere, siue modũ: imò oportet quod confirmatione imperatoris Tartarorũ ille modus totaliter teneatur, quem eorum ueteres ab initio tenuerunt. Et ego in cõfirmatione imperatoris Tartarorũ bis personaliter fui præsens. Sed ad propositũ redeamus. Changius Cham, qui factus fuit imperator de communi uoluntate & cõsensu omnium Tartarorũ, antequam procederet ad alia, tentare uoluit an Tartari omnes sibi fideliter obedirẽt: unde præcepta fecit quæ iussit ab omnibus obseruari. Primum præceptũ fuit, quod Tartari omnes crederent & obedirent deo immortali, cuius nutu adeptus fuerat imperatoriam dignitatem: & hoc mandatum Tartari tenuerunt, & ex tunc cœperũt nomẽ dei immortalis inuocare: & usq; hodie in omnibus eorum operibus Tartari inuocãt nomen domini. Secundo præcepit, quod computarentur omnes uiri, qui poterant arma ferre: & facta computatione præcepit, quod sub quolibet denariorum præponeretur unus, et super decem millia præponeretur unus, et super mille præponeoetur unus: et uocauit aciem decem milia armatorum, turmam. Præcepit etiam septem ducibus, qui præerant septẽ nationibus Tartarorum, quod priores omnes dimitterent dignitates: et continuo hoc fecerũt. Aliud uero præceptum quod fecit fuit ualde stupendum: præcepit enim septem maioribus ducibus prælibatis, quod unusquisq; primogenitum suum adduceret, & sibi caput manu propria amputaret. Et licet tale mandatum uideretur esse crudelissimum & iniquum, nullus tamen fuit ausus in aliquo contraire, eo quod sciebant eum esse dominum prouisõe

Cham imperatoris cognomẽ apud Tartaros.

diuina:

diuina, imò ſicut præceperat Imperator, continuo adimplerent. Poſtq́ uero Changius† Can uota ſuorum nouit, & uidit quod uſq́ ad mortem erant obedire parati, certum diem omnibus aſſignauit, in quo eſſent parati ad pugnam. Equitauerunt itaq́ Tartari contra illos, qui magis erant uicini, & ſubiugauerunt eoſdem, & redacti fuerunt, qui prius erant eorũ domini, in maximam ſeruitutem. Et inde proceſſit Changius Can contra plures alias nationes, quas ſuo ſubdidit imperio abſq́ nimia tarditate. Nã omnia Changius Can faciebat cum modica quãtitate, & proſpere ſuccedebat ei. Quadã uero die accidit, quòd Changius Can equitabat cum modica quãtitate, ſuorum, & obuiauit inimicis, qui erãt numero ſatis plures. Inito quoq́ bello, dum imperator Changius Can ſe uiriliter tueretur, accidit quod equus ſuper quo ſedebat cecidit, interfectus in pugna. Tartari uero quũ uiderent eorũ dominum proſtratũ inter acies bellatorũ, nulla fuit ſpes ulterius ſalutis, unde terga uertentes, inimicos per fugæ remediũ euaſerũt. Quumq́ omnes ſimul intenderẽt ad perſequendum celeriter fugitiuos, & de rege proſtrato notitiam non haberent, Changius Can cucurrit, & ſe intra quædam arbuſtula occultauit, ut mortis periculum euitaret. Quumq́ de pugna redeuntes campũ exoliarent, & quærerent occultatos, accidit quod quædam auis, quæ bubo à pluribus nominatur, ueniens ſuper arbuſtula illa ſedit, quibus maieſtas imperatoria regebatur. Quærentes uero uiderunt autem illam ſedentem ſuper illis arbuſtulis, & propterea crediderunt neminem ibi eſſe, & abſq́ eo quòd quærerent receſſerũt, dicentes intra ſe: Si eſſet hic aliquis occultatus, auis illa nullatenus hic ſederet. In ſilentio uero noctis Changius Can propter metũ inimicorũ per deuia incẽdendo peruenit ad ſuos, & narrauit eis omnia quæ ſibi acciderant ſeriatim. Tartari quidem immortali den gratias reddiderunt & auis illa, per quam poſt deum Changius Can creditur euaſiſſe, in tanta reuerentia poſtmodum fuit habita inter eos, quòd quicunq́ poteſt habere de pluma illius auis, reputat ſe felicem, & portant illam plumam Tartari in maiorem reuerẽtiam ſuper capitibus reuerenter. Ego uero feci mentionem de iſta materia in hoc libro, ut ſciatur cauſa, quare Tartari ſuper capitibus plumas portant. Changius Can Imperator Tartarorum de eo quod à tãto diſcrimine euaſerat, gratias egit deo, & poſt hæc ſuos exercitus congregauit, & præfatos inimicos ſtrenue inuadẽdo omnes ſub iugo ſuo poſuit ſeruitutis, & ſic fuit Changius Can Imperator omniũ regionum, quæ erant citra montem Belgian, & illas poſſedit abſq́ inquietatione cuiuſquam, quouſq́ aliam uidit iterum uiſionem, ſicut in ſequentibus deſcribetur: & non eſt mirandũ, ſi in iſtis hiſtorijs non poſui tempus certum, quoniã licet à multis ſcire quæſiuerim ueritatẽ, non tamen potui inuenire qui ſuper talibus plenarie me doceret: & credo quòd talis ſit ratio, quare tempus certum iſtarum hiſtoriarum penitus ignoratur, quia ab initio Tartari literas nõ habebant, & ſic tempora

† alias, Cham

Digitized by Google

& rerum gesta transibant absque eo, quod ab aliquo notaretur, & per hunc modum obliuioni postea tradebantur.

De Changio Can primo Imperatore Tartarorum, Cap. XVII.

POstquam uero Changius Can omnia regna & terras quæ citra montem Belgian erāt, suo dominio subiugauit, quadam nocte uidit aliā uisionē. Vidit em̄ iterum militem album, qui ait, Changi Can, uoluntas immortalis dei est, quod tu transeas montem Belgian, & uersus occidentem dirigas gressus tuos, & occupabis regna, regiones & terras, & imperio tuo subij cies multas gentes: & ut certus sis, quoniā ea quæ tibi dico sunt ex parte immortalis dei, surge & uade cum gente tua ad montem de Belgian, ad locum ubi mare iungitur cum eodem, ibiq; descendens, & uersus orientē cum nouem genuflexionibus nouies immortalē deū adorabis, & ipse qui est omnipotens, tibi uiā ostēdet, per quem mōtem poteris cōmode pertransire. Visa itaq; uisione Changius Can, gaudens surrexit, nec in aliquo hæsitauit. Nā prima uisio uelut uera, de alijs certitudinem sibi dabat: unde festināter suos undiq; cōgregauit, & præcepit, quod sequerentur eum cum uxoribus & filijs & omnibus quę habebant. Perrexerunt itaq; quousq; peruenerunt ad locū, ubi mare magnum & profundum montibus adhærebat, nec ibi uia siue trā situs aliquis apparebat. Statim uero Changius Can, sicut pręceptū sibi fuerat ab immortali deo, de equo descēdit: illud idem omnes sui uniuersaliter facientes, uersus orientem flexis genibus nouies adorabant, ab omnipotēti & immortali deo misericordiam & gratiam implorantes, ut transitum & uiam eis ostenderet abeundi. Steterunt quidem in orationibus nocte illa. Mane uero surgentes, uiderunt quod mare per nouem pedes retrocesserat à montibus, & dimiserat uiam latam. Stupefacti fuerunt omnes Tartari, hoc uidētes, & deo immortali gratias deuotissime reddentes, per uiā quam patentem uiderant transierunt, & uersus occidentem eorum uestigia direxerunt. Sed sicut inuenitur in historijs Tartarorū, postquam Changius Can & Tartari montes transiuerunt prædictos passi fuerunt famis & sitis penuriam aliquibus diebus, quoniā terram inuenerunt desertam, et aquas amaras et salsas, quæ gustari non poterāt quoquo modo, quousq; peruenerūt eis omnia necessaria affluenter. Per plures uero dies traxit moram Changius Can in illa fertili regione. Sed accidit nutu dei, quod quædā uehemēs infirmitas inuasit eundem, de cuius conualescētia medici desperabant. Vnde Chaugius Can Imperator Tartatorum conuocauit ante se duodecim filios suos quos habebat, et monuit eos ut semper essent unanimes et concordes, et dedit eis tale exemplum. Præcepit enim, quod unusquisq; filiorum portaret unam sagittam, & quum simul adessent omnes, præcepit maiori, ut omnes simul frangeret si ualeret. Ipse uero accipiens sagittas duodecim, conatus est illas frangere, sed non potuit ullo modo: deinde tradidit sagittas secundo filio, & tertio,

Digitized by Google

tertio,& ſic de ſingulis,ſed nullus fuit qui frangere poſſet illas,Hoc facto,pre cepit quod diuiderentur ſagittæ,& iuſſit minori filio,quod diuiſim ſagittas acciperet & frangeret unamquamq;,& ille faciliter omnes fregit. Tunc Chã gius Can uertit ſe ad filios ſuos,& ait,Quare filij mei non potuiſtis frãgere ſagittas,quas uobis dedi frangendas? At illi dixerũt,Domine,quia erãt plu res ſimul.Et quare fregit illas iſte minimus frater ueſter? Domine, quia ſin gulariter & diuiſim. Ita erit de uobis.ait Changius Can,quamdiu eritis una nimes & cõcordes,durabit imperium ueſtrum ſemper.Sed quàm cito eritis diuiſi,dominia ueſtra ad nihilum reducentur,Multa alia bona exempla de dit Changius Can,quæ fuerunt à Tartaris obſeruata:& dicuntur in lingua eorum Iaſack Changij Can,id eſt,conſtitutiones Changij Can. Poſt hæc antequam decederet,ſapientiorem & meliorem filium quem habebat, fecit recipi in dominum & imperij ſucceſſorem,& uocabatur ille filius ſuus Hoc cota Can.His finitis,Changius Can requieuit in pace,& filius ſuus Hocco ta Can fuit poſitus in ſede imperatoria patris ſui.Sed antequam finẽ huic hiſtorię imponamus,dicemus qualiter nonus numerus inter Tartaros plu rimũ ueneratur In memoriam enim nouem genuflexionum, quas fecerũt in monte Belgian immortali deo,ſicut eis præceperat miles albus,& latitudi nis uiæ nouem pedum,per quam tranſierunt,numerum reputãt eſſe felicẽ. Vnde,quicunq; uult domino Tartarorum aliqua præſentare,oportet quod offerat nouem res,ſi uult quod donum ſuum recipiatur gratioſe:& dummo do ſint nouem res quæ præſentantur,ſic donum illud reputatur pro felici & bono,& talis conſuetudo uſq; hodie inter Tartaros obſeruatur.

Nonarius nu merus Tarta ris facer.

De Hoccota Can ſecundo imperatore Tartarorum,Cap. XVIII.

HOccota Can,q in imperio patri ſuo ſucceſſit,fuit homo ſtrenuus atq; prudens,dilexerunt eum Tartari,& fidem & obedientiam erga ipſum fideliter ſeruauerunt.Cogitauit itaq; Hoccota Can, qualiter poſſet totam Aſiam ſubiugare,& primo uoluit experiri potentiam regis Aſiæ, quàm per ſonaliter ſe moueret,& uoluit cognoſcere principem fortiorem.Decem itaq; millia equitum bellatorum tranſmiſit,& dedit eis capitaneum ſtrenuum & ſagacem,qui uocabatur * Iſte uero procedens cum Turcis ad pugnam, debellatus fuit ab eiſdem,unde Tartari per fugæ ſubſidium ſe defendebant. His itaq; peractis,Hoccota Can elegit quendam ducem ſtrenuum & pru dentem,qui uocabatur Baydo,& dedit ſibi triginta millia militũ Tartarorũ, qui dicebantur Tamachi,uel conquiſitores, & præcepit eis, quod per illam uiam recte incederent,quam iuerant decem millia Tartarorum,ſuperius no minatorum,nec deberent in loco aliquo diutius commorari,quouſq; perue niſſent ad regnum Turquiæ,& tentarent ſi poſſent Soldano Turquiæ reſi ſtere,qui inter omnes principes Aſiæ potentior dicebatur: & ſi forte tantæ eſſet potentiæ,quod eidẽ reſiſtere non ualerent,non properarent ad pugnã,

Digitized by Google

sed in aliqua terra bona darent se quieti, & significarent alicui ex filijs suis, qui propinquior esset eis, ut ipsis subsidium delegaret, & postmodum bellū possent securius inchoare. Baydo igitur cum comitiua triginta militum Tartarorum per dietas suas incedens, peruenit ad regnum Turquiæ, ibiq; audiuit, quod Soldanus ille, qui priores fugauerat Tartaros, decesserat, & sibi succesſerat quidam eius filius, nomine Guiatadin. Iste uero de aduentu Tartarorum rumoribus intellectis, timuit ualde sibi, unde ad sua stipendia conuocauitiquoscunq; habere potuit tam barbaros quàm latinos, & inter alios habuit ad sua seruitia duo millia latinorum, qui duos duces siue capitaneos habuerunt, alter quoq; habebat nomen Iohannes de Liminata, qui fuit in insula Cypri: alius uero uocabatur Bonifacius de Castro, qui fuit de ianua oriundus. Misit etiam ad uicinos Soldanus, promittens ueuiētibus gratias atque dona: unde congregata magna multitudine bellatorum, gressus suos direxit ad locum, in quo Tartari morabantur. Tartari uero non fuerunt ullatenus stupefacti, imò prælium uiriliter susceperunt, in quodam loco uocato Consedrack. Demum uero obtinuerunt Tartari, & Turqui fuerunt uiriliter debellati, & sic occupauerunt Tartari regnum Turquiæ, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

De Gino Can tertio Imperatore Tartarorum. Cap. xix.

POst modicum uero temporis spatium, Hoccota Can diem clausit extremum: succesſit aūt sibi in imperio quidā eius filius, qui uocatus fuit Gino Can, cuius uita breuis fuit, & sibi succesſit quidam consanguineus suus, qui uocabatur Mango Can, qui fuit ualētissimus, atque multas prouincias suo imperio subiugauit. Demū uero tanquam magnanimus, per mare Cathay se transtulit ad quandam insulam capiēdam: & dum in obsidiōe illius insulę permaneret, homines illarum partium qui sunt ualde sagaces & ingenioſi, miserunt homines qui se occulte immerserunt in aquam, & sub naui, in qua erat Mango, constiterunt tam diu, quoad nauem illam in locs pluribus perforarūt. Aqua quidem diu noctuq; paulatim per foramina ingrediebatur in nauem, nec aliquis perpendebat, quousq; lignum funditus est demersum, & Mango Can fuit continuo suffocatus. Tartari uero qui cum eo uenerant, redeuntes fratrem suum Cobila Can in dominum elegerunt: & iste† Cobila Can xl ii. annis tenuit imperiū Tartarorum. Christianus fuit, & fundauit quādam ciuitatem quæ uocatur Ions, in regno Cathay, quæ maior est Roma, ut dicitur. Et in illa ciuitate moram traxit Cobila Can Imperator Tartarorum, usque ad ultimum diem uitæ suæ. Sed dimisso imperatore Tartarorum, de tribus filijs Hoccota Can, & de Haolono, & suis hæredibus sumus aliqua narraturi.

† Cublai supra in M. Paulo.

De Iocho

De Iochi primogenito Hoccota Can, Cap. xx.

IOchi primogenitus Hoccota Can, equitauit uersus occidentem cum tota gente illa, quam sibi dederat pater suus: inuenit quasdam regiones illas, & terras fertiles & amœnas, & in omnibus diuitijs opulentas, unde ibi tẽtoria sua fixit. Acquisiuit igitur regnum Turquestan, & minorem Persiam, usque ad flumen Phison suũ dominium se extendit: cum gente sua traxit ibi morã semper, quæ multiplicatæ sunt in diuitijs &; personis & hæredes ipsius Iochi usque nunc successiue illarum partium dominium tenuerunt. Et illi qui nũc tenẽt terras illas, sunt duo fratres, quorum unus uocatur Capar, alter Doax, & illi inter se diuiserunt terras & gentes, & illas possident pacifice & quiete.

De Baydo secundo filio Hoccota Can, Cap. xxi.

BAydo secundus filius Hoccota Can, cum Tartaris quos sibi dederat pater suus, equitauit uersus partes Septentrionales, quousque peruenit ad regnum Cumaniæ. Cumani uero, qui magnam habebant copiam armatorum, opposuerunt se Tartaris, credentes posse defendere terram suã. Sed demum fuerunt debellati, & fugerunt usq; ad regnũ Vngariæ, & adhuc sunt multi Cumani ibidem habitantes. Postquam uero Baydo extra regnũ Cumaniæ omnes fugauit Cumanos, ad regnum Cassiæ se transtulit, & illud etiam subiugauit, & occupauit terram †Gaczariæ, & regnum Bulgariæ, & per uiam qua Cumani fugerant, peruenit usque ad regnum Vngariæ. Post hæc iuerunt Tartari uersus partes Alamaniæ, quousq; peruenerunt ad quoddã flumen quod labitur per ducatum Austriacum. Tartari uero cogitauerunt transire per quendam pontem ibi factum. Sed dux Austriæ, & alij conuicini munierunt pontem, unde Tartaris fuit transitus denegatus. Baydo quidem furore accensus, præcipit quod omnes transirent, & ipse fuit primus ingressus, exponens mortis periculo se & suos. Nam antequam possent ad aliam ripam fluminis peruenire, equi fuerant fessi propter latitudinem fluminis & fortitudinem aquæ, unde Baydo submersus & suffocatus fuit cũ magna quantitate suorum. Illi uero qui nondum ingressi fuerant aquas, hoc uidentes, magno dolore confusi, redierũt ad regnum Cassiæ & Cumaniæ, quæ occupauerant, ut est dictum. Deinde uero Tartari Alemaniam minime petierunt. Hæredes quidam prædicti Baydo successiue terras quas acquisiuerat, postmodum tenuerunt. Et ille qui dominium nunc tenet, uocatur Tochay, & uiuit pacifice & quiete.

† alias Rastia.

De Gohagaday tertio filio Hoccota, Cap. xxii.

GOhagaday tertius filius Hoccota Can, cũ Tartaris quos sibi pater suus concesserat, equitauit uersus meridiem usque ad partes Indiæ minoris. Multa quidem inuenit deserta, mõtes & terras aridas, & totaliter derelictas, quod illas regiones non potuit pertransire, imò amisit gentium & animaliũ maximam quantitatem. Tunc uero uertit se ad partes occidentis, & post

Digitized by Google

multos labores peruenit ad fratrem ſuum Iochi,& quæ ſibi in uia acciderãt enarrauit.Iochi uero compatiens fratri ſuo,de terris quas acquiſierat, ſibi & genti ſuæ partem benignam conceſſit,& illi duo fratres ſemper ſimul poſtea habitauerunt,& uſq; nunc eorum hæredes in illis partibus commorantur: ita tamen,quod hæredes minoris fratris reuerentiam portãt hæredibus maioris,& contenti portionibus ſuis,ſimul uiuunt pacifice & quiete: & ſucceſſor Iochi qui nunc uiuit,uocatur Barachi.

De Mango Can quarto Imperatore Tartarorum, Cap. XXIII.

ANno domini M.C CL III.rex Armeniæ dominus Aytonus uidens, quod Tartari fere ſubiugauerãt omnia regna,regiones & terras uſq; ad regnum Turquiæ,accepto conſilio ſapientum, cogitauit ad Imperatorẽ Tartarorum perſonaliter ſe transferre,ut facilius captare poſſet eius beneuolentiam & amorem,& ſecum inire pacis fœdus. Sed primo tranſmiſit dominum Sinibaldum Coneſtabulum regni Armeniæ fidelem ſuum,ut accepta ab Imperatore Tartarorum licentia,ſecurius poſſet ire. Vnde prædictus frater regis dominus Sinibaldus cum xenijs multis,& pulchra gentium comitiua,iuit ad dominũ Tartarorum,& negotia pro quibus tranſmiſſus fuerat,optime adimpleuit. Veruntamen per ſpatium annorum quatuor traxit moram,antequam Armeniam remearet.Poſtquam uero rediit,regi ea quæ uiderat & fecerat ſerioſius enarrauit.Abſque igitur tarditate rex Armeniæ receſſit occulte,dubitabat enim cognoſci in terra Turquiæ, per quam ipſum tranſire modis omnibus oportebat:& ſicut deo placuit,Soldanus Turquiæ tunc fuit uiriliter debellatus per quendam ducem Tartarorum , quem rex Armeniæ inuenit,& ſui notitiam ſibi dedit. Quũq; capitaneus ille intellexit de rege Armeniæ,quod ad Imperatorem iret,ſuſcepit illum honorifice et benigne,& fecit illum ſecure conduci uſq; ad regnum Cumaniæ,& ultra etiam portam ferri.Poſtea uero inuenit rex alios duces Tartarorum , qui fecerunt illum conduci per omnes terras & loca, quouſq; peruenit ad Almalech,ubi Mango Can Tartarorum Imperator & dominus reſidebat. Gauiſus fuit Mango Can de aduentu regis Armeniæ, eo præcipue, quod poſtquam Changius Can montem Belgiam tranſiuit, nullus magnus princeps ei uenerat in occurſum,& ideo cum magna beneuolẽtia & honore ſuſcepit eundem,deditq; ſibi de maioribus domus ſuæ,qui eum aſſociarent,& in omnibus honorarent.Et ipſe imperator multas gratias fecit regi Armeniæ. Rex autem Armeniæ poſtquam per dies aliquos requieuit,ſupplicauit Imperatori,quatenus ſuper expeditione negotiorum pro quibus ad eum uenerat, intendere dignaretur,& daret ſibi licentiã redeũdi.Imperator uero benigne reſpõdit,quod omnia uota ſua libentiſſime adimpleret,& quod ualde gratũ erat ſibi,quod ad imperiũ ſuum uenerat ſua ſpontanea uolũtate. Rex itaq; ſeptẽ petitiones cũ deliberatiõe formauit.Primo enim rogauit,ut Imperator

cum gente

Digitized by Google

cum gente ſua cõuerteretur ad fidem Chriſti, ſectis alijs omnibus derelictis, & ſe facerent baptizari. Secundo petijt, quod pax & amicitia perpetua inter Chriſtianos & Tartaros firmaretur. Tertio requiſiuit, quod in omnibus terris quas Tartari acquiſiuerant, & quæ acquirerent, omnes eccleſiæ Chriſtianorũ & clerici illarũ, ſiue laici, ſiue religioſi, ab omni ſeruitute & datia eſſent liberi & exempti. Quarto requiſiuit, ut terram ſanctam & ſanctum ſepulchrũ domini de manibus Saracenorũ auferret, & reſtitueret Chriſtianis. Quinto ut intenderent ad deſtructionem Caliphi de Baldack, qui erat caput & doctor ſectæ perfidi Mahumeti. Sexto requiſiuit, ut ſibi concederetur priuilegium ſpeciale, quod à quibuſcunq; Tartaris, præcipue regni Armeniæ propinquioribus auxilium imploraret, ſibi dare omni mora poſtpoſita teneretur. Septimo requiſiuit, quod omnes terræ iuriſdictiones regni Armeniæ, quas Saraceni occupauerãt: & in manus Tartarorum poſtmodum redierãt, regi Armeniæ reſtituerentur: illas omnes quas rex acquirere poſſet contra Saracenos illos, haberet & teneret pacifice & quiete. Magno Can ergo petitionibus regis Armeniæ intellectis, ſuos fecit proceres & conſiliarios conuocari, & regi Armeniæ in ſua præſentia conſtituto, corã omnibus adſtantibus ſic reſpondit, Quoniam rex Armeniæ de longinquis partibus ad imperium noſtrum uenit nõ compulſus, ſed ſua propria uoluntate, decet imperatoriã maieſtatem ſuis ſupplicationibus annuere, in his præcipuè, quæ ſunt licita & honeſta. Vobis itaq; regi Armeniæ taliter reſponſurus ſum, quod preces ueſtras acceptamus, & omnes faciemus cum dei beneplacito adimpleri. Primo quidẽ ego Imperator & dominus Tartarorũ me faciam baptizari, tenebo fidem quã tenẽt hodie Chriſtiani, & omnibus alijs ſub meo imperio cõſtitutis conſulam quod faciant illud idem, non tamen intendendo uiolentiam facere alicui. Ad ſecundã requiſitionẽ ueſtram taliter reſpõdemus, Quia uolumus qd' pax perpetua uigeat inter Tartaros & Chriſtianos, ita tamen, quod uos principalem fideiuſſorem conſtituere debeatis, quod Chriſtiani pacem & concordiã erga nos, ſicut nos erga ipſos inuiolabiliter obſeruent. Volumus etiam, quod omnes Chriſtianorũ eccleſiæ, & clerici Chriſtiani, cuiuſcunq; conditionis exiſtant, ſeculares ſiue religioſi, gaudeãt in omnibus terris noſtri imperij priuilegio libertatis, neclibeat alicui ex eis inferre moleſtiã quoquo modo. Super facto terræ ſanctæ dicimus, quoniã ſi poſſemus commode, perſonaliter ueniremus ob reuerentiam domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed quia multum habemus in iſtis partibus expedire, fratri noſtro Haolono dabimus in mandatis, quod negotiũ iſtud ſicut decet, ducat per omnia ad effectum. Eruet enim ciuitatẽ Hieruſalem, & totam terram ſanctã de manibus paganorum, & illam reſtituet Chriſtianis. Super facto Caliphi de Baldak nos dabimus in mandatis Baydo capitaneo Tartarorum, qui ſunt in regno Turquiæ, & alijs, quæ circa illas regiones inueniuntur, quod omnes

Regis Armeniæ ad [illegible] Tartarorum petitiones

Imp. Tartar. reſponſio

Digitized by Google

omnes obedire debeant fratri nostro,& uolumus quod ipse destruat Caliphum tanquam nostrum capitalem & pessimum inimicum. De priuilegio uero illo,quod quærit habere rex Armeniæ super habendo subsidio Tartarorum,uolumus quod illud dictetur iuxta suam plenariam uoluntatem, & illud faciemus libentissime confirmari. Vltimo uero de eo, quòd rex Armeniæ requirit, quatenus terras regni sui per Saracenos ablatas,& post modum per Tartaros occupatas,sibi restitui faciamus,hoc etiam concedimus liberaliter & libẽter,& uolumus quòd frater noster Haolonus omnes dictas terras restituat sine mora:& ulterius uolumus & mandamus,quod de terris quas acquisiuimus,plana castra dicto regi in argumentum & tutelam regni sui de speciali gratia concedantur.

De magno Can,qualiter baptizatur in Christo, Cap. XXIIII.

POstquam igitur magno Can petitiones regis Armeniæ liberaliter adimpleuit,& confirmauit per priuilegia mihi facta,cõtinuo uoluit baptismatis recipere sacramentum,unde baptisatus fuit per manus cuiusdam episcopi,qui erat cancellarius regni Armeniæ,& omnes illi de domo sua fuerũt etiam baptizati,& multi alij utriusq; sexus nobiles & magnates,& ordinauit de illis qui sequi debebant Haolonum fratrem suum,pro subsidio terræ sanctæ.Equitauerunt ergo Haolonus & rex Armeniæ ambo simul, quousque transiuerũt magnũ flumen Phison.Haolonus quidem cum suo exercitu copioso inuasit regiones & terras undiq;,& antequam sex mensium spatiũ laberetur,totũ regnũ Persarum,quia carebat domino & rectore, fuit faciliter subiugatũ,cepitq; Haolonus absq; resistentia omnes terras,usq; ad terram Assassinorum.Isti uero Assassiani,sunt homines infideles,nullã habẽtes legem,uel fidem,nisi sicut eorũ princeps & dominus instruebat,qui Sex montium uulgariter dicebatur,ad cuius beneplacitũ & mandatũ,morti se sponte & faciliter offerebant.Habebant enim præfati Assassini,quoddam inexpugnabile castrum,quod Tigado dicebatur.Erat autem illud castrũ omnibus necessarijs præmunitũ,& ita forte, quod à nulla parte timebat insultum. Præcepit itaq; Haolonus cuidam duci,ut assumeret decem millia Tartarorũ quę dimisit in custodia regni Persarum,quod subiugauerat,ut est dictum, quibus castrum illud obsideret,et quousq; illud caperet,non discederet ullo modo. Vnde prædicti Tartari in obsidione illius castri steterunt per uiginti septem annorum spatium tam hyeme quàm æstate:finaliter uero Assassini dediderunt castrum propter defectum uestium,et non propter penuriam uictualium uel in alia ratione.Eo uero tempore,quo Haolonus uacabat circa custodiã regni Persarum,et obsidionem castri Assassinorum, rex Armeniæ ab eo accepit licentiam redeundi,quia longo tempore steterat extra regnum. Haolonus itaque licentiam dedit regi, et eidem contulit magna dona,et insuper mandauit præcipiendo Baydo,qui in regno Turquiæ, quod occupa-

Digitized by Google

occupauerat residebat, ut regem Armeniæ conduci faceret secure usq; ad introitum regni sui. Cuius mãdatum fuit per omnia adimpletum, & sic post spatium trium annorum & dimidium reuersus fuit rex Armeniæ sospes & hilaris per gratiam Iesu Christi.

De Haolono fratre Magno, qui destruxit Assyrios, & introiuit in regnum Persarum pro fide Christi, Cap. XXV.

POstquam uero Haolonus de custodia regni Persarum, sicut erat decẽs & rectum, ordinauit, transtulit se ad quandam Armeniæ prouinciam, quæ uocabatur Sorloch: ibi tota æstate dedit se solatio & quieti: & ipse quoque hyeme ueniente obsedit ciuitatẽ Baldach, in qua erat Caliphus, qui magister erat & doctor sectæ perfidi Mahumeti, fecitq; Haolonus ad exercitũ conuocari triginta millia Tartarorum, qui erant in regno Turquiæ: postq; congregauit undiq; gentem suam, insultari fecit ante litus ciuitatis, quæ uelociter absq; nimio moræ dispendio fuit capta. Caliphus quidem captus uiuus adductus fuit ante præsentiam Haoloni: & inuentæ fuerũt in Baldach tantæ diuitiæ, quod uix credendum esset, esse totidem in residuo huius mundi. Capta autem fuit ciuitas Baldach anno domini M.CCLVIII.

De Haolono, qualiter cepit ciuitatem Baldach. & destruxit Caliphum summum Pontificem Saracenorum, Cap. XXVI.

POstquam uero Haolonus de ciuitate Baldach fecit omnia quæ uolebat, iussitq; Caliphum ante se adduci, & præcepit quòd ante se totum eius thesaurum poneret. Tunc uero Haolonus interrogauit Caliphum dicens: Cognoscis ne totum fuisse tuum quod uides (Vtique ait ille. Haolonus dixit: Quare tu tanto thesauro nõ conuocabas stipendiarios & uicinos, ut te et terram tuam tuerentur à potentia Tartarorum? At ille respõdit: Quoniam credebam satis sufficere gentem meam. Tunc dixit Haolonus Calipho: Tu dicerís doctor omnium credentium in falsa secta Mahumeti, & à tuis munerabaris: talis ergo magister & tantus alijs cibis cibari non debet unde tibi damus in cibum ista omnia pretiosa, quæ tantum dilexisti & cum magna auiditate custodisti: & præcepit ponere Caliphum in una camera, & ante ipsum proijci margaritas & aurum, ut de illis comederet quantum uellet: & præcepit, ne aliquis cibus daretur, aut potus alius propinaretur eidem: & sic morte pessima miser ille & auarus miserabilem uitam finiuit: nec unquam Caliphus postea extitit in Baldach.

De morte Caliphi, Cap. XXVII.

POstquam uero Haolonus subiugauit Baldach, et terras alias circumcirca: prouincias diuisit per duces et rectores, sicut suæ placuit uoluntati, et præcepit, quòd ubiq; Christiani tractarẽtur benigne, et quòd eis castrorum et ciuitarũ custodiæ traderẽtur. Saracenos quidẽ iussit ponere in maxima seruitute. Haolono quidẽ erat uxor Christiana, nomine Doucoscaron, et fuit de progenie

de progenie illorum regum qui uenerunt ab oriēte uiſa ſtella natiuitatis domini,& iſta domina deuotiſſima Chriſtiana in perpetuam licētiam diruendi templa Saracenorum petiebat,& inhibendi,ne ſolennitas fieret in nomine Mahumeti,& fecit Saracenorum templa funditus deuaſtari,& in tātam ſeruitutem poſuit Saracenos,quod non erant auſi ulterius apparere.

De perſecutione ſacerdotum in lege Mahumeti, Cap. XXVIII.

POſtquam uero Haolonus requieuit per ſpatium unius anni,tunc miſit ad regem Armeniæ,quod ueniret cum gente ſua ad ciuitatem Rohais in regno Meſopotamiæ:quoniā intendebat ire ad terram ſanctam,ut illam redderet Chriſtianis. Vnde rex Haithonus bonæ memoriæ,iter ſuum arripuit cum magna proborum armatorum uirorum,equitum & peditū comitiua:quia tūc temporis regnum Armeniæ in tam proſpero ſtatu erat, quod facere poterat duodecim millia equitum,& quadraginta millia peditū armatorum,& ego qui hoc tempore meo uidi,poſſum perhibere teſtimonium ueritati. Quumq; rex Armeniæ ueniſſet,ſicut mandauerat Haolonus,& ſuper negotio terræ ſanctæ ſimul colloquium habuiſſet,ait rex Armeniæ Haolono: Domine: Soldanus Halappi tenet totius regni Syriæ principatū,in quo quidem regno ſancta Hieroſolymitana ciuitas inuenitur:& poſtquā intenditis terram ſanctam acquirere,ſicut mihi uidetur,primitus eſt Halappi ciuitas obſidenda,quæ totius regni Syriæ eſt caput & magiſtra, nam ſi ciuitas Halappi ueſtro ſubditur dominio,alias terras omnes poteritis faciliter obtinere. Conſilium itaq; regis Armeniæ placuit Haolono: unde fecit obſidere ciuitatē Halappi,quæ erat fortiſſima ciuitas,muris circummunita, habitata, plena populis,& diuitijs opulenta. Haolonus quoq; cū meatibus ſubterraneis,cum onagris,arcubus & baliſtis,& alijs generibus armorum uarijs & diuerſis,inuadi fecit undiq; ſic uiriliter ciuitatem,quod licet inexpugnabilis uideretur,ipſam tamen uiolenter nouē dierum termino occupauit. In ipſa quidem ciuitate Halappi tantam diuitiarum incredibilem multitudinem inuenerūt,quod uix eſſet credēdum. Erat autem quoddam caſtrum in medio ciuitatis,quod ſe tenuit per undecim dies poſtquam ciuitas iam extiterat occupata,demū uero per meatus ſubterraneos fuit captū:& capta fuit ciuitas Halappi,& deinde regnum Syriæ per Haolonum anno domini M.CCLX.

Halappi Syriæ metropolis.

De Haolono qualiter cepit ciuitatem Halappi & Damaſcum,& acquiſiuit terram ſanctam uſq; ad deſertum Aegypti, Cap. XXIX.

QVando uero Soldanus Halappi,qui uocabatur Melecnaſer,qui tunc erat in ciuitate Damaſci,intellexit quod ciuitas Damaſci capta fuerat cum filijs & uxore, qui erāt ibidem,neſciuit ad conſiliū ponere ſeipſum,niſi quod ad pedes Haoloni uenit,miſericordiā implorādo:ſperabat enim per hoc,quod ſibi uxor & filij redderentur,& pars aliqua ad ſuum dominium tenendum:ſed Soldanus fuit in ſua opinione deceptus:quoniā Haolonus ad

regnum

Digitized by Google

regnum Perſarum deſtinauit ipſum cum filijs & uxore, ut abſque inquiera-
tione dominium Syriæ obtineret. His itaq; ſic peractis, de ſpolijs acquiſitis
in captione ciuitatis Halappi, regi Armeniæ, Haolonus contulit magnam
partem, & de terris etiam quas occupauerat, regi quamplures conceſſit. Vn-
de rex Armeniæ accepit plura caſtra regno ſuo uicina, & illa fecit muniri ad
ſuam liberam uoluntatē. Poſt hæc Haolonus miſit per principē Antiochiæ,
qui regis Armeniæ gener erat, dona, & ipſum principem plurimum honora
uit, & dedit ſibi priuilegia gratioſa, & omnes terras ſuæ iuriſdictionis, quas
occupauerant Saraceni, & quæ ad ſuum dominiū redierant, iuſſit quòd prin
cipi redderentur libere & quiete. Et poſtquam Haolonus ordinauit ea quæ
fuerant ordinãda, circa negotia ciuitatum & terrarū quas occupauerat, dum
intenderet ſe transferre ad regnum Hieroſolymitanum, ut terram ſanctam
liberaret de manibus, & illam reſtitueret Chriſtianis: Et ecce nuntius uenit
tertia die, noua ferens de obitu fratris ſui, & narrauit qualiter poſt obitum
Mango Can uacauerat imperium Tartarorum, quod eius quotidie præſto-
labatur aduentus, ut ipſum in ſede ponerēt fratris ſui. Haolonus quidem in
tellectis rumoribus de obitu fratris ſui, fuit ineffabili triſtitia circumuentus,
unde ulterius non proceſſit, ſed ordinauit quendam ſuum ducem, nomine
Guiboga, & dimiſit ipſum cum decem millibus Tartarorum in cuſtodiam
regni Syriæ & præcepit quod terram ſanctam acquireret & reſtitueret Chri
ſtianis. Quo facto, Haolonus feſtinanter receſſit, uerſus partes orientis diri-
gens ſuos greſſus, & dimittens in Thauniſio natū ſuū, p diætas ſuas ꝓceſſit.

De Cobila Can quinto Imperatore Tartarorum, Cap. xxx.

SEd antequam ad regnum Perſarum peruenisſet, ecce ſibi nunciꝫ quidam
occurrerunt, qui narrauerunt qualiter omnes proceres & maiores fratrē
ſuum Cobila Can poſuerant in ſede imperatoria Tartarorum: quo audito
Haolonus dum in Thauniſio moraretur, ecce nuntiꝫ uenernnt ad eum, qui
retulerunt ſibi, quod Barcat cum maximo apparatu incedens, intenderet hę
reditare ſi poſſet. His quoq; rumoribus intellectis Haolonus, continuo gen
tem ſuam congregauit, & obuiauit inimicis ſuis ſuper quodam flumine con
gelato, ibiq; fuit ingens prælium inchoatum. Propter multitudinem gentiū
& equorum glacies rupta eſt, & ſubmerſi, fuerūt tam ab una parte quàm ab
alia triginta millia Tartarorum. Exercitus uero utriuſq; partis abſq; alio pro
ceſſu redierunt triſtes propter amiſſionem ſuorum. Guiboga uero, quē Hao
lonus dimiſerat in regno Syriæ, & in prouincia Palæſtinæ, terras illas tenuit
pacifice, & diligebat multum Chriſtianos. Nam ipſe fuerat de progenie triū
regum, qui uenerunt natiuitatem domini adorare. Quūq; dictus Guiboga
ſolicite laboraret, ut terram ſanctam reduceret in potentiam Chriſtianorū,
ecce diabolus inter ipſum & Chriſtianos illarum partium ſemen ſcandali
& diſcordiæ ſeminauit, & hoc accidit tali modo: in terra enim de Belfortis,

Digitized by Google

quæ est de dominio ciuitatis Sidonensis, erant plures uillæ, in quibus Saraceni certum censum Tartaris exhibebant, unde accidit, quod certi homines Sidonis & de Belfortis congregati, in unum iuerunt ad uillas Saracenorum & casalia, & deprædauerũt eos, plures interfecerunt Saracenos, alios uero cũ magna multitudine bestiarum ducebant cum præda. Quidam uero nepos Guibogæ, qui ibi prope morabatur, cum parua equitum comitiua sequutus fuit celeriter Christianos, qui talia fuerant operati, ut diceret, ex parte auũculi sui, quod dimitterent prædam. Quidam ex ipsis Christianis irruerunt in eum & occiderunt eum, & quosdam alios Tartaros cum eodem, & noluerũt restituere prædã. Quando Guiboga intellexit, quod Christiani interfecerãt nepotem suum tali modo, confestim equitauit & cepit ciuitatem Sidoniensem, & destruxit magnam partem murorum, paucos perdidit Christianos, qui ad insulam fugerant, nunquam tamẽ postea de Christianis Syriæ Tartari fiduciam habuerunt, neque Christiani Tartaris sunt cõfisi: postea uero Tartari pulsi fuerunt de regno Syriæ per potentiam Saracenorum, sicut inferius exprimetur.

De morte Haoloni, & qualiter Soldanus recuperauit terram Syriæ Ægypti, Caput, XXXI.

INterea quoq; dum Haolonus haberet guerrã cum Bartat, sicut superius est expressum, Soldanus Ægypti suo exercitu congregato, egressus est de Aegypto, & uenit ad prouinciaã Palæstinæ, & in quodã loco uocato Henyaleck, prælium cum Guiboga capitaneo Tartarorum commisit, & idem Guiboga fuit debellatus & occisus in bello. Tartari uero, qui de prælio illo euadere potuerunt, iuerunt in Armeniam, & ex tunc regnũ Syriæ sub potestate Saracenorum fuit totum redactum, præter aliquas ciuitates Christianorum positas prope mare. Quãdo uero Haolonus intellexit de Soldano Ægipti, qui reguum Syriæ inuaserat, & fugauerat gentem suam, cõtinuo suum exercitum congregauit, & misit ad regem Armeniæ, & ad regem Georgiæ, & ad alios Cristianos partiũ orietnis, ut uenirent parati contra Soldanum Ægipti & alios Saracenos. Quumq; Haolonus iam suum exercitũ congregasset, inuasit eum quędã infirmitas, quę eum detinuit per spatiũ quindecim dierũ, & ex illa infirmitate obiit Haolonus: cuius rei causa terræ sanctæ negotium iam incœptũ, fuit totaliter perturbatum post obitum Haoloni. Abaga filius eius tenuit dominium patris sui, et rogauit Cobila Can Imperatorem auunculum suum, ut ipsum in dominio suo cõfirmaret, & hoc fecit libenter: unde uocatus fuit Abaga, & cœpit dominari anno domini M. CCLXIIII.

De Abaga filio Haoloni, qui patri in imperio successit, CAPVT XXXII.

ABaga fuit prudens, & dominium suum prospere gubernauit, & fuit in omnibus forunatus, præter in duobus, unũ uidelicet, quia noluit effici Christianus,

Digitized by Google

Christianus, sicut extiterat pater suus, imò colebat idola, & fidē dabat presbyteris idololatriæ. Aliud, quia semper guerram habuit cū uicinis: & propter hoc Soldanus fuit longo tempore in quiete, & ex hoc Saracenorum potētia multum creuit. Tartari uero qui euadere poterant, de terris Tartarorum fugiebant ad Soldanū, ut euitarent grauia onera quæ eis Tartari imponebāt: propterea Soldanus fecit quandā magnam sagacitatem, quia misit nuntios suos per mare ad Tartaros, in regno Cumaniæ, & regno Russiæ, & fecit cum illis Tartaris compositionē & pactum, uidelicet, quod quandocunq; Abaga moueret guerram contra terram Ægypti, quod ipsi inuaderent terram suā, & promisit dare magna dona eis: & hoc modo Abaga nō poterat inuadere terram Ægypti: & Soldanus sine cōtradictione cuiusquam potuit inuadere Christianos, & terras Syriæ faciliter occupare: unde Christiani amiserunt ciuitatem Antiochiæ, & alia plura castra quæ in regno Syriæ possidebant

De Soldano Aegypti, qualiter debellauit regem Armeniæ, & unū de filijs eius cepit, alterum occidit, Cap. XXXIII.

PRæterea Benedeclar Soldanus Aegypti ita extitit fortunatus, quod postea regnum Armeniæ conquassauit. Nam accidit, quod rex Armeniæ cum magna gente iuerat ad Tartaros, & Soldanus hoc sciens, cogitauit inuadere regnum Armeniæ, unde misit quendam capitaneum suum loco sui cui tradidit gentem suam. Filij autem regis Armeniæ scientes Saracenorum aduentum, congregatis omnibus qui poterant arma ferre in confinibus regni, obuiauerunt Ægyptijs, cum quibus uiriliter pugnam inierūt: finaliter tamē fuit Armeniorū exercitus debellatus: ex duobus filijs regis, alter fuit captus, alter uero occisus in bello. Saraceni itaq; per regnum Armeniæ discurrentes, ferro totā planiciem deuastarunt, & bona infinita inde asportarunt in Christianorum maximum detrimentum. Exinde uero inimicorum potentia multum creuit, & regis Armeniæ posse fuit mirabiliter diminutum. Rex uero Armeniæ, qui semper solicite conabatur ad destructionem infidelium toto posse, intellectis infelicissimis rumoribus regni sui, fuit animo mirabiliter perturbatus, & die noctuq; cogitabat qualiter Saracenis posset inferre grauamen, unde multoties inducebat Abagan & Tartaros ad destructionē sectæ perfidi Mahumeti, & Christianorū subsidium & iuuamen: sed Abaga propter guerram quam habebat quotidie cum uicinis, se sæpius excusabat. Rex Armeniæ uero perpendens, quod nō poterat ad præsens habere subsidium Tartarorum, misit suos nuntios ad Soldanum Ægypti, & treugas cum ipso iniuit & firmauit, hoc faciens, ut de Saracenorum carceribus posset redimere natum suum. Vnde Soldanus promisit regi, quod si sibi redderet quendam suum socium nomine Sangolascar, qui captiuus penes Tartaros tenebatur, & sibi restitueret castra ciuitatis Halappi, quæ occupauerat tempore Haoloni, ipse filium restitueret pristinæ libertati, Soldanus itaq; restituit filium

regis,& recepit ſocium ſuum, & rex reſtituit Soldano caſtrum de Tempe/ſack,& alia duo caſtra fecit dirui,ad requiſitionē Soldani, & hoc modo filius Armeniæ regis fuit de carceribus liberatus. Poſt hæc uero rex Haythonus, bonæ memoriæ,qui xlv.annis regnum tenuerat,& multa bona fecerat Chriſtianis,regnum & dominium ſuum contulit & cōceſſit filio ſuo Dn. Tiuono, de Ægypti carceribus liberato:& ipſe renuntians pompis huius ſeculi, eſt religionem ingreſſus, & uocatus fuit Macarius, mutato proprio nomine, ſecundum conſuetudinem Armenorum,qui quando ingrediuntur religionē, mutari faciunt ſibi nomen.Et poſt modicum temporis ſpatium rex Haythonus requieuit in pace,anno domini M. C C L X X.

De Abaga,qualiter introiuit Ægyptum,& deſtruxit Turquiam, Caput XXXIIII.

ILle autē rex Armeniæ ſuper nominatus fuit ſapiens atq; prudens, & ſuū regnum prouide gubernauit, dilectus fuit ualde tam à ſua gente quàm à Tartaris, & ex toto animo ſtuduit deſtruere Saracenos,unde ſuo tempore accidit,quod Abaga pacem compoſuit cum uicinis ſuis, qui longo tempore ſibi fuerant inimici.Tunc uero temporis Soldanus Ægypti ingreſſus fuit regnum Turquiæ,& ibi multos Tartaros interfecit, & de pluribus uillis fugauit eoſdem.Nam quidam Saracenus,qui Paruana uocabatur,erat in regno Turquiæ Capitanens Tartarorum, & iſte rebellis effectus contra Abagan, conabatur Tartaros omnes perdere & fugare.Abaga uero hoc audiēs,equitauit ita propere, quod quadraginta dietas in quindecim dierū ſpatio peregerit. Soldanus Ægypit audiens aduentum Tartarorum, ſubito de regno Turquiæ receſſit,nec fuit auſus ulterius expectare, non tamen potuit ita celeriter arripere iter ſuum,quin Tartari qui uelociter ſequebantur,attingerēt exercitus ſui finem, in introitu regni Ægypti in quodam loco, uocato Paſblanck.Irruentes itaq; Tartari in poſteriori cuſtodia exercitus,ceperūt duo millia equitum Saracenorum,& diuitias multas acquiſiuerunt,& ceperunt etiam quinq; millia domos Cordinorum,qui in illa regione degebant. Peruenientе uero Abaga uſq; ad confines terræ Ægypti,conſultum erat ſibi,ne ultra progrederetur propter æſtum: terra enim illa eſt calida ultra modum, & Tartari,& eorum animalia,quæ à longe uenerant feſtinanter,non potuiſſent pondus ferre laboris & æſtus: unde Abaga rediit in Turquiam, & fecit diſſipari & deſtrui omnes terras, quæ rebelles extiterant & reddiderant ſe Soldano,Paruanam uero proditorem cum ſuis ſequacibus iuxta morē Tartarorum per medium fecit ſcindi, & iuſſit quod in omnibus cibis quos erat comeſturus,poneretur de carne illa Paruanæ proditoris.de qua comedit Abaga,& dedit ſuis proceribus comedendum, et talem ultionem ſumpſit de Paruana proditore rex Abaga.

De Soldano

Digitized by Google

De Soldano Ægypti mortuo per uenenum, Cap. xxxv.

POstquam ergo Abaga de regno Turquiæ ſua uota compleuit, & Tartari fuerunt repleti prædis & diuitijs, quas acquiſiuerant contra rebelles Saracenos, uocauit ad ſe regem Armeniæ, & ſibi obtulit regnum Turquiæ, eo quod pater ſuus & ipſe ſemper ſe geſſerant fideliter erga dominium Tartarorum. Rex uero Armeniæ tanquam ſapiens & diſcretus, de tanto dono obtulit Abaga multas grates, & à retentione regni Turquiæ ſe eurialiter excuſauit, aſſerens ſe non poſſe ſufficere ad duo regna commode gubernãda. Nã Soldanus Ægypti erat in integro poſſe ſuo, & ad grauamen regni Armeniæ toto conamine intendebat: quare ſatis ſibi facere uidebatur, ſi ad defenſionem regni Armeniæ poterat conſilium adhibere. Conſuluit tamẽ rex Armeniæ, ut Abaga de regno Turquiæ taliter ordinaret antequã recederet, quod de rebellione nullatenus dubitaret, & nulli Saraceno daret dominium in Turquia. Abaga quidem acceptauit regis conſilium, & nunquam poſtea uoluit quod Saraceni in illis terris dominium obtinerent. His itaq; completis, rex Armeniæ requiſiuit & rogauit, quod Abaga uellet intendere ad liberationem terræ ſanctæ, & ipſam eruendam de manibus paganorum. Hoc Abaga promiſit facere toto poſſe, & conſuluit, quod rex nuntios ſuos mitteret ad Papam, & ad alios dominos & principes Chriſtianorum, pro ſubſidio terræ ſanctæ, Abaga uero in regno Turquiæ ordinatis quæ fuerant ordinanda ad regnũ Coroſten, ubi familiam ſuam dimiſerat, eſt reuerſus. Benedeclar uero Soldanus Ægypti, quum Tartari damnũ ſibi intulerunt, fuit ueneno potatus, & ſubito obijt in Damaſco: de quo Chriſtiani partiũ orientis fuerunt ualde gauiſi, & Saraceni cœperunt multipliciter contriſtari. Nam poſt mortem Soldani non habuerunt tam bonum Soldanum, ut Saraceni communiter aſſerebant. Quidam uero filius ſuus Meleckſait nomine ſucceſſit in dominio: ſed poſt modicũ temporis ſpatium de dominio fuit expulſus per quendam qui uocatus fuit Erſi, qui uiolenter dominium uſurpauit, & cõſtituit ſe Soldanum.

De Mangodanior duce Tartarorum, qualiter aufugit de pugna propter timorem, Caput xxxvi.

TErmino itaq; ueniente, in quo Abaga debuit & potuit guerrã mouere contra Soldanum Aegypti, ordinauit quod Mangodanior frater ſuus ad regnum Syriæ, cum triginta millibus Tartarorum ſe tranferret, & ſi forte Soldanus ueniret belliger cõtra eum, ipſum uiolenter debellaret, & ſi Soldanus uitaret præliũ, occuparet terras & caſtra, & cuſtodiendas traderet Chriſtianis. Quãdo Mangodanior itaq; per dietas ſuas proceſſiſſet, quouſq; Armeniæ appropinquauit, tunc miſit pro rege Armeniæ, qui continuo uenit cum pulchra equitum comitiua, & ingreſſi fuerunt regnum Syriæ, & iuerunt totam prouinciam deuaſtando uſq; ad ciuitatem Hames, quæ Camella ho

Digitized by Google

die appellatur à pluribus,et est sita in medio regni Syriæ, ut fertur. In facie uero illius ciuitatis est quædam planicies ualde pulchra, ibiq; Soldanus Ægypti congregabat posse suũ,intendens cũ Tartaris præliari. Saraceni itaq; ex una parte,& Christiani cum Tartaris ex aduerso ingens præliũ iniuerũt, Rex itaq; Armeniæ cum Christianis ducebat & regebat exercitus dextrum cornu,unde ipse inuasit sinistrum cornu exercitus Soldani,& fugauit inimicos usq; ad ciuitatẽ Hames per tres dietas longas & ultra uiriliter. Almach etiã quidã Tartarorũ, aliã partẽ exercitus Soldani uiriliter debellauit,et per tres dietas Saracenos fugauit,quousq; peruenit ad quandã ciuitatẽ qnæ uocat Tara. Quumq; crederent Soldani potentiã fuisse contritã, et ecce Mangodanior, qui nunquã uiderat discrimina præliorũ,de quibusdã Saracenis. Bedinnis lingua Arabica nominatis,absq; rattionali causa timens retrocessit, campum uictoriæ derelinquens, dimisitq; regem Armeniæ & aliũ ducẽ suũ qui inimicos fuerãt persequuti. Quando uero Soldanus,qui omnia credidera amississe,uidit campũ belli uacuũ & totaliter derelictũ, ascendit quendam monticulũ cum quatuor armatis firmiter ibi stando. Rex uero Armeniæ rediens de conflictu,quum non inuenisset in campo Mangodanior, fuit plurimum stupefactus,cogitans uiã quam gradiebatur,post ipsum tenuit gressus suos. Almach uero prædictus,qui persequutus fuerat Saracenos quos fugauerat,per biduum expectauit,sperans dominũ suum Mangodanior post ipsum,sicut debuit,equitasse,ut inimicos & prouinciã subiugaret, de quibus fuerant uictoriam consequuti. Cognita uero ueritate,de recessu Mangodanior,post ipsum ire festinauit,uictoriam derelinquens, & inuenerunt Mangodanior super litore fluminis Euphratis expectantem. Post hæc Tartari ad eorum prouinciam sunt reuersi. Rex uero Armeniæ cum gente sua in illo itinere passus fuit multa incommoda & labores. Nam propter uiarum longitudinẽ,& penuriam pabulorũ equi Christianorũ regni Armeniæ fuerũt totaliter fatigati,quod incedere non ualebant: & sic separatim Christiani per deuia incedentes,à Saracenis qui degebant in illis partibus, sæpius inueniebantur,& absq; misericordia cædebantur,unde maior pars totius exercitus regni Armeniæ amissa fuerat,& proceres quasi omnes. Et hoc infortunium Mangodanior accidit an. M.CCLXXXII. Postquã uero Abaga Can hæc omnia intellexit,congregauit undiq; gentim suam, & quũ iam esset paratus contra Saracenos procedere toto posse:& ecce quidam filius diaboli Saracenus uenit ad regem Persarum,& quibusdam qui Abaga familiariter seruiebant,contulit muita dona,& cum eis taliter ordinauit,quod una die Abaga & fratri suo Mangodanior uenenũ mortiferum propinaret, ex quo ambo, proh dolor,excesserunt è uita in octo dierum spatio:per illos eosdem,qui sceIus istud perpetrauerant, fuit primo comperta ueritas huius rei,& sic obiit Abaga Can anno domini M.CCLXXXII.

De Tan

De Tangodor ſecundo filio Haoloni, qui ſucceſſit Abagæ in regno, Caput XXXVII.

POſt obitum Abaga Can congregauerunt ſe Tartari, & conſtituerũt dominum ſuper eos, quendam fratrem Abaga, qui Tangodor uocatur, & alios fratres ſuos præceſſerat. In diebus quidem iuuentutis ſuæ datũ fuit ſibi baptiſmatis ſacramentũ, & uocatus fuit in baptiſmate Nicolaus. Sed poſtq̃ fuit ætate perfectus, propter ſocietatem Saracenorum quam dilexerat, effectus fuit peſſimus Saracenus, & renũcians fidei Chriſtianæ Mahumet Can uoluit ſe appellari, & toto conamine ſtuduit facere quod oẽs Tartari conuerterentur ad ſectam iniquitatis filij Mahumeti, & quibus uiolentiam inferre forſitan non audebat, dona, gratias, honores cõferebat. Tempore iſtius igitur Mahumeti Can, conuerſi fuerunt ad fidem Saracenorum Tartari infiniti, ſicut hodie euidenter apparet. Præcepit itaque iſte filius diaboli Mahumeti, omnes eccleſias Chriſtianorum dirui, & ne Chriſtiani auderẽt amplius celebrare legem & dogmata Chriſti. Faciebat publice prædicari Mahumeten, & Chriſtianos exules fecit irer & in ciuitate Tauriſij fecit Chriſtianorum eccleſias totaliter deuaſtari. Miſit etiam ſuos nuntios ad Soldanum Ægypti, & firmauit pacis & concordiæ ſecum fœdus, & promiſit quod omnes Chriſtianos qui in terris dominij ſui erant compellerent ad Saracenos, aut capitibus priuarentur: unde Saraceni fuerũt magna exultatione repleti: Chriſtiani uero triſtes & timidi incedebãt, nec eis aliud reſidebat, niſi dei miſericordiam inuocare: uidebant enim perſequutionem Chriſtianorum maiorem quàm unquam fuerat temporibus retroactis. Tranſmiſit etiam prædictus diabolus Mahumetes ad regem Armeniæ, & ad regem Georgiæ, & ad alios Chriſtianos, ut ad ipſum accederent ſine mora: ſed Chriſtiani cogitauerunt potius mori in prælio, quàm ſuis placere mandatis, quia neſciebant aliud remediũ inuenire. Quumq̃ fideles Chriſtiani in tanta eſſent cordis amaritudine poſiti, quod mori potius q̃ uiuere affectabant: ecce deus, qui ſperantes in ſe nullatenus derelinquit, cõſolamen tranſmiſit Chriſtianis omnibus. Nam quidã frater iſtius Mahumeti, & quidã eius nepos, nomine Argonus, fuerũt iſti Mahumeto ꝓpter mala opera ſua contrarij & rebelles, & ſignificauerunt Cobila Can maiori Imperatori Tartarorum, qualiter iſte Mahumetus anteceſſorũ ſuorũ ueſtigijs derelictis, effectus fuerat peſſimus Saracenus, Tartaros omnes quos poterat inducendo, ut efficerentur etiã Saraceni. Quo audito Cobila Can Imperator fuit plurimum perturbatus, unde Mahumeto præcipiendo mandauit, quatenus corrigere ſe deberet, & à malis operibus abſtinere, alioquin procederet contra ipſum. Ipſe quidem Mahumetes mandato Imperatoris intellecto, ira & indignatione fuit repletus: & quia nullus erat qui auderet ſuis uoluntatibus contraire, præter fratrem ſuum & prædictum nepotem ſuum Argonum, laborauit tantum

Digitized by Google

diabolicus ille Mahumetus, quod fecit interfici fratrem suũ, & de nepote suo Argono intendens facere illud idem, iuit cum exercitu copioso, ut ipsum caperet & teneret. Argonus uero qui contra potentiã inimici non poterat bellíger apparere, montes petijt, & in quoddam castrum fortissimum introiuit. Idem uero iniquitatis filius Mahumetus dictum castrum obsedit, stans circumcirca cum suo exercitu infelici. Finaliter uero Argonus se rediddit Mahumeto cum pacis interiectis conditionibus, uidelicet, quod sibi & suum dominium seruaret. Postquam Mahumetus Can tenuit Argonum, tradidit eum conestabulo suo, & pluribus alijs magnatibus sub custodia concludendum. Et dum reuerteretur ad ciuitatem Tauriſij, ubi dimiserat filios & uxores, dedit omnibus in mandatis, quod post ipsum incederẽt paulatim: conestabulo uero & quibusdam alijs, in quibus præcipue confidebat, iussit quatenus nepotem suum occiderent, & occulte sibi caput afferrent. His itaq; taliter ordinatis, festinanter præcepit eis Mahumetus. Inter illos uero qui mandatũ susceperant tanti sceleris adimplendi, inuentus fuit quidam potens uir, quem Abaga nutriuerat, pater ipsius Argoni, qui pietate motus, armis susceptis, conestabulum Mahumeti, & omnes suos sequaces nocte gladio iugulauit, & Argonũ à mortis periculo liberauit, & constituit Argonum rectorem & dominum super omnes. Vnde alij timore, alij uero amore obedientes fuerunt suis beneplacitis & mandatis. His itaq; sic peractis, Argonus cum comitiua suorũ fidelium, fuit persequutus celeriter Mahumetũ, et antequam Tauriſiũ perueniret, personaliter cepit illum, quem captum iussit per medium detruncari, & sic fuit interfectus canis ille pessimus Mahumetus, inimicus fidei Christianæ, antequam duorum annorum spatium in suo solio compleret.

De Argono filio Abaga, qualiter fuit dominus Tartarorum post mortẽ Tangodor pessimi Saraceni, Caput XXXVIII.

ANno domini M. CCLXXXV. post necem pessimi Mahumeti, Argonus filius Abaga Can, primi Imperatoris, noluit se uocari Can, quousq; haberet à maiori domino in mandatis: & super eo misit Argonus ad magnum Can nuntios speciales, quos magnus Can Tartarorũ benigne suscepit, & honorifice tractauit, & de morte pessimi Mahumeti fuit plurimũ consolatus, & transmisit de maioribus domus suæ, & Argonum in dominio confirmauit. Et ex tũc Argonns fuit ab omnibus Can uocatus, & fuit ab omnibus honoratus. Iste uero Argonus fuit aspectu pulcherrimus, & dominiũ suum tenuit uiriliter & prudenter. Christianos dilexit, & ipsos plurimum honorauit. Ecclesias quas Mahumetus dirui fecerat reparauit, unde accesserũt ad eum rex Armeniæ, & rex Georgiæ, & alij Christiani partium orientis, & supplicauerunt ei, quod consilium apponeret, & iuuamen, ut terra sancta liberaretur de manibus paganorũ. Argonus quoq; benigne respondit, quod libenter faceret quicqd posset ad honorẽ dei & fidei Christianæ, unde intendebat

Digitized by Google

debat fœdus pacis componere cum uicinis, ut ſecurius poſſet ire ad ſubſidiū terræ ſanctæ. Quūq; Argonus in hoc bono propoſito perſeueraret, pacem quærens cum uicinis, ecce quarto anno ſui dominij tranſmigrauit. Quidam uero frater eius nomine Regayto, ſibi ſucceſſit, ſed fuit homo nullius ualoris ſicut inferius exprimetur.

De Regayto ſucceſſore Argoni, Caput xxxix.

ANno domini M. CCLXXXVIII. poſt obitum Argoni Can frater eius Regayto nullam habebat legem uel fidem, ad arma erat penitus nihil ualens, totus erat deditus luxuriæ & peccato, & in omnibus ducebat tanquam brutum animal uitam ſuam, uētris ingluuiem ſatiando ſuperfluis potibus atq; cibis, per ſpatium ſex annorum uixit in dominio: nihil aliud faciebat, unde per ſuam miſeriā ſuis fuit exoſus, & ab extrancis extitit uilipenſus: finaliter fuit à ſuis proceribus ſuffocatus. Et, poſt obitū ſuum factus fuit dominus quidam eius cōſanguineus, nomine Baydo: iſte Baydo fuit in fide Chriſti fidelis, rectus, & multas fecit gratias Chriſtianis: ſed dies uitæ ſuæ ſubito defecerunt, ſicut inferius exprimetur.

De Baydo domino Tartarorum, & qualiter obierit, Cap, xl.

ANno domini M. CCXC. poſt mortem Regayto, Bayto tenuit dominium Tartarorum. Iſte Baydo tanquam bonus Chriſtianus reædificauit eccleſias Chriſtianorū, & præcepit, quod nullus auderet dogmata Mahumeti inter Tartaros prædicare. Et quia multiplicati erant ualde illi, qui ſectam tenebāt perfidi Mahumeti, moleſte tuletunt mandatū Baydo, & ideo occulte miſerunt nuntios ad Caſanū, qui fuit filius Argoni, & promiſerunt ſibi dare dominium, quod Caydo tenebat, & ipſum conſtituere dominum ſuper eos, ſi uellet renuntiare fidei Chriſtianæ. Caſanus uero, qui parum curabat de fide, & qui dominium plurimum affectabat, promiſit facere quicquid uellent, & propter hoc Caſanus fuit rebellis effectus. Baydo uero congregauit gentem ſuam, intendens Caſanum capere & tenere: proditionem enim quam gens ſua ſibi fecerat ignorabat. Quumq; ad campū belli ueniſſent, ecce omnes illi qui ſectæ adhæſerant Mahumeti, relinquentes Baydo, fugerunt ad Caſanū. Baydo quoq; uidens ſe ab omnibus derelictum, fugā arripuit. credens euadere, ſed perſequentibus inimicis fugiendo interijt.

De Caſano filio Argoni, qualiter dominium uſurpauerit, & geſtis eius, Caput xli.

POſt mortem Baydo Caſanus fuit factus dominus Tartarorum, initio ſui dominij non audebat contraire his quæ promiſerat illis, qui eum in dominio poſuerunt, qui Mahumeti ſequebantur legem & ſectam, & ideo auſterum ſe oſtēdit nimium Chriſtianis. Sed poſtquam in ſede dominij firmus fuit, cœpit honorare & diligere Chriſtianos, multa fecit in uita ſua ad cōmodū Chriſtianorū, ſicut in ſequētibus audietis. Et primo deſtruxit quā plures

plures magnates,qui ſuadebant ei,ut Saracenorum fidei adhæreret, & perſe queretur undiq; Chriſtianos. Poſt præcepit omnibus Tartaris, qui in domi nio ſuo erant,quod eſſent armis & omnibus neceſſarijs prȩmuniti,quoniam intendebant ingredi regnum Aegypti,& Soldanum deſtruere ſi ualerent,& hoc mandauit regi Armeniæ, & regi Georgiæ, & alijs Chriſtianis partium orientis. Verum uerno tempore adueniente, Caſanus ſuum exercitum con gregauit, & direxit greſſus ſuos per uiam de Baldach cum exercitu copioſo. Quando uero Caſanus peruenit ad terras Aegypti,cõgregauit in ſimul gen tem ſuam. Soldanus qui uocabat Melecnaſer,iamdudum de aduentu Tar tarorum rumoribus intellectis,cõgregauit poſſe ſuum, & uenit ante ciuitatẽ Mames cum maximo apparatu,quæ ciuitas eſt ſita in medio regni Syriæ, ut refertur. Quũq; Caſanus intellexiſſet, quod Soldanus contra ipſum inten deret prælíari,ad obſidionem ciuitatis uel caſtri noluit perdere tempus ſuũ, ſed recto tramite celeriter uenit ad locum ubi erat Soldanus, & ſe poſuit ex aduerſa parte per unam dietam in quibuſdam pratis, in quibus erat abun dantia pabulorum. Vnde præcepit Caſanus omnibus ſuis,quod in illo cam po eſſent,quouſq; equi requieſcerent à labore quem paſſi fuerant in uia cele riter ueniendo. In ſocietate uero Caſani erat quidã Saracenus nomine Cal phack,qui fuerat ſeruus Soldani,& fugerat ad Caſanum proptet metũ Sol dani,qui propter exceſſus intendebat illum carceribus mancipare. Iſte Cal phack à Caſano receperat gratias & honores, & Caſanus de eo plurimum confidebat, ſed tanquã proditor maledictus per literas notificauit Soldano & Saracenis cõſilium & intentionem Caſani,& miſit qualiter Caſanus mo rari intendebat in pratis illis,ut daret requies equis ſuis,qui erant mirabiliter fatigati,& conſuluit Soldano quod properaret ad pugnam quamdiu aduer ſariorum equi erant feſſi,quia faciliter poſſet de Tartaris uictoriã reportare. Soldanus Ægypti,qui apud ciuitatem Hames Tartaros propoſuerat expe ctare,ac quieuit tamen cõſilio proditoris,& cũ electa multitudine ſuorũ equi tauit feſtinanter,ut ex improuiſo inſultũ faceret in Caſanum. Speculatores quidẽ exercitu Caſani notum fecerunt aduentũ Soldani. Caſanus uero fecit edictũ,ut omnes ſui equitarent per acies ordinati, ut uirilit erreciperẽt inimi cos. Caſanus ergo leone audacior,cũ illis quos circa ſe inuenit, equitauit ob uiam Saracenis,qui,iam tantũ appropinquauerant,quod prælíũ nõ poterat euitari. Et cæteri qui per campum erant dilatati, ut requiem darent equis,nõ poterant ad ipſum accedere feſtinãter,unde Caſanus præcepit militibus qui ſecum erant de equis deſcendere,& de illis in circuitum facere uelut murum, & cum arcubus & ſagittis impeterent inimicos, qui laxatis habenis ad præ lium ptoperabant. Tartari uero deſcenderũt,& in circuitu ipſorum poſuerũt equos ſuos,& acceptis in manibus arcubus & ſagittis, expectauerũt quouſq; ſagittæ poſſent ad inimicos commode peruenire. Et ſic omnes ſimul Tartari

ſagittantes,

Digitized by Google

ſagittantes,qui in arte ſagittandi mirabiliter ſunt periti,equos inimicorũ præcedentes taliter precuſſerunt,quod ante alios ceciderunt: unde illi qui ſequebantur,qui curſu uelociſſimo properabãt,inuenientes præcedentes proſtratos,præcipitabantur ſuper illos:unde de multis Saracenis euaſerunt pauci, qui nõ erant proſtrati,aut ſagittis Tartarorum letaliter uulnerati. Soldanus Aegypti,qui in acie illa erat, quàmocius potuit retroceſſit. Caſanus hoc uidens,ſtatim præcipit equos aſcendere gentem ſuam,& inuadere uiriliter inimicos,& ipſe fuit primus,qui Soldani aciẽ eſt ingreſſus,& tamdiu Soldanus cum modica ſocietate ſuorũ bellum ſuſtinuit,proſtrando & occidendo ſtrenue inimicos,quoad Tartari muniti,& per acies ordinati uenerũt ad pugnã: tunc inceperunt omnes acies undiq; præliari, & durauit altercatio inter eos ab ortu ſolis uſq; ad nonam.Finaliter uero Soldanus nõ potuit reſiſtere audaciæ Caſani, qui manu ſua mirabilia fecit,& ſic uertitur in fugã Soldanus cum omnibus Saracenis. Caſanus itaque cum gente ſua perſequutus fuit uſq; ad noctis caliginem inimicos diuerſimode occidendo, unde tanta fuit ibi Saracenorum ſtrages, quod tota terra diſperſa extitit corporibus mortuorum.Poſt conflictum nocte illa requieuit Caſanus in quodam loco qui uocatur Cametũ,gaudens & exultans ineffabiliter de triumpho quem contra Saracenos obtinuerat nutu dei. Actũ hoc anno domini M. C C C X. die mercurij ante feſtum natiuitatis domini.

De uictoria quam habuit Caſanus contra Soldanũ Aegypti,& qualiter ſpolia diuiſit inter ſocios, Cap. XLII.

His itaq; ſic peractis. Caſanus præcepit regi Armeniæ,& cuidã duci Tartarorum,qui uocabatur Molay,quod cum xl. millibus equitum Tartarorum prrſequerentur Soldanum uſq; ad deſertũ Aegypti,quod diſtabat à campo belli per duodecim diætas & ultra. Et præcepit quod apud ciuitatem Gacceræ ipſum expectarent aut eius mandatũ.Rex igitur Armeniæ & Molay prædictus cum xl. millibus Tartarorum ante ſolis ortum recedentes,Soldanum fuerunt celeriter perſequuti.Poſt triduum uero Caſanus miſit ad regem Armeniæ quod rediret,eo quòd intendebat obſidere ciuitatem Damaſci,& præcepit quòd Molay procederet,ſicut habuerat in mandatis, Saracenos omnes quos capere poterat perimendo.Soldanus uero quoq; fugit uelocitet diu noctuq; dromedarios equitando, & in ſocietate quorundam Beduinorum,qui eum conducebãt,Babyloniam mirabiliter eſt ingreſſus. Alij uero Saraceni diuerſimode fugerunt,quò quilibet opinabatur,ſe poſſe melius receptare: quorum magna quantitas perrexit per uiam Tripolis, qui per Chriſtianos habitantes in monte Libani fuerunt interfecti crudeliter. Redeunte ergo rege Armeniæ ad Caſanum, inuenit quod ciuitas Caſana dediderat ſe Caſano, & totum ærarium Soldani & exercitus ſui quod ibi erat,fuit ante Caſani præſentiam deportatũ,cuius multitudo extitit infinita:

mirati

Digitized by Google

mirati fuerunt omnes ſuper eo, quòd Soldanus tãtas diuitias ſecum tulerat, dum intenderet præliari. Caſanus ergo congregatis omnibus illis diuitijs, & omnibus ſpolijs quas lucrati fuerant Tartari, poſt triumphum diuiſit omnia liberaliter inter ſuos, ex qbus omnes locupletes ſunt effecti. Ego uero Fr. Haythonus, qui hanc hiſtoriã compilaui, interfui omnibus negotijs & præliijs quæ Tartari habuerunt cum Soldano à tempore Haoloni, ſed nunquã uidi uel audiui dici de aliquo domino Tartarorum, qui plura fecerat in duobus diebus, quàm fecit Caſanus. Nam prima die belli cum parua ſocietate ſuorum contra Soldanum & magnam copiam inimicorũ præliũ ſuſtinuit, & de perſona ſua taliter ſe probauit, quòd inter omnes alios bellatores famã & laudem merito eſt adeptus. Et de ſua probitate inter Tartaros narrabitur in ſecula ſeculorum. Secunda uero die tanta erat libertas & liberalitas cordis ſui, quòd de oñibus diuitijs & infinitis theſauris quos acquiſiuerat, ſic inter ſuos diſtribuit & diuiſit, quod in ſua ſorte non retiunt niſi unum enſem, & quoddam marſupium, in quo erant ſcripturæ terræ Ægypti, & innumerus exercitus Soldani, & ſimilia. Et omnia alia diſtribuit liberaliter, ut eſt dictũ. Et hoc præcipue erat admirandum, qualiter in tantillo corpuſculo tanta uirtutum copia inueniri poterat. Nam inter xx, mille millites, uix potuiſſet ſtaturæ minoris aliquis reperiri, neque turpioris aſpectus, omnes tamen alios in probitate & uirtutibus excedebat. Et quia iſte Caſanus tempore noſtro fuit, dignum eſt quod de ſuis geſtis plenius enarremus: & ille Soldanus, qui per Caſanum extitit debellatus, adhuc uiuit. Præterea illi qui ad Saracenorum intendunt præcipitium, & grauamen inferre uolunt, multa poterũt ſumere documenta, his hiſtorijs plenius intellectis.

Caſani laus

Poſtquam uero Caſanus per quinque dierum ſpatium requieuit & inter ſuos diuiſit ſpolia innumerabilia, ut ſuperius eſt expreſſum, per diætas ſuas iter ſuum direxit rectà ad ciuitatem Damaſci. Quúmque ciues Damaſci cognouerunt aduentum, timuerũt ualde, ne ſi Caſanus eos caperet uiolenter, abſque miſericordia perderentur. Vnde de conſilio ſapientum, & concordi omnium uoluntate, ſuos ad Caſanum nuntios tranſmiſerunt, qui dederũt ſibi multa dona, & ei claues ciuitatis etiam obtulerunt, ab eo miſericordiam implorãtes. Receptis ergo xenijs & clauibus ciuitatis Damaſci, præcepit Caſanus nuntijs quod redirent, & uictualia ſufficientia exercitui præpararent, & nullatenus dubitarent, quia nolebat deſtruere ciuitatem, ſed eam intendebat pro camera ſua reſeruare. Recedentibus itaque nuntijs cum exultatione ingenti, Caſanus poſt modicum equitauit ad flumen Damaſci, in cuius litore tentoria ſuã fixit, & inhibuit, ne inferrẽtur damna aliqua ciuitati. Ciues uero Damaſci miſerunt plurima dona Caſano, & de uictualibus dederunt exercitui affluenter, manſitq; ibi Caſanus per xlv. dies cum omnibus ſuis, præter xl. millia Tartarorum, quos miſerat cum Molay, qui apud ciuitatem

Gaccaræ

Digitized by Google

Gaccaræ morabantur, Caſani expectantes aduentum uel mandatum.

De Capchik qualiter fuerit proditor erga Caſanum, & reſtituerit terras Soldano, Cap. XLIII.

CVmq; Caſanus taliter moratetur, & daret ſe ſolatio & quieti, ecce rumores uenerũt de quodam ſuo conſanguineo, nomine Baydo, qui ingreſſus fuerat regnum Perſarum, damna Caſano plurima inferẽdo: & quia dubitabatur ne deterius faceret, conſultum fuit Caſano, quod ad propria remearet. His itaq; rumoribus intellectis, Caſanus præcepit maiori duci ſui exercitus, qui uocabatur Cotuloſſa, quod cum parte exercitus ad cuſtodiam regni Syriæ remaneret, & Molay ac alijs Tartaris, qui erãt in terra Gaccaræ mandauit, quod obedirent Cotuloſſę, quem dimiſerat loco ſui. Poſt hæc ordinauit Caſanus Baiulos, & rectores ſuper qualibet ciuitate, & tradidit ciuitatem Damaſci Capchick proditori ſuperius nominato, nondum enim Caſanus cognouerat uelle ſuum. Poſtea uocari fecit ad ſe regem Armeniæ, & ſuum ſibi reſeruauit receſſum, dicens, Libenter tradidiſſemus terras, quas acquiſiuimus, cuſtodiendas Chriſtianis, ſi ueniſſent: & ſi uenerint, Cotuloſſæ dabimus in mandatis, quod eis reſtituat omnes terras, quas hactenus tenuerunt, & ad reparationem caſtrorum det eis ſubſidium opportunum. His omnibus ſic cõpletis, Caſanus arripuit iter ſuum, tendens uerſus Meſopotamiam: quumq; ad flumẽ Eufraten peruenisſet, mandauit Cotuloſſæ, ut dimiſſis Molay xx. millibus Tartaris, ad eum cum reſiduo exercitu accedere feſtinaret. Cotuloſſa quidem fecit, ſicut receperat in mãdatis, unde Molay ſtetit in cuſtodia regni Syriæ pro Caſano, & ſuadẽte Capchick proditore, Molay ſe tranſtulit uerſus partes Hieroſolymitanas, in quodam loco nominato Gaur, ut ibi pabula p equis, & alia neceſſaria inueniret. Aeſtiuo uero tẽpore ueniente, Capchick prædictus, qui erga Caſanum iamdudũ conceperat falſitatem, occulte miſit ad Soldanum, quod redderet ſibi Damaſcum & alias terras, quas Caſanus & Tartari occupauerant in regno Syriæ. Et Soldanus promiſit Capchick, quod ſi ea quæ promiſerat adimpleret, ſibi daret perpetuo dominium ciuitatis Damaſci, & de theſauro ſuo etiam magnã partem, & ſororem ſuam ſibi traderet in uxorem: & ita poſt modicum temporis ſpacium, Capchick rebellis effectus, fecit omnia caſtra Tartaris rebellare: ſpes enim illorum erat æſtus æſtiui temporis, in quo Tartari non poterant equitare, neq; ſuis ſubſidium impertire. Quãdo Molay uidit, quod omnes terræ rebelles factæ fuerunt, non fuit auſus ſtare cum tam modica gentium quantitate, unde per uiam breuiorem ſe tranſtulit ad regnum Meſopotamiæ, & notificauit Caſano omnia quę in regno Syriæ euenerant ſeriatim. Caſanus uero tunc nõ potuit aliud facere per æſtum temporis. Sed ueniente tempore hyemali, ſuper litora fluminis Eufratis ſuum fecit maximum apparatũ, & tranſmiſit Cotuloſſam cũ xxx. millibus equitibus Tartaris, & præcepit quod

Digitized by Google

quando ad partes Antiochiæ peruenirет,regē Armeniæ conuocaret,& alios Christianos partium orientis & Cypri,& adiungeret eos sibi.Et dum Casanus cum robore sui exercitus sequeretur,in regnum Syriæ introiret.Prædictus itaq; Cotulossa fecit sicut habuit in mandatis.Acceptis itaq; xxx.millibus Tartarorum,per dietas suas perrexit,quousque Antiochiam applicuit,& deinde misit ad regem Armeniæ quod ueniret,unde rex Armeniæ cum suo exercitu equitauit.Christiani etiam qui erant in regno Cypri,de aduentu Cotulosse rumoribus intellectis,absq; moræ dispēdio cum Galeis & alijs lignis peruenerunt ad insulam Anteradensem,& ibi fuerunt dominus Tyrenen.frater regis Cypri,qui erat militiæ dux & rector,& magistri domorum hospitalis & templi,cum conuentibus fratrum suorum:& dum parati essent uoluntaria Christi seruitia adimplere,ecce rumor uenit de quadā infirmitate Casani,à qua taliter uexabatur,quod de conualescentia medici desperabant,unde Cotulossa cum suis Tartaris redijt ad Casanum:rex etiam reuersus fuit Armeniam & alij Christiani,qui uenerant ad insulam Anteradensem,redierunt in Cyprum.Et ob hanc causam incœptum terre sanctæ negotium fuit totaliter derelictum:hoc accidit anno domini M.CCCL.

De maximo damno quod habuerunt Tartari in planicie Damasci propter aquarum abundantiam, Cap. XLIII.

ANno domini M.CCCII. Casanus congregato iterum exercitu copioso cum magno apparatu, peruenit usque ad flumen Eufraten,intendens regnum Syriæ introire,& sectam Mahumeti totaliter destruendo, terram sanctam libere restituere Christianis..Saraceni uero Cassani timentes aduentum,& quū in bello nō confiderent se esse pares,totam terrā eorū combusserunt ante faciē Tararorū,ita quod collectis frugibus,& alijs in terra crescentibus,ac animalibus in castris & in munitionibus congregatis,residuū totū ignibus deuastarūt,ut quū tartari uenirēt, nō inuenirēt uictualia, neq; pabula pro iumentis.Quando Casanus intellexit ea quæ fecerāt Agareni,& qualiter dissipauerāt totā terram,cogitans quod equi illis in terris taliter deuastatis non possent sustentari,accepit cōsiliū remanendi super litora fluminis Eufratis illa hyeme,& ueris tempore ueniēte,dum herbæ inciperent pullulare,perficere iter suum.Maiorem enim curam habebāt Tartari de equis suis quàm de seipsis,quia dum modico & uili cibo sciant esse contenti,de seipsis quodammodo non curabāt.Tunc Casanus misit pro rege Armeniæ,qui sine tarditate ueniens, super flumine se locauit.Et tanta fuit ibi gentis multitudo,quod exercitus Casani per tres dietas extendebatur in longum,à quodam uidelicet castro quod uocatur Caccabe,usq; ad aliud castrum nominatum Labire:quæ quidem castra erāt Saracenorum, sed absq; insultu aliquo reddiderunt se Casano.Quumq; Casanus taliter moraretur tempus congruum expectando,ut posset de saracenis perficere uota sua,& terram

Digitized by Google

terram ſanctam de ipſorum manibus liberare. Et ecce, diabolus obſtaculum interiecit. Nam Baydo ſuperius nominatus, terras Caſſani iterum introiuit, & intulit damna multa, ſicut Caſano extitit enarratum. Vnde conſultum fuit Caſano, quod ad propria remearet. Caſanus quidem plurimum pertur batus, pro eo quod tamdiu differebatur negotium terræ ſanctæ, iuſſit Co tuloſſæ duci ſuo, quod cum xl. millibus Tartaris regnum Syriæ introiret, & ciuitatem Damaſci caperet, & omnes perderet Saracenos. Rex quoque Ar meniæ cum gente ſua præfato duci Cotuloſſæ eſt aſſociatus. Caſano itaque ad propria redeunte, Cotuloſſa cum xl. militibus Tartaris, & rex Armeniæ cum ſuo poſſe regnũ Syriæ introiuerũt, & omnia deuaſtãtes, quouſq; per uenerũt ad ciuitatẽ Hames, ibiq; crediderunt, ſicut aliàs fecerant Aegyptij, exercitum inuenire, ſed certos intelligentes rumores de Soldano, quod eſſet in ciuitate Gaccaræ, inde nullatenus egreſſurus. Obſederunt ergo uiriliter ci uitatem Hames, quam poſt paucos dies uiolenter ceperunt, & indifferenter omnes Saracenos gladio peremerunt, ibiq; inuenerunt diuitiarũ copiam, & magnam multitudinem armatorum. Deinde uero ſe tranſtulerunt ad ci uiuatẽ Damaſci, ut eandem quoq; obſiderent, & ecce ciues ſuos miſerũt nun tios, ſuplicãdo quod eis concederentur inducię triduanæ, quas inducias ha buerunt. Prȩcurſores uero Tartarorum, qui ferè per unam dietam tranſiue rant iam Damaſcum, ceperunt quoſdam Saracenos, quos tranſmiſerũt ad Cotuloſſam, ut per eos inquireret certa noua. Cotuloſſa ergo per illos Sa racenos rumoribus intellectis, quod ibi prope circa duas dietas erant mille ducenti equites Saracenorũ, qui aduentũ Soldani quotidie expectabant: cum feſtinatione equitauit, ut ex improuiſo illos caperet & teneret. Et quãdo Cotuloſſa & rex Armeniæ puenerunt ad locũ, ubi erãt mille ducenti equites Saracenorum, erat quaſi hora ueſpertina, & paulo ante applicuerat is Sol danus. Cotuloſſa ergo & rex Armeniæ, qui credebant occupare ſolos illos mille ducentos Saracenos, uidentes ſe in ſua opinione deceptos, ſteterũt ut conſilium caperẽt. Conſultum itaq; fuit Cotuloſſę, quod requieſceret nocte illa, & inimicos in craſtinum impugnaret, quum dies iam ad ueſperam decli naſſet. Cotuloſſa uero qui uilipendebat Soldanum, & etiã gentem ſuã, no luit in hoc caſu quieſcere conſilio alicuius, imò præcepit feſtinanter acies or dinari. Saraceni uero hoc uidẽtes, ſteterunt, quia à quodam lacu & quodam monte erant à duabus partibus præmuniti. Et ſcientes quòd Tartari abſque eorum diſcrimine ad eos accedere non ualebant, noluerunt exire ad pugnã, ſed ibi firmiter expectauerunt. Quumq; Tartari crederent abſq; obſtaculo inuadendos Saracenos, & ecce quendam ante ſe riuulum inuenerũt, qui in certis locis tranſitum non habebat, unde tardauerunt Tartari multum, an tequam poſſent trãſire riuulum ſupradictũ. Sed poſtquã Cotuloſſa & rex Armeniæ cũ maiori parte ſuorũ riuulũ tranſiuerũt, in inimicos uiriliter inſul

tarunt. Soldanus ſtetit, nec de loco quidem ubi erat inter lacum & montem, uoluit ſe mouere. Noctis uero caligine appropinquante, dum uideret Cotuloſſa Soldanum ſtantem, & nolentē ad pugnam egredi, ut ſperabat, congregatis ſuis iuxta montē, nocte illa quieuit: ueruntamen circa mille Tartarorū, qui non potuerunt eo die riuulum pertranſire, non fuerūt cū aliis nocte illa. Veniēte uero die, ad pugnādum ſe Tartari parauerūt, & in Soldanum uiriliter inſultarūt: ſed Soldanus noluit in campū uenire more bellorum, ſed ſtetit in illo tutiori loco, cum gente ſe quātū poterat defendēdo. Tartari uero conabātur extrahere Saracenos, ſed nullo modo potuerūt. Durāte uero inſultu à mane uſq; ad nonā, propter defectū aquæ, quā nō inuenerāt nocte illa nec die, tędio & ſiti nimiū fatigati retro ceſſerūt, & dimiſſo Soldano receſſerūt unus poſt aliū paulatim per turmas & acies ordinati, quouſq; peruenerunt ad planiciē Damaſci, ibiq; inuenerūt abundantiā magnam aquæ, & paſcua ualde bona, & ordinatū fuit ibi ſtare, quouſq; hominibus & equis daretur requies opportuna, ut poſtmodum melius poſſent redire ad prælium cū Soldano. Habitatores uero Damaſci ſcientes quod exercitus Tartarorum erat in illa planicie collocatus, quadam nocte aquas fluminis per quoſdam meatus & riuulos diſcurrere permiſerūt, & antequā octo horæ noctis illius pertranſiſſent, aquæ in tantum creuerūt ubiq;, quod Tartari coacti ſunt ſurgere & recedere feſtināter. Quūq; nox illa eſſet multum tenebroſa, & foſſata forent omnia plena aquis, & nulli tramites apparerēt, omnes fuerūt quaſi confuſi, & multa animalia, arma, & arneſia amiſſa fuerunt in illa planicie propter aquas, & etiam plures homines ſuffocati, & inter cæteros rex Armeniæ plura dicitur amiſiſſe. Veniēte uero die, per gratiā dei aquarū pericula euaſerunt. Sed quū arcus & pharetræ Tartarorum: cum quibus præcipue prælian tur, ac alia arma ipſorū eſſent totaliter madefacta, quod illa non poterāt exercere, unde fuerunt totaliter ſtupefacti: quod ſi inimici eos perſequuti fuiſſent, nullus penitus euaſiſſet, imo illos uelut aues capere potuiſſent. Poſt hæc uero paulatim Tartari propter illos qui equos ſuos amiſerant, incedētes ad litora fluminis Eufratis ſunt reuerſi, nec aliquis inimicorū auſus fuit illos ſequi, ſiue inuadere quoquo modo, quandoquidem peruenerūt ad flumen, quod tranſire oportuit natando, & ſicut melius fieri poterat ſuper equis, dū flumē illud eſſet turbidum & inflatū propter abundantiam pluuiarū, multi Armeni perierunt in illo, etiam Tartari & Georgiani, & multi equi fuerūt in flumine ſuffocati: & ſic accidit, quod nō per potētiam inimicorū, ſed caſu & malo conſilio tanquam confuſi ad propria redierunt. Hoc quidē dicitur euenīſſe, eo quod Cotuloſſa nolebat acquieſcere conſilio alicuius. Nā ſi ſapientibus credidiſſet, illa potuiſſet pericula faciliter euitaſſe. Ego enim Fr. Haythonus huius hiſtoriæ cōpilator, præmiſſis omnibus præſens fui, & ſi forte ſuper hac materia loquor prolixius quam decet, mihi quæſo uenia tribuat.

Nam hoc

Nam hoc facio, ut in casu simili similia discrimina ualeam reminiscí. Rebus enim consulte actis, consueuerunt fines laudabiles obtineri, & econtra, quæ improuide fiũt, optatis successibus sæpius carent. Postquam itaq; rex Armeniæ flumen Eufraten pertransiuit non sine damno suorũ, decreuit ire ad Casanum antequã ad regnum Armeniæ remearet, unde recto tramite perrexit ad ciuitatẽ Niniue, in qua Casanus tunc residebat, & Casanus regem suscepit honorifice & benigne, & super amissionibus atq; damnis regi plurimum est compassus, unde eidem fecit gratiam specialẽ. Nam sibi concessit mille Tartaros, qui suis expensis semper essent stantes in custodia regni sui. Et de regno Turquiæ præcepit Casanus certam quantitatem pecuniæ regi dare, de qua posset alios mille equites stipendiarios ad suum placitum retinere. Rex igitur accepta licẽtia, ad regnũ Armenię est reuersus, & Casanus ei iniunxit, quod prudenter uigilaret circa custodiam regni sui, quousque ad subsidium terrę sanctæ personaliter, dante domino, posset ire.

Qualiter Casanus ante mortem suam Carbagandan suum fratrẽ successorem in regno constituerit, Cap. XLV.

REx itaq; Armeniæ ad terram suam rediit, sed postquã ibi applicuit, parũ habuit de quiete. Post hæc uero, sicut deo placuit, Casanus fuit quadã graui infirmitate detentus. Et quia sapienter in uita sua egerat, uoluit etiam ultimo commendari, unde suum sapienter condidit testamentum, & sibi instituit hæredem & successorem Carbagandan fratrem suũ. Postquam ordinauit prudenter ea quæ erant ordinanda circa negotium regni sui & domus suæ, fecit pulchras constitutiones & leges, quas suis dimisit in memoriã, quæ quidem à Tartaris firmiter obseruantur. Post hæc Casanus diem clausit extremum, & successit sibi in regno Carbaganda frater suus. Iste Carbaganda, fuit filius cuiusdã bonæ memoriæ dominæ, quæ fuit uocata Erockcaton, quæ fuit in fide Christi deuotissima & fidelis, & quamdiu uixit, faciebat sibi diuina officia quotidie celebrari, & tenebat Christianum presbyterum, & sacellum, unde iste Carbaganda fuit baptisatus, & nominatus in suo baptismate Nicolaus, & quamdiu mater eius uixit, in fide Christianorum permansit. Sed post obitum dominæ matris suæ, dilexit societatem Saracenorum, unde fide Christianorũ relicta, adhæsit sectæ perfidi Mahumeti. Rex uero Armeniæ de obitu Casani fuit plurimũ perturbatus. Nam per hoc inimici fuerunt in magna superbia eleuati. Vnde accidit, quod Soldanus regem habebat ualde exosum, & etiam gentem suam. Nam per totum illum annum ferè mense quolibet, Soldanus Babyloniæ misit magnã copiam armatorũ, qui totum regnum Armeniæ deprædabantur, & præcipue planiciem circundabant, damna multa sæpius inferendo, & sic nunquam scitur regnum Armeniæ tantam habuisse molestiam temporibus retroactis: sed deus omnipotens & misericors, qui sperãtes in se nullatenus derelinquit, compassus est

miſerabilibus Chriſtianis. Vnde accidit menſe Iulij, ut ſeptem millia Saracenorum de melioribus domibus Soldani, regnum Armeniæ fuerint ingreſſi & iuerint omnia deuaſtando uſq; ad ciuitatem Tarſenſem, in qua B. Paulus apoſtolus natus fuit. Et quum multa damna intuliſſent prouinciæ, & redirent, ecce rex Armeniæ ſuis undiq; congregatis, Saracenis deprædatoribus obuiauit, & prope ciuitatem Ayatij bellum inijt cum eiſdē: ſed nutu dei potius quàm bonitate noſtra, prædicti Saraceni fuerūt totaliter debellati, quod de illis ſeptem millibus Saracenorum non euaſerunt trecenti qui non eſſent capti, aut diro gladio interempti, licet ferocitate ſua crederent inuadere totū regnū, & Chriſtianos regni Armeniæ in uno hiatu gutturis abſorbere poſſe: & hoc actum fuit quadam die dominica xviij. menſis Iulij. Poſt illum conflictū Saraceni non fuerunt auſi regnum Armeniæ introire, & miſit Soldanus Aegypti, & treugas cum rege Armeniæ inijt & firmauit.

De diſtinctionibus huius operis, et qualiter habuit originē. Cap. XLVI.

EGo uero Fr. Haythonus interfui omnibus prælibatis, qui dudū propoſueram habitū ſumere regularē, ſed propter incōuenientia diſcrimina & ardua negotia regni Armeniæ, cum honore meo non poterā in tantis neceſſitatibus derelinquere conſanguineos & amicos. Vnde poſtquā deus ſua pietate mihi cōceſſit gratiam dimittendi regnū Armeniæ, & populum Chriſtianum, poſt multos labores meos in ſtatu pacifico & quieto, cōfeſtim uotū quod diu uouerā, uolui adimplere. Accepta itaq; licentia à domino meo rege, & ab alijs cōſanguineis & amicis in campo illo, ubi deus de inimicis triumphum conceſſerat Chriſtianis, arripui iter meum, & perueniens in Cyprū, in monaſterio epiſcopæ Præmonſtratenſis ordinis ſuſcepi habitū regularē, ut qui in iuuentute mea militauerā mundo, in ſeruitijs dei reſiduū uitæ meæ pompis huius ſeculi relictis, conſumerem. Anno domini M. CCCV. Gratias igitur ago deo, quoniā regnū Armeniæ hodie eſt in ſtatu æquo, bono & pacifico reformatum: præcipue per modernum regem dominū Liuonū, filium quondā domini Theodori, qui tanquā indolis glorioſæ uirtutibus illuſtratus, omnibus regētibus eſt ſpeculū gratioſū. Et firmiter creditur & ſperatur, qd in diebus iſtius regis iuuenis, qui bonitate ſuos anteceſſores præcellit, cum auxilio dei regnum Armeniæ ad ſtatū priſtinum reducetur. Præterea huius operis compilator, ea quæ narrat & ſcribit in iſto libro, tribus modis aſſerit ſe ſciuiſſe. Nam ab initio Changij Can, qui fuit primus Imperator Tartarorum, uſque ad Mango Can, qui fuit quartus Imperator, narrat ea fideliter, quæ in Tartarorum hiſtorijs cōtinentur. A Mango Can uero uſq; ad mortem Haoloni, ea quæ narrat & ſcribit, ſciuit & audiuit per dominū auunculū ſuū, quod dominū Haythonū regē Armeniæ reſcribere fecit, qui præſens fuit illis tēporibus, omnibus prænotatis, & cū magna diligentia narrabat hæc filijs & nepotibus, & faciebat redigi in ſcriptis, ut melius memoriter teneretur.

Haythonus monachus fit

Ab initio

Digitized by Google

Ab initio quidem Abaga Can usque ad finem tertiæ partis huius libri, ubi finem capiunt historiæ Tartarorum, sciuit ipse tãquam ille qui præsens fuit, unde de his quæ suo tempore euenerunt, perhibet testimonium ueritati. Et & licet hucusque narrauerimus de historijs et gestis Tartarorum, adhuc restat de ipsorum dominio et potentia, præcipue qui nunc uiuunt aliquid resérandum, ut melius cognoscantur.

De Tamor Can sexto Imperatore Tartarorum, et de potentia sua, et subiectorum suorum, Cap. XLVII.

MAgnus itaq; Imperator Tartarorum, qui nunc tenet imperiũ, uocatur Tamor Can, et est sextus Tartarorum imperator: sedem imperij sui tenet in regno Cathay, in quadam maxima ciuitate, quæ uocatur Ions, quam ædificari fecit pater suus, sicut superius est expressum. Potentia quidem eius est ualde magna, plus enim posset Imperator solus ille, quàm omnes simul alij principes Tartarorum. Gentes istius Imperatoris reputantur nobiliores et ditiores, et sunt melius munitæ necessarijs: quoniam in regno Cathay, in quo nunc degunt, diuitiarũ multarũ abundantia maxima inuenitur. Prẽter magnũ Imperatorem, sunt alij tres magni reges et principes Tartarorum, quorum unusquisq; dominium magnũ tenet, obediunt tamen Imperatori tanq; eorũ domino naturali. Et quæstiones quas inter se habent, ad Imperatoris curiã deferũtur, et per eius iudicium deciduntur. Primus quidem istorũ regum uocatur Chapar, alter uocatur Hochtay, et alius Carbanda appellatur. Iste Chapar dominium suum tenet in regno Turquestan, et magis appropinquat genti Imperatoris quàm alij. Potest etiam, ut dicitur, ad pugnã congregare quatuor cẽtum millia equitum armatorũ. Homines illi sunt audaces & strenui bellatores, non tamen habent equorũ siue armorum abundantiam, sicut necessarium esset eis. Multoties gens Imperatoris mouet istis guerram, & isti quandoq; mouent guerram cõtra Carbanda & gentẽ suam. Dominium istius Chapar antiquitus fuit unius domini per magnam partem, qui Doay nomine appellabatur. Hochtay rex Tartarorum, dominium suum tenet in regno Cumaniæ in quadam ciuitate quæ uocatur Sara. Potest etiam, sicut dicitur, congregare ad pugnam sexcentum millia equitũ bellatorum: isti non tantum cõmendantur in facto armorum, sicut gẽtes Chapar, licet equos habeant meliores, Quandoq; mouẽt guerram contra gentẽ Carbanda, quandoq; contra Vngaros, quandoq; inter se rixantur. Præsens uero Hochtay dominiũ suum tenet pacifice & quiete. Carbãda suum habet dominium in regno Asiæ maioris, & moratur in ciuitate Taurisij: ducere potest ad pugnam tercentũ millia equitum bellatorum. Isti sunt à diuersis partibus cõgregati, diuites sunt, & omnibus necessarijs bene muniti. Chapar & Hochtay quãdoq; mouent guerrã contra prædictũ Carbanda. Carbanda uero nulli guerram mouet, nisi Soldano Aegypti cõtra quẽ sui antecessores

Digitized by Google

sæpius pugnauerunt. Chapar & Hochtay libēter auferrent terram & dominium Carbandæ, si ualerent, sed nō possunt, licet potētiores sint eo terris & gentibus, ut dictum est. Et hæc est ratio, qualiter Carbanda potest resistere tantæ potentiæ inimicorū, & defendere terram suā. Asia enim tota in duas partes est diuisa, una enim pars dicitur Asia profunda, & in illa parte habitat Imperator & duo reges superius nominati, Chapar uidelicet & Hochtay. Alia uero pars uocatur Asia maior, et in illa moratur Carbanda sæpe dictus. Tres uiæ sunt solummodo, per quas itur de profunda Asia ad Asiam maiorē: una uidelicet uia, per quam itur de regno Turquestan ad regnū Persarū. Alia uia est quæ dicitur Ledorbent, quæ uia est prope mare, ubi Alexander construxit ciuitatē uocatā Portam ferri, sicut in historijs regni Cumaniæ plenius cōtinetur. Alia uia est per mare maius, quæ transit per regnum Abcas: per primā uiam non possunt habere ingressum gentes Chapar ad terram Carbanda absq; magno discrimine & labore, quia nulla pabula inuenirentur pro equis usq; ad plures dietas, quia terra illa est arida & deserta, & antecq; possent peruenire ad terras cultas & habitatas, equi totaliter decerent propter famē: aut ita fessi, & uiribus uacuati, quod à parua quantitate inimicorum possent faciliter debellari, & sic nolūt capere illud iter. Ex parte uero de Ledorbent possent gētes Hochtay habere ingressum ad terras Carbandæ sex mensibus anni solūmodo: uidelicet tempore hyemali. Sed Abaga fecit fieri magna fossata, & alia munimenta in quodā loco uocato Ciba, & ibi stat semper, præcipue tempore hyemali, custodia armatorū, qui defendunt transitū ab inimicis. Gētes uero Hochtay toties tentauerūt occulte transire per uiam, sed non potuerunt, uel possent aliqua ratione. Nam in quadā planicie, quæ uocatur Monga, stant in hyeme quædam aues magnitudinis fasianorum, quæ pulchertimas habent plumas, & uocantur Seyserach, unde quando aliquæ gentes ingrediuntur illam planiciem, statim fugiunt illæ aues, & transeunt per illas custodias & fossata, & illi qui sunt deputati ad custodiam illius loci, per illas aues manifeste cognoscunt inimicorum aduentū & ad defensionē continuo sunt parati. Per uiam uero maioris maris nunq; attentauerunt ire. quia ibi est regnum Abcas, quod est gentibus & terris bene munitum, & nullam possunt habere fiduciā in eisdem, & hoc modo Carbanda & sui antecessores usq; modo defenderunt se à tanta potentia uicinorum. Insuper aliqua dicemus breuiter de modis & moribus Tartarorum.

Asia profunda et maior.

Seyserach aues.

De fide, uita, moribus, conditionibus Tartarorum, Cap. XLVIII.

TArtari sunt ab alijs nationibus gentium modis & moribus sic diuersi, quod uix posset absq; tædio ipsorum diuersitas explicari. Confitentur enim unum deum esse immortalem, & inuocant nomē dei, aliter uero parū faciunt, quia nō ieiunant, uel orationes siue afflictiones faciunt ob dei reuerentiā, siue alia bona opera. Nec dei timore mala perpetrare permittūt Tartari.

tari. Homines interficere non reputant esse peccatum: & si dimitterent frenū in equorum suorum ore, quando pascere se deberent, deum crederent mortaliter offendisse. Fornicationē & luxuriam non reputant esse peccatum. Plures uxores ducunt: & oportet secundum consuetudinē, quod filius nouercā suam ducat post obitum patris sui, & frater relictam fratris, et thorum faciūt cum eisdem. Tartari in facto armorum sunt strenui bellatores, & sunt obedientes eorum superiori plus quàm aliæ nationes: et in pugna omnes cito cognoscunt per signa et documenta uoluntatem ducis eorum, unde absq; magno labore Tartarorum exercitus ab illis qui præsident gubernātur. Dominus Tartarorum nulla stipendia dat eis, imò oportet quod uiuāt de prædis et uenationibus quas acquirunt: et si uellet dominus, posset ab eis auferre quicquid haberent. Quando Tartari equitant, secū ducunt magnā copiam armatorum, & de lacte equorum pocula sumunt, & carnibus uescuntur, & illas reputāt ualde bonas. Tartari in equis sunt agiles, & sagittarij ualde boni: pedites nesciunt incedere nisi pigre. Tartari sunt sagaces & ingenioſi ad expugnandas ciuitates & castra, & semper uolunt habere prærogatiuam contra suos inimicos. In pugna nec uerentur fugere, si fuga prosit. Hanc habent Tartari prærogatiuam in campo belli existentes, quia si eis placuerit, prælibuntur: & si uoluerint prælium euitare, aduersarij cum eis nō poterūt dimicare. Pugna Tartarorum est ualde periculosa, quia in uno conflictu Tartarorum moriuntur plures & uulnerantur, quàm in uno magno prælio alterius nationis, & hoc accidit propter sagittas, quas iactant cum arcubus fortiter & directe: & sunt in arte sagittandi ita periti, quod sagittæ eorum ferè armorum penetrant omne genus. Quando debellantur, fugiūt omnes simul turmas & acies ordinati, & ualde periculosum est illos sequi, quoniam retrograde sagittas iaciunt fugiendo, & homines & equos uulnerant & occidunt. Exercitus Tartarorum non est magnæ apparentiæ, quia omnes simul congregati incedunt, ita quod acies mille Tartarorum, quingentorum apparentiam uix habeat. Tartari curialiter hospites suscipiunt, & cibum libenter diuidunt cum eisdem, & uolunt sibi per uiam similem responderi, alioquin accipiunt uiolenter. Tartari sciunt occupare alienas terras, sed ipsas nesciunt custodire. Tartari quādo sunt debiliores, efficiuntur humiles & benigni: & quādo sunt fortiores, sunt pessimi & superbi. Tartari nolunt quod coram eis aliquis mentiatur, & ipsi libentissime mentiuntur: in duobus tamen mentiri nesciunt, in facto armorum uidelicet, quia nullus erit ausus de probitate quam non fecerit, se iactare, aut negare si fecerit utilitatem. Aliud est, quod qui scelus aliquod fecerit, de quo etiam debeat condemnari ad mortem, interrogatus à domino, ueritatem continuo confitetur. Et hæc de Tartaris dicta sufficiant, qui a longum esset mores ipsorum per omnia enarrare.

De condi

De conditione quam habere debet bellum incœpturus, Cap. XLIX.

RAtio postulat & requirit, quod quicunq; contra suos inimicos guerram mouere intendit, debeat quatuor præuidere. Primo: quod iustã causam habeat guerram cum suis aduersarijs inchoandi. Secundo, considerare debet posse suum, utrum sufficiat in expensis & alijs necessarijs ad guerram manu tenendam, & ipsam sine debito terminandam. Tertio inuestigare debet sapienter, inimicos, intentionem & statum, Quarto guerram debet inchoare tempore competenti. Ego uero Fr. Haythonus, qui ex mandato summi põtificis sum de hac materia loquuturus, dicere possum, quod Christiani iustam habẽt causam guerram mouendi cum filijs Ismaẽlis, quoniam hæreditatẽ eorũ obtinent occupatam, uidelicet terram sanctam, & sanctum sepulchrum domini nostri Iesu Christi, in quo fuit origo fidei Christianæ, & alia sancta loca Christianis plurimum reuerẽda. Insuper propter atroces iniurias, & nimium horrenda opprobria, quæ cum multa nostri sanguinis effusione Agareni intulerunt Christianis, temporibus retroactis, & etiã propter alias rationes & causas uarias & diuersas. De potentia uero dico, quoniam nemo debet penitus ignorare, quin sacrosancta Romana ecclesia, quæ totius orbis est domina & magistra, potentiam habet cum congregatione regum & principum Christianorum, & fidelium crucisignatorũ, terram sanctam eruendi de seruitute inimicorum fidei Christianæ, qui peccatis nostris exigentibus illam detinent occupatam. De cognoscendo uero statu inimicorum, hocq; de tempore competenti, in quo guerra debeat inchoari, oportet prolixius aliqua enarrare. Nam sicut bonus medicus, ut ad conualescẽtiam ægrum perducat, causam debet ægritudinis perscrutari: Ita decet prouidum bellatorem, inimicorum inuestigare conditionem & statum, ut guerrã possit incipere prouide & audacter, & illi finem laudabilem imponere. Sapienti enim & strenuo duci, nihil debet esse occultatum de potentia inimici, quoniam præuisa non lædũt, & improuisa cõsueuerũt sæpius animos perturbare, præcipue in discrimine, ubi loci uel temporis spatium non habetur periculis occurrere tam paratis. In omni enim opere potest correctionis medela facilius adhiberi, quàm in pugna, in qua pœna errorẽ continuo sequitur. Vt igitur de his quæ dicturi sumus, super passagio terræ sanctæ clarior intelligẽtia adhibeatur, aliqua narrabimus de statu & conditione terræ Aegypti, de exercitu Babyloniæ, & potentia inimici.

De conditione regni Aegypti, & Soldani potentia, Cap. L.

SOldanus ille, qui regnorum Aegypti & Syriæ hodie, obtinet principatũ, uocatur Melomaser, & de natione Cumanorũ extitit oriundus. Milites sui exercitus sunt de diuersis partibus & nationibus congregati, quia habitatores illarum partium in facto armorum nihil penitus sunt ualẽtes, unde oportet, quod de alienis gentibus eius potentia roboretur. Potentia quidem

Soldani

Digitized by Google

Soldani peditum armatorum est modica: equitū uero est plurimū copiosa. Maior pars exercitus Aegypti, sunt serui empti pretio, quos mali Christiani sæpe portāt cupiditate lucrādi, aut in prælijs acquisiti, quos compellūt eorum sectæ & fidei adhærere. Et illi qui empti precio pecuniæ extiterunt, chariores sunt & habentur, & plus alijs honorantur. Soldanus Aegypti semper est timidus & suspectus, ne gens sua in eius præcipitium aliqua machinetur. Sunt enim illi serui talis naturæ, quod semper aspirant ad dominium occupandum, & ob hanc causam plures Soldani gladio perierunt. Potentia exercitus Babyloniæ circa uiginti millia potest esse equitum, ex quibus sunt aliqui in arte armorum periti & strenui bellatores, maior tamen pars illorū magni pretij non habetur. Quando Soldanus equitat, & gens sua magna & multa arnesia secū trahunt, & onera camelorum, equos pro armis habēt satis bonos, & equas satis agiles ad currendū: non tamē possent ad magnos sufficere labores, & mularum & ronimorum copiam non habent. Exercitus Soldani est promptus ad seruitia & paratus, quia milites habitant omnes simul in ciuitate Chayri. Conditio uero ipsorum est talis, quia unusquisq; habet stipēdia sua de quibus uiuit, quæ summa centum & uiginti florenos annuatim uix excedūt, & oportet tenere tres equos, & unū camelum. Et si forte Soldanus Aegypti extra regnum duceret gentem suam, aliquid daret sibi si uellet de gratia speciali. Milites uero istos dat Soldanus regendos proceribus suis, quos nominat Amurates, & dat alteri centum, alio ducentos, plus uel minus, sicut ei placebit, & quantum ascendunt in summa stipendia militum, quos concesserit Amurato, tantūdem dabit Soldanus Amurato pro sua persona, & soluit sibi etiam stipendia militum quos tenebit: unde illi, quē Soldanus uoluerit ad magna promouere & honorare, dat plures milites ad tenendum. Secundum uero ordinem prætaxatū, magna fit Soldano derogatio seruitiorum & defectus, quia Amurates emunt seruos pretio pecuniæ, & ponunt illos ad stipendia, & in numero militum armatorū, aut ponunt ad seruitia gētē parui pretij quibus concedūt equos & arma & pro suis stipendijs dant eis aliquid & residuum totum conseruant, unde in multis talibus pauci inueniuntur qui sint ad arma ualentes

De potentia Soldani in regno Syriæ, Caput LI

POtentia uero Soldani in regno Syrie circa quinq; millia militum potest esse qui de terris & reditibus uiuūt. Habet etiam Soldanus magnam copiam Beduinorum & Turquorum, qui sunt aduenæ & forenses, de quibus magnum habet iuuamen, præcipue ad obsidendum ciuitates & castra, quia secum uadunt sola intentione aliquid acquirendi. Ad alia uero seruitia non posset soldanus illos trahere absq; stipendijs, et si forte uellet illis uiolentiam inferre, ipsi recederent sine mora. Turquiniani uidelicet ascenderent magnos montes, et desertum Arabiæ peterent Beduini. Aliquos etiā habet

Soldanus

Digitized by Google

Soldanus pedites sagittarios in terra de Malbeck & circa montē Líbani,& in terra Assassinorum,qui etiam ad castra & ciuitates obsidendas, seruitia magna præstant,sunt enim Christianæ fidei inimici,ualde ingenioſi ad ciui tates capiēdas & castra,quas capere sciūt per machinas,arcus, balistas,ignes inextinguibiles,meatus subterraneos,& alia diuersa genera insultandi.

De regno Aegyptiorum,qualiter de gente in gentem transſ/latum est, Caput LII.

IMperator Græcorum cōsueuit terræ Aegypti dominium obtinere, & per duces & rectores terram illam gerebat,qui redditus colligebant,& Impe/ratori Constantinopolim transmittebant,& durauit dominium Græcorū usq; ad annos domini D. C C III. Aegyptij uero nequeuntes pati dominiū Græcorum,à quibus mirabiliter grauabantur, reddiderunt se Saracenis,& elegerunt dominum super eos,quendam de progenie Mahumeti,quem uo cauerunt Caliph,& tenuerūt isti dominium Aegypti,annis CCCXLVij. Postea uero amiserunt dominiū,& Medi,qui Cordins uulgariter appellantur,do/minium occupauerūt, sicut darius inferius exprimetur.Anno dñi M. LIII. bonæ memoriæ Amauricus rex Hierosolymitanus cum omnibus Christia nis quos potuit congregare,ingressus fuit terram Aegypti, & plures acqui/siuit ciuitates & uillas. Caliphus uero uidens,quod nō poterat resistere Chri stianis,misit nuntios ad soldanum Halappi, implorans subsidiū ab eodē, unde Soldanus Halappi,qui sectam sequebatur Caliphi,misit ad subsidiū Caliphi quendam suum ducem,qui uocabatur Xaracon cū magna copia armatorum,qui tantum fecerunt,quod de regno Aegypti fugauerūt Chri/stianos,& recuperauerūt terras quas occupauerant Christiani.Post hæc qui dem accidit,ut uideret terram Aegypti diuitijs opulentam,& Caliphi potē/tiam quasi nullam,ad illius terræ dominium aspirauit:unde cepit Caliphū personaliter,& illum carceri mācipauit,& regnum Aegypti inuasit uiriliter, & ipsum dominio suo subdidit,& constituit se dominū & Soldanū.Iste Xa racon fuit de regno Medorum,de natione Corāsminorū, & fuit de natione sua primus dominus in Aegypto.Post obitum uero Xaracon ,successit sibi in dominio quidam filius suus nomine Soladinus,& tantum creuit potem/tia istius Soladini,ut ipse regem Hierosolymitarum & Christianorum potē tiam debellarit,& ceperit uiolenter sanctā ciuitatem Hierosolymitanam, & & alias plures terras. Et post obitum istius Soladini fratres sui & nepotes successiue Aegypti dominiū tenuerūt usq; ad tempus cuiusdā Soldani,qui uocatus fuit Melecsala.Iste Melecsala dominabatur in Aegypto tempore illo,quo Tartari subiugauerunt regnum Cumanorum.Et audiens qualiter Tartari pro modico pretio uendebant Cumanos quos ceperant, misit cum magna summa pecuniæ per mare mercatores,et fecit emi de iunioribus Cu manis in maxima quātitate,qui fuerunt deportati in Aegyptum.Melecsala

multum

multum dilexit Cumanos quos emerat,& ipsos fecit cum magna dilgentia e/ nutriri, & in arte equitandi, sagittandi,& arma tractandi illos instruxit, & magnam gerens fiduciam penes seipsos detinuit,quodammodo omnes alios elongando.Et eo tempore quo B. Ludouicus Rex Francorum bonæ memo riæ transfretauit,& Christiani nominis amore fuit carceribus mãcipatus,præ/ nominati serui empticij Cumani intefecerunt Melecsala eorum dominum & Soldanum,& constituerunt eorum dominum quẽdam ex ipsis nomine Tur quinianum. Et ob hanc causam rex Franciæ & frater suus qui Saracenorum carceribus trudebantur,fuerunt redempti & facilius liberari, & hoc modo co/ perunt prædicti Cumani in Ægypto primitus dominari,& uocatur ista pro/ genies Cumanorum in partibus orientis Caphac. Post paucos uero dies qui dam alius ex prædictis Cumanis nomine Cathos, prædictum Turquinianũ gladio iugulauit, & fecit se dominum & Soldanum,& uocatus fuit Melecme es, & iste Melecmees debellauit Guiboga capitaneum Tartarorum, quos in custodia regni Syriæ dimiserat Haolonus. Quumq; Melecmees ad Ægyptũ rediret quidam alius Cumanus nomine Bendecar,& ipsum interfecit in uia, & se constituit dominum & Soldanum, & fecit se uocare Melecdaer. Iste fuit sagacissimus, & in facto armorum strenuus atq; audax, suo tempore mul/ tum creuit Saracenorum potentia in Ægypto, & in regno Syriæ,& multas occupauit ciuitates & castra quas Christiani tenebant,& iste cepit nobilissi/ mam ciuitatem Antiochię anno domini M.CCLXVIII. Et postmodum regno Armeniæ intulit multa damna. Tempore uero istius Soldani Melec/ daer, transtulit se ad partes Siriæ rex angliæ bonæ memoriæ,dominus * quem Soldanus interficere cogitauit per quendam Assassinum, qui ipsum regem uulnerauit gladio uenerato, sed per dei misericordiam & per multos labores ad conualescentiam est deductus. Post hæc fuit idem Soldanus Me lekdaer ueneno potatus, obijtq; in Damasco. Post obitum uero Melecda/ er factus fuit Soldanus filius suus Melecsayt, sed confestim quidam alius Cumanus nomine Elsi, deiecit ipsum de sede, & constituens seipsum domi/ num & Soldanum, illum fugauit extra regnum Ægypti. Prædictus Solda/ nus Elsi ciuitatem Tripolitanam obsedit anno domini M.CCLXXXIX. & uiolenter occupauit eandem.

Rex Francorum in carcerem coniectus

De ciuitate Acon,qualiter à Christianis sit amissa, Cap. LIII.

ANno uero sequenti prædictus Soldanus Elsi congregauit undiq; posse suum,& egressus fuit de Aegypto,intendens obsidere ciuitatem Acon, & dum in quodam amœno loco requiesceret quadam die, per quendã seruũ suum,quem totius exercitus sui constituerat ducem et rectorem,fuit ueneno potatus: qui dum crederet dominium usurpare, fuit continuo per alios fru/ statim cæsus,et factus fuit Soldanus filius Elsi,qui uocatus fuit Melataseraff, et ille fuit qui cepit nobilẽ ciuitatẽ Acon,Anno domini M.CCXCI. Postquam

R uero

Digitized by Google

uero prædictus Soldanus Melataſſeraff rediit in Ægyptum, & quadam die iuiſſet uenatum, per quendã ſeruum ſuũ fuit in nemore interfectus, qui dum crederet ſe futurum Soldanũ, fuit ſtatim ab alijs detruncatus. Poſtea uero fecerunt dominum ac Soldanum illum, qui hodie eſt Soldanus, qui uocatur Melecnaſer, qui fuit frater Melataſſeraff ſuperius nominati. Et quia iſte Melecnaſer erat ualde iuuenis, datus fuit ſibi baiulus & tutor quidẽ nomine Guiboga, q fuit Tartarus natiõe, et fuerat ſeruus emptitius patris ſui. Iſte Guiboga ut ſur pauit dominium, & Soldanum iuuenem poſuit in quodã caſtro Crac de Mõ real, eidem faciens neceſſaria miniſtrari. Iſte Guiboga fecit ſe appellari Melechadel. Tẽpore uero iſtius Guiboga, fuit in regno Aegypti tãta rerũ uictualiũ caritudo, quod omnes Saraceni fame defeciſſent & penuria, ſicut canes, niſi forte aliqui fuiſſent Chriſtiani, qui eiſdem multa uictualia detulerant cupiditate lucrandi. Poſt hæc autem Guiboga prædictus, qui fecerat ſe Soldanum, intellectis rumoribus de aduentu Tartarorum, congregauit exercitum ſuum, & uenit ad regnum Syriæ, ut terras à Tartaris tueretur. Iſte Guiboga honorabat & diligebat multum homines ſuæ nationis, unde Cumani per inuidiam ſibi dominium abſtulerunt, & fecerunt Soldanum quendam ex ipſis nomine Lachim, & iſte fecit ſe nominare Melecnaſer. Iſte Lachim noluit deſtruere Guiboga, qui eius extiterat ſocius & amicus, imò dedit ſibi dominium cuiuſdam terræ, quæ uocatur Sarſac, & ciuitatem Hamac: inhibuit tamen ſibi, ne ſtaret in regno Aegypti. Præfatus uero Soldanus Lachim ſtetit in caſtro Cayri per triennium, nec fuit auſus inde exire præ timore ſuorum, niſi forte quadam die quo deſcendit ad planiciem cauſa ludendi, & tunc equus cecidit ſub eo, & fractũ fuit crus eius. Finaliter cum luderet ad ludum Scachorũ, quidam ex ſeruis illius arripuit enſem Soldani, & percuſſit eum in capite & occidit, ſed interfector fuit ab alijs continuo detruncatus. Poſt hæc fuerũt in magna diſcordia Saraceni de Soldano & domino eligendo. Demum uero poſuerunt in ſede dominij Melecnaſer iuuenem ſuperius nominatum, quem Guiboga poſuerat in caſtro montis regalis, ut ſuperius eſt expreſſum. Et iſte Melecnaſer eſt ille Soldanus, quem Caſanus debellauit in campo, & qui regnat hodie in Aegypto. Parcatur mihi, ſi prolixius quàm deceret, uerbum tenui de Cumanis, qui ſunt ſerui empti & uenditi, & de Soldano tum eorum natione, qui ſæpius inter ſe occiduntur. Nam hoc feci, ut clarius demonſtrarem, qualiter non poſſunt ſtare longo tempore, qui talem aduerſitatem incurrãt, quod non poſſent egredi de Aegypto, nec ad partes alias cum exercitu ſe transferre.

Mons regalis uulgo Crac

De ſitu & conditione regni Aegypti, Caput, LIIII.

REgnum Aegypti eſt ualde locuples & amœnũ, lõgitudo eius per quindecim dietas extenditur, & per tres ſolummodo latitudo. Iſtud regnum eſt quaſi inſula à tribus partibus deſerto & ſabulũ circũdatum, & ex alia parte habet mare Græciæ. Ex parte orientis uicinum eſt regno Syriæ magis quàm alteri

alteri terræ: ueruntamẽ inter unum regnum & aliud eſt iter octo dierum, ſemper per ſabulum incedendo. Ex parte occidentis habet quandam prouinciã Barbariæ, quæ uocatur Bartat, ſed inter unam terram & aliam, eſt deſertum quindecim dietarum. Ex parte uero meridiei eſt regnum Nubianorum, qui *Nubiani* ſunt Chriſtiani, & ſunt nigri ſicut pix propter ſolis æſtum, & inter unam terram & aliam eſt deſertum Aranæ duodecim dietarum. In regno Aegypti ſunt quinq; prouinciæ, prima & maior nominatur Sayt, alia Demeſor, tertia Alexandria, quarta Reſint, & iſta quidem eſt inſula, & fluminibus circundata. Quinta uero dicitur Damiata. Maior ciuitas regni Aegypti uocatur Chayre, & eſt ualde magna ciuitas & diuitijs repleta, & ibi prope eſt quædam alia antiqua ciuitas, quæ uocatur Meſer, & illæ duæ ciuitates ſitum habent ſupra litora fluminis, quod labitur per medium Aegypti, quod uocatur Nilus, & in Biblia Geon nominatur. Iſtud flumen eſt utilius flumen quod ualeat גיחון reperiri: irrigat enim omnes terras per quas labitur, & illas facit fertiles & amœ *Nili deſcriptio Hebraice.* nas: per iſtud flumen poteſt uenire nauigium, quod ualde eſt profundum, abundantiam habet bonorum piſcium, & poſſet per omnia commendari, niſi eſſet quod quædam animalia reſident in eodem, quæ ad ſimilitudinem ſunt draconis, & deuorant equos & homines, & alia quæcunque animalia in flumine ſi illa inueniant, & etiam ſuper ripam, & iſta animalia Cocatrix uulgariter appellantur. Iſtud flumen ſemel creſcit in anno, & incipit creſcere à mediete menſis Auguſti, uſque ad feſtum B. Michaelis, quotidie augmentando: & quando eſt in perfecto augmento, tunc homines primo dimittunt aquas diſcurrere per meatus & riuulos ordinatos, & omnes terræ fructiferæ irrigantur, & xl. diebus ſtat aqua ſupra faciem terræ: deinde incipit decreſcere & ſiccari, poſtea ſemina ſeminantur, & creſcunt ſolummodo per irrigationem fluminis, quia in partibus illis non pluit, ita quod uix hyems cognoſcitur ab æſtate. Inſuper habitatores terræ Aegypti poſuerunt quandam columnam marmoream in medio fluminis ante ciuitatem Meſer, et in illa columna fecerunt ſigna, et quando flumen creſcit uſque ad perfectum augmentum, reſpiciunt illa ſigna columnæ, et ſi aqua creuerit uſq; ad ſummum ſignũ, tunc ſciũt ſe habere fructuum ubertatẽ, ſi uero minus creuerit, ſciunt per illa ſigna, quod contrarium debeat euenire, et ſecundum hoc pretia rerum imponunt. Aqua ipſius fluminis eſt ſaniſſima ad bibendum. In regno Aegypti ſunt duo portus maris, uidelicet Alexandria et Damiata: ciuitas Alexandriæ eſt bene munita, et circundata muris fortiſſimis. Aquam uero quam bibunt ciues Alexandriæ, uenire faciunt de flumine Nili, per quendam meatum ſubterraneum et occultum, et implent multas ciſternas quas habent in ciuitate ordinatas. Aliam uero aquam non habent, de qua poſſent bibere præter illam, unde ſi auferretur ciuibus illa aqua fluminis, non poſſent diutius permanere. Altera uero ciuitas Alexandriæ eſſet difficilis ad expugnandum uiolenter: ciuitas

Digitized by Google

Damiatæ ſita eſt ſuper flumine Nili, & antiquitus fuit circunuallata ambitu murorum, ſed capta fuit bis per Chriſtianos, ſemel uidelicet per regem Hierosolymitanum, & alios Chriſtianos partium orientis, & alia uice per B. Ludoui cum regem Franciæ, pro cuius redemptione Saracenis fuit poſtmodum reſtituta, unde diruerunt illam Saraceni, & tranſpoſuerunt illam longe à flumine & à mari, nec ibi fecerunt muros, ſiue alia munimenta, & uocant terram illam nouam Damiatam: uetus uero Damiata eſt ſine habitatione totaliter dereliꝯta. De portubus uero Alexādriæ & Damiatæ, Soldanus recipit magnos reditus à mercatoribus, & alijs multis modis. Terra Ægypti dat omnium frugū & fructuum ubertatem, & optimam chacharam in maxima quantitate: uinū modicum, tamen bonum, & odoriferum ualde. Saraceni non audent uinum bibere, quia eis inhibitum eſt lege. Carnes craſtinas, hœdinas, gallinaceas, & uolatilia ſatis habent, modicum de bouinis, tamen camelos comedunt loco boum. In regno Aegypti degunt ſimul cum Saracenis quidam Chriſtiani, qui uocantur Rapti. Ritum tenent Iacobitarum, & multas habent in illis partibus Abbatias, quas libere tenent, & ſine cenſu, & illi ſunt antiquiores habitatores terræ Aegypti. Nam Saraceni ibi habitare cœperunt poſtquam illius terræ dominium occupauerunt. Res uero quæ deficiunt in Aegypto, quibus maxime indigent Saraceni, nec alias habere poſſunt, niſi ab extraneis partibus deferantur, ſunt ligna, pix ferrum, ſclaui, & ſerui empti, de quibus eorum exercitus roboratur, & oportet quod prædictæ res deportentur per mare, & ſine ipſis ſtare non poſſunt. In toto regno Aegypti non eſt ciuitas ſiue caſtrum, ſeu alia terra munita murorum ambitu, præter ciuitatem Alexādriæ, quæ fortis eſt, & præter caſtrum Chayre, quod poſſet abſque difficultate maxima expugnari, & in illo caſtro Chayre commoratur Soldanus. Tota terra Aegypti per exercitum militum defenditur & tuetur. Prima igitur die qua exercitus Aegypti debellatus, & equitum potentia conquaſſata, tota illa terra ſubiugaretur abſq; reſiſtentia alicuius.

De tempore competenti, mouendi bellum contra filios Iſmaël, Caput LV.

POſtquam rationabiliter oſtendimus iuſtā cauſam quam Chriſtiani habent mouendi guerram contra perfidos Saracenos, & ſufficiēter diximus de potentia ſacræ Romanæ eccleſiæ, tractauimus etiam de conditione & ſtatu regnorum Aegypti & Syriæ, ac de poſſe Soldani & gentis ſuæ: ultimo reſtat aliquid dicere de tempore competenti: breuiter dico ergo, quoniam merito poſſumus dicere uerbum iſtud, Ecce nunc tempus acceptabile, nunc tempus ſalutis: nam nunc eſt uere acceptabile tempus impertiendi ſubſidium terræ ſanctæ, quæ diutius iacuit à perfidis canibus lacerata. Nunc eſt acceptabile tempus, quo corda fidelium debent ſuccendi ad paſſagium terræ ſanctæ, ut de manibus inimicorum eruatur ſanctum ſepulchrum domini, origo & funda

Digitized by Google

fundamenta ſpei noſtræ: nec recolimus habuiſſe tempus tam acceptabile tã, ꝙ ſalubre, temporibus retroactis, ſicut deus omnipotens nunc per ſuam miſericordiam multis indicijs demonſtrauit. Primo enim conceſſit nobis omnipotens & miſericors deus paſtores, & patrem ſanctiſſimum, qui poſtquam ſedit in ſede pontificatus, prouiſione diuina, toto mentis affectu, diu noctuq; anxie cogitauit, qualiter terræ ſanctæ ſubſidium ualeat impertiri, qualiter ſepulchrum domini debeat liberari à ſeruitute inimicorum blaſphemantium nomen Chriſti: unde firmiter eſt credendum. quod deus ſuos miſericordes oculos conuertendo, ſibi in terris conſtituit ſummum uidelicet pontificem ſanctiſſimum patrem noſtrum, cuius tempore acceptabili, diuina fauente dementia, ſancta ciuitas Hieruſalem ſub iugo ſeruitutis Mahumeti diutius iam detenta, proculdubio erepta, reducetur ad priſtinam libertatem. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, quo adeo firmiter demonſtratur, quod terra ſancta debeat liberari de potentia inimicorum. Nam per gratiam Ieſu Chriſti omnes reges & principes Chriſtiani, & Reſpublicæ inter ſe ſunt in ſtatu pacifico & quieto, nec aliqua procella odij uel ſcandali perturbantur, ſicut olim fieri conſueuit. Vnde deus omnipotens hoc nobis demonſtrat, uolens terræ ſanctæ miſericorditer opitulari. Præterea omnes Chriſtiani diuerſarum partium & regnorum, fide ac deuotione accenſi parati ſunt, tam humeris quàm cordibus figere ſignum crucis, & ad terræ ſanctæ ſubſidium tranſfretare, non parcendo laboribus, nec expenſis, & pro nomine Ieſu Chriſti exponere ſe & ſua uiriliter & feruenter. Ecce nunc tempus acceptabile, quod Chriſtianis à domino demonſtratur. Nam potentia inimicorum fidei Chriſtianæ, eſt ad præſens mirabiliter diminuta: tum propter guerras Tartarorum, cum quibus nuper bellando paſſi fuerunt conflictum, in quo Saracenorum innumerabilis cecidit multitudo, quæ nondum potuit reſtaurari. Tum propterea, quod ille Soldanus, qui regnat hodie in Aegypto, eſt homo nullius ualoris, & nullius penitus bonitatis. Eſt etiam alius, quia omnes principes & Soldani Saracenorum, qui conſueuerunt impertiri ſubſidium & iuuamen Soldano Aegypti tempore opportuno, totaliter defecerunt per potentiam Tartarorum, quod non remanſit niſi unus, qui dicebatur Soldanus Meredini, cuius etiam poſſe & dominia redacta ſunt ſub ſeruitute & potentia Tartarorum, & ipſe perſonaliter eſt detentus: unde his temporibus abſque magno diſcrimine & labore poterit recuperari terra ſancta, & acquiri regnum Syriæ & Aegypti, ac totaliter deſtrui ac confundi potentia inimicorum impiorum, facilius per gratiam Ieſu Chriſti, quàm fieri potuiſſet multis temporibus iam elapſis. Ecce nunc tempus acceptabile Chriſticolis à domino demonſtratum. Nam Tartari offerent ſe paratos, Chriſtianis dare ſubſidium & iuuamen toto poſſe contra perfidos Saracenos: & ob hanc cauſam rex Tartarorum Carbanda ſpeciales nuntios deſtinauit, qui fratris ſui Caſani

Digitized by Google

uestigijs inhærendo, offert se exponere libentissime posse suum ad subuersionem, & totalem destructionem inimicorum nominis Iesu Christi. Et tempore quidem isto, præcipue cum auxilio Tartarorum terra sancta recuperari posset, & regnum Aegypti absq; magno discrimine faciliter subiugari. Deceret igitur Christianos dare subsidium terræ sanctæ, & absque tarditate. Nam mora ad se trahit magnum periculum & discrimẽ, uidelicet, ne forte, quod absit, Carbanda Christianorum amicus deficiat, & loco eius resurgat pessimus inimicus, & qui forte adhæreret sectæ & fidei Mahumeti, & per consequens cum Saracenis unanimis deueniret, & hoc posset Christianis ad maximum grauamen & periculum redundare.

De prosperitatibus, & aduersitatibus inimicorum fidei Christianæ, Caput LVI.

AD honorem igitur dei & domini nostri Iesu Christi, de cuius misericordia meum spero supplere defectum: Dico quod ad acquirendam terram sanctam cum minore periculo & labore, oportet quod Christiani terram sanctã ingrediantur, & posse inimicorum inuadant, eo tempore, quo inimici uexari aduersitate aliqua dignoscantur. Nam si prosperitatis inimicorum tempore Christiani hoc facere attentarent, non sine labore maximo & periculis possent perficere uota sua. Quæ uero sit inimicorum fidei Christiane aduersitas, quæ uero sit prosperitas, breuiter enarrabo. In his quidem consistit prosperitas eorundem, quando uidelicet inimici habent dominum & Soldanum strenuum & sagacem, talem qui cauere sciat & possit à fraudibus suæ gentis, & absque pauore rebellionis & perditionis suum possit dominium regere & tenere. Item, quando inimici in requie, absq; guerrarum uexatione Tartarorum, uel aliorum longo tempore perstiterunt. Item, quando in regnis Syriæ & Aegypti frugum fertilitas est abundans. Item, quando per mare, & per terram uiæ secure patent, & in eis absque contradictione cuiusquam res necessariæ abundanter ab extraneis partibus deferuntur. Item, quando treugas habent cum Nubianis & Beduinis deserti Aegypti, nec ab eis modo aliquo infestantur. Insuper quando Turquiniani & Beduini, qui degunt in regnis Syriæ & Aegypti, fideliter obediunt Saracenis. Ex his enim prosperitatibus in tantum inimicorum potentia roboratur, quod non possent de facili subiugari. Sed econuerso, aduersitates possent inimicis accidere multis modis, quando uidelicet infideles suum perimunt dominum & Soldanum, & hoc sæpe & sæpius faciunt & fecerunt. Nam postquam illa Cumanorum progenies cœpit dominari in Aegypto, sicut superius enarratur, nouem fuerũt Soldani, & domini ordinati: & de nouem eorum dominis & Soldanis, qui fuerunt in Aegypto, usq; ad præsens tempus, quatuor fuerunt diro gladio interempti Turquiniani, Cothos, Melec, Asserat et Lachinus, et duo potati uenemo mortifero Benededar uidelicet, et Elsinus. Alij, Meleckſayt et Guiboga, uiriliter

uiriliter exultauerunt: & iſte Soldanus Melecnaſer, qui regnat hodie in Ægypto, extitit ſemel pulſus, & adhuc ſtat in ſuſpendio uita ſua, finem ſui peſſimũ expectando. Item, alia inimicis poteſt aduerſitas euenire, uidelicet, quando flumen Nili non creſcit, ita quod terras Ægypti poſſet, ut conuenit, irrigare, quoniam tunc famem & penuriam patiuntur: & hoc eis quod accidit, non eſt diu: fame enim & inopia tunc periſſent Chriſtianæ fidei inimici, & regnum Ægypti totaliter dereliquiſſent, niſi forent cupidi Chriſtiani, qui eis portauerunt uictualia abundanter, Tunc etiam propter defectum uictualium milites Ægypti efficiuntur pauperes & mendici, & ipſos oporteret equos & arma uendere, & famlias minuere propter famem, & ſic non poſſent per conſequens recedere de Aegypto. Milites enim Aegypti talis conditionis exiſtunt, quod quando uolunt egredi de regno Aegypti, & ad partes alias ſe transferre, oportet quod pro octo dietis omnia neceſſaria ſecum ferant, quia in itinere octo dierum nihil penitus inuenirent, quum ſit totum ſabulum, quod incedunt: unde ſi militi deficiat unus equus uel camelus, non poſſet ſe à prouincia elongare, & ob hanc cauſam Soldanus Aegypti taliter impeditur, quod non poſſet ad regnum Syriæ ſe transferre. Item, quando inimici diutius guerra aliqua uexarentur. Item, magna aduerſitas eſſet inimicis, & multipliciter tædioſa, ſi per mare eis uiæ taliter artarentur, quod res quibus carent, & quibus magis indigent ad ſuſtentationem, eorum exercitus non haberent, ſicut ligna, pix, ferrum, ſeruos emptos, de quibus reficiunt eorum exercitum & augmentant, & alias res quamplures, quas habere non poſſent, niſi ab extraneis partibus portarentur, & ſine illis ſtare diutius non ualerent. Item, quando Nubiani mouerent inimicis guerram, uel etiam Beduini: per hanc enim guerram potentia inimicorum poſſet taliter impediri, quod ad defendendum regnum Syriæ de Aegypto egredi non ualerent. Item, quando terra Syriæ deficeret in redditibus per temperiem temporis, uel propter guerras Tartarorum, uel alio quoquo modo. Nam ſi in regno Syriæ deficerent uictualia, ita quod exercitus Soldani copiam non haberet, non poſſet in regno Syriæ commorari. Nam ab Aegypto ſiue alia regione nullum poteſt ad regnum Syriæ deportari, unde inimici non poſſent recedere de Aegypto. Quandocunque ergo inimici ab una quauis aduerſitatum prædictarum uexantur, ſine dubio eſſent taliter impediti, quod ad defendendum regnum Syriæ, de Aegypto recedere non ualerent: unde Chriſtiani regnum Hieroſolymitanum faciliter occuparent, & poſſent ciuitates & caſtra diruta reædificare abſque contradictione cuiuſpiam, & interea ſe taliter præmunirent, quod potentiam inimicorum poſtmodum non timerent.

De primo paſſagio terræ ſanctæ Caput LVII.

PRoſperitatibus & aduerſitatibus inimicorũ nõ ſine cauſa rationali ſuperius enarratis, de initio paſſagij effudi, iuxta meæ paruitatis notitiã deuote

Digitized by Google

& fideliter aliqua explicabo, ad correctionem tamen uestræ sanctiss. sanctitatis. Mihi ergo uideretur pro maiori securitate & commodo passagij generalis, quod prius præmitterentur aliquæ copiæ militum & peditum armatorum, ad prætendendam & cognoscendam potentiam inimici, cuius copiæ quantitatē sufficientem esse iudico in præsenti mille equitum, decem galearum, & trium millium militum peditum armatorum: super his etiam legatus à se de passagio miteretur, & capitaneus strenuus & fidelis, qui ipsos omnes regerent & fouerent, & feliciter cum eis, dante domino, transfretarent iuxta eorum discretionem & prouidentiam, in insulam Cypri, aut ad regnum Armeniæ applicarēt, deinde absque moræ dispendio ex parte legati, & capitanei ipsius armamenti, per consilium & iuuamen regis Armeniæ, nuntij mitterentur ad Carbandā dominum Tartarorum: duo inter cætera requirendo, unum uidelicet, quod per totam terram sui dominij faceret inhiberi, ne mercationes seu uictualia siue animalia ad inimicos portarentur. Aliud, quod mittere uellet suorum militum quantitatem in confines Meleti, qui prope terras inimicorum figerent castra sua, & terras Halappi sæpius prædarentur, circumcirca quotidie deuastando. Nostri quoq; peregrini cum fidelibus regis Armeniæ atque Cypri, Saracenis guerram mouerent, & tā per terram quàm per mare, impugnarent uiriliter inimicos, & præcipue conarentur taliter maritima custodire, quod inimicis nihil penitus portaretur. Possent insuper nostri Christiani à nostra insula præmuniri, quæ quidem insula in loco competenti & utili noscitur esse sita, pro commodo galearum. Exinde possent Christiani inimicis inferre non modica detrimenta. Veruntamen modum incipiendi guerram, & terras inimicorum inuadendi, ad præsens dicere prætermitto, quoniam iuxta inmicorum conditionem & statum oportet consilium mutari, & operari consilio sapientum, qui præsentes his negotijs intererunt. Commoda uero, quæ de isto primo scilicet paruo passagio consequi poterunt, dante domino, Christiani, inferius breuiter describentur.

De commodis primi passagij. Caput LVIII.

PRimum igitur cōmodum esset istud, primū passagium poterit taliter ordinari, cum auxilio aliorum fideliū partiū orientis, uel etiam Tartarorū, quod nulla dabitur requies inimicis, & incurrere poterunt damna plurima, & etiam detrimenta. Nam si per Christianos & Tartaros guerra moueatur Soldano Aegypti, per terram & per mare, ut superius est expressum, ad defensionem terrarum suarum, Soldanus compelleretur transmittere gentem suā, ut tā terras illas quæ mari sunt propinquæ, quàm alias quæ possent inuadi, faciat custodiri. Si ergo moueatur guerra per Tartaros & Christianos in prædictis partibus Meleti, inde Babyloniæ usque ad ciuitatem Halappi, quæ distat per xxv. dietas, oportebit inimicos uenire ut terras tueantur, & Christianis & Tartaris se opponant. Et illi qui pro isto seruitio transmittentur post modicū

temporis

Digitized by Google

temporis ſpatium erunt taliter fatigati, affecti tædio, equis & expenſis etiam denudati, quod nullatenus ibidem poterũt diutius commorari, multis ratio-nibus atq; cauſis, quas exprimere ſeriatim eſſet forſitan tædioſum: unde rede untibus primis ad propria, alij ad terræ cuſtodiam mitterentur: & in tribus uel quatuor mutationibus ſic peractis, inimici prædarentur, uacuarentur expẽ-ſis, & damna incurrerent infinita. Per primum paſſagium inimici poſſunt plu-rimum infeſtari, uidelicet quod ſi cum armamento decem galearum paſſa-gij, & alias quæ armari poterunt in regnis Armeniæ atq; Cypri, terræ Sarace-norum poſitæ, prope mare uiriliter inuadantur, de facili poterunt deuaſtari, & bonis omnibus ſpoliari, & Chriſtiani cum galeis ad inſulam Anteraden-ſem poſſent ſoſpites remeare. Vnde oportet Soldanum de Babylonia cum to-to ſuo poſſe ad regnum Syriæ ſe transferre, ut ſufficientem habere poſſet co-piam armatorum, per quos daret ſubſidium omnibus terris, quæ prope ma-ris litora ſitum habent. Egreſſio quidem Soldani de Aegypto, cauſa uenien-di ad regnum Syriæ, eidem eſſet periculoſa, & plurimum damnoſa. Periculo-ſa, propter dolum & proditionem ſuæ gentis. Tædioſa, quia ſæpius poſſet à fidelibus Chriſticolis infeſtari. Damnoſa, quia ſuum ærarium conſumeret & uaſtaret. Vix enim crederetur, ſi dicerem ſummam theſauri quam Soldanũ & gentem ſuam oportet expendere, quotieſcunq; egreditur de Aegypto. Item per prædictas galeas portus inimicorum & omnes uiæ maris poterunt taliter coartari, quod inimici non poterunt habere quicquam de rebus illis, præcipue quibus magis indigent, & ſine quibus diutius ſtare non poſſent, ſicut ferrũ, ligna, pix, & ſerui empti & alia, ſine quibus non poſſent eorum exercitum ſu-ſtentare, nec iſta habere poſſunt, niſi per mare ab extraneis partibus deferan-tur. Præterea inimici amitterent redditus portuum maris, qui excedunt pecu-niæ magnam ſummam. Item, ſi inimici aduerſitate aliqua turbarentur, per quam impeditentur taliter, quod de regno Ægypti egredi non ualerent, nec terris Syriæ præſtare iuuamen, tunc enim Chriſtianis primi paſſagij cum au-xilio aliarum partium orientis ſufficientes eſſent ad reædificandam ciuitatem Tripolis. Sunt enim in monte Libani Chriſtiani degentes ſagittarij, pedites ualde boni circa xl. millia uirorum, qui libenter ſubſidium & iuuamen impẽ-derent peregrinis, qui multoties fuerunt Soldano rebelles, & Saracenis dam-na plurima intulerunt. Et poſtq; ciuitas Tripolis eſſet reædificata, Chriſtiani poſſent illam defendere & tenere uſq; ad aduentum paſſagij generalis, & per conſequens poſſent totum comitatum Tripolis occupare, & hoc cederet ad magnum commodum Chriſtianorum generalis paſſagij, quia inuenirent ibi portum paratum, ubi poſſent commode applicare. Item, ſi Tartari acqui-rerent regnum Syriæ, & per conſequens terram ſanctam, Chriſtiani primi paſſagij inuenirentur parati recipere ciuitates & caſtra, ut Tartaris eas mu-nirent & tenerent. Nam ego qui ſatis bene noui Tartarorum modum, credo

firmiter

firmiter quod Tartari libenter terras quas acquirerent, custodiẽdas & tenendas traderent Christianis libere & quiete, & absque censu, seu aliqua seruitute. Nam propter æstum in illis regionibus Tartari nullatenus habitarent, unde gratum esset eis plurimum & acceptũ, quòd Christiani illas terras caperẽt & tenerent: non enim præliantur Tartari cum Soldano Aegypti, ut terras occupent & acquirant, quum tota Asia eorum dominio sit subiecta: sed ideo quòd Soldanus semper eorum extitit inimicus, & plura eis intulit grauamina, præcipue quando habuerunt guerram cum Tartaris conuicinis, unde ad omnia prædicta negotia inchoanda satis credo sufficere quantitatem superius nominatam, uidelicet millia militum, decem galearum, & trium millium peditum bellatorum. Et uidetur mihi quod in his principijs plura non operarentur plures, etiam si totidem adderentur, & expensas plurimum augmẽtarent. Præterea de isto primo passagio, alia duo commoda sequi possũt. Nam postquam peregrini primi passagij per spatium temporis stetissent in partibus Syrianis, & uidissent conditionẽ prouinciæ, & nouissent potentiam inimici, & modum etiam præliandi, instruere possent cõsocios, uenientes passagio generali. Item, posito quòd Tartari propter guerras, quas forsitan haberent cum Tartaris conuicinis, non possent aut uellent Christianis subsidium impertiri, & quod Soldanus in sua prosperitate persisteret, & ita quod laborio sum esset nimium eruere terram sanctam de manibus paganorũ, Reuerenda S. V. conditione terræ sanctæ plenius intellecta, uisa etiam & cognita potentia passagij generalis, posset melius discernere quid super his fieri expediret, utrũ uidelicet transfretare deberet passagium generale, an deceret tempus magis congruum expectare, & sic possent multa incumbentia discrimina euitari. Insuper si mihi uenia tribuatur, audeo dicere duo uerba, unum uidelicet, quod S. P. V. scribere dignaretur regi Georgianorum qui sunt Christiani, & terræ sanctæ peregrinationibus deuotiores quàm aliæ nationes, mãdantes quod peregrinis darent subsidium & iuuamen, credo firmiter, quod ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi, & uestræ etiam sanctitatis, libẽter & deuote uestrũ studerent adimplere mandatum, sunt enim, ut diximus, deuotissimi Christiani, & sunt potentes, & multi atque strenui bellatores, & regno Armeniæ quodammodo sunt uicini. Aliud, quod S. P. V. dignaretur etiam scribere regi Nubianorum, qui per B. Thomam apostolum ad fidem Christi in Aethiopia sunt conuersi, mandantes quod Soldano Aegyptij guerram mouere debeãt, & posse suum impediant & infestent. Credo etiam firmiter quod illi Nubiani ob amorem domini nostri Iesu Christi, & ob reuerentiam V. S. terram Aegypti Soldani inuadere conabuntur, Soldano & genti suæ damna & impedimenta plurima inferendo. Et istæ literæ de mandato V. S. procedentes, mandari poterunt regi Armeniæ, qui ipsas faceret transferri eorũ idiomate, & per bonos nũtios destinabit. Hucusq; deuotissime & fideliter reseraui ea, quæ

parua

parua mea notitia sentiebat, super initio passagij & subsidij terræ sanctæ. Nũc uero S.V. obediendo mandatis, ad generale passagium me conuerto, de his quæ expediunt aliqua loquuturus ad correctionem semper S.P.V.

De passagio generali, Caput LIX.

GEnerale passagium per tres uias potest arripere iter suum, per uiam uidelicet Barbariæ. Sed de ista uia consulendum relinquo illis, qui statum & conditionem nouerunt illius regionis. Item per uiam Constantinopolitanam, per illam uidelicet, quam tenuit dux Godefredus de Bolicino, & alij illius terræ peregrini. Et per hanc uiam passagium generale usque ad ciuitatem Constantinopolitanã secure, ut credimus, posset ire. Vlterius nominatur per Turquiam uq; ad regnum Armeniæ procedendo: uia illa non est libera, nec absque discrimine peregrinis, propter Turquos qui in partibus illis degunt: posset tamen per Tartaros uia illa securari, & totaliter expediri. Possent insuper Tartari ordinare, ut peregrini de terra Turquiæ haberent uictualium copiam & equorum, etiam pretij competentis. Alia uero uia est per mare, quæ est omnibus manifesta: unde si per mare uoluerint incedere peregrini, oportebit quod in omnibus portubus eis marinæ naues parentur, & alia bona ligna sufficientia ad passagium transportandum: & oportet quod in termino prætaxato, & tempore competenti omnes peregrini congregentur ad litora maris, parati naues incendere, & cum dei adiutorio faciliter transfretare: in Cyprum enim poterunt applicare peregrini, ut tam ipsis quàm eorum equis in itinere plurimum fatigatis, requies tribuatur. Postquam uero in Cyprum passagium incolume applicasset per dei gratiam, & per dies aliquos quieuisset, si primi passagij peregrini ciuitatem aliquam firmauissent in partibus Syrianis per breuem uiam, ad illam posset passagium se transferre. Et si forte primi passagij peregrini non firmassent ibi aliquod munimentum, oportebit passagium per regnum Armeniæ arripere iter suum, hoc modo uidelicet, quod peregrini in regno Cypri cum equis suis pacifice requiem sibi darent usque ad festum B. Michaëlis, ut infirmitas planiciei regni Armeniæ æstiuo tempore euitetur. Post uero festum prædictum ad regnum Armeniæ secure poterunt se transferre, & ibi inuenirent omnia necessaria affluenter. Verum tamen in ciuitate Tarsensi poterunt commodius permanere, quia ibi est abundantia aquarum & pabulorum, & tamen de regno Turquiæ, cui uicina est, quàm de regno Armeniæ, equos, uictualia, & omnia necessaria habere poterunt abundanter. Post hæc autem ueris tempore ueniente, passagium poterit per terram dirigere gressus suos, ad nobilem ciuitatem Antiochiæ, quæ distat à regno Armeniæ solummodo per dietam, & nauigium poterit per mare ad portum Antiochiæ applicare, ita quod exercitus terrestris maris nauigio appropinquabit. Obsessa igitur ciuitate Antiochiæ, quæ captiuabitur faciliter, deo dante, peregrini poterunt diebus pluribus requiescere in eadem,

Digitized by Google

eadem,et inimicorum terras undiq; deprædari,ac interea scire et cognoscere in eadē.Sunt præterea in illa regione Christiani sagittarij ualde boni, qui sine dubio ad exercitum Christianorum uenirent, et multa possent passagio impertiri. Post hæc uero de Antiochia recedentes,peregrini poterunt incedere per litora maris uersus ciuitatē Lyciæ,et illa uia esset breuior et melior,et semper nauigium exercitui appropinquaret. Veruntamen prope castrum Margati in maris litore,est quidam transitus magnæ genti, plurimum tædiosus, quem quidē transitū si non haberent,possent absq; discrimine Antiochiā remeare,& incedere per uiam Fenich uersus Cæsaream,per litora cuiusdam fluminis ascendendo,quod flumen Kenel uulgariter appellatur,& per illam uiā inuenirent aquas & pascua,& terras iuimicorum abūdantes frugibus,uictualibus,& alijs bonis,ex quibus Christiani prædas caperent,& exercitui necessaria ministrarent,& sic possent per uiam illam ire de Antiochia usq; ad ciuitatē Hamam,quæ est ciuitas opulenta, & per potentiam passagij cum auxilio dei faciliter caperetur.Et si forte Soldanus se opponeret Christianis resistēdo ne caperent ciuitatem,tunc Christiani in illo loco magnam haberent prærogatiuam si prælium iniretur.Et si per dei gratiam peregrini possent debellare Soldanum,nullam postmodum resistentiam inuenirent,unde recto tramite possent ire ad ciuitatem Damasci,quæ cum cæteris conditionibus libenter se redderet Christianis.Nam postq; ciues Damasci scirēt debellationem Soldani, resistendi audaciam non haberent, imò fauerent in omnibus Christianis,sicut fecerunt Haolono & Casano, qui Damasci dominium habuerunt absq; labore aliquo post debellationem Soldani.Et postquam Christiani occupassent Damascum,residuum regni faciliter obtinerent.Et si forte Soldanus prælium euitando nō ausus contra Christianorum potentiam belliger apparere, Christiani recedentes inde ad Tripolim possint ire,& ibidem in quatuor dierum spatio peruenirent,ibiq; etiam posset nauigiū applicare, unde posset Tripolitana ciuitas reparari,& magnum possent peregrini habere subsidiū & iuuamen,per Christianos qui in monte libano sunt degētes,& per hunc modū ciuitatem Tripolitanam acquirerent & tenerēt,deinde possent regnum Hierosolymitanum occupare,cum auxilio domini nostri Iesu Christi.

De societate Christianorum & Tartarorum, Cap. LX.

DE societate uero Christianorum & tartarorum, uidetur mihi,quod aliqua quantitas Tartarorum,uidelicet circa decem millia,possent multa cō ferre cōmoda Christianis per uias & itinera incedendo. Nā propter timorē Tartarorū Beduini,neq; Turquiniani essent ausi Christianorū exercitui àpropinquare. Præterea uictualia & alia necessaria exercitui procurarent, & uendenda de longinquis partibus deferrent,& inde aliquid lucrarentur. Item per Tartaros posset inuestigari intentio & cōditio inimicorum, quia Tartari sunt agiles ad currendum itinera,bene sciunt unde possunt ingredi & egredi

ad eorum

Digitized by Google

ad eorum liberam uoluntatẽ: insuper ad inuadendum inimicos in campo, et ad insultandum ciuitates, castra, seu alia munimẽta Tartari necessarij & utiles esse possent, quia ad talia sunt ualde ingenioſi. Si uero Carbãda uel alius loco sui, ingrederetur Aegyptum cum magna multitudine Tartarorum, tũc eorum esset societas euitanda. Nam dominus Tartarorum non dignaretur sequi uoluntatem Christianorum, imò uellet quod Christiani suis parẽrent mandatis. Præterea Tartari sunt omnes equites, & ualde festinãter incedũt, unde Christianus exercitus eos sequi nõ posset propter peditum comitiua. Insuper Tartari habent talem modum, quia quando sunt debiliores, mirabiliter se reddunt obsequioſos, humiles, & deuotos. Quando uero sunt fortiores, ualde sunt austeri, tumidi & superbi, & non possent stare, quoniam debilioribus iniurias irrogarẽt, quod quidem Christiani nullatenus paterentur, unde posset per hoc materia scandali pullulare. Sed super his posset tale remedium adhiberi, uidelicet quod Tartari per uiam Damasci, sicut consueuerunt, incederent, & per partes illas occuparent, & Christiani ad regnum Hierosolymitanum dirigerent gressus suos. Et hoc modo inter Christianos & Tartaros concors amicitia per utrorumq; distantiam seruaretur, & facilius per duos quam per unum totaliter destrueretur potentia inimicorum fidei Christianæ. Vnum insuper reducere audeo ad memoriam P. V. reuerendiſsimæ, uidelicet quod omnibus modis sagaciter occultetur intentio & consiliũ Christianorum, ita quod inimici ignorent Christianorum propoſitum atq; uelle. Nam quod Christiani noluerũt sua consilia præteritis temporibus occultare, multa dignoscunt incõmoda incurrisse: & econtra inimici propterea multa sibi incumbentia pericula euitarent, auferẽdo Christianis materiam adimplendi eorum uota diutius affectata. Et licet non ualeat occultari fama passagij generalis, quæ longe lateq; diffundetur per orbem, ad nullũ tamen potest cedere commodum inimicis, quia eis ab aliquo domino Saracenorũ non potest præstari subsidium quoquo modo. Et multis modis poterit euitari, ne Christianorum uoluntas uel propoſitum ad inimicorum notitiã deferatur, aliqua uidelicet uelle facere simulando. Illud uero quod Tartari nequeunt sua consilia occultare, ad magnum incommodum eis cessit. Nã Tartari talem modum obseruant, prima quidem luna Ianuarij consiliũ capiunt super his quæ intendunt facere anno futuro: unde si intendant mouere guerras Soldano Ægypti, scitur ab omnibus Saracenis, qui continuo Soldano significant ea quę Tartari ordinant, & ipse circa hoc conatur apponere remedia opportuna. Saraceni uero ualde bene faciũt, suum propoſitum occultando & hoc sæpius confert eis. Et hæc dicta sufficiant de passagio terræ sanctæ.

FINIS.

S

MATHIAE A MICHOV MEDICINAE DOCTORIS, ET CANONICI Cracouiensis Præfatio.

ICET multi fuerint qui orbem & partes eius descripserint, tamen utramq; Sarmatiã transiliẽtes, nihil fere de ea scripserũt, nisi quod quidam in genere de hac & illa mentionem fecerũt, sed adeo obscure, ut nihil certi hinc colligere possis, quibus figmenta multa & meras nugas immiscuerunt, dum ultra Sarmatiam ad oceanum Septentrionalẽ campos ponunt Elysios, ubi, scilicet, aura sit temperatissima, uita placidissima & perpetua, omni referta iucunditate: homines uero multorum seculorum confecti ætate & tædioso grauati senio, sponte sese in oceanum præcipitent, quo miseræ senectutis euadãt molestias. Scripserũt quoq; illic reperiri terræ nascentia ambrosia, succo prædulci & odore suaui, quibus homines quasi paradisi fructibus diu in uita conseruẽtur: itemq; terrã producere aurũ in magna copia, & nutrire griphones, aues horribiles raptu uiuentes, quæ equũ cum sessore in altum leuare queãt, atq; aurũ effodi & exportari prohibeant. Aiunt præterea illic solem & lunam, cæterasq; stellas perpetuo gyrantes & lucentes, dies temperatissimas & iucundissimas constituere. Verum hæc omnia conficta sunt, carentq; ueritate. Ponunt etiam moderni scriptores Tartarorum terribilem gentem indigenam esse Asianæ Sarmatiæ, & à seculo Scythiam, inhabitantem, quum tamen cõstet eam esse gentem nouã & aduenticiam, à partibus orientis mutatis sedibus, paulo plus ab hinc trecentis annis Asiæ Sarmatiam ingressam, antehac uero incognitam, quemadmodum ab initio huius libri indicabo. Sed & montes, Alanos, Hyperboreos & Riphęos in orbe terrarum uulgatissimos in illis Septentrionalibus regionibus affirmauerunt, ex quibus nominatissima flumina originem trahere dixerũt, nempe Tanaim, Boristhenem maiorem & minorem, atq; Volham ingentem fluuium: sed quum id à uero alienum sit, hodierna docente experientia, nõ sine causa reijcimus quidquid ueteres somniarunt de his montibus & fluminum originibus. Nam scimus & experientia didicimus prædicta tria flumina Volham, Tanaim & Boristhenem maiorẽ ex Moschouia originem ducere: minorẽ uero Boristhenem, quẽ Aristoteles Diaboristhenidem uocat, ex Russia superiori erumpere, & in maiorem Boristhenem transire. Montes autem Hiperboreos, Riphęos & Alanos scimus & uidimus illic non esse, nec dicta flumina ex eis, sed ex planicie terrę scaturire, id quod sequenti libro clarissime indicabimus, nihil nisi quod uerum scimus & experti sumus scripturi. Immutata quidem sunt prisca regionũ illarũ uocabula, id quod alijs quoq; accidit terris & habitationibus: sed nos ea intacta non præteribimus, indicaturi quid ueteres senserint, quibusq; usi sint uocabulis, et in quę hodie migrarint. Apperuit nobis rex Portugalliæ nauigationibus suis regiones Indicas & Aphricanas ad meridiem expositas, & rex Poloniæ, qui Tartaris & Moscouitis confinis est, indies patefacit nobis per militiam suam plagã Septentrionalem cum gentibus quæ ad oceanum Aquilonis sunt expositæ, & extenduntur in orientem.

MATHIAE A MICHOV
DE SARMATIA ASIANA ATQVE EVROPEA, LIBRI DVO.

De duabus Sarmatijs in genere, Caput I.

ANTIQVIORES duas Sarmatias posuerũt, unam in Europa, alteram in Asia, sibijnuicem cohærentes & contiguas. In Europiana sunt regiones Russorũ seu Rutenorum, Lithuanorum, Moskorum & eis adiacentes, ab occidente flumine Vistæ, & ab oriente Tanai inclusæ: harum regionum gentes olim Getæ nuncupabantur. In Asiatica uero Sarmatia, nunc commorantur & degunt plura genera Tartarorum, a flumine Don seu Tanai ab occidente usq; ad mare Caspiũ ab oriente cõtenta. Horum imperia, genealogiæ, ritus & mores, latitudoq; terrarũ, flumina & circumcirca adiacentia in subscribendis explanabuntur.

De ortu & aduentu Tartarorum, Caput II.

ANno domini M. CC XI. apparuit grandis cometes in diebus mensis Maij, octodecim diebus durans, & supra Poloucos, Taniam ac Russiam gyrans, caudamq; in occasum porrigens, & aduentum Tartarorũ significans: unde sequenti anno gens Tartarorum in illam diem ignota, occiso ut fertur proprio rege Dauid, de submontibus Indiæ, confluxisq; pluribus nationibus Septentrionis ad Poloucos uenit. Polouci siquidem fuerunt gentes secundũ latus Septentrionale Euxini maris cõmanentes, ultra paludes Męotidis, quos alij Gothos appellant. Polouci autem lingua Rutenorũ sonant & interpretant uenatici seu rapaces, quia sæpenumero inuadentes eos spoliabant, & bona ipsorũ rapiebant atq; abducebãt, quemadmodum & Tartari hisce temporibus faciunt. Itaq; Tartaris ingredientibus, terras Poloucorum, postularũt per ambasiatam, ipsos principes Rutenorũ, ut uniuersis copijs & potentijs se adiuuarent, quoniã par exitiũ & discrimen eos sicut & Poloucos expectaret. Superuenerunt autẽ & Tartarorũ nuntij denuntiantes ducibus Russiæ, ne immiscerent sese bello & adiutorio Poloucorum, sed potius exterminium eorũ tanq; aduersariorum procurarẽt. Russitæ uero immaturo usi consilio, nuntijs Tartarorũ comprehensis & occisis, perrexerũt exercitualiter Poloucis in adiutorium, terra maticq; uidelicet Mscislaus Romanouic cum militia Kiouiẽn. Mscislaus Mscislauic cum militia Halicien. Item cæteri duces Russiæ Vlodimir, Rurikouicz: duces Cirneouiẽn. & duces Smolnenses. Iunctiq; exercitui omniũ Poloucorum perusnerũt in Protolce, & abinde singuli ascensis equis, uenerunt duodecim statuis ad fluuium Kalcza, ubi iam Tartari castra metati fuerunt, & illico respirandi spatio non dato, Tartari in

eos irruerunt, & contritis ac diffugientibus Poloucis acies Rutenorum diſſi-
ciuntur. plurimaq; cæde peracta bini duces Mſciſlaus Kiouieñ. & Cirneo-
uieñ. captiuantur. Reliqui fugientes (abominabile dictu) à Poloucis ſocijs,
per quorum terrā fugam maturabant trucidabantur. Equites quoq; propter
equos, pedites propter ueſtes occidebantur, & in aquis ſuffocabantur. In illa
ergo die Ruteni in peſſimum horrendumq; inciderunt periculum, quale in
terris Ruſſiæ nunquam auditum eſt. Eaq; prima clades extitit quam Ruteni
à Tartaris pertulerunt. Mſciſlaus autem Mſciſlauic Halicieñ. dux dum ad
naues fugiendo perueniſſet, ſuperatis fluuijs perſequutionem Tartarorum
ueritus naues abrumpi præcepit, abindeq; fugax in Halic pauore & trepida
tione plenus peruenit. Vladimirus autem Rurikouic fuga & ipſe ſaluatus in
Kiou perueniens, ſedem accepit Kiouieñ. Alia uero omnis multitudo Rute-
norū dum ad naues fugiendo perueniſſet, & eas abruptas offendiſſet, in mœ
rorem uerſa, dum undas tranare non poſſet, fame contabeſcens illic conſum
ptā eſt præter paucos duces & aliquos eorum milites, qui in lembis fluuios
traiecerūt. Præterea anno domini milleſimo ducentiſimo uigeſimo octauo,
in maxima multitudine Tartari Ruſſiam ingredientes, uniuerſam terrā Re-
neſanſca uaſtauerunt, ducem occiderunt, ſenes & impuberes necauerunt, re-
liquam multitudinem in captiuitatem abduxerunt, caſtra incenderunt. Iterū
hyeme eiuſdem anni uenerūt Tartari in terram Suſdalorum, & ea uniuerſa
uaſtata, ducem Georgium & filios eius, pluresq; alios Suſdalorum prin-
cipes interfecerunt, caſtrum Roſtou incenderunt, captiuos & prædā pro li
bito abduxerunt. Sequenti quoq; anno in Smolnenſem & Cirnycouieñ. re
giones uenientes, eas crudeliſſima cæde nulli ætati parcentes peruaſtauerūt,
caſtra & fortalitia ex quibus duces & milites præ timore fugerant, incende-
runt, & onuſti captiuorum multitudine in terras ſuas redierunt.

De crudeli uaſtatione Poloniæ & Hungariæ per Tar-taros, Caput III.

POſt prædicta, Tartarorum horrēda uaſtatio ex ordine narrationis ſub-
nectenda eſt. Anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo pri-
mo. Tartari in Ruſſiam uenerunt, & Kiou ampliſſimam urbem & metropo
lim Rutenorum magnifice conſtructam funditus delcuerunt. Habuit ſiqui
dem præfata urbs portas & turres firmiter ædificatas, & aliquarū portarum
tecta deaurata & ſplendentia, habuit & uſq; nunc habet Metropolitanum
de ritu Rutenorum ſeu Græcorum, plurimis Vladicis & epiſcopis à Danu-
bio per Moldauiam, Valachiam, Ruſſiam, & Moſkouiam præſidentem, in
Kiouia iam poſt deſtructionem non reſidentem. Habuit inſuper eccleſias
ſupra trecentas ornatiſſimas, quarum aliquæ in campis inter uepres & ar-
buſta in hanc diē permanent, & ſtant deſolatæ pro latibulis ferarum: ex qui
bus binæ

Kiou metro-polis Ruſſiæ

Digitized by Google

bus binæ ecclesiæ, uidelicet sanctę Mariæ & sancti Michaelis aliquas laminas tecti adhuc tenet deauratas, quas Tartari prædatum uenientes, & inspicientes altim bassina uocant: altim bassina, id est, aureum caput habentes, quia partem tecti deaurati habent. Hac uero tempestate in monte ubi olim castrum Kiouiēn. stabat, Lithuani domini illius loci, fortaliciū amplum de roboribus & lignis extruxerunt & tenēt. Itaque tota Russia cum sua mettropoli & Podolia omniquaque pessundata, Bathus Tartarorum Imperator uolens Hungariam ingredi, misit ducem Petam nomine cum magno exercitu uastatum Poloniam. Aiunt Poloni Bathum regem Tartarorum Poloniam, Slesiam, Morauiam uastasse: uerior tamen historia eorum, sicut & chronica Hungarorum referunt, Bathum non fuisse in Polonia, sed duces ipsius, qui trucidatis tyrannis & principibus Rutenorum, receptaq; præda, in oppidum Lublin & Zauichost, uicinisq; eorum, reduxerunt eam in Russiā, festinanterq; redeuntes, expugnauerunt Sandomiriam cum castro. Illicq; occiderunt abbatem Pokrziunicen cum fratribus eius, & magnum numerum utriusq; sexus nobilium & ignobilium uirorum ac matronarum ad conseruandum uitam Sandomiriæ collectorum. Inde exeuntes per Vissicam, in Skarbimiriam uenerunt, & reuertebantur prædam deducturi in Russiam. Dumq; statiua tenerent ad fluuium Zarna, apud uillam quæ maior Thurſko uocatur, irruit in eos Vlodimirus Cracouiēn. palatinus cum militibus Cracouiensibus. Vbi inter pugnādum omnis captiuorum multitudo diffugiens, in propinquas syluas se recepit: superati tamen sunt pauci à multis, Vlodimirus palatinus Cracouiēn, cum suis à Tartaris. Verum strage suorū perculsi Tartari, per syluam Stremech in Russiam recesserunt, & in supplementum accersitis plurimis Tartaris cum fremitu & ira in Poloniam redierunt, & quia maximum exercitum habuerunt, ad Sandomiriam peruenientes, bifariam duiserunt eum, minoremq; exercitum in Lancitiam, Siradiam & Kuiauiam destinarunt cum principe Cadano, quem Poloni Caydanum nuncupant, qui nullo obice apparente uastauerunt crudelissime illos tractus cædibus atque igne. Maior autem exercitus Tartarorum, cuius ductor fuit Peta Tartarorum princeps uersus Cracouiam iuit, omnem oram transitui propinquā cęde & incendio peruastans. Occurrunt ergo ei in uilla Chmelik prope oppidum Sidlou, Vlodimirus palatinus, Clemens Castellanus Cracouiēn. Pacoslaus palatinus, Iacobus Raciborouic Castellanus, Sandomiriēn. cum nobilibus & militibus Cracouiēn. & Sandomiriēn. Et facto conflictu cum una turma Tartarorum, ipsaq; attrita pedem referente, & ad alteram præstantiorem turmam sese diuertente, Poloni certamine priori fessi, pauci à plurimis aduerso pectore confossi ceciderunt: reliqui uero in fugam conuersi, per itinera nota euaserunt. Ceciderunt in eo conflictu desiderati

Polonorum clades

derati Christinus Sulkouic de Nyedued, Nicolaus Vitouic, Albertus Stā potic, Zementa, Grampina, Sulislaus, milites strenui, & alij plures ualidi. Ex quorum strage tantus pauor irrepsit, ut alij in alias regiones fugerent: agrestes uero cum pignoribus & pecoribus in paludes & syluas, & in inuia se conderent. Sed & Boleslaus Pudicus dux Cracouiæ & Sandomiriæ cum Grzimislaua matre, & Kinga cōiuge sua primum uersus Hungariam in castrum Pieninide prope oppidum Sandecz, postea uero in Morauiam ad monasterium Cistercien. effugit. Tartari aūt post dadem apud Chmelik peractam, Cracouiam in die cinerū peruenerunt, & eam uacuam hominibus inuenientes (omnes siquidem in abdita diffugerant) in ecclesias & domus incēdio sæuierunt. Ecclesiā uero sancti Andreæ tunc extra muros Cracouien. extantē, uallantes oppugnabant, expugnare tamē nō ualuerunt, quoniam pluribus Polonis magna ui & fortitudine se & sua illic defendentibus, irrito cœpto recesserunt, & in Vratislauiam pertrexerunt, eam similiter ut Cracouiam desertam habitatoribus, sed & conflagratā habitationibus reperientes. Ciues enim Vratislauien. pauore consternati, ferè omnibus relictis, pretiosioribus duntaxat festinè raptis, fugam inierunt: quod gentes ducis Henrici de arce uidentes descenderunt, & opes cum uictualibus in arcem inducentes, urbem cum tectis eius flammis exusserunt. Et Tartari in urbe nil reperientes, castrū uallarunt, & post aliquot dies obsidionē soluentes (ut aiunt) orationibus & lachrymis Ceslai prioris ordinis prædicatorum & fratrum eius in castrum admissorum depulsi, recesserunt. Interimq; feria secunda pascæ Tartaris qui Kuiauiā uastauerunt, superuenientibus simul iuncti in Leguiczam profecti sunt. Dux etenim Henricus secundus sanctæ Heduuīs filius per illud tempus ibi collegerat gentes & armigeros, tam nobiles quàm agrestes maioris Poloniæ & Slesiæ. Aduenerant & principes cum suis militibus Myeczlaus Kazimirides dux Opolien sis, Boleslaus filius Depoldi marchionis Morauiæ expulsi, qui Syepiloka cognominatus est, & Pompo de Hostetno magister cruciferorum de Prussia cum fratribus sui ordinis, insuper & cruci signati plures. Quūq; ex oppido Legniceñ, duceret agmina, & ea obequitaret, lapis de summitate ecclesiæ beatę Mariæ decidit, parumq; abfuit, quin caput ducis Henrici diruperit, quod re uera infaustum omē fuit. Suburbana itaque oppidi Legnicensis prætergressus, quatuor acies instruxit & ordinauit. Primam de cruce signatis uoluntarijs, & de auri fossoribus oppidi Goltberck, alijsq; peregrinis militibus: hanc Boleslaus Syepiolka filius marchionis Morauiæ ducebat. Altera acies fuit militum Cracouien sium & maioris Poloniæ, hanc Sulislaus frater Vlodimiri olim palatini Cracouien sis circa Chmyelik occisi ductitauit. Tertiā aciem gubernauit Myeczlaus dux Opolien sis, in qua erant milites Opolien ses, & Pompo magister Prussiæ cum fratribus

tribus & militia ſua. Quartam aciem ipſemet dux Henricus ex præſtantioribus militibus Sleſiæ, & maioris Poloniæ, ac pretio conductis militibus rexit. Totidem erant Tartarorum agmina, ſed robore & frequentia pugnatorum præſtantiora, ita ut unum agmen eorum omnia Polonorum agmina excederet. In campo igitur qui bonus campus dicitur, porrecto, & in omnes partes lato uterque exercitus quinto idus Aprilis, alias feria ſecunda poſt octauas paſcæ conuenit. Primumq; cruceſignatorum & aurifoſſorum exercitus cum Tartaris magno impetu cõgreſſus, uelut teneræ ariſtæ à grandine percuſſæ, à ſagittis Tartaricis obtritus eſt. Deinde duo agmina ſub gubernatione Suliſlai militis, & Myeczlai ducis Opolienſis conſiſtentia, pugnare cum tribus Tartarorum agminibus ingreſſi, ualidam in Tartaris ſtragem ediderunt, ita ut pedem referrent, & fugam inirent. Quidam autem celerrimo curſu circa utrunque exercitum diſcurrens, terribili uoce clamauit. Byegayce bye gayce, quod ſonat, fugite fugite, Polonis terrorem incutiens. Quam uocem Myeczlaus dux Opolienſis audiens, deſerto prælio fugit, & ſecum magnam partem militum traxit. Quod uidens dux Henricus, ingemiſcens dixit, Gorze ſe nam ſtalo, id eſt, peius & moleſte nobis accidit: inducensq; ſuam quartam aciem fortiſſimorum militum, tres acies Tartarorum à duabus aciebus Polonorum diſiectas proſtrauit, & in fugam conuertit. Quarta autem acies Tartarorum, & maior omnium cum ſuo duce Peta ſuperueniens, horribili impetu bellum intulit, & bellum acerrimum inter utroſq; durauit, magnaq; ex parte Tartaris cęſis, & in fugam ſpectantibus, quidam Tartarorum uexillifer ualde magnum ferens uexillum, in quo chi litera Græca depicta erat, talis X, & in ſummitate haſtilis imago tererimi & nigerrimi coloris cum barba prolixa, cœpit incantando fortiter caput imaginis quatere. Ex quo illico fumus & nebula horrendi & intolerabilis fœtoris in Polonos diffuſa eſt, ut penè exanimati, & inualïdi ad bellum redderentur. Clamore itaque horrendo eleuato, in Polonos Tartaricus exercitus conuerſus, acies eorum quæ interim integræ erant, diripit, & eas magna ſtrage affecit. In qua dux Boleſlaus filius marchionis Morauiæ dictus Syepiolka, & Pompo magiſter cruciſignatorum de Pruſſia cum multis inſignibus militibus necati ſunt. Dux uero Henricus corona à Tartaris circumfuſus eſt, ut à tergo & fronte cæderetur, iamque ſuis omnibus unà pugnantibus proſtratis, ad extremum circa eum non niſi quatuor milites uerſabantur. Suliſlaus frater olim Vlodimiri palatini Cracouienſis, Clemens palatinus Glogouienſis. Conradus konrathouicz, & Ioannes Iuanouicz, qui quanta potuerunt ui & conatu principem Henricum ex prælio educentes, ad fugiendum diſponebant: ſed ducis equus ſauciatus ſubſiſtebat. Tartari igitur ne Henricus euaderet, ueloci curſu conſequutũ cum tribus præfatis militibus, quarto Ioanne

Iuanouicz ab eis ſegregato uallauerunt, cum quibus aliquanto tempore de certabat. Ioannes uero Iuanouic equum recentem à Roſciſ.ao aulico ducali receptum, penetratis hoſtium cuneis duci adminiſtrauit. Quo aſcenſo dux ſequebatur Ioannem Iuanouic, uiam per medios hoſtes ei parantē. Ipſoq; in curſu uulnerato, & euadente, dux Henricus intercipit, & tertio circumuallatur: dumq; audaciſſime contra Tartaros dimicaret, & manu ſiniſtra eleuata, Tartarum ſibi obuium feriret, ab altero Tartaro lancea ſub aſcella tranſfixus, ex equo demiſſo brachio moribundus defluxit: quem Tartari ingenti ſtrepitu inconditarum uocum facto capiunt, & extra locum certaminis quantum eſſet geminus baliſtæ iactus pertractum, framea caput abſciderunt, corpusq; inſignibus omnibus deſpoliatum nudum reliquerunt. Occiſa eſt in eo prælio multitudo nobilium Poloniæ, inter quos clari & inſignes fuerunt

Nobilium Polonorum ſtrages

Suliſlaus frater Vlodimiri palatini Cracouienſis, Clemens palatinus Glogouienſis, Cōradus Konrathouic, Stephanus de Virbna, & Andreas filius eius, Clemens filius Andreæ de Peltznica, Thomas Pyotrkouic, Petrus Kuſſa & cæteri. Corpus ducis Henrici poſt cladem in ſexto digito ſiniſtri pedis uix cognitum, & repertum per Annam coniugem eius in medio chori ecclesiæ ſancti Iacobi apud fratres minores Vratiſlauiæ ſepultum eſt. Pomponis uero magiſtri Pruſſiæ, & militum inſigniorum ſupra expreſſorum, in eodem monaſterio ſancti Iacobi Vratiſlauiæ corpora tumulata ſunt. Boleſlai autem filij Marchionis Morauiæ funus in Lubens in choro conuerſorum humatum eſt, ſuper cætera corpora fidelium in loco prælij ſepulta. Eccleſia in hanc diem durans conſtructa eſt. Maxima uictoria de duce Henrico & Polonis Tartari potiti, lectis ſpolijs unicuique interemptorum unam auriculam abſciderunt, & nouem ſaccos grandes ad ſciendum numerum auriciſorum repleuerunt. Ducis autem Henrici capite in longiori haſta erecto ad caſtrum Legnica (oppidum enim metu Tartarorum exuſtum fuerat) applicuerunt, mandantes ut duce eorum occiſo, caſtrum eis aperirent. Caſtrenſibus conuenienter reſpondentibus, quod pro uno duce occiſo plures duces filios occiſi haberent. Illi uero circa Legnicz uaſtatis & incenſis uillis, in Othmuchou ſe receperunt, ubi quindecim diebus ſtatiua continuando, omnē regionem per circuitum uallauerunt. Exinde Ratiborienſ. oram adeuntes, in Boleſiſko octo diebus commorati, in Morauiam ſeceſſerunt, & Vuenceſlao rege Bohemię in caſtris ſe continente, eam plus quàm uno menſe incendijs & cædibus uaſtauerunt: ab Olomunc ſeptimis caſtris in Hungariam peruenerunt, & maiori hordæ ipſius Bathi quæ Hungariam intrauerat ſeſe conſociauerunt.

De cruenta

De ctuenta uaſtatione Hungariæ per Bathi Imperatorem Tartarorum, Caput IIII.

BAthi uaſtata & ad nihilū redacta Ruſſia, Hungariam cum quinquies centum millibus ingredi contēdebat. Reſiſtentē ergo inter montes Sarmaticos, & in clauſa dicta Ruſſiæ introitum prohibentem, comitem palatinum Hungariæ à Bela quarto rege Hungariæ cum gentibus miſſum præfatus Bathi obruit & expugnauit, feſtinanterq; exurendo oppida & uillas ad Titiam fluuium qui uulgariter Ciſa appellatur, ex montibus Sarmaticis uerſus meridiem in Danubium fluentem peruenit. Et exinde gentes Tartarorum excurrentes, Vatiam cum ſua cathedrali eccleſia uaſtauerunt & incenderunt. Ad Peſt quoq; ubi rex Bela quartus exercitum contra Tartaros colligebat, ibant & redibant, aliquando appropinquando, nonnunquam uero fugiendo, prout eſt mos pugnandi Tartaris. Quumq; copioſum exercitum, tam ex nobilibus quàm ſpiritualibus rex Bela coadunauerat, aduerſus Tartaros procedens ad fluuium Titiam applicuit, & caſtra metatus eſt, adhibitaq; cuſtodia mille armatorum ad pontem, putabat Tartaros non tranſire fluuium, quoniam altus eſt, limoſus multum, & impermeabilis. Tartari aūt qui multo maiores fluuios tranſierant, inuento uado Titiam noctu tranſnatarūt, & in aurora exercitum Hungarorum cum Bela rege eorum undiq; circundederunt, miſſiſq; denſis, & quaſi infinitis ſagittis, uelut quum grando nebuloſus ac denſus cum fragore deſcendit, Hungaros perturbarūt, multos occidendo, plurimos uero uulnerādo. Hungari ergo ueluti impræparati, & abſque ordine contrauenientes cadebant. Quod alij uidentes, meticuloſi dàm diſcedebant & fugiebant. Tartari uero tanquā aſtuti, ſinebant eos per medium ſui tranſire. Vnde Colomannus frater regis ſic, & rex Bela quartus tanquam ignoti euaſerunt. Reliquos uero cōcluſos Tartari crudeliſſime ad unum necauerunt. Inter quos ſpirituales maiores ceciderunt, Mathias Strigonienſis archiepiſcopus, Vgolinus Colocen. archiepiſcopus, Georgius epiſcopus Iaurien. Reynaldus epiſcopus Tranſſyluanien. & eccleſiæ Nitrienſis epiſcopus, Nicolaus Scibinien. præpoſitus uicecancellarius regis, Eradius archidiaconus Bachienſis, magiſter Albertus Strigonien. archidiaconus. De alijs autem ſecularibus nobilibus & ignobilibus ferè infiniti occiſi ſunt: & qui fugerāt conſequuti in uijs necati iacuerunt. In Peſt etiam multi plebani collecti in ore gladij ſuperuenientibus Tartaris perierunt. Rex autem Bela quartus properè fugit ad metas Auſtriæ, ubi captus & detentus fuit per ducem Auſtriæ: tandem dimiſſus ad reginā coniugē ſuam perueniens, ſeceſſit in Slauoniam, illic uſq; ad perſequutionē Cadan cōmoratus. Vaſtata itaq; Hungaria ex una parte Danubij, in hyeme ꝓxima gelato Danubio in partem alterā penetrauerunt, & ſedes inter Iaurinū & Strigoniū fixerunt, ubi in hāc diē foſſæ & tumuli habitationis eorū cernunt. Ex quo loco prefatā trans

Danubium

Danubium regionem ſpoliꝫs, incendiꝫs & occiſionibus crudeliſſime afflixerunt. Quumq; in Tartariam ſecedere proponerent, diuiſo exercitu, princeps Cadan aduerſus regẽ Belã in Sclauoniã diuertit. A cuius facie territus rex, ad mare, tandem ad Polam ciuitatem fugit. Cadan autem quemadmodum cum Bathi conſtituerat, pertranſitis & uaſtatis Boſna, Seruia & Bulgaria, ſubſtitit circa Danubium, donec horda Imperatoris Bathi ſuperueniret. At Bathi poſt diſceſſum Cadan uallauit & expugnauit Strigonium urbem illa tempeſtate nobilem, cuius incolæ erant uariꝫ mercatores, Almani, Gallici & Italici: & quia theſauros quos Tartari expetebant in terra ſuffoderant & occuluerant, idcirco omnes necauerunt, nulli ſexui nulliq; ætati parcẽtes: deſtructaq; Strigonio, ſecus Danubium tranſeuntes ad exercitũ principis Cadan opperientem & expectantẽ peruenerunt. Tandem iuxta paludes Mæotidis uia priori in Tartariam abierunt. Tempus autem quo Tartari Hungariam afflixerunt, & multimode uaſtauerunt, erat ferè biennium.

Quomodo Innocẽtius papa quartus miſit ad Cham Tartarorũ. ne Chriſtianos perſequeretur: & quomodo fidem Mahumeti ſuſceperit, Caput v.

DIſcedentibus Tartaris tota Europa contremuit, & principes Chriſtianorum timore perculſi, ne redirent conſulebant inuicem. Innocentius quoq; papa quartus ex conſilio Lugdunẽ, fratrem Aſcelinum ordinis prædicatorum cum pluribus fratribus eiuſdem & aliorũ ordinum ad eos miſit, anno domini M. C C X L V I. qui per Almaniam & Bohemiam in Vratiſlauiam uenit, exceptusq; & ueneratus eſt à Boleſlao Sleſiæ & Vratiſlauiæ duce. Exinde tranſiens ad Lancitiã peruenit, à Conrado duce Mazouiæ cum ſuis recollectus & hoſpitatus. Dehinc ad Crocauiam deductus, à Boleſlao pudico, genitriceq; eius Grimiſlaua, & à Prandotha ordinario loci benigne ſuſcepti et habiti ſunt, pluribus pellibus ſubtilibus ꝓuiſi, ſupra id quod prio ære potuerunt emere, quoniã principes Tartarorũ ſine munere adire nephas eſt. Tulit autem fortuna, ut eſſet apud Boleſlaum pudicum principem Crocauiæ atque Sandomiriæ, Vaſilko princeps Ruſſiæ, neꝓos matris ſuæ huic itaq; commendati, in Ruſſiam per ipſum deducti ſunt: ad Kiouiã uero uenientes, equos acquiſiuerunt pro conditione terrarum Tartarorum ualentes, qui pedibus aquam & pabulum ſub niuibus ſibi quærerent. Tandem ex Kiou procedentes, plures duces Tartarorum pertranſierũt donec ad Cham ſeu Imperatorem Tartarorum applicuerunt. Cui legatione domini Papæ Innocentij quartï expoſita, poſtulauerunt ut deum uniuerſorum agnoſceret atq; coleret, & eum quem miſit Ieſum Chriſtum: ut'que gentem Chriſtianam crudeli nece quemamodum fecit in Polonia, Hungaria & Morauia non perderet. Et accepto reſponſo, quod Cham per quinquennium gentem Chriſtianam non inuaderet, per eandem uiam ad dominum apoſtolicum

cum

Digitized by Google

cum literis Imperatoris Tartarorum redierunt. Habes in ſpeculo hiſtoriali Vincentij libro xxxij. hanc hiſtoriam, quam caute legas neceſſe eſt, quoniã in aliquibus ſuperſtitioſa eſt. Poſt diſceſſum legatorum Chriſtianorum ſuperuenerunt legati Saracenorum, perſuadẽtes Tartaris, ut ſectam & fidem Mahumeti acceptarent, tanquã facilioré & tolerabiliorem, uoluptatibus plenam, uirisq; belligeris competentiorem, Chriſtianorum autem religionem confutando dicebant eſſe otioſorum, imbecillium, & idololatrarum imagines colentiũ. Saracenorum uero legem multis utilitatibus atq; uoluptatibus refertam, & cæterarum religionum ui & armis expugnatricem, ut ſuperbos debellaret, humiliatis uero tributũ conſtitueret. Placuit barbaris & ipſi primum Imperatori Bathi & omnibus Tartaris tanquam uiris cordatis audacibus & ſenſualibus perſuaſio Saracenorum, ideo illam & non alteram ſuſceperunt. Et quum dicant Eiſſa Rocholla, id eſt, Ieſus eſt ſpiritus domini: Mahumet uero Roſſolai, id eſt, Mahumet eſt iuſtitia dei, noluerunt ſpiritum dei Ieſum benedictum ſpiritualiter uiuere docentem acceptare: ſed iuſtitiam dei, hoc eſt Mahumet carnaliter & tanquam beſtiam ſenſualem in ſpurcitijs uolutantẽ, ab omnipotenti deo iuſte in laqu pœnarum die ac nocte cruciandam amplexati ſunt. Itaq; extunc uelut & nunc Mahumetum uenerantes ſequuntur. Pentateucho Moyſi obediunt, circunciduntur, & legalia obſeruant, campanis carent: ſed quotidie lahi illo illoloh, quod in latino ſonat, Non eſt deus niſi unus deus, clamant: ingenue ſe profitentur Iſmaëlitas, quia de Iſmaël ortos: Chriſtianos uero dzintis, id eſt paganos, & gaur, id eſt infideles, & ſine religione appellãt. Celebrãt uelut alij Saraceni, tria in anno feſta, primum kuiram, id eſt oblationis paſca in memoriam oblationis Iſaac, quando Abraam multarũ gentiũ pater præcepto dei ipſum necare & offerre propoſuerat. In iſto feſto offerunt arietes, aues, alites &c. Aliud feſtũ colunt pro animabus, tunc uiſitant ſepulchra ſuorum maiorũ, operibus miſericordiæ inſiſtunt, & alunt pauperes. Tertium feſtum agunt pro ſe ſuaq; ſalute. Pro primo feſto rite paragendo triginta diebus ieiunant, pro altero uno menſe, pro tertio duodecim diebus.

Vincentij hiſtoria fabuloſa

Religio Tartarorum

De moribus Tartarorum, & de contentis in terra eorum Caput . VI.

TArtari ſunt homines ut frequenter ſtaturæ mediæ, pectore, & ſcapulis ampli, facie lati, naſo ſimi, colore tetri & deformes, robuſti uiribus & fortes. famem, frigus & æſtum facile patientes. equitatu ab ineunte ætate & arte ſagittandi gaudentes. Omnia ſua ſecum ducunt, uagi & inſtabiles loco cum uxoribus, pueris atq; pecoribus in campis degunt. Ciuitates, uillas & domos non habent. Pro hyeme ad releuandum à frigore, ad mare Caſpiũ diuertũt, quoniã illic ratione maris temperiẽ aëris inueniunt. Ad æſtatem in ſuam regionẽ redeunt. Aliqui eorũ unam porcam, duas, treſ ue in longũ per iugera tria,

Digitized by Google

tria, quatuor & ultra sulcāt, arant, & millio seminant, inde cibos & bairam, id est, pastas faciunt. Non habent frumentum, nec aliquod aliud legumen, pecora & pecudes plurimas tenent, præcipue caballos & caballas pro equitatu & uictu ualentes. Incidunt & uulnerant equos, cruoremq; & per se & cum millio uorant: carnes pecudum, pecorum & equorum comedunt etiam semi crudas. Caballos pridie tum sponte tum morbo mortuos exciso loco apostemato perlibenter comedunt. Bibunt aquam, lac, & ceruisiam ex millio coctam. Aquam Turci & Tartari uocant, Su: interdum Tartari dicunt Suha, & est aqua. Ceruisiam aūt milliarem seu ex millio factam, buzam nomināt, eandem Ruteni Braha uocant. Laudant lac, præsertim komiz, id est aceto sum, eo quod stomachum eorum confortet, & medicinam purgatiuā faciat. In conuiuijs & cum hospitibus aduenisq; bibunt Araka, quod est lac sublimatum, quod mirabiliter & cito inebriat. Nō furantur, neq; fures inter se patiuntur, rapto tamen uiuere uicinos spoliando periucundum & deificum est apud eos. Nō sunt artificia inter eos, nec pecuniæ, sed res pro rebus commutant. Verum in horda Zauolhensi, inceperunt aspros, id est, argenteos obolos Turcorū accipere & tenere: In borda uero Prekopen. ducatos acceptant. In horda Nohaiska res pro rebus dant, uafri & perfidi sunt exteris, sibi inuicem uero & suis omnibus fidelissimi. Indumenta sæpenumero ex filtro & lana alba grosse & plane facta gerunt. Oponce plurimum diligunt, in expressione huius nominis præponunt literam i, ioponce, & nō oponce nuncupantes, & est pallium album spissum inconsutile pro imbribus & fluuijs bene utile. Terra eorum terra plana & absq; montibus, absq; lignis & arboribus, graminibus duntaxat abundans. Vias nō habēt, neq; nauigia, sed per dies iter suum computāt, ut terra Zauolhensium Tartarorū citissimæ equitationis à flumine Volha ad mare Caspium est quasi triginta dierū: equitāt una die uiginti milliaria magna Germanica, pedibus nō gradiuntur nec itinerāt. Feræ apud eos reperiūtur, cerui, damæ, dorcæ, & snak, quod est animal quātitatis ouis, in terris alijs non uisum, lana griseum, duo parua cornua habens, cursu uelocissimum, & esu carnium eius suauissimum. Et dum grex snak in aliquo campo inter gramina cōspicitur, Cham seu Imperator Tartarorum cum suorum multitudine equestres uadunt, & omniquaq; circundāt in altissimis graminibus delitescētes. Dumq; tympanis incipiunt sonare, tūc snak tanq; metu perculsæ, rapidissime hinc atq; illinc ab una parte circumstantiū ad alterā procurrunt, & iterum atq; iterum decursando uadunt, usquequo fatigati deficiant, tunc irruentibus Tartaris cum clamore occiduntur.

oponce

snak animal

De finibus & metis Tartarorum Zauolhensium. Cap. VII.

CLauditur terra Cham & Tartarorū Zauolhensium ab ortu solis mari Caspio seu Hircano. A' Septentrione cāpis longissime latissimeq; protensis. Ab occasu fluminibus Tanai & Tolha. A' meridie partim mari Euxino seu

no ſeu ponto, partim altiſſimis montibus Iberiæ & Albaniæ. Mare Caſpium uocant Ruteni Chualens ke more: & eſt mare non ab oceano, ſed à fluminibus illic defluentibus congeſtum. Fluunt multa ac magna flumina in aluearium illius maris, de ripis altis impetuoſe & quaſi per ſaltum ex alto in medium decidentibus, & iuxta ripas ſub ipſas tranſeuntibus iter præbentibus. Vnde fit ut ibi in æſtate à Perſis & Medis refrigerium quæratur: & in hyeme ratione euaporationum temperies conflatur. Iuxta illud mare & poſt ad orientem, ut Ruteni proferunt, ſunt Tartari criniti, quos Tartari Calmuchi & paganos nũ cupant, quoniam ritum Mahumeticum non colunt, nec crines capitis abradunt, quemadmodum Tartari omnes radunt, præter adoleſcentes, qui raſa coma binos radios crinium ab aure dextra, & alium à ſiniſtra uſq; in brachia prominentes, in ſignum innubilitatis aut uirginitatis relinquunt. Ab occaſu ſunt flumina Tanais & Volha. Tanaim Tartari Don appellant, qui ſecundũ fontes ſuos ex ducatu Reſenſco à duce Moſcouiæ occupato, uerſus ſeptentrionem fluit. Poſt flectitur in meridiem, & tribus oſtijs paludes Mæotidas ingreditur: imò ipſe paludes Meotidas cauſat. Sunt iam circa Tanaim arbores pomaq; & alij fructus: ſunt & mellificia quercina nonnulla, & pauciora de pino. Inde eſt quod Tartari ſanctum Don dicunt: quia iuxta illum, uictum ex fructibus, melle & piſcibus reperiunt. Volha fluuius Tartarice Edel nuncupatus, ex Moſcouia profluit, ex fontibus ſeptentrionalioribus & occidentalioribus quàm Tanais: qui quum ad ſeptentrionem flueret, longo Tanaim circuiens interuallo, deflectitur in orientem & meridiem, & uiginti quinq; oſtijs ſeu fluminibus in mare Euxinum delabitur. Diſtat Tanais à Volha quinque hebdomadarum itinere, ad minus ueloci curſu trium hebdomadarum equitatione, uel plus. Et eſt Volha triplo maior quàm Don. Viginti quinq; autem partitiones. ſeu particularia flumina ipſius Volhæ ſunt magna: minora autẽ ex eis ſunt tanta, quantus Tyberis Romæ, aut Viſſa poſt Cracouiam. Sunt multum piſcoſi præfati fluuij, ita quod framea Tartari cæteriq; tranſeuntes in ripa ſtando piſces cum aqua decurrentes ſecent & tollant. Eſt iuxta hos fluuios Tanaim & uolha air, id eſt, calamus aromaticus, q & broſtuorce dicitur, in maxima copia. Ibidem reuponticum, quod Tartari nominant cinireuent, creſcit: & cinireuent nomen eſt Perſicum. Item cucilabuca, uel ut alij exprimunt kilcabucha: & in Latino ſonat oculus cornicis: & eſt multæ calefactionis. De ortu horum fluminum Don & Edel, quum de Moſcouia tractauero darius dicam. Quoties autem Tartari Zauolhenſes in terras noſtras ſpoliatũ ire uadunt, & per hæc & alia flumina abſq; nauigio, alligatis ſarcinis deſuper, coniugibuſq; & pueris in dorſis equorum ſedentibus, ipſimet caudas caballorum tenentes tranſnatant, & rapinas crudelitatesq; plurimas inferunt. Ad meridiem uerſus mare Caſpium ſunt mõtes Iberiæ & Albaniæ, quos Rutenia gente Piacihorſci Circaci, quaſi quinquemontani Circaci uocant. In-

Tartari criniti

Don flu.

Edel flu.

T ter illos

ter illos siquidem montes sunt Gazarorum gentes, quas ut Morauica legenda depromit, sanctus Cirullus & Metudius fratres, per Michaëlem imperatorem Constantinopolitanum missi, ad fidem Christi conuerterunt, & usque nunc fidem & ritum Græcorum profitentur: sunt homines bellicosi, in tota Asia & Aegypto acceptabiles. Apud hos Tartari Zauolhenses tela comparant. Verum hac ætate Græci illas gentes Abgazari & Abgazeli nominant, & uicinæ iuxta illos sunt gentes Circassi & Mengrelli, omnes de ritu Græco per beatum Cirullum in fidem Christi reductæ. Inde sanctus Cirullus rediens ex mari Euxino seu pontico (in quo omnipotens deus mirabilis & glorioſus in sanctis suis, dederat habitaculum & ecclesiam marmoream per manus angelorum sancto Clementi structam, quam singulis annis in festo sancti Clemẽtis & septem diebus, mari recedente & siccato, secure circumsiti incolæ aggredi ebantur, sanctum dei uenerando, collendo & extollendo) sustulit corpus sancti Clementis, & in Morauiam prædicatutus Christum dominum secum tulit & asportauit. Deinde Romam euocatus, & per papam Nicolaum citatus, prædictum corpus sancti Clementis Romam detulit, & in ecclesia sancti Clemẽtis honorifice deposuit. Ipse Cirullus cum Metudio fratre in eadem basilica beati Clementis Romæ sepulti: sed non reperta ossa illorum, quantumlibet summe desiderata in eadem basilica quæsita. Ex montibus Circassorum piacihorski, seu quinque montium fluit magnus fluuius Tirck in Tartarico nuncupatus, rapidissimo cursu lapides secum uoluens, & multos pisces, in mare Caspium defluit. Post hunc ex eisdem montibus fluuius Cohan, minor quàm Tirck, in prænominatum mare Caspium descendit.

De genealogia imperatorum trans Volham incolentium, Caput VIII.

QVatuor sunt hordæ Tartarorum, totidem imperatores eorundem, scilicet horda Zauolhensium, horda Precopensium, horda Cosanensiũ. & quarta horda Nohacẽsium, quintamq; addunt quæ impetatorem non tenet, & nuncupant eam Cazacca: de his inferius dicetur. Horda in Tartarico multitudinem significat. Principalis ergo horda est Czahadaiorum siue Zauolhensium, quæ Tak Xi, id est, capitalem hordam, uel homines principales & liberos sese nominat, tum quia nulli subijcitur, tum quia ab ipsa cæteræ hordæ propagatæ sunt. Ob hoc & Moscouitæ magnam hordam Zauolhensium hordam appellant. Inde etiam imperator eorum Ir Tli Xi lingua ipsorum, hoc est, liber homo dicitur. Dicitur & Vlu cham, quod sonat magnus dominus, siue magnus imperator: ulu enim magnus, cham uero dominus & imperator est. Eundem aliqui magnum canem dixerunt, & male interpretati sunt: quia Vlu cham non significat magnum canem: cham etenim cum aspiratione dominum & imperatorem: & cam sine aspiratione cuorem & nunquam canem sermone Tartarorum designat. Produnt itaq; & referũt

Horda

Vlu cham

Tartari

Tartari, quod quædam uidua concepit & peperit filium nomine Cinkis, & quum filij ipsius tanquam adulteram necare uoluerunt, finxit & excusauit se non ab homine, sed à radijs solis concepisse. Cui figmento filij credentes matrem liberam dimiserunt. Natus ergo eius Cingos uel Cinkis, homo sortis humilis, creuit in uirum magnum & fortem: & is fuit primus propagator & sator imperatorum Czahadaiorum seu Zauolhensium. Huius filius fuit Iocucham gentilis & paganus. Iocucham genuit Zaincham tertium imperatorem, qui in orbe terrarum, & maxime in Polonia, Hungaria & Russia dicitur Bathi. Iste destruxit Gothiam & Russiam, & uastauit Poloniam, Sleſiam, Morauiam & Hungariam, prout à principio dictum est. Idem Bathi fuit gentilis primum: tandem sectam Mahumeti persuasus cum Tartaris suscepit, quam in hanc diem tenent & sequuntur. Quartus imperator ex Bathi genitus fuit Temir Cutlu, & interpretatur ex Tartarico felix ferrum: temir felix, & cutlu ferrum: erat siquidem felix & bellicosus. Iste est ille Temerlanes in historijs celebratus, qui totam Asiam uastauit, & usque ad Aegytum pertransijt. Iste imperatorem Turcorum Pesaitem primum conflixit, & captiuatum catenis aureis alligauit, & post in breui dimisit. Iste habuit exercitum duodecies centena millia. Fuit & alius princeps Tartarorum eo tempore Acsac Cutlu, quod in Latino sonat claudus, uel claudum ferrum: quoniam claudus erat, sed ferox. Is multa bella feliciter gessit, & ciuitatem magnam in terra Czahadai, id est, Tartarorum Zauolhensium, nomine Cumumedczar, expugnando desertauit, & in solitudinem redegit. Stant domus illius ciuitatis muratæ uacuæ, & ecclesiæ olim Gothorum trecentæ in ritum Mahumeticum & Mesquitas absque habitatoribus redactæ. In castro illius ciuitatis fit sepultura imperatorum Zauolhensium. Quintus imperator ex Temir Cutlu progenitus fuit Temir Gzar. Iste. dicitur, per Vitoldum ducem Lithuaniæ & Vladikaum regem Poloniæ in auxilium contra cruciferos Prussiæ euocatus fortiter pugnãs ferro occubuisse. Sextus imperator ex Temirczar genitus fuit Macmetczar. Ex isto genitus est Achmetczar septimus imperator: & achmet sermone Tartarorum exponitur cõponibilis. Achmet genuit Sziachmet octauum imperatorem. Sziachmet sonat quasi religiosus achmet: & Tartari cognominant ipsum Siachmet, quod est martyrizatus achmet: quia per Lithuanos captus detinetur, in Couno incarceratus. Iste euocatus per Albertum regem Poloniæ, & per Alexandrum magnum ducem Lithuaniæ in solatium contra Mendligeri imperatorem Procopensium Tartarorum anno domini millesimo quingẽtesimo uenit sub hyemem cum sexaginta millibus pugnatorum: mulieres uero & pueri fuerunt supra cẽtum millia: & quia hyems fuit horrida intensiq; frigoris, coniunx eius per imperatorem Precopensem clàm uocata, frigus & inediam non ferens, in Precopa Siachmet marito suo cum magna parte exercitus fugit. Itaq; Siachmet militibus diminu-

Catalogus imperatorum Tartarorũ

Digitized by Google

tus,& intensissimo frigore pressus, per Mendligeri Precopensem oppugnatus,disiecto eius exercitu conflictus est, & cum trecentis equis uersus Baizetum Turcorum imperatorem fugit. Quumq; in Bialigrod,quod sonat albū castrum iuxta mare ponticum peruenisset,intellexit se captiuandum mandato imperatoris Baizet:idcirco præpeti cursu retro cum quinquaginta equis fugit,& in campos prope Kiou euasit. Capitaneus uero Kiouiensis per explorato res de ipso certior redditus, circundedit eum cum suis & captiuauit, in Vilnamq; Lithuanis misit, unde aliquoties fugerat,& consequutus,comprehensus & reductus est. Alexandro autem rege Poloniæ & magno duce Lithuaniæ conuentionem generalem in Bresce Rutenorum agente, aduenit mandato eius Sziachmet ex Vilna,& magnifice per regem Alexandrum ad unum milliare obuiam sibi eunti susceptus est: deinceps in Radom per Polonos, ut reduceretur in Tartariam trans Volham,conductis aliquot millibus armatorū leuis armaturæ,decretum est:& ut competentior reductio,& à suis laudabilior susceptio fieret,præmiserūt Cazac Soltan fratrem germanum Szachmet:qui trans Volham peruenit,& cum albugerim Czar patruo Szachmet in Czahadai terra eorum cognata moratur. Sachmet uero pro expeditione armatorū in Lithuaniam transiens.ad suggestionem Mendligeri Precopensis imperatoris captiuatus est denuo per Lithuanos, & in Couno,quod est castrum iuxta mare Balteū,detrusus ac incarceratus est,uere Sachmet,id est martyrizatus, à suis nuncupatus.

Quod gentes Scythiæ inquietæ sunt & semper rapaces, Cap. IX.

NOn possunt Tartari in quiete uiuere, quin semper uicinos impetant ac inuadant,prædamq; ex spolijs hominum ac pecorum abigant & reportent, & hoc commune est omnibus hordis Tartarorum, ab exordio & ingressu eorum in hanc diem: unde pauca pro multis exemplificando, Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto ingens Tartarorum exercitus ex multis legionibus cōflatus,& per gētes Rutenorum atque Lithuanorum adauctus, cum ducibus Tartarorum Nogay & Thelebuga post festum sancti Andreæ in terram Sandomirienſem aduenit, transiensq; per glacies induratas fluuij Vislæ, tam ciuitatem quàm ecclesias eius incendit, castrumq; in quod uniuersa Sandomirienſium regio cū uxoribus,pignoribus. ac fortunis cōfugerat cinxit, & illud nocte ac interdiu expugnauit: sed quum non præualuisset, duces Russiæ Vasilco & Leo filij Danielis regis Russiæ doloſe suaserunt omagium & subiectionem præstituros propter securitatem, quod Sandomirienſi fecerunt. Tartari antem fide uiolata clamore ualido & concursu inuecti in castrum,omnes crudelibus supplicijs truculentissime enecauerunt, fluxitq; sanguis occisorum de colle arcis tanquam quidam riuus in Vislam. Alios uero homines occidere fastidientes, tanquam gregem cumulatos in Vislam impulerunt & submerserunt,effusiq; è Sandomiria Tartari

Tartarorum perfida sæuitia

ducatum

ducatum præbentibus Rutenis, in Cracouiam uenientes, & eam uacuam habitatoribus repericntes, in tecta & ualetudinarios sæuierunt, tribusq; mensibus grassati, nullam resistētiam passi, onusti præda in Tartariam reuersi sunt. Præterea apud Cracouiam puer natus uix semestris (mirabile dictu) articulata uoce Tartaros uenturos & Polonorum capita præcisuros prædixit. Cunctis rementibus interrogatus, an ipse etiam Tartarorum aduentum timeret, respondit plurimum sese timere, quum inter alios suum caput essent præcisuri. Et ecce sub intensissimis frigoribus & densissimis niuibus ferocissima gens Tartarorum famem sedatura, ducibus Nogay & Thelebuga primum in Lublienses & Mazouiæ, ex post in Sandomirienſium, Siradienſium & Cracouiensium oras in numero locustarum uenit. A' castro & ciuitate Sandomirienſium, cum ignominia & strage, militibus qui in præsidio erant, strenue tutantibus repulsi, plures ecclesias, monasteria & munitiones obtinuerunt & incēderunt. Ad Cracouiam autem in uigilia natiuitatis Christi applicantes, & eam expugnare adorsi, aliquot insignes eorum amiserunt, ululatuq; edito ab ea discesserunt, & depopulationem cum spoliis longius extenderunt. Dux Lesco niger de uiribus suorum militum diffidens, in Hungariam cum Griffina sua cōiuge secessit. Et Tartari grassantes ad alpes Pannonias & ad Sleſiam peruenerunt. Terris itaq; prædictis spoliatis, sacerdotibus, lactantibus, & senibus trucidatis, cum ingenti præda hominum ac pecorum abscesserunt, quam apud Vladimiriam Russiæ parentes uiginti unum millia de uirginibus duntaxat nondum nuptis computauerunt: ex quo multitudo cæterorum uirorum & fœminarum poterit æstimari. Eodem ferè tempore Tartari per Cumanos inducti, Hungariam cædibus & spoliis usq; ad Pest uastauerunt, & in ea ab octaua epiphaniarum usque ad festum paschæ commorati sunt. Item eodem anno Tartari imperium Constantinopolitanum inuaserunt, & plurimis hominibus trucidatis, multa loca desertauerunt. Vnde ex his liquet, quod Tartari nunquam sine spoliis uiuunt, & quod uicinas gentes turbant & inuadunt, ueluti istis annis Tartari Precopenses sæpenumero Valachiam, Russiam, Lithuaniam & Moscouiam affligunt. Tartari uero Nohaienses & Cosanenses Moscouiam inuadunt, & spoliis atq; cædibus implent.

Prodigium.

Quæ gens, quæue natio habitet in Scythia, Cap. x.

QVum sint trecenti & sex anni, quod Tartari ingressi occupauerunt Sarmatiam Asiaticam seu Scythiam, pulsaret forsan quempiam dubitatio, quænam gentes inhabitarint præfatam Sarmatiam Asiaticam, & nunc & priscis temporibus Scythiam appellatam. Ad hoc ex præcedentibus facile est secundum historias respondere, quoniam Gothi illas terras tempore aduentus & ingressionis Tartarorum incoluerunt, à uicinis Polouci nūcupati, quod sermone Sclauorum, Rutenorum & Mosconitarum rapaces & spoliatores sonat: quia tunc Gothi quemadmodum nunc Tartari tanquam canes uenatici

Digitized by Google

tici uicinas inuadentes nationes moleſtabant ac ſpoliabant. Sed altius exordiendo dicamus quod ſecundum Ptolomæum Pheludianum in ſecũdo quadripartiti, angulus Aquilonis ſeptentrionalis, ubi nunc reſident Tartari, eſt de partitione trianguli ſignorum ſeptentrionalium aureorum: dominaturq; in eo Saturnus cum ſigno aquarij, qui reddit præfatum angulum ferocem & horrendum ſecundum incolas eius: ſic enim inquit idem Ptolomæus: Qui in confinibus terrarum Sarmatiæ & terræ Aſcardæ conuerſantur, Aquario & Saturno aſſimilantur: unde maioris ſunt crudelitatis, qualitatesq; animarum ſuarum ferociſſimæ. Hæc ille. Malignæ ſiquidem eſt influentiæ ille falcifer Saturnus, & humano generi infeſtiſſimus, ſuis contrarijs qualitatibus frigiditatis & ſiccitatis ſemper contrarius. Ex illo ergo angulo conſurrexerunt, & uſque in hanc diem inſurgunt nationes rigidæ & crudeles, humanum genus perturbantes, ſecundum quod Hieremias primo capitulo dixit, Ab Aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ. Quod cui placeret examinare, manifeſtiſſimum & uerum, quia diuinum oraculum, apparebit. Ibi enim hiſtoriæ, & Ptolomæus in loco prælegato tradunt mulieres quæ Amazones dicuntur, habitaſſe, illis temporibus terror mundi: nam fragilitate ſexus abiecta, plures terras uexauerunt, Aſiamq; minorem occupauerunt, & Epheſum famoſam urbem conſtruxerunt. His deletis & exterminatis ſucceſſerunt aliæ nationes Scythæ communiter nuncupatæ, orbi terrarum utplurimum moleſti. Tandem ſuperuenerunt Gothi, qui & Gethæ uocantur, quorum captiui à Græcis & comicis eorum Geta, & à Dacia Dauus & Dacus, tanquam Sclaui & ſerui tenti & nuncupati fuerunt. Hi longo tempore poſſederunt illas terras, ciuitatesq; & caſtra mutauerunt: præda ut ſemper uixerunt, donec ex Iuhra à finibus ſeptentrionalis Scythiæ ſuperuenerunt Iuhri, qui poſtea Hugui, deinde Hungari ſunt dicti. Hi Gothos ſui multitudine preſſerunt & expulerunt. Ciuitates tamen & quædam caſtra non obtinuerunt. Gothi pulſi alienas ſedes intrauerunt: primumq; Alanos, Roxolanos, Rutenos & Vandalos eiecerunt: tandem iuxta mare ponti commorati, Bulgariam, Thraciam, & imperium Conſtantinopolitanum inuaſerunt, quos Zeno imperator perhorreſcens & ſuſpectos habens, ad Italiam liberandam de manibus Odoacri Eruli miſit, prout infra dicetur. Vandali uero & Alani uagi, à Conſtantino magno ſedem petierunt, & pro manſione Pannoniæ acceperunt. De his ſpecialiter inferius tangetur. Iuhri autem multiplicati per flumina magna tranſeuntes, ut fertur, per uenatores ceruam ſequentes ducti & animati, terras Ruſſorum intrauerunt, & Pannoniam propere aggreſſi ſunt: præficientesq; eis Attilam in ducem, ferè toti Europæ moleſti fuerunt. Deinceps Gothi qui ſuper remanſerant, pace oblata multiplicati ſunt, & Tartaros inuaſores, imò & exterminatores, prout in principio huius operis diximus, acceperunt. Hæc ſummarie de habitatoribus Sarmatiæ Aſiaticæ

Amazones

Getæ

Hungari

Iuhri

dicta

Digitized by Google

dicti sunt. In sequentibus autem amplius & particularius dicetur.

De Gothis, Cap. XI.

GOthi de Scythia pulsi partim in Taurica insula, & iuxta eam, iuxtáque mare ponti commorati sunt: partim uero cum Ragaso rege eorum plus quàm ducenta millia Italiam inuaserunt: & quum Roma tremeret, & tantam potentiam expauescęret, multitudo eorum in aspero montis Fesulani iugo inedia consumpta est: captúsque & in uincula coniectus est Ragasus rex: exercitus uero eius tanquam pecudes diśiectus, trucidatus, & uenundatus est. Hi autem qui circa Tauricam & pontum sederunt, bifariam diuisi sunt, & qui cum duce Alarico ad occasum in Italiam & Galliam profecti sunt, Visigothi, id est occidentales Gothi uocati sunt. Qui uero cum principe Frigiderno in locis suis ad mare ponti permanserunt, Ostrogothi, hoc est orientales Gothi sunt appellati. Exinde apertum & manifestum est, unde ostrogothi & Visigothi dicti sunt. Patet etiam, quod Gothi sub rege Daciæ in Gothia degentes, friuole & inepte eis nomina Ostrogotorum & Visigothorum appropriant, quum non de ipsis, sed de his quos diximus circa pontum & Mysiam commorantibus, & illis ad Gallias transeuntibus, orientales & occidentales Gothi primum & uere dictum sit. Illi autem in Gothia, in septentrione ad oceanum in terra algidissima, haud in oriente degunt: maléque & absurde aliena nomina eis usurpant. De hoc uide Paulum Diaconum libro decimo sexto, capite secundo. Orientales quoque Gothi Mysiam & Thraciam, cæterasq; Constantinopolitani imperij prouincias ingressi sunt quos imperator expauescens, & ab imperio Constantinopolitano semouere cupiens, cum Theoderico rege eorum ad liberandam Italiam contra Odoacrum misit. Hi per Seremium & Pannoniam gradientes, quum prope Aquileiam circa fluuium Sontium se suáque iumenta reficerent & pabularęt, Odoacrum cum grandi exercitu uenientem, & eis oppugnationem inferentem fuderunt. Qui fugiens Romam peruenit: & quia clausas ei portas reperit, retrocedendo ad Rauennam cucurrit: quem Theodericus obsidione cinxit, & post triennium cum eo compositione facta, dolo occidit, totiq; Italiæ dominatus est. Qui autem reges Gothorum in Italia, Gallia, & Hispania fuerunt, de facili ex historicis colliges: quoniam de his non est mihi intentio principalis scribendi. Iuhris autem, siue Hungaris, de Sarmatia Asiana in Pannoniam abeũtibus, reliquiæ Gothorum auctæ & multiplicatæ sunt, quas Tartari ab oriente superuenientes in toto deleuerunt: sed & ciuitates castraq; demoliti sunt, ut solum in Taurica insulá residui reperirentur. Verum Ianuenses ex Italia Theodosiam seu Caffam urbem famosam in Taurica insula sub ipsis obtinuerunt, & coloniam fecerunt. Tandem Tartari de familia Vlanorum, de quibus infra dicetur, per portam septẽtrionalem insulam ingressi,

Digitized by Google

totam cum oppidis,pagis & campis occupauerunt,ducibus de Moncup, qui generis & linguæ Gothorum fuerunt, duntaxat castrum Mancup retinentibus. Postremo Mahumet octauus imperator Turcorum, auus moderni Selambeci imperatoris, Tauricam insulam comprehendit, Caffam expugnauit, Tartaros Precopenses seu Vlanos cum toto Cheronesо omagiales sibi fecit,& ultra insulam ad septentrionem,castrum Azau in ripa Tanais incastellauit,& in hunc diem Turci tenent. Binos quoq; duces & fratres de Mancup unicos Gothici generis & linguagij superstites,ad spē gregis Gothorum prolificandorum,gladio percussit & castrum Mancup possedit.Sicq; Gothi penitus tam circa Sarmatias,quàm in Italia, Hispania,& Gallia extincti sunt, nec eorum genelaogia amplius comparet.

De Alanis, Vandalis & Sueuis, Cap. XII.

ALani fuere gentes in Alania regione Sarmatiæ Europianæ,flumini Tanai contiguæ & conterminæ: & est regio plana,sine montibus,paucas simositates & colles habens:caret colonis & habitatoribus,quoniam ab inuasoribus eiecti & dispersi, in alienis prouincijs consumpti & extincti sunt. Stant campi Alaniæ late profusi, tam Alanis quàm aduenis possessoribus orbati ac deserti: duntaxat interdum Cazaci eam pertranseunt,quærentes, ut moris eorum est, quem deuorent. Cazac Tartaricum nomen est, Cozac uero Rutenicum, ualens in lingua Latina seruilem stipendiarium,grassatorem seu reytteronem: spolijs enim uiuunt, nulli subiecti,gregatim latissimos & uacuos campos tres, sex decem, uiginti,sexaginta & c. numero percurrentes. Crescit in illa terra calamus aromaticus uberrime, tartarskiezele à Polonis nomine à Tartaris mutuato nuncupatus: quoniam non longe à Tartarorum regione crescit & multiplicatur. Ast uandali sunt & fuerunt populi Germaniæ, ut suis traditionibus celebrant Plinius,Suetonius Tranquillus,& Cornelius Tacitus, secus flumen Vandalum à regina eorum in libamen & sacrificium dijs suis pro uictoria ex inimicis adepta,sponte in ipso submersa appellatum. Hoc flumen Istula & Visla uocatur. Vt autem de Vandalis completior historia referatur, accipiendum est quod Sclaui ex Iauan filio Iaphet per Helisam procreati sunt. Noë siquidem genuit Sem, Cham,& Iaphet. Iaphet uero Iauan quartogenitum & fratres eius. Iauan iuxta mare Ionium & Ægæum Græcos edidit & multiplicauit, simul & Helladicos & Æolios Sclauos que per filium suum Helisam propagauit: à Iauan enim Ionium mare dictum est. Hebræi quoque Ionios & Græcos lingua eorum Iauan uocitant. Hæc est sententia Iosephi de filijs Noë. Sclaui itaque mox post Græcos ad occidentem tetras possederunt, Seruiam ; Rasciam , Dalmatiam, Mysiam , Bulgariam , Bosnam , Croaciam , Pannoniam & Sclauoniam . Fuerunt autem principes Lech & Czech bini frates, Iauan nepotes, de femore Helisæ descendentes , Croaciam ac Sclauoniam per Crupam fluuium rapidum & uelocem

locem diſterminatas, forte cum cognatione & familijs eorum inhabitantes, regiam locumq; principalem ſuæ reſidentiæ in Pſari caſtro ac uillagio eius nominis tenentes: uilla uſq; in hodiernum diem cum ſuo nomine Pſari permanet ad fluenta Crupæ, plures inhabitatores & colonos, noſtro æuo etiam linguagij Sclauonici habens. Caſtrum uero demolitum ſolas ruinas & fundamenta arcis demonſtrat. Quum autem ex multiplicatione hominum & genealogiarum Dalmatia, Croacia & Sclauonia eas non comprehenderet, ſepenumero iurgia & cædes inter frattes, principes & cognatos pullulabant. Quapropter præfati duces Lech & Cech uitando peſſima facinora, parricidia & mortes hominum animo concordi & conſilio ſalubri, collectis rebus & gentibus eorum, per familias & colonias cum tota ſupellectile, quantulacunque tunc habebatur, relictis ſedibus natiuis, ad occidentales diuerterunt regiones exploratum ire & percontari nouas ſedes. Sciebant nanque orientales meridionalesq; regiones colonis & habitatoribus occupatas atque refertas: & idcirco fruſtra eas aggrediendas & quærēdas. Profecti itaq; peruenere in Moraui am & Bohemiam, & luſtrata uniuerſa illa regione, uaſta quidem & nondū culta, perſpecta & aura eius ſalubri, & gleba fertili, fixerunt tentoria in monte qui Rzip dicitur: cœpitq; Cech frater minor, loci amœnitate delectatus, à maiori natu germano ſuo Lech plurimis inſtantijs petere terras Morauiæ et Bohæmiæ in hæreditatem ſuam poſterorumq; ſuorum perpetuandas et populandas. Lech autem ad obeundam et nutriendam beneuolentiam fraternam, conſenſit uotis petitionibusq; Cech, et ualedicēs proceſſit cum ſuis uerſus orientem et ſeptentrionem, deueniensq; in terras incultas, à nemine uuquam habitatas, Sleſiæ et maioris Poloniæ, ſuos ſuaq; omnia expoſuit et firmauit: multiplicatiq; Lechitæ, qui et Poloni, in his locis maioris Poloniæ et Sleſiæ, creuerunt deo uolente in maximo numero, et impleuerunt Vandaliam, id eſt Poloniam, iuxta flumen Vandalum, qui nunc Viſla nominatur. Impleuerunt Pomeraniam, Caſſubiam, et totam regionem ſecus mare Germanicum, ubi nunc eſt Marchia, Lubec et Roſtoc uſque ad Veſtualiam, ſortitiq; ſunt uarias nominationes ſecundum uarietatem locorum quæ inhabitarunt: et hi qui penes fluuium Sueuum, nuuc in Teutonico Spre ſeu Spreua dictum commorati ſunt, Sueui nuncupati: et alij iuxta eos Burgundi, à caſis et aceruis, quos lingua ſua Polonica brogi uocant, appellati ſunt: ſicq; de reliquis, Dreuianiæ et Trauianæ à copia lignorum et graminum nomina perceperunt. Tempore autem imperatoris Auguſti, ut refert Bergomenſis in ſupplemento Burgundorum, octuaginta millia ex ſeptentrione uenientes, ripas Rheni inſederunt, quos Druſus et Tiberius nepotes Octauiani, ut refert Paulus Oroſius, expulerunt, et repedare in cognatas ſedes compulerunt. Tandem Druſus Rhenum et Albim fluuios tranſeundo pugnauit. Albis fluuius eſt per Bohemiam et Miſnam uſque in mare Germanicum decurrens

Bohemi & Poloni ex Sclauis

Sueuus flu.

Albis flu.

Digitized by Google

decurrens, Labya in Bohemico nuncupatus, & in Sueuos & Burgundos incidit, quibus cum cruentissimam pugnam egit cum victoria. Sed victor Drusus in eodem prælio per ferocissimam Sueuorum gentem necatus occubuit, & in Maguntiam relatus sepultus quieuit. Exinde Cæsar Octauianus, ut mite scerent sub mitiori cœlo, Sueuos, ut inquit Suetonius Tranquillus, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit: ubi urbs Augsta in honorem imperatoris Augusti structa est: qui translati in hanc diem Sueui à priori patria, & Vindelici à linguagio Vindelicorum atque Sclauorum, nominantur, ipsáque urbs Augusta, Vindelicorum Augusta dicitur. Hæc referunt præfatus Suetonius Tranquillus, & Martinus in sua Martiniana parte secunda, sub descriptione Cæsaris Augusti: tametsi Sueui de prouincia eorum cis mare Germanicum sita, educti fuerunt: alij tamen Poloni. Vindelici & Sclaui subintrauerunt, & illam regionem repleuerunt. Vnde tempore Valentiniani imperatoris, ut dicit Orosius & Bergomensis in supplemento, Burgundi iterum ex septentrione de terra Vindelicorum surgentes, ad Rhodanum fluuium pertransierunt. & quia pacifice illas terras coluerunt, à uicinis eorum intacti Burgundiam ex suo nomine uocatam constituerunt, Sed Vindelicos circa Lubec, Rostoc, Mekelsburg, & fluuium Sueuum imperatores Henrici, tanquam gentiles Christum colere nolentes expugnauerũt, sicq; ad extremum Henricus tertius deuictis prædictis gentibus Teutonicos in eorum loca induxit & locauit. Refert quoque historia Henrici tertij, quod quatuor reges Vindelicorum capti, diebus festis & diebus coronationis suæ, lebetes & caldaria in ignominiam eorum ad coquinam eius ferebant. Et uerum quidem est, quod usque in hodiernam diem perdurant Vindelici seu Sclaui in illis locis circa Lubec, Rostoc, Misnam & Marchiam, non in urbibus, sed in pagis & uillagijs, præcipue hi qui Sarbi & Vindæ uocantur. permanent & nomina Polonorum arque Vindelicorum prisca in nominatione locorum, castrorum & ciuitatum. Nam Lubec, Rostoc, Mekelsburg &c. nomina sunt Polonica.

Continua narratio de Vandalis, Alanis & Sueuis, Cap. XIII.

EXpulsi Alani è suis sedibus ad Vandalos declinauerunt, & simul Pannoniam intrauerunt, ipsamq; quasi sexaginta annis inhabitarunt: post ea rempublicam Romanorum inuadentes Gallias afflixerunt: & exinde, ut referunt historici, ad Vandaliam seu Poloniam redierunt, & usque ad tempora Stiliconis commorati sunt: intuleruntq;, ut ex quibusdam signis conijcio, immensam multitudinem argenteorum, cum figura & effigie Adriani imperatoris, prout titulus & superscriptio ostendit. Quam monetam in hanc diem est reperire apud Polonos secus decursus aquarum, & illuuia pluuiarum, & in campis in cultura agrorum, uocantq; eam ruricolæ denarios sancti Ioannis Baptistæ, propter expressam imaginem capitis & colli ad similitudinem

litudinem capitis sancti Ioannis in disco. Tempore autem Honorij imperatoris Stilicon comes Romanus cupiens filio suo Eucherio apicem & culmen imperij conquirere, Vandalos, Suevos, Alanos & Quados concitauit ad arma; & ad perturbandum dominium Romanorum. Qui in Gallijs debacchantes, diuina & humana pessundarunt atq; destruxerunt. Deinde Gothis cedentes Hispanias penetrauerunt, & nunc has, nunc illas terribili mente afflixerunt. Deinceps ad Aphricam occupandam per Bonifacium principem Rom. euocati transierunt, & illam ferro & igni uastantes conquisiuerunt. Primo itaque anno Gratiani, puta anno domini tricentesimo octuagesimo primo, & deinceps super Vandalos de regno Poloniæ exeuntes regnauit Modigisilus annis triginta. Post hunc filius eius Gundericus in Hispanijs annis sedecim: hic capta Hispali quum manus in ecclesiam ipsius ciuitatis extendisset, à dæmone correptus interijt: cui Gensericus frater successit, ut refert Paulus Diaconus, ab Hispanijs ad Aphricam transiens, cunctam penè Aphricam ferro, flamma, rapinis crudelissime deuastauit, fidem catholicam impietate Ariana infectus subuertit, episcopos profligauit. Sub hoc turbine, teste eodem Paulo Diacono & Possidonio beatus Augustinus episcopus Hipponensis, ne suæ ciuitatis ruinam cerneret, expletis annis uitæ suæ septuaginta sex migrauit ad Christum. Deinde Gensericus Carthaginem inuadit: atque capit cum ualidissimo exercitu: ex Aphrica aduectus Romam spoliat, multa milia captiuorum cum regina Eudoxia & duabus filiabus in Carthaginem duxit, quam Trasamundo filio suo in matrimonium copulauit, Campaniam & Appuliam flammis consumpsit, Capuam & nolam pari ruina strauit. Inter has procellas uir pijssimus Paulinus Nolanæ urbis Episcopus, pro cuiusdam uiduæ filio sese in seruitutem tradidit. Regnauit Gensericus annis quadraginta octo. Eo mortuo successit Honoricus filius eius, qui effugatis amplius quàm CCCXXXIIII catholicis episcopis, & ecclesijs eorum clausis, plebem uarijs supplicijs affecit, & quidem innumeris manus & linguas abscidit: illis tamen expeditissime loquentibus, ut refert beatus Gregorius in tertio libro Dialogorum, & Paulus Diaconus in gestis Romanorum. Tandem iudicio dei percussus, scatens uermibus miserabiliter expirauit. Post hunc Guntamundus nouem annis regnauit. Post quem Trasamundus, qui ducentos & uiginti episcopos in Sardinia exilio relegauit. Deinde anno domini quingentesimo uigesimo regnauit Hildericus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniani imperatoris à Genserico captiuata genitus. Hũc pater Trasamundus ad mortem ueniens, sacramenti nodis astrinxit, ne unquam in regno suo catholicis consuleret. Qui mox patre mortuo antequam regnum susciperet, omnes catholicos ab exilijs iussit reuocare, & episcopis ecclesias reformare. Regnauit annis octo: Hunc Gilimer perimens, annis quinque post eum regnauit, qui tantæ crudelitatis fuit, ut nec parẽtibus parceret. Tandem Belisarius patritius

Genserici crudelitas

à Iustinia-

à Iustiniano imperatore missus est ad Aphricam, qui magnas copias Vandalorum fudit, regemq; eorum Gilimerum uiuum capiens catena argentea uinctum Iustiniano Constantinopolim misit. Sic uandalorum regnum in Aphrica destructum est. Habes ex prædictis, quod Vandali, Sueui & Burgundi fuerunt de regno Poloniæ, à locis Poloniæ, quæ inhabitarunt, appellationem & nomina sortiti, linguam & sermonem Polonicum profitentes & loquentes. Habes secundo, quod præfati populi Vandali, Sueui & Burgundi, Germani & non Sarmatæ neq; Schythæ fuerunt. Ideo Sigisbertus Vincentius in speculo historiali, & cæteri antiquiores, incocinnne & iniuste Scythas fuisse scripserunt. Collige tertio, quod prædictæ gentes non de Scandia insula, sed de Polonia oriundi, partem Europæ occidentalem & Aphricam perturbauerunt. Vnde non recte antiquiores dixerunt eos Scythas ex Scandinauia

Scandiæ situs insula, quum Scythia proprie sit post Tanaim in Asia ad orientem: Scandia uero, siue Scandinauia fuit & est ad occasum solis post mare Germanicũ in septentrione, Daciæ cohærens, quam rex Daciæ possidet, multis millibus passuum à Scythia distans. Valde ergo indistincte ac impertinenter iam dictæ gentes Alanicq;, Gothi & Huni ab inexpertis de Scandia dicuntur exijsse, quum in ea nunquam fuerint, nec eam penetrauerunt aut contigerunt. Collige quarto, quod Poloni & Bohemi, Sueui, & omnia genera Sclauorum post diluuium in hanc ætatem in suis sedibus & cognatis regnis permanet. & non aliunde superuenerunt. Nec est uerum quod fassus est Blondus (salua uenia tanti historici, in alijs doctissime scribentis, & modernorum sequacium que eorum) quod Sclaui à Tanai & Bosphoro ascenderunt in Illyricum, Dalmatiam & Croaciam. Lech quoque & Cech principes Polonorum & Bohemorum ad occidentem diuerterunt, & terras Vandalorum post egressum ipsorum in Gallias intrauerunt, quum Sclaui in ipsorum prouincijs, & in principes Lech & Cech in Polonia & Bohemia à diluuio in nostram ætatem permanserunt, permanent, & deo fauente permanebunt. Veruntamen Ruteni cum suis principibus ascenderunt eo tempore & alijs de russia & Bosphoro in Illyricum & Croaciam, & spolia referebant pinguia, nec illic permanserunt. Etiam exeunt de Vandalia seu Polonia armigeri sexaginta millia, nonnunq; centum millia ad oppugnãdum hostes: nec per hoc desertatur regnum Polonorum, quum ciues, mercatores & coloni agrorum in oppidis & uillagijs intacti permanent absq; desolatione, & sic quod non sint loca ingrediendi & occupandi exteris: sicut fuit & tempore Honorij Cæsaris, quando Vandali pugnatores duntaxat exiuerant in Gallias. Et adhuc inquiunt historici, quod regressi Vandali, qui primum Gallias affligebant, sedes eorum in Vandalia inhabitauerunt: ergo alij ipsas non occupauerunt. Collige quinto, quod linguagium

Lingua Sclauorũ latiss. Sclauorum amplissimum est & diffusum, plurimas terras & prouincias possidens, ueluti sunt Seruij, Mysij, Rasci seu Bulguri, Bosnenses, Turco hac tempestate

pestate subiugati, uelut sunt Dalmatæ, Croatæ, Pannonij, Slaui, Carni, Bohemi, Moraui, Slesitæ, Poloni maiores & minores, Mazouitæ, Pomerani, Cassubitæ, Sarbi, Ruteni, Moscouitæ: hi omnes Sdaui & Vindelici sunt, per ampla regna inhabitãtes. Sed & Lituani iam sclauonizãt: Nugardi quoque Plescouienses, Smolnenses & Ohulici. Vide chronicas eorum & cosmographias. Collige sexto, quod cis mare Germanicum Poloni, Sueui & Burgundi, consumpti & exterminati sunt per Henricos imperatores, duntaxat Sarbis, & Vindis seu Vindelicis adhuc manẽtibus, ut expressum est supra.

De Iuhris, Caput XIIII.

IVhri de Iuhra terra Scythiæ septẽtrionalissima & frigidissima, iuxta oceanum septentrionis, à Moscouia ciuitate Moscorum ad orientem & septentrionẽ quingentis milliaribus magnis germanicis distante, ascenderũt & uenerunt per terram planam ad meridiem in regionem Gothorũ in Scythia, ubi nunc Tartari Zahadaienses seu Zauolhenses degunt, pressertq; sui multitudine, & eiecerunt Gothos de Gothia in Sarmatiam. Quumq; coaluissent, & penè in infinitũ multiplicati fuissent, audiẽtes à uenatoribus, qui ceruam sequẽtes transierant flumina Volhæ & Tanais, quod esset terra Sarmatarũ Europæ fertilior & auræ mitioris, coaceruatim præfata flumina trãsnatantes, Sarmatas et Rutenos cõflixerunt, Gothosq; insequentes cum eis in Mysia et Thracia bellarunt, et eos superarunt: intrantesq; Pannoniã solo uino & regionis ubertate delectati, mansionem in ea fixerunt: Maternum & Detricum capitaneos Romanorum cum eorum gentibus aggressi conflixerunt, & Materno occiso Detricum in fugam uerterunt: præterea regem elegerunt, & supra se constituerunt uirum uafrum, animosum & strenuũ, Attilam nuncupatum, quem Hungari suo idiomate Ethele uocant. Is aduocatis & recẽsitis multis regibus & gẽtibus, Gallias ingressus, eas tyrãniter & crudeliter uastauit. Et quum ad campos Cathalaunicos longe lateq; patentes deuenisset, Aetius patritius cũ Romanorum cohortibus, cum Theodorico rege Gothorum, multisq; alijs gentibus aduersus eum accelerabat. Quo cõperto Attila aruspices de uictoria consuluit, qui inspectis extis superatum iri inferiorẽq; ipsum in illo bello fore dixerunt, adijcientes quod maior de inimicis occideretur: putabatq; Attila quod Aetius supremus dux partis aduersæ caderet, aliquo modo de morte ipsius gaudens (terribilis enim uisa est ei potentia Aetij) acies ordinauit & instruxit, cautq; ad uesperum, non in meridie tubas canere iussit & congredi. Vbi numerosissimus populus cæsus est, et Theodoricus rex Gothorum, non Aetius, quod Attila optabat, cecidit et occubuit. Attila uidẽs se uictum, se et suos inter currus in medium castrorũ recepit: nox enim aderat: præcepitq; è sellis equitum in struem congestis focum accendere, ut si impeteretur præcipitaret sese in ignem, et arderet potius quàm in manus hostium deueniret. Altera autem die Thorismundus filius

Digitized by Google

Theoderici regis Gothorum, ultum iri cupiens necem genitoris contra Attilam acies instruebat. Aetius uero suspectam habēs potentiam Gothorum tanquā & Hunorū, persuasit Thorismundo, ut omissa pugna ad possidendum solium paternū properaret, ne frater eius regnum præoccuparet: quo permotus discessit, Aetiusq; & omnis exercitus ipsius solutus recessit. Tunc Attila exhilaratus, spes iniquas ultionis coquebat, & è loco secedēs urbē Remensem obsedit & expugnauit, sanctūq; Nicasiū eiusdem urbis præsulem cum sorore eius Eutropia & omnibus ciuibus trucidauit. Ad Trecas autem quū accessisset, occurrit ei pontifex sanctus Lupus, & percontando dixit: Tu quis es? Cui ille: Attila sum, inquit, flagellum iræ dei. Et Lupus arrepto freno equi eius introduxit eū cum suo exercitu in ciuitatē dicens: Bene ueneris flagellum iræ dei. Ille aūt cum suis cæcitate percussus, ut aiunt, pertransijt urben in partē alterā pacificus. Mulier autē pauperrima habens decem filias, timore perculsa de suburbio fugiebat, filiam postremo editam, & in bimatu natam, in sindone ad collum ligata gestabat, duasq; minorennes puellulas in iumēto, quod ante se pellebat, portabat: reliquæ filiæ circū circa matrē gradiebantur, & ambulabant. Hanc quum bellatores Attilæ consequuti sunt, filiæ eius territæ ad matrem concurrerunt. Mater autem stupida & sui incompos, uiso fluuio properanter currebat, uolens se præcipitare, & in fluuio submergere. Sed milites eam insequuti in ripa fluuij rapuerunt, & cum filiabus ad Attilam perduxerunt. Quæ supplex ad terram procidens gratiam precabatur. Cui Attila misertus, datis pluribus nummis & uestibus, liberam cum prole sua dimisit. Sed et alijs qui cum ea adducti fuerunt propter ipsam pepercit. Deinceps Attila in Germaniam descendit, castraq;, oppida et uillas eius uastabat, donec audiret quod Aetius & Gothi denuo nouum militem contra eum pararent: quo permotus ad Pannoniā abscessit, & renouato exercitu uir ultiuus in Italiā per Stiriam & Coritaniam properabat. Ab exploratoribus autem certior redditus, quod Aetius & innumeratæ gentes in radicibus alpiū opperirentur eum, declinauit & diuertit ad Dalmatiā & Histriā, euersisq; notabilibus urbibus, iuxta mare Adriaticū ad Aquileiam uenit, & eam per trienniū obsedit. Et quum uictualia obsessoribus etiā in longinquo defecissent, militesq; præ inedia contra eum murmurarent, cœpit iterū obequitare urbem, prospiciens qua parte impeteret eam & ditumperet: uiditq; auem quæ ciconia uocatur, pullum suū è summitate arcis rostro in propinquum arundinetū portare, sic consequenter & alium: & exclamans dixit, auē prescia futurorū, nosse urbē perditum iri, ideo fugere: & inualescens contra ciuitatem cepit eā, & more tyrannico omnes quos in ea reperit, in ore gladij trucidauit. Eo tempore urbs magnifica & præpotens Venetiarū ob metum Attilæ extructa est. Progrediens autē ad Lombardiā Attila, crudeliter afflixit & uastauit eam. Quumq; ad Rauennā uenisset, aduolauit Leo papa, obnixe

nixe & humiliter ſupplicans, ut à uaſtatione urbis Romæ & totius Italiæ ſu-
perſederet & ceſſaret, quod & fecit. Et dum pugnatores eius admirantes ad-
inuicem replicarẽt, quod Attila neminem timeret, niſi bina animalia, lupum
& leonem, de pontificibus propter quos genti eorũ pepercit, parabolã ſumẽ-
tes. Reſpondit Attila, Maturũ uirum clericali habitu indutum iuxta leonem
cum gladio biſacuto ſtetiſſe, & uibrato gladio mortẽ ei cõminaſſe, niſi pacem
redderet, petitorem exaudiendo. Abſceſſit itaq́, et in Pannoniã redijt. Cele-
bransq́ nuptias cum una pulcherrima uirgine, multũ uini hauſit, et in no-
cte inter cubandũ apoplexia ſuffocatus, centũ et uiginti quatuor annis æta- *Attilæ mors.*
tis expletis interijt, et ſanguis per nares et os ipſius fluxit. Illa nocte Marcia-
nus Imperator in Cõſtantinopoli per ſomnium uidit Attilæ arcum fractũ,
arcubus enim gens Iuhrorũ potiſſime utebatur. Defuncto aũt Attila, inſur-
rexerũt inter Hungaros diſſenſiones, digladiationes et ſtrages, ita ut plures
eorũ occiſi perirent, reliquos cum Chaba filio Attilæ rex Gepedarum, et alij
olim Attilæ ſubiecti de Pannonia expulerunt, qui in Gothiam per paludes
Mæotidas tranſierũt, tria uero millia ex eis inter eundũ de Pannonia ſegre-
gauerunt ſe ab eis, & in Tranſſyluania manſerunt, & ne à uicinis impeteren-
tur, Siculos in uulgari eorũ Czakle ſe nominauerũt. Qui aũt trans Mæoti-
das & mare Euxinũ penetrauerũt, ſæpenumero reminiſcentes fertilitatis ab-
undantiæq́ panis & uini ipſius Pannoniæ, ſuis poſteris diſſerebãt & narra-
bant, utq́ in Pannoniã redirẽt hortabantur. Factumq́ eſt, ut poſt mortem
Attilæ anno tricenteſimo primo, recenſitis pugnatoribus ducẽtis & ſedecim
millibus, uiã patrum eorũ ingreſſi, iuxta paludes Mæotidis per Sarmatiã, in
Pannoniã peruenerint, temporibus Conſtantini Imperatoris quinti, & Za-
chariæ papæ, uidelicet anno domini ſeptingẽteſimo quadrageſimoquarto.
Primumq́ in Iazyges aſcẽderunt, & illic ſeptẽ capitaneos elegerunt, unicuiq́
eorum propter inſultũ inimicorum triginta millia pugnatorũ cõſignantes:
& ut melius ab hoſtibus tuerentur, ſeptẽ caſtra, cuiq́ capitaneo unum aſſi-
gnando, rude & groſſe de terra fecerũt & erexerunt, à quibus ſeptem caſtris
in hanc diẽ Septemcaſtrenſis dicitur. Præterea miſerũt exploratum ire Pan-
noniã quẽdam è ſuis militibus Cuſid appellatũ. Is offenſo & reperto rege
Pannoniæ Suyatoplug nomine: Sclauus hic erat, nam & tota Pannonia ter-
ra Sclauorum fuit, licet Romani eis capitaneos & armigeros extraneos præ-
ficiebant, ipſum nomine Iuhrorũ aduenarum præſalutando, equum album
cum ſella & freno deauratis obtulit, & parũ terræ, aquæ & herbę ab eo poſtu-
lauit: quod rex Suyatoplug cõceſſit, æſtimabat enim agricolas fore, et tanq́
hoſpites aliquidpiã terræ pro cultura expoſcere: ideo ſubridẽs ait, Habeant
quantũ uolunt. Cuſid ergo lagenam terræ, alterã aquæ Danubij, tertiã gra-
minis reportauit, & quæ egit ſuis expoſuit. Iuhri cognoſcentes Pannoniam
terram feracem et optimam eſſe, nomine primi præfecti Arpad nuncupati,

Digitized by Google

Suyatoplug intímauerũt,ut peramplius in terra eorũ,pro equo albo,ſella & freno deauratis empto nõ maneret. Is ſero intelligens bellũ ei imminere,exercitũ coadunabat. Iuhri autẽ feſtine accelerãtes ad regẽ prope Danubiũ uenerũt,& facta pugna Pannonios cum rege eorũ profligauerũt. Rex quoq; Suyatoplug à facie eorũ fugiens in Danubiũ incidit, & aquis uehemẽtibus abſorptus perijt. At Iuhri Sclauos incolas Pannoniæ trucidarunt. terramq; eorum in hanc horã poſſiderũt,Sclauis undiq; in finibus Pannoniæ remanentibus & inhabitãtibus. Accipe primo,quod Iuhri à Iuhra regione Scythiæ,de qua oriundi exiuerũt: uocati ſunt,& uſq; in noſtra tempora à Bohemis,Polonis & Sclauis †Hugri appellantur,ab aliis autẽ Hugui,tandem & Hungari dicti ſunt. Accipe ſecundo quòd idẽ linguagiũ & loquela pronuntiatioq; acuta ſunt Iuhrorum in Hungaria,& illorũ qui in Scythia in Iuhra degunt. Verum Hungari in Pannonia Chriſticolæ ſunt & politiores abundantioresq; in omnibus. Iuhri autẽ in Scythia uſq; huc idololatræ ſunt & agreſtes. Accipe tertio,quod Iuhra Septentrionaliſſima eſt abſq; altiſſimis & inacceſſibilibus montibus,nec tantis ut ſunt alpes iuxta Italiã,neq; ſicut mõtes Sarmatici. Nõ recte ergo quidã hiſtorici tradiderunt,dicẽtes Huguos exiſſe de prouincia eorũ de montibus maximis & inacceſſibilibus. Enimuero ſunt montes in Iuhra cũ denſis ſyluis patentes & bene permeabiles,quantitatis mediæ et altitudinis,petroſi et ſaxoſi quales ſunt per totũ Septentrionẽ in fine terræ iuxta oceanũ ſaptentriouis. Et ſcias quod ex oceano Septentrionis quidã piſces idiomate Moſconitarum morſi nuncupati,in ſummitatem montis mari adiacentis ſcandũt,et dentẽ fricando ſe in aſcendendo appendunt,de culmine montis deorſum in partem alterã prolabuntur et cadunt, quos Iuhri & cæteri incolæ Septentrionis capiunt,dentesq; corũ qui ponderoſiſſimæ ſunt grauitatis,in Moſcouiam mittũt,& poſt ad Turcos & Tartaros. De quibus manubria & tenacula enſiũ,framearũ & cultellorũ faciunt,ut impetuoſiores ictus grauitate adiuuante impellant. Accipe quarto, quod montes Riphæi & Hyperborei nõ ſunt in rerũ natura, nõ in Scythia, nõ in Moſcouia, nec uſquã locorũ: et quũ ferè omnes coſmographi aſſerant Tanaim,Edel ſeu Volham,Dzuina,et magnos fluuios ex prædictis montibus effluere,cnoficta confícte,et potius fabuloſa inexperti ſcripſere. Fluit Tanais, Volha et maxima flumina ex Moſcouia,de terra plana,cœnoſa et nemoroſa,nullis mõtibus obſita,prout de Moſcouia quum peruentũ fuerit dicã, ſi deus annuerit. Bone lector hic eſt barathrũ profundiſſimũ propter clariſſimos ſcriptores mõtes Riphæos et Hyperboreos ponentes. A quorũ contradictione ueritas ipſa me tueatur et defendat,pro omnibus argutis rationibus,experientiã rerũ opponẽdo,ut qui nõ credit,uideat et experiat quod ita eſt quemadmodũ dixi. Accipe quinto,quod Iuhri in Iuhra Scythiæ non colunt agros,nõ ſeminãt,non habẽt panem,uinũ aut ceruiſiam ,degunt miſerrime

† Hunni aliàs

Mor piſcis.

Digitized by Google

ſerrime in ſyluis & foueis ſubterratis, piſcibus ueſcendo & carnibus ferarum, quarum copiam habent, & aquam bibunt, pellibus induuntur ex diuerſis animalibus in unū cōſuendo, pellem lupi, cerui, uulpis, marduris &c. Miſera ergo regio eſt ſub polo arctico, ut dixit Hippocrates in lib. de regionibus, aēre & aqua. Subiecti ſunt duci Moſcouiæ, & pendunt pro tributo pelles ſabellorum, ſchiſmorum, & ſimilium, quoniam alijs donatiuis carent. Accipe ſexto, quod aliqui famoſi coſmographi & hiſtorici in illo angulo ad mare Septentrionis tamperatiſſimas regiones confinxerūt, in quibus propter tēperiem & auram placidiſſimam beate & diutiſſime uiuant, donec tædio affecti, de montibus ſeſe in oceanum præcipitent. Hoc totū fabuloſum eſt: qualis etenim beatitudo ſit, nō habere panem, merū, & cætera delectabilia: qualis temperies eſt, continuū frigus quod illic eſt pati: In ſolſtitio hyemali perpetuam & continuam noctem ſentire: In ſolſtitio uero æſtiuo permanētes, & parum tepetētes ſoles uidere: ſed hæc omitto. Accipe ſeptimo, quod in Iuhra & locis Septentrionis non effoditur aurum, argentum, nec aliæ mineræ. Nec correſpondent fabulæ, quod illic eſſent griffi & magnæ aues prohibentes fodere et efferre aurum. Vnde ſecundū hoc dico, contrarium autoribus antiquis, quod griffi non ſunt in rei ueritate in illa parte Septentrionis, nec in alijs partibus orbis. Affertur autem ad nos auis quædam rapina uiuens, quantitatis aquilæ, ſed alis et cauda prolixioribus quàm aquila, in ſimilitudinem accipitris, et uocant eā Moſcouitæ Kiczoth, noſtri uero homines uocāt ipſam Byalozor, quaſi albicans ſplendor, quia ſubalba eſt ſecūdum uentrē. Hāc omnes rapaces aues, accipitres, falcones, et cæterę rapto uiuentes in tantum metuunt, quod inſpecta ea tremunt et cadunt, et extinguuntur. Accipe octauo, quod in Septentrione poſt Gothiam, Sueciam, Filandiam, Iuhrā, et poſt mare Caſpium non ſunt monſtroſi homines, ſcilicet monoculi, bicipites, canina capita habenscs etc. ſunt nobis ſimiles, rare, ſparſim, et abinuicem diſtantes, pauci numero habitantes, colore ut frequenter liuidi, propter frigus liuiditatem corporis eorum imprimens. Hæc uera ſunt, et qui ſcripſit uerum ſcripſit, et ſcimus quia uerum eſt teſtimonium eius,

Error coſmographorum.

De Turcis Cap. xv.

HActenus diximus de quibuſdam nationibus ante aduentum Tartarorum, Sarmatiam Aſianam ſeu Scythiam per tempora et tempora inhabitātibus, ſi de Amazonibus, de Scythis, de Gothis et Iuhris ſeu Huguis. Conſequēter dicemus de ualidis gentibus, ex Tartaris Czahadaieñ. originaliter diſſeminatis, quales ſūt Turci, Vlani ſeu Tartari Prezecopenſes, et Tartari Coſanenſes: item Tartari Nohaieñ. Et primo de Turcis pauca dicamus. Poſt aduentum Tartarorum ex oriente, in terram Gothorum quā ipſi Gzahadaieñ. uocāt, anno quaſi nonageſimo. Quidam miles magni Cham nomine Otumanna, ſortis humilis et fortuna tunc obſcurus, uiribus tamē

Otumanus à quo Turc. Imperat, Otumani.

Digitized by Google

corporis robustus & audax, propter certas ut ei uidebatur iniurias, è Tartaris in quadraginta equis secedés, cœpit occulte in Cappadocia mõtes, & aditus opportunos occupare, & ex opportunitate loci & temporis prædas agere: ad quẽ plurimi grassatores, ut fit in huiusce modi genere hominũ, cõfluxerunt, & coaluerũt uehemẽter, ita ut quod prius occultis insidijs egit, palam & pari marte tunc cœperit oppida, ciuitates & gentes inuadere & occupare. Et quia nõ reperit resistẽtes, ipse celer, manu audax, & dexteritate fortunatus per errores, cmminationes, & per aliquarũ ciuitatũ direptiones, occupauit & possedit Cappadociã, Põtũ, Bithyniã, Asiã minorẽ, Pamphiliã & Ciliciã. Itaq; ex ipsa familia Otumanorũ siue Turcorũ originẽ duxit, quia ab Aquilone pandetur omne malum super uniuersam terrã. Quod aũt Turci propago & soboles sit Tartarorũ, identitas morũ, loquelæ & pugnãdi demonstrat. Nã habitum modũq; equitandi & curte insedeñdi, sagittis quoq; & arcubus pugnandi eundẽ habuerunt, & nunc ut plures habẽt cum Tartaris. Sermonem etiã & linguagiũ Tartarorũ connatum habent: nõ differt loquela Tartarus & Turcus, nisi modice, uelut exemplariter diceretur, sicut Italus & Hispanus, uel Polonus & Bohemus. Otumano ex humanis rapto, filius eius Archanes secundus rex Turcorum successit, audacia & ambitione patri haud absimilis, sed disciplina rei familiaris longe peritior: quo factum est ut dominiũ & imperiũ à patre cœptũ, suapte industria auxerit & cõseruauerit. Deinde tertius rex subsecutus est filius Archanis nomine Ammurates, hic Græcis dissentiẽtibus & Imperatore Trapesuntino & Constantino de imperio certãtibus, in adiutoriũ per Trapesuntinũ Imperatorẽ pretio euocatus, & in Thraciã per Hellespontum traiectus, uafer & astutus euentũ belli prorogauit atq; protraxit, donec Græcis uiribus & diuitijs fractis & eneruatis, occasione habita, in eos arma uertit, & Thraciã occupauit. Eo defuncto Pesaites quartus rex filius surrexit, qui rerũ maximarum cupidus, Macedoniã, Thessaliam, Phocidẽ, Bœotiã, Atticam sui iuris effecit, Bulgarosq; & Illyricos assiduis excursionibus debilitauit, et suburbia egregiæ urbis Constantinopolitanę spoliauit. et ciuitatẽ obsidiõe atq; fame intantũ excruciauit, ut Imperator Constantinopolitanus ad Italiã et Galliã auxilia mẽdicaturus profectus sit. Sed deo disponẽte, Temir Cutlu magnus Cham Tartarorũ, quẽ historici Temerlanẽ dixerunt, affligendo et tanquã fulgur Asiam pertransfeundo, incidit in Pesaitẽ præparatũ et occurrentẽ ei, quem profligauit, et captiuatum catenis aureis alligauit et abduxit, breuiq; dimisit, qui paulo post obijt. Post hunc quintus rex Alpinus appellatus regnauit. Aduersus istum Sigismundus Hungariæ et Bohemiæ rex ac Romanorũ Imperator copiosum duxit exercitũ. Collatisq; singulis, tumultuose fusus castra reliquit, et paruo nauigio uix per Danubiũ turpẽ sibi inuenit salutẽ. Amplius sextus in ordine rex Turcorũ Mahumetes tributa grauia imposuit, excursionibusq; fines

Digitized by Google

fines sui imperij dilatauit: præterea sublato Mahumete morte, filius eius Ammurates secundus regnauit, hic Thessalonicā urbem illustrē euertit, Cyprum & Aetholiā subegit, Tribulos, Illyricos & Hūgaros uastauit, Vladislaum Poloniæ & Hungariæ regē in primis feliciter pugnantē, ultimo cōgressu ad lacū Varnensem, Ioanne Hunyad cū Hungaris è prælio scedentibus superauit, & misere cū suis occidit, elatusq; uictoria, Peloponensum ui cepit, & muros Isthmi Corinthiaci funditus deiecit: uita deniq; functus, Mahumetem filium octauum regē reliquit, qui Constantinopolim anno Christi M.CCCCL.III. die ultimo Maij, post obsidionis quartū & quinquagesimū diem, summa ui & extrema oppugnatiōe cepit, Perā subinde opulentissimū oppidū per deditionē demolitis muris accepit, Bulgariaq; & Rascia potitus, Smyderou magnificū castrū Rasciæ supra Danubiū situm adeptus est, et ex eo Dalmatiā et Croaciā in solitudinē redegit, Stiriā quoq; et Austriā penetrauit. Deinde Nigropontū sub Venetis expugnauit, Theodosiā, nūc Caffam nuncupatā in Taurica insula, Ianuensiū coloniā unà cū præfata insula expugnauit & cōprehēdit, binosq; principes de castro, Mancup, ut ferē, postremas Gothorū reliquias gladio percussit, & Mendligeri Imperatorē Tartarorū in prædicta Chersoneso Taurica, ui iuris fecit. Moldauiam & Valachiam uastauit, & cum Venetis sedecim annis continuis pugnauit, cum Husacasan rege Persarū similiter continuū bellum gessit, sæpe uictus, nōnunq; & ipse uictor fuit. Obijt prima die Maij, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, in Cōstantinopoli sepultus: pro ipso Turci Baissetum filiū eius ad imperium assumpserūt. Zeliabus uero minor natu filius Mahumeti indignatus ad Soldanū Aegypti recurrēs, & exercitū comparās, cum Baisseto infeliciter pugnauit, & ad Rhodien. fugit, quē magister ordinis Rhodiensis captiuū in Franciam misit, & postea Alexandro papæ sexto obtulit. Ludouicus autem rex Galliarū ad Appuliā cōsequendam per Romā transiens, Zeliabū à domino papa per contractū accepit, & inter cundū ueneno, an fatigatione itineris, incertū est, extinxit. Expugnauit aūt Baisetus nonus rex Turcorū Ciliā & Albū castrū in Moldouia. Modon quoq; insulā & urbē eiusdē nominis, sub Venetis ui & obsidiōe cōquisiuit. Cū Sophi rege Persarū sæpe pugnauit, & quasi semper succubuit. Dū aūt senuisset filius ipsius Selim szabeg, quē nostri homines Selēbeg uocant, imperiū sub eo arripuit, & Baissetus ad insulam in qua nutritus erat, deductus breui occubuit. Decimus rex Turcorū Zelembeg modernus surrepto imperio, fratres suos necauit & extinxit, deinde minax Christianis, præcipue Pannoniæ bellum inferre proposuit. Deus autē omnipotens excelso suo iudicio aduersus eum Sophi regē Persarū cōcitauit, & aliquot prælijs conflictū superare concessit. Tribus aūt Imperatoribus postremo dictis Cōstantinopolis sedes imperij, quondā secunda Roma dicta, domicilium assiduū factum est, ita ut à

aliàs Baiazet

Digitized by Google

circumsitis incolis, præsertim à Sclauis, non Byzantium nec Constantinopolis, sed Czarou dom, id est, domus Cæsaris diceretur, & est Constantinopolis triquetræ figuræ, duobus angulis mari adiacens, tertio cãpos prospectãs, eius ambitus decem & octo milliaria Italica continet, non habet grandia palatia, nisi thermas & scholas philosophantiũ magnifice nouiter structas: tẽplum uero sanctæ Sophiæ, hoc est, sapientiæ dei, qui est Christus uera sophia patris, egregie olim ædificatum, per Mahumetem imperatorem secundum Turcorũ deiectũ est, & stabulum ferarũ factũ. Roma uero Italiæ rotũdæ figuræ, ambitu murorũ triginta duo milliaria continet, ferè duplo ambitu Constantinopolis excedens, & habet septem colles & palatia pretiosa.

De familia Tartarorum Vlanorum siue Precopensium, Caput XVI.

ALtera soboles & genealogia ex Tartaris Zauolhensibus deriuata est Tartarorum Vlanorũ, ab Vlano inuasore insulæ Taurice cognominata. Vlana puella est & uirgo, & quia ulanus de uirgine & puella genitus est sine legitimo thoro, Vlanus nuncupatus est, suisq; posteris in Chersone so Tauricano nomen indidit. Etiã uirgines impregnari & concipere absque uiro apud Machometistas nullum miraculum est, quum apud ipsos hoc sæpius contingat & prædicetur. Est autem Tauricana insula inter paludes Męotidas, longitudinis uiginti quatuor milliarium, latitudinis uero quindecim milliariũ, habet tres ciuitates, Solat, Kirkel, Caffam: & duo castra, Mankup & Azau. Solat Tartari appellant Chrim, & Cæsarem Precopensem, exinde Chrimensem Imperatorem uocant: & ciuitas illa domus exiles habet, & est deserta pro maiori parte. Alia ciuitas minor est Kirkel, & supra eam in rupe alta est castrum ex lignis & argilla factum. In hac rupe, ut fertur draco commorabatur, & trucidabat homines et iumenta, propter quem incolæ fugientes, habitationes propinquas uacuas reliquerunt, et quia Græci et Italici insulam inhabitantes glorioſam dei genitricem Mariam precati sunt, ut eos à dracone liberaret, uiderunt successu temporis candelam ardentem intra rupem: inciderunt ergo & secuerunt gradus ascendendi in rupe, & peruenientes ad candelam ardentem, imaginem sanctissimæ genitricis Mariæ conspexerunt, coram qua lumen arsit, draconemq; desubtus per medium ruptũ iacentem. Egerunt itaque gratias de tam miranda liberatione, & draconem in frusta sectum, proiecerunt extra rupem, & quia incolæ glorificantes beatam uirginem, ad imaginem eius ascendebant uenerantum. Acigeri Cæsar Precopensis contra fratres suos pugnans, exemplo eorum motus, supplicauit beatæ uirgini Mariæ, ut eum adiuuaret, uotum uouens quod uirginem benedictam remuneraret. Nam Mahumetici uenerantur beatam Mariam, profitentes eam uirginem absq; thoro uirili magnum prophetã Iesum benedictum concepisse & peperisse. Quũq; adiutus superaret

raret ſuos æmulos, binos equos quos habuit meliores uendidit, & exinde ce ra empta, maxima duo lumina ſiue candelas fecit, & ante imaginem coram ardere quotannis iuſſit, quod in hanc uſq; diem per ſubſequentes Imperato res continuatur. Tertia ciuitas eſt urbs Theodoſia, nunc Caffa dicta, quam expugnauit ſub Ianuenſibus Mahumetes ſecundus Imperator Turcorum caſtrum uero Mankup, quod eſt uerſus occaſum à Caffa, præfatus Turcus Mahumetes ui accipiēs, binos fratres principes & dominos caſtri Mankup, ut dicitur, reliquias ultimas Gothorum gladio occidit. Azou quoq; caſtrum circa oſtia fluuij Tanais ſitum incaſtellauit, & Turci uſq; nunc tenent. Tar tari uero Vlani ab ingreſſu inſulæ in campeſtribus eius, ut eſt innata cōſue tudo Tartarorū, degunt, & extra inſulam ijdem campeſtria Sarmatiæ Euro pianæ iuxta paludes Mæotidas & mare Ponti uſq; ad Album caſtrū occu pando poſſident. Ingreſſumq; in inſulam ſeu introitū ad occaſum ſol is fece runt aggerem de terra longitudinis unius miliaris, in modū pontis ſternen tes, rude tamen & ſemiplene, ita ut aquæ maris in aliquibus locis aggerem pertranſeāt. Inſula ergo antiquitus Taurica dicebatur: nūc uero Prezekop, quod ſonat foſſatū, quoniā aquæ circumdederunt & eam protegunt, tanq; foſſata aquis plena ciuitates: ſed hæc hactenus. Videamus deinceps genea logiam. Poſt Vlanū in Taurica regnauit Tachtamis Czar, qui unà cū Vi toldo duce Lithuaniæ cōtra fratrem ſuū Temir Cutlu Czar Imperatorē Zā uolheñ. pugnauit, & ſuperatus eſt. Ex Tachtamis Czar filius eius Szidach meth Czar regnare uoluit: ſed Acikerei Czar expulit eum, & ipſemet pro eo regnauit. Szidachmet aūt pro auxilio in Lithuaniā perrexit, & captiuatus per Lithuanos cum uxore & filijs in caſtro Couno incarceratus eſt, ibi cum con iuge & filijs mortuus in diebus Cazimiri tertij regis Poloniæ & magni ducis Lithuaniæ, defuncto Adzigeri Czar: quia ſeptē filios reliquerat, ſenior filius Haider nominatus obtinuit imperiū. Mendligeri uero unus ex præfatis fi lijs ad Imperatorē Turcorū cōfugit, & accepto ſubſidio & uxore à Turco, di ſperſit & eiecit Haider & Iamurci cū alijs fratribus. Hi ad Iuam Vaſilouicz Moſcouiæ ducē fugerūt, qui ſuſcepit eos, & ducatū Coſanēſem eis donauit. Ex Mendligeri Czar nouē filij nati ſunt, primus Mahumet Cerei, alter Ach met Cerei, tertius Machmut Cerei, quartus Berhi Cerei, & eſt ſubmerſus dū prædam ageret per fluuiū in Valachia, anno domini M.D X. Quintus Bur nas Cerei, ſextus Mubarec Cerei, ſeptimus Sadech Cerei, octaui & noni no mina nō teneo. Nunc pro patre ſuo regnat Mahumet Cerei Czar. Et ſcias quod licet Tartari Prezecopenſes magis ciuiles mitioresq; ratiōe auræ ſexti climatis quod inhabitāt deberēt eſſe, tamen nō deſeruerūt priſcā ſuā lupinā rapacitatē & ferinā crudelitatē, ſicut beſtiales qui cāpos & ſyluas inhabitant, & nō ciuitates nec uillas. Inuadūt enim ſingulis annis, uaſtāt & deprædātur Ruſſiam, Lithuaniam, Valachiam, Poloniam, & quandoq; Moſcouiam.

Theodoſia urbs.

De Tar

De Tartaris Kosanensibus,& Tataris Nahaienſibus Caput XVII.

TErtia horda Tartarorum Kosanensium nuncupata est sic à castro Kosan supra flumen Volha circa metas Moscouiæ sito, penes quod commorantur. Et exiuerunt de principali horda omnium Tartarorum uidelicet de Tartaris Czahadaieñ. siue Zauolheñ. sicut & cæteri Tartari omnes. Habet autem prædicta Cosanensis horda quasi duodecim millia pugnatorum in necessitate autem, quando aduocant alios Tartaros, ad triginta millia bellatorum constituunt. Istorum principes, & facta eorum, genealogiaq; non scribuntur, quoniam omagiales sunt ducis Moscouiæ, & pendēt ex arbitrio eius in uiuendo, in bellando, & duces sibi eligendo: idcirco quod de Moscorum principe dicetur, de ipsis poterit accipi & adaptari. Quarta horda recēs & noua, ultimo ex Tartaris Zauolhensibus orta est Occassorum siue Tartarorum Nahaieñ. Nam postquam Occass insignis seruus & miles magni Cham, habens triginta filios, occisus est: filij secesserunt à capitali horda Zauolheñ. & iuxta castrum Sarai degere cœperunt ante hunc annum Christi, milleſimum quingentesimum decimum septimum, circiter septuaginta annos, uel paulo minus, subitoq; in immensum creuerunt, intantum, ut hac tempestate numerosissima & maxima surrexerit horda ipsorum. Isti sunt septentrionaliores & frigidiores omnium Tartarorū, Moscouiæ à parte orientali adiacentes, & sepenumero eā inuadentes atq; spoliantes. Dominantur inter eos filij & nepotes Occass. Non habent pecuniam nec monetam, sed res pro rebus uendunt, puta pro seruis, pro filijs, pro pecoribus & iumentis.

MATHIAE A' MICHOV DE SARMATIA EVROPEA LIBER SECVNDVS.

De Russia, de tractibus eius, & abundantia, & contentis in ea, Caput I.

POST QVAM diximus de Sarmatia Asiæ, quæ Scythia uocitatur, restat dicere de Sarmatia Europea, & in ea primum occurrit Russia, olim Roxolania dicta. Latus eius orientale adiacet flumini Tanai, et paludibus Mæotidis, secernētibus Asiam et Europam. Priscis autem seculis Alani habitarunt ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridiem Roxolani. Hæ autem gentes in toto deletæ perierū t, campiq; latissime patentes spectant deserti, solis feris et Cosacis seu prædonibus peruij, prout supra dictū est. Post hos supersunt reliquiæ Circassorum uersus meridiem, et sunt gentes ferocissimæ et bellicosissimæ, genere et lingua Ruteni. Deinde est castrum

Digitized by Google

strum Oczarcou nuncupatum, quod Imperator Tartarorum Prezecopen/sium extruxit, in dominio Lithuanorum, & post quasi duobus milliarijs ab Oczarcou in meridiem sequitur Dzassou, & fuit castrum quod ante tempora nostra demolitū est: à Dzassou in Byaligrod quod Turci occuparūt, sunt sex miliaria. Sequitur Podolia ad occasum, Moldauiæ & Valachiæ confinia ad meridiem, ad orientem uero campis Tartarorum & Tauricæ insulæ: hæc est terrarū fertilissima, cererisq; & mellis feracissima. Nam agro rudè culto & parum inuerso atq; exarato, frumentoq; superseminato, tribus annis sponte frumentū germinat, ita tamen, quod colligendo tēpore messis segetem, aliquid piā granorū permittatur in terrā decidere ad surgendū ex eis frumentū in anno sequenti, sine cultura & sine agri aratura. Gramen quoq; & pascua tā cito ac uberrime fundit & prodit, ut pertica in tribus diebus super crescendo cōtegat, et aratrū in locis graminosis derelictū in paulo pluribus diebus, graminibus sepiat et cooperiat. Examina uero apum nō solum in mellificijs et arboribus cauatis mellificant, uerū in ripis et terra spōte mella reponunt. Cōtingitq; sæpenumero, ut examina apum superuenientia, et priores apes exterminantia, ruricolæ aduolātia agmina apum trucident aut in aquis mergant, ut quæ præfuerunt, hæreditarie mellificarent et manerēt. Postea ad montes Sarmaticos habitat genus Rutenorū, quibus præsident nobiles Polonorum. In Kolomya, in Zidazou, in Sniatin, in Aoatin, in Busco etc. Sub eisdem montibus sunt tractus Halicienses, olim Gallicia dictus, & Prezemissien. & inter montes Sarmaticos tractus Sanocensis. In medium Russiæ tenendo est Leopolienſis terra, et urbs in ea bene munita eodem nomine nuncupata, habens duo castra, superū et inferū, et est metropolis Russiæ. In Septentrionem sunt tractus Chelmenſis et Belzenſis, terra'que in medio iacens. Clauditur autem Russia à meridie Sarmaticis montibus, et flumine Tyras, quem incolę Nieſtr appellant. Ab oriente finitur Tanai, et Mæotidibus Tauricaq; insula. A' Septentrione Lithuania, ab occasu uero Polonia. Ex Moscouia autem aduenit Borysthenes, ab incolis Dienpr nuncupatus famosus fluuius, per Lithuaniam et Russiam currens, et sub Smolensco et sub Kiou labens, in hunc ab occasu circa Chmyelnik oppidū consurgens, Boh nō exiguus fluuius illabitur: et quū mensus esset Borysthenes, quasi trecenta milliaria Germanica, in mare Ponti cadit. Amplius terra Russiæ quū sit fertilis, abundat melle et medone, potu ex melle facto, adducitur et uinum ex Pannonia, et uinum ex Moldauia atque Valachia, quibus adiacet: sed et uinum Græcū ex Græcia, et est forte: etiam ceruisiam ad nutum habet. Abundat equis bobus, et ouium gregibus, abundat cera in maxima copia, abundat pellibus mardarum, sciſmorum, uulpium et boū. Abundat fluminibus quibus irrigat', et aquis piſculentis, ita ut ubi aqua inuenit', et pisces in ipsa reperiātur: nō impiſcant' stagna et piſcinæ Russorū, sed ubicunq; aquæ

aquæ reperiuntur, illic & pisces de rore cœli, ut aiunt, demittuntur, absq; hominum cura & impiscatione: sunt que in tractu Leopolienſi lucei magni & laudabiles, & in petras tãquam in laminas diuisibiles. Abundat Russia calamo aromatico in terris uersus Tanaim & paludes Mæotidas. Item reupontico in eisdem terris & in Lithuania, sic & pluribus herbis ac radicibus alibi non uisis. Abũdat tota terra Russiæ granis tinctorum quæ copiosissime excrescũt: & quum priscis temporibus ad Ienuam & Florentiam urbes Italicas importarentur, nunc uix aliquid de eisdem colligitur. ferecq; in toto frustrata & non collecta pereunt. In tractu Chelmenſi rami pini arboris desecti, & in terra iacentes, in anno aut in duobus in saxa & silices uertuntur: est que ibi creta seu terra alba in copia quæ ad nos ducitur. Est & sal quod in lacu Kaczibeio temporibus siccis colligitur, & quia prope est Oczarkou castrum Tartarorum, intercipiuntur & capiuntur interdũ per Tartaros ductores salis unà cum plaustris ducentis quandoq; & trecentis. In terra quoq; Prænemisſienſi & in Drohobiz sal coctum & in bolas ac portiones collectũ reponitur. Præterea in Russia sunt plures sectæ, est enim religio Christiana Romano pontifici subiecta, & illa regit, & prævalet, quanquã sit exigua numero. Est altera secta Rutenorum amplior, quæ ritũ Græcorum insectatur, totã Russiam adimplens. Est tertia secta Iudæorũ nõ usurariorum uelut fit in terris Christianorum, sed laboratorũ agricolarum & mercatorũ magnorũ, præsidentq; ut sæpe teloneis & exactionibus publicis. Est quarta secta Armenorum, præcipue in ciuitate Kamyenyecenſi & Leopolienſi. Hi sunt mercatores peritissimi, ad Caffam, Constantinopolim, ad Alexandriam Aegypti, ad Alkairam & partes Indiæ penetrantes & merces afferentes Ruteni habitu & ecclesiasticis officijs Græcos insequũtur, habẽtq; proprias literas, & abecedarium instar & proximũ Græcis. Hebræi similiter Hebræorũ literis utuntur & disciplinis, uerumetiã artes liberales, astronomiam & medicinã perscrutantur, Armeni suo ritu gaudẽt & literis. Inter sanctos colunt plus Taddæũ apostolum, asserentes quod eos conuerterit, & fidem Christi docuerit. Deinde & Bartholomæum sanctũ dei apostolum uenerãtur, per quem multos articulos, ut asserũt de fide acceperunt: habent magnifica & plurimum decora ecclesiastica apparamenta, planetas & ornatus non scissos, sed omniqua que rotundos, libros, calices, & cæterã Christianorũ ueteranorũ splendidam supellectilẽ. Quo aũt ad spirituales præsides & pastores, Christianorũ archipræsul est Leopolieñ. Metropolitanus Russorum & Lithuanorũ, habẽs sub sua ditione Kiouieñ. Kamyenyeceñ. Prænemilieñ. Chelmeñ. Lucerieñ. & Mednieñ. episcopos. Rutenorũ uero metropolitanus est Kiouieñ. quæ olim metropolis Russiæ fuit: habet subiectos Vladicas, & episcopos de ritu Græco in Moldauia & Valachia usq; ad flumẽ Histri seu Danubij, unũ in Russia Chelmenſem, alterũ in dominio Lithuanorũ Vladimirienſem siue Brẽsteñ. tertium

Russitarum religio.

Digitized by Google

ſten. tertiũ Pinſci ſeu Murouuſci, quartũ Poloceñ. quintum Luceñ. ſextum Smolenſem, & paſſim omnes alios Vladicas ac epiſcopos in terris Moſcorũ & in Septentrionẽ de iuriſditione Moſcorum protenſorum. Iſidorus metropolitanus olim kiouieñ. lingua & doctrina Græcus peritiſſimus, tempore Eugenij papæ quarti ad conciliũ Florentinũ in centũ equis iuerat, & unione eccleſiæ Romanæ percepta in Ruſſiam redierat: hũc Moſcouitæ obedientiam Romanã eis prædicantẽ ſpoliauerunt, & in necem extremã impulerunt. Sequuntur Ruteni doctores & theologos Græcorũ, præcipue Baſiliũ magnũ, Gregorium Nazanzenũ, & Ioannẽ Chryſoſtomũ. Gregoriũ Nazanzenũ eorum ſermone Bogoſlou nuncupant, quod in latino ſonat, laudans deum. Acceptant & noſtrum ſanctum Gregorium papam Romanum, præcipue in libris moralium, quem tranſlatum legũt, & lingua eorũ Byeſſednic, quod ualet concionantẽ, perſuadentẽ uel prædicantem, uocant. In eccleſijs Rutenorum lingua Seruiorũ quę eſt Schauonica, diuina celebrant, legunt & cantãt. In eccleſijs Armenorum ſermone Armeno. In ſynagogis Iudæorum lingua Hebræa orant. Chriſtiani autẽ ritu Romano latino ſermone cantant, orant & legũt. Et ſcias quod in fluminibus Ruſſiæ & Lithuaniæ, præcepue in Boriſthene & Boh, tempore æſtatis multiplicant ephimeræ, & ſunt uermes & uolatilia alata, quaternis, interdum ſenis alis oriuntur & generant, mane currũt ſuper aquas, & uolant ſuper ripas circa meridiem: in occaſu autẽ ſolis extinguuntur. De his loquitur Ariſtoteles primo de hiſtorijs animaliũ & in Problematibus: & medici de febre ephimera.

De Lithuania & Samagithia Caput II.

MAgnus ducatus Lithuaniæ eſt regio latiſſima, in ea ſunt plures duces Lithuaniæ & Ruſſiæ: unus autem præſes & monarcha, cui cæteri omnes ſubſunt, magnus dux Lithuanię uulgo nuncupatus. Aiunt aũt uetuſtiores & antiquitatum relatores, quod quidam Italici propter Romanorum diſſenſiones deſerentes Italiam ingreſſi ſunt terras Lithuaniæ, & nomen patrię Italia, genti uero Itali indiderunt: quæ per paſtores terra Litalia & gens Litali, litera præpoſita cœpit nuncupari. Ruteni autem & Poloni eorum uicini maiorem immutationẽ faciẽtes, uſq; in hodiernã diem terram Lithuaniam, gentes uero Lithuanos appellant. Hi primum condiderunt oppidũ Vilno, eleuationis poli quinquaginta ſeptem graduũ, & ex nomine ducis Vilij, quo cum illas regiones ingreſſi ſunt, Vilno uocauerunt, fluminibus quoque circa ipſum fluentibus Vilia & Vilna ex eiuſdem ducis nomine indiderunt nomina. Samagithiam autẽ de ſuo ſermone ſic nominarũt, quod lingua eorum, terra inferior ſonat. Aliqui aũt ignari hiſtoriæ, à lituo quod eſt cornu, & tuba uenatorũ, eo quod regio illa plures uenationes exerceat, Lithuaniam appellari uoluerunt, quod ad effectũ, non ad hiſtoriæ originẽ ſpectat. Hæc gens Lithuanorũ annis ſuperioribus adeo obſcura, contempta, & uilis apud Ru- *Litalia*

Digitized by Google

tenos fuit, ut principes Ciouien. ab ea sola perizomata & subera ob egestatem & soli natiui sterilitatē in signum tantummodo subiectionis exigerent: donec Vithenen dux Lithuanorum rebellionem primum contra Rutenos inducens, & seipsum ducem inter populares cōstituens, astu principes Russiæ aggressus cōflixit, sensimq; adeo creuit uiribus, ut iugo principibus Russiæ iniecto, etiam in tributa eos redigeret sibi pendenda, quæ per plures ætates Rutenis ipse penderat. Posteriq; duci Vithenen succedentes furtiuis lupinis & subitis incursionibus finitimas gētes Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ & Poloniæ inuadebant & diripiebant: donec fratres cruciferi Theutonici ordinis beatæ Mariæ per Conradū ducem Mazouiæ aduocati, & in auxiliū assumpti, Prussia ui & cōtinuis armis cōquisita, Samagitas & Lithuanos aggressi, debellare, captiuare, & opprimere plutibus oppugnationibus cœperūt, tam diu donec ad Olgerdū & Ceystutū duces Lithuaniæ successiue peruenerūt. Fuit autem Olgerdus magnus dux Lithuaniæ, cuius filius erat Iagello, postea baptizatus, & Vladislaus nominatus, in regem Poloniæ coronatus. Frater autem ipsius Olgerdi fuit Ceystuth, maximus expugnator & persequutor Christianorū, qui inter pugnandum cum cruciferis Theutonicis in Prussia ter captus, terq; astu & mira euasione contra uoluntatem cruciferorum liberatus è uinculis fugerat. Huius Ceystuth filius fuerat Vitaudus seu Vitoldus macte uirtutis princeps, Iagello autē qui postea et Vladislaus, sub treugis pacis captiuando Ceystuth, et filium eius Vitaudum, Ceyuth in carcere occidit, Vitaudum uero in uincula coniecit. Tandem à cruciferis et Christianorum exercitibus sæpenumero Iagello pressus, deo miserante ad Polonos declinauit, fideq; Christiana cū fratribus suis, quos octo in uumero habuit, unda baptismatis ablutus, et in regē Poloniæ coronatus, Heduigim filiam Ludouici Hungariæ et Poloniæ regis illustrissimam ac speciosissimā in consortem accepit, anno Christi millesimo tricentesimo octuagesimo sexto, die Iouis, quartadecima mensis Februarij, quæ fuit sancti Valentini. Cœpitq; præfatus rex Vladislaus secundum promissa uigilare et instare, ut gentem Lithuanicam à tenebris erroris ac idololatria expurgaret, assumptis quoq; ue secū Bodzanta archiepiscopo Gneznensi, et pluribus uiris ecclesiasticis atq; religiosis. Item regina Heduigi, Semouito et Ioanna Mazouiæ, Conrado Olesnicēsi ducibus, et cōplurimis baronibus, anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo septimo, in Lithuaniam intrauit, et baptisma suscipere Lithuanos procurauit. Colebant autem ab origine Lithuani numina, ignē, syluas, aspides et serpentes: ignem qui per sacerdotē lingua eorū zincz nuncupatum, subiectis lignis adolebatur: syluas autem et lucos sacrosanctos et habitacula deorum putabant: aspides uero atq; serpentes in singulis domibus uelut deos penates nutriebant et uenerabantur. Rex itaque Vladislaus ignem sacrū putatū in ciuitate Vilnensi, barbaris inspectantibus, extingui,

templum

Digitized by Google

templū & aram in quibus fiebat hostiarum immolatio dirumpi, syluas uero succidi & confringi, serpētes quoq; necari præcepit, barbaris flentibus deorū suorum falsorū exterminium, contra regem autē nec mussitare audentibus, mirantibus quoq; quod Poloni sacrorum uiolatores ignis syluarū & serpentium intacti illæsiq; à dijs eorum, secus quàm ipsimet quoties uiolabant, fuerunt. Exterminatis itaq; idolis, gens Lithuanorum per aliquot dies de articulis fidei & oratione dominica per sacerdotes Polonos, magis tamen per regē Vladislaum, qui linguam gentis nouerat edoccbatur, et sacra baptismatis unda renascebatur: largiente pio rege Vladislao singulis ex populatium numero post susceptū baptisma, ex panno de Polonia adducto nouas uestes: qua prouida liberalitate effecit, ut natio illa rudis & pannosa, lineis in eā diē contenta, fama huiusmodi liberalitatis uulgara, pro consequendis laneis caterualim ad suscipiendum baptisma ex omni regione accurreret: & quoniā labor erat immensus unumquemq; credentium baptizare singillatim, mandante rege multitudo sequestrabat in turmas & cuneos, & uniuersis de qualibet turmarum benedicta aqua sufficienter consperſis, cuilibet turmæ & uniuersis qui in ea constiterant, nomen usitatum Petrus, secundæ Paulus, tertiæ Ioannes etc, fœminis per turmas diuisis, Catherina, Margareta &c. iuxta numerum turmarum imponebatur. Militaribus tamen spiritualis impendebatur baptismus. Fundauit insuper rex Vladislaus in Vilna ecclesiam cathedralem sub titulo sancti Stanislai patroni Polonorum, principalemq; aram in loco ubi ignis qui falso perpetuus credebatur, constituit, ut error gentilis fieret cunctis patentior. Constituit etiam in eadē ecclesia Vilnensi episcopū uirum spectatę uirtutis Andream Vazilo, natione Polonū, genere nobilem, de domo accipitrum, professione fratrem ordinis minorū, olim Elizabet reginæ Hungariæ confessorem & prædicatorem insignem episcopū Cereteñ. Eodem quoq; Vladislao rege instante, Samagithia fidem Christi & baptisma suscepit. Ad cognoscendam autem naturā prouinciæ & gentis illius, animaduerte quod regio Samagithia est Septentrionalis & gelida, Lithuaniæ, Liuoniæ & Prussiæ contermina, syluis, collibus & fluminibus circumsepta, in hos tractus distincta, scilicet, Iragola, Myednici, Chrosse, Rosena, Viduki, Vyelunya, Celthini, Czethra, gentes regionis proceræ & altæ staturæ, agrestes & incultæ, pauco & castigato uictu uiuentes, sitim aqua sedare solitæ, raro ceruisia aut Medone: auri, argenti, æris, ferri, uini illa tempestate expertes & ignaræ: apud quos licitum erat uni uiro plures habere uxores, & patre mortuo nouercam, fratreq; glotem in uxorē accipere: nullus illic stubarum, nullus ædificiorum nobilium, sed tantummodo tugurij unius usus, uentrē distentum & porrectum, extrema uero habens coarta, ex ligno & culmo structura largius ab imo sensim operis incremento ędificium in arctius cogitur, in carinæ seu galeæ maximæ similitudinem elaborata, in cacumine fenestra una

Sarmagithiæ situs

Digitized by Google

ſtra una ſuperne lumen reddens, ſubter quam focus & cibos parabiles coquens, & frigus quo regio pro maiori anni parte conſtricta eſt repellens, in ea domo ſe, uxores, pignora, ſeruos, ancillas, pecus, armentum, frumentũ, & omnem ſupellectilem condunt, gens ad diuinationes & auguria procliuis. Præcipuum numen Samagitticum erat ignis, quem ſacroſanctum & perpetuum putabãt, qui in montis altiſſimi iugo ſuper fluuium Neuyaſza ſito aſſidua lignorum appoſitione à ſacrorum ſacerdote alebatur. Accedens itaq; Vladiſlaus rex turrim in qua cõſiſtebat incendit, & ignẽ diſiecit & extinxit. Succidit deinde per milites ſuos Polonicos ſyluas, quas non ſecus quàm ſanctas & deorum habitacula Samagittæ iuxta illud poëticum, Habitarũt dĩj quoq; ſyluas, uenerabãtur, in eam caliginem mentis prolapſi, quod, & ſyluæ præfatæ & aues, feræq; in illis cõſiſtentes ſanctæ forent, & quicquid in illas ingrederetur, ut ſanctum deberet cenſeri, uiolanti quoq; nemus, feras uel alites, manus aut pedes dæmonum arte curuabantur. Maxima itaque barbaros tenebat admiratio, quod Polonorum milites nemus ritu eorum exci-dentes, nulla læſio qualem ipſi in ſe frequentius experti erant ſequeretur.

Mortuorũ parentationes

Habebãt prætera in ſyluis præfatis focos, in familias & domos diſtinctos, in quibus omnibus charorum & familiarium cadauera cum equis, ſellis & ueſtimentis potioribus incendebant: locabant etiam ad focos huiuſmodi ex ſubere facta ſedilia, in quibus eſcas ex paſta in caſei modum præparatas deponebant, medonemq; focis infundebãt, ea credulitate illuſi, quod mortuorum ſuorum animæ, quorum illic combuſta fuerant corpora nocte uenirẽt, eſcaq; ſe exſatiarent. Inſuper prima Octobris die, maxima per Samagittas in ſyluis præfatis celebritas agebatur, & ex omni regione uniuerſus utriuſq; ſexus comuèniens illuc populus, cibos & potus quilibet iuxta ſuæ conditionis qualificationem deferebat, quibus aliquot diebus epulati dĩjs ſuis falſis præcipue deo lingua eorum appellato Perkuno, id eſt tonitru, ad focos quiſque ſuos offerebat libamina. Rex itaque Vladiſlaus primum eos pater noſter, deinde ſymbolum docuit, quoniam nullus ſacerdotum linguam Samagitticã nouerat, et undis baptiſmatis ablui iuſſit. Vuns autem ex maioribus Samagittarum pro omnibus reſpondit. Ex quo, inquit, ſereniſſime rex, dĩj noſtri ueluti inertes & languidi à deo Polonorum deleti ſunt, deos noſtros & ſacra eorum deſerimus, & deo tuo atq; Polonorum fortiori adhæremus, ſicq; baptizati ſunt. Rex autem in Myedniki cathedralem eccleſiam ſub honore & titulo ſanctorum martyrum Alexandri Theodori & Euancij, in alijs autem locis eccleſias parochiales fundauit, & illis dotem ſufficientem conſignauit & inſcripſit. Mednicenſis eccleſiæ primus epiſcopus Mathias origine Almanus, in Vilna tamen natus, eo quod linguam Lithuanicam & Samagitticam norat præfectus eſt & conſecratus. Contigit autẽ in prima plantatione, dum Samagittæ per magiſtrum Nicolaum Vazic, fratrẽ ordinis prædicatorum

dicatorum regium prædicatorem per interpretem instruerentur de fide, creatione mundi, & lapsu primi hominis Adæ, unus Samagittharũ sufferre sermonẽ prædicantis nõ ualens in hæc uerba prorumpit, Mentitur, inquit, illustrissime rex iste sacerdos, asserit mundũ creatum esse, quũ sit homo non longæuæ ætatis, sunt etenim inter nos plures annorum numero seniores eo, centenarium numerum supergressi, qui creationẽ nullam recordantur: sed solẽ et lunam, cæteraq; sydera semper eisdem motibus luxisse referunt. Rex autẽ Vladislaus iubens eũ silere, declarauit magistrũ Vazik creationẽ mũdi non asseruisse in diebus suis incepisse, sed lõge ante, puta ante sex millia annorũ, et paulo plus, ordinatione diuina proueniisse. Cõtulit autem rex Vladislaus magnum ducatũ Lithuaniæ et Samagitthiæ Alexandro Vitoldo fratri suo patrueli: is quia acer & animosus erat pugnando, adiecit Lithuaniæ ducatũ Pskou, quem Plescouiam appellant. Deinde alterũ ducatũ Nouogrodieñ. qui Nugardia agnominatur. Tertium ducatum Smolnensem suo dominio apposuit. Factaq; in circuitu pace, in orientem penetrauit, et incidens in hordam Tartarorũ multitudinẽ eorum, in Lithuaniam appulit, ac in certo territorio Lithuaniæ locauit, usque in hanc diem permanentem. Congestoq; fortiori exercitu, iterum in Tartariam perrexit, et superatis fluminibus, in planiciem diffuse porrectam circa flumen Vorzscla, quartadecima die Augusti peruenit. Ibi occurrente ei Imperatore Zauolhensi Temir kutlu, quem scriptores Temerlanem nuncupant, cum infinita ac innumerabili Tartarorum multitudine, de treugis & pace utrinq; tractabant, concordia tamen nequaquam à Tartaris acceptabatur. Vitoldus igitur à suis persuasus cum custodibus corporis sui retrorsum abijt, & in Lithuaniam fugitiue redijt: exercitus uero ipsius ab infinita multitudine Tartarorum obrutus, in toto deletus est. Præterea Sigismundus rex Romanorũ iaciendo inter Vitoldum & Vladislaum fratrem eius regem Poloniæ fomitem discordiarũ, coronam Vitoldo promisit, & in regem Lithuanorum sublimari persuasit: uerũ quũ afferret corona per loca tutiora Marchiæ & Prussiæ, nobiles maioris Poloniæ sese opposuerunt, & cum exploratoribus in custodia permanendo, in loco qui Turzagora uocat, legatos Imperatoris Romanorũ opperiebantur & expectarunt. Illi uero rem infectam cognoscentes, terrore perculsi retrocesserunt, Vitoldus autem de hoc certior factus prę tristitia ab anthrace inter scapulas orto, uitã cum principatu finiuit, anno domini millesimo quadringẽtesimo trigesimo. Post mortẽ Vltoldi Vladislaus Iagello rex Poloniæ Suitrigellum fratrem suum in ducem Lithuaniæ anulo suo inuestiuit & substituit: qui immemor beneficij, cõtra Vladislaum Iagellonem tumultuauit & bella gessit, propter quod rex Vladislaus principi Sigismundo de Starodup suggessit, cõmisitq;, ut ducatum Lithuaniæ sub Suitrigello surriperet. Apparente igit comete exili supra illum ducatũ, dux Sigismundus de Starodup Suitrigellũ

Digitized by Google

expulit, & ducatum magnum Lithuaniæ possedit. Hunc Sigismundus Iuan dux Czarthoriensis, genere & secta Rutenus post aliquot dies occidit. Ingrediebatur siquidem ex consuetudine ursa ad tabernaculum ducis Sigismūdi. Ruteni itaq; more ursæ ostium tabernaculi fricabant & mouebant: quo audito dux Sigismundus ursam aduenisse putando, ostia aperuit, & à Rutenis uulneribus concisus occubuit. Æneas de Picolominibus scripsit, nō hūc Sigismundū, sed Vitoldum sicut præmissum est, per suos in forma ursæ delusum interfectum. Sed inscijs relatoribus credidit, & erronee scripsit, quemadmodū simili errore ductus, plurima de Lithuanis, plurima & de Polonis conficta literis tradidit. Posteriq; historiographi errantem erronee sequentes, ipsius Æneæ absurditates & loca atq; mores illarum nationum nunquā uisa, aliter quàm fuerunt, & quàm sunt, tanq; uera literis demandare nō erubuerunt, quum experientia præteritorum atque præsentium ipsum & ipsos inexpertos & aliter quàm res habeat scribentes redarguat. Successit duci Sigismūdo de Starodup, Kazimirus Vladislai Iagellonis tertius natus in magno ducatu Lithuaniæ, quē ferè quinquaginta annis gubernauit, sub cuius extremis & ultimis annis Iuan dux Moscorum auulsit, & sibi appropriauit ducatum Nouogrodiensem, aliâs Nugardiam seu Nouogrodiam nuncupatū. Post Kazimirum in Lithuania dominatus est Alexander filius eius quartogenitus, cuius temporibus præfatus Iuan dux Moscorum principatū Mozaiensem, longitudinis septuaginta, latitudinis totidem milliarium, & castra quadraginta subripuit. Alexandro uita functo, Sigismundus modernus in magno ducatu Lithuaniæ suffectus est sub cuius dominio Vassilo Moscouiæ dux & principatum Pleskon, quem Pleskouiam appellant, & ducatū Smolnensem expugnauit & possedit.

De amplitudine & contentis magni ducatus Lithuaniæ, Caput LII.

AMplitudo magni ducatus Lithuaniæ est talis. A' mari Balteo seu Prutenico ad Vilnam capitalem ciuitatem Lithuaniæ sexaginta milliaria, à Riga uero ad Vilnam recto itinere septuaginta milliaria: eundo uero super Poloczko ut cōmuniter uadunt, erunt à Riga in Vilnam centum milliaria. Deinde à Vilna in Kiou sunt centum milliaria. A' Kiou usq; ad cōfluentiā, ubi iunguntur fluuij Dinepr & Boh, quos Græci Borysthenem, maiorem & minorem appellant, sunt decem dietæ, quæ faciunt septuaginta milliaria, ibi steterat castrum Dzassou, quod destructum est, & ibi est finis dominij Lithuanorum, quum prius protendebatur ad Byaligrod, quod latini Album castrum nuncupant, & ipsum Turci expugnarunt & possident: circumcirca uero Tartari in campis degūt: Ista est computatio uersus meridiē, quinimo uerius dicam inter orientē & meridiem. Iterum ex transuerso computando, à Patzou & metis Lithuaniæ in Vilnam sunt octuaginta milliaria: sed à Cra-

couia

Digitized by Google

couia per eandem uiã uſq; in Vilnã ſunt centũ & uiginti milliaria. A' Vilna in Smolenſko centũ milliaria, à Smolenſko in Moſcuuã ciuitatẽ Moſcorũ centum milliaria, & ſunt millaria Germanica magna. Prima autẽ & capitalis ciuitas in Lithuania eſt Vilna, eſt tanta quanta Cracouia cum Kazimiria Clepardia, & omnibus ſuburbijs: uerum domus nõ ſunt cohærentes ſicut in noſtris ciuitatibus, ſed ut ſæpe mediant horti & pomaria: habet Vilna bina caſtra murata, ſuperum in mõte & inferum in baſſo. Nouigrod uero, quam Latini Nugardiã uel Nouogardiã uocant, fuit de poſſeſſione magni ducatus Lithuaniæ, per ducem Vitoldum armis conquiſita, & eſt Nouigrod in amplitudine paulo maior quàm Roma, quia Roma in ambitu continet triginta duo milliaria Italica, quæ faciunt ſex milliaria Germanica, & duo milliaria Italica ſuperſunt. Nouigrod autem cõtinet integra ſeptem milliaria, aliàs trigintaquinq; milliaria Italica. Item Nouigrod lignea habet ędificia, Roma uero murata. Diſtat Nouigrod à mari Balteo duobus uel quaſi tribus milliarijs. Et fuerunt, adhucq; ſunt in ea ditiſſimi mercatores: intantũ quod apud quemlibet mercatorem iuxta refectorium eſt Crancz, id eſt reſeruaculum loco teſtudinis, in quod argentum, aurum & res pretioſæ conquiſitæ proijciebantur abſq; numero, Vnde Iuan, quod ſonat Ioannes princeps Moſcorũ anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimonono, ſurripiẽdo Nouigrod de manibus Kazimiri magni ducis Lithuaniæ, huiuscemodi theſauros Nouogrodieñ. exhauſit, & trecentos currus ad ſummum implendo, duutaxat de auro, argẽto & unionibus pretioſis, in Moſcouiam abduxit. Et quia in eadem Nouigrod pernicioſa conſuetudo inoleuerat ſicariorum & raptorũ, ſæpeq; aliquo reo inuento uel deſignato pulſabatur campana prætorij, ubi centum ſenatores tanquam iudices ſedebant, omnes more illius patriæ barbam protenſam nutrientes: uulgus autem audito ſono campanæ, concurrebat de tota ciuitate, ita quod quilibet hoſpes duos acciperet lapides in brachio, & filij hoſpitum ſimiliter. Quumq; reus per ſenatores cõdemnaretur, lapidibus adſtantes obtruebant & interficiebãt eum, tumultuoſeq; ad domum condemnati currẽtes diripiebant omnia bona occiſi, & area domus poſtea uendebatur, & pecunia exinde pro Republica confiſcabatur. Idcirco Iuan dux Moſcorum præfatus apprehenſa & poſſeſſa Nouigrod in quinq; famoſioribus plateis quinque capitaneos cum armigeris conſtituit ad ſedandum & prohibendum ſolitos tumultus, inuaſiones & ſpolia. Eſt in Nouigrod caſtrum Deczen nuncupatum, in eo principalis eccleſia eſt ſancti Sophiæ, id eſt, ſaluatoris, & eſt tecta aureis laminis ſplendeſcentibus, ſuntq; in eadem Nouigrod ſeptem monaſteria Zirnkorũ, id eſt, nigrorũ monachorũ de regula ſancti Baſilij, & diſtant à ſeinuicem ferè uel propè per medium milliare. In primo monaſterio B. Mariæ uirginis ſunt mille monachi, in altero ſancti Georgij ſeptingenti, in tertio ſexingenti, in quarto quadtingnti: ſic

Vilna metropolis Lithuaniæ

Nugardiæ gnitudo

Digitized by Google

consequenter in alijs monasterijs. Sunt & ecclesiæ sanctorum plurimæ, & solius sancti Nicolai, quem Ruteni inter alios sanctos plus colunt: ecclesię sunt tot, quot sunt dies in anno. Habet eleuatioue poli Nouigrod sexaginta sex graduum, & in æstate circa solstitiũ æstiuale post occasum solis apparet lux cœli usq; in ortum solis, ut artifices, sartores, sutores, & cæteri mechanici suere & laborare possint. Post Nugardiam ad Septentrionem est Suetia & Filandia usque in oceanum Septentrionis. Pskou urbs nobilis murata & magna, minor tamen quàm Nouigrod, adiacet Moscouiæ et Lithuaniæ, hanc Latini Plescouiam appellant, inhabitatores ipsius omnes sunt lingua et ritu Ruteni, barbam non radunt, et crines capitis non tondent, habitum uero in toto deferunt Almannicum. Habet terra Plescouiæ triginta castra murata, et sunt uersus Liuoniam, et non sunt tam bona castra in Moscouia, neque in Lithuania. Tota autem terra Plescouiæ sexaginta milliaria in longitudine, et quadraginta in latitudine cõtinet. Vassilo modernus princeps Moscouiæ per compositionem et tradimentum seniorũ adeptus est, et possidet Pskou, deposuitq; campanam, ad cuius pulsum tota ciuitas confluebat, et iniurantes opprimebat. Contra pactum quoque et promissa sua abegit Vladicam, id est, episcopum loci, et plures nobiles ac ciues Plescouiæ, et locauit in ciuitate Moscua, et alijs locis Moscouiæ. Deinceps uersus orientẽ est Poloczko castrum et ciuitas magna, et pertinet ad ducatum Smoleñ. possidet eam magnus dux Lithuaniæ. Post hanc ad orientem est Smolensco castrum et ciuitas ex roboribus structa, et fossis profundis munita, ipsa autem terra seu ducatus Smolensco cõtinet in longum sexaginta aut septuaginta milliaria Germanica. Præterea linguagium Lithuanicum est quadripartitum, primum linguagium est Iaczuingorum, ut horum qui circa castrum Drohicin inhabitarunt, & pauci supersunt. Alterum est Lithuanorum & Samagittharum, Tertium Prutenicum. Quartum in Lothua seu Lothihola, id est, Liuonia, circa fluuium Dzuina, & Rigam ciuitatem. Et horum quanquam eadem sit lingua, unus tamen non plene alterum intelligit, nisi cursiuus & qui uagatus est per illas terras. Habuit hoc linguagiũ quadripartitũ tempore idololatriæ pontificem maximũ unum, quẽ Criue appellabant, morantẽ in ciuitate Romoue à Roma dicta, quoniã hoc linguagiũ de Italia iactat sese adueniſſe, & habet nõnulla uocabula Italica in suo sermone. De isto Criue & ciuitate Romoue in legenda sancti Adelberti pontificis & martyris legit. Et scias quod in Prussia iam pauci proferunt Prutenicum, subintrauit siquidem lingua Polonorum & Almannorum: sic & in Lothua pauci uillani profitentur hanc linguam, quia subintrauit Almannicum. In Samagitthia autem, quę est longitudinis quinquaginta millariorum, & in Lithuania, quæ in longum triginta milliaria continet, in uills Lithuauicum loquuntur, & in magna parte Polonicum profitentur: nam & sermone Polonico sacerdotes eis prædicant in

Plescouia

Lingua Lithuanorum

ecclesijs,

Digitized by Google

ecclesijs, insuper scito quod hoc linguagiũ quadripartitum totum est de obedientia & fide Romanæ ecclesiæ, in alijs autem prouincijs circumiacentibus, ut in Nouigrod, in Plescouia, in Polocko, in Smolensco, & in meridiẽ usque post Kiou Ruteni sunt omnes, & Rutenicum seu Sclauonicum loquuntur, ritumq; Græcorum obseruant, & obedientiã Constantinopolitano patriarchæ præstant. Amplius sunt in ducatu Lithuaniæ Tartari circum Vilnam, & habent proprias uillas: colunt agros more nostro, laborant & uehunt merces, ad mandatumq; magni ducis Lithuaniæ omnes ad bellũ assurgunt, loquuntur Tartaricũ & colunt Mahumetẽ, quia Saracenorũ sectã profitentur. Insuper sunt Hebræi in Lithuania, præsertim in ciuitate Troki, hi labotãt & mercantur thelonea & officia publica tenent, de usurisq; nõ uiuũt, post hoc de fluminibus dicamus. A parte orientali dominiũ Lithuanorũ terminant fluuij, Oscol, Iugra Donyecz, id est paruus Don, & est paruus Tanais, hi & plurimi alij in Tanaim decurrũt. Item ex dominio Lithuanorũ post castrũ Vesnya, quod dux Moscouiæ Modernus Vassilo occupauit, ortus est Dinepr, seu Boristhenes ex terra plana lutosa, ex stagnis in dẽsis syluis, & fluit sub Smolensco et sub Kiou, tandẽ emensis quasi tricentis milliarijs Germanicis, in mare Ponti incidit. Item Vilia alius fluuius triginta milliarijs ad orientem Vilnæ ciuitatis ortũ cepit, et sub castro Vilnensi cum alio fluuio minori Vilna dicto, et initium eius duobus milliarijs à præfata ciuitate Vilna computat, cõmiscetur, unaq; ad magnũ fluuium Niemen influunt. Niemẽ autem fluuius ualde flexuose decurrit, naues defert et merces: et post castrũ Couno in mare Prutenicũ cadit. Item Dzuina magnus fluuius fontes habet in Moscouia, et in dominio Lithuanorum, fluit sub castro Vitepsk, deinde sub Poloczko: hostia eius circa Rigã ciuitatem Liuouiæ, ubi in mare cadit, et scias quod quẽadmodũ in superioribus præmisi tria magna flumina prope se inuicẽ oriuntur, scilicet, Dinepr, Dzuina, et Volha, oriuntur, inquã, in locis planis, nemorosis, palustribus, non ex montibus Hyperboreis, nõ Riphæis. nec aliquibus montibus qui in natura minime sunt, duntaxat figmẽto olim Græcorũ tanquam in rei ueritate existerent gloriose et ampulloſe prædicati sunt, & quod præfata flumina ex ipsis erumperẽt ac orirent per sequaces historicos cosmographos et poëtas inexperte descripti decantatiq; sunt, quum nusquam compareant: plana siquidẽ est terra per totum, unde illa ortum ducunt. Et Dinepr qui est Boristhenes ad meridiẽ fluit usq; in mare Ponti incidens. Dzuina grande flumen ex Moscouia erumpens, ad occasum solis per dominia Lithuanorũ, et per Liuoniã labens iuxta ciuitatem Rigam, in mare Balteum descendit. Volha maximus fluminũ etiam ex Moscouia oriens, in Septentrionẽ tendit, reuersusq; in orientẽ, longinque circuit Tanaim: tandẽ conuersus in meridẽ per Scythiam seu Sarmatiã Asianã et campos planissimos Tartarorum peruagatus, in uiginti quinque flumina magna partitus,

Tartari cohabitant Lithuanis

Ortus Boristhenis

Nulli montes in ijs locis

mare

mare Euxinum ingreditur. Distat Tanais à Volha in Tartaria itinere sex hebdomadarum, ad minus trium aut quatuor uelocissime currentibus. Sũt & alia in Lithuania & Moscouia multa flumina & stagna magna: parua uero flumina & riui sine numero in maiora defluunt. Omnia piscosa abundãter, ita quod in illis terris ubi aqua, ibi & pisces: & sunt pisces sapidiores & delectabilioris gustus quàm in regionibus nostris, piscinæ & fodinæ pro aquis & impiscationibus tanquam inutiles illic non fiunt. Amplius in ducatu Lithuaniæ panis rusticorum nigerrimus est nõ cribratus, ex siligine aut ordeo unà cum furfuribus: dominorũ uero & potentum panis delectabilis de pura similagine tritici albissimus pinsitur & habetur: uino carent, nisi quod aliunde ducitur, præcipue uinũ Rhenense, & ex occidentalibus regionibus per mare Germanicum & Balteũ, adductũ alicubi reperitur, medone & spisso, & tenui & uario modo cocto abundant, & illo reficiuntur & inebriantur. Ceruisias coquũt diuersimode & ex uarijs granis, puta frumẽto, siligine, ordeo, auena, millio &c & non sunt sapidæ: uulgus autem ut semper aquam bibit: oliuæ et fructus dulces ac delicati illic non crescunt, algida etenim et frigida est prouincia. Armenta habent omnis generis et feras syluarũ, plus quàm in orbe Christianorum reperiantur: saltus, deserta, et syluæ sunt magnæ, decem, aliquando quindecim milliariorum, nonnunquam et uiginti quinq; milliariorũ: ad latera desertorum & syluarũ uillæ & habitatores inueniunt, & idcirco quia magna nemora sunt, magnæ feræ & multæ abundantissimæ uisuntur & capiuntur, uri & boues sylueſtres, quos lingua ipsorum thuri & zumbrones uocant, onagri, & equi sylueſtres, cerui, damæ, dorcæ, capreæ. apri, ursi, mardures, sciſmi, & cætera genera ferarum. Insuper aues abundant & ficedulæ. qamuis illic uineæ non sunt, aduolant & impinguant, atq; cum suauitate eduntur. Estq; in Lithuania & Moscouia animal uoracissimum & inutile, quod alibi non comparet, rossomaka nominatum. quantitatis canis, faciei catti, corporis & caudæ ut uulpis, colore nigrum, cadaueribus uescitur, inuentoq; cadauere, intantum uorat, ut extendat & infletur tanquam tympanũ, repertaq; angustia, stricta inter arbores intrat & intrudit se cum uiolentia premendo, ut uiolenter comesta uiolentius egerat, sicq; extenuatũ denuo cadaueri accurrit, & ad summũ implet, cũ uicissitudine expressionis, & ad morticinium reuersionis, donec totũ absumat & deuoret. Et forsan natura tã insatiabile animal in illis regionibus producit, ut homines simili uoracitate laborãtes redarguat. Quoniã potentes quũ conuiuari cœperint, sedẽt à meridie in mediũ noctis cõtinuo cibo & potu sese opplendo, & à mẽsa quoties natura propellit assurgẽdo & egerendo iterũ & iterũ uorant usq; ad uomitũ & amissionem discretionis & sensus, tuncq; inguinis & capitis quæ sunt discrimina nesciũt: estq; illa cõsuetudo pniciosa in Lithuania & Moscouia, magis uero & absq; rubore in Tartaria. Est etiã in illis terris Lithuaniæ,

Panis Lithuaniæ

Crapula Lithuanorum

Moscouiæ

Digitized by Google

Moſcouiæ & Tartariæ ab origine conſuetudo uenditionis hominum: ſerui natura uenduntur à dominis ſuis tanquam pecora, puericꝫ eorũ & uxores: quinimo pauperes homines, libero uentre nati, uictu carentes, uendunt filios & filias ſuas interdum, & ſemetipſos, ut apud parronos ſiliquis & groſſis cibis ſaturentur.

De Moſcouia Caput IIII.

MOſcouia eſt regio longiſſima latiſſimaꝫ: nam à Smolenſko uſque ad Moſcuuam ciuitatem ſunt centum milliaria, à Moſcuua ad Volochda centum milliaria. Et Volochda eſt prouincia, & fluuius per ipſam labens eodem nomine uocatur: à Volochda ad Vſczuga centum milliaria, ab Vſczuga ad Viathka centum milliaria: & iſta quadringenta milliaria ſunt de regione Moſcouiæ, & ſermo per totum eſt Rutenicus ſeu Sclauonicus. Vltra prædicta à Viathca ad regionem Permſca centum milliaria, inde ad terram Vahulczka triginta milliaria, & hæc Scythiæ confinis eſt. Et iſtæ prouinciæ ſubiectæ ſunt duci Moſcouiæ, additisꝫ terris ad Septentrionem & orientem ab eodem duce Moſcouiæ poſſeſſis, Iuhra & Corela quæ ſunt in Scythia erunt quingenta milliaria Germanica magna. Verum Moſcouitæ non per milliaria noſtra computant, ſed per uerſt: & uerſt eſt quinta pars milliaris Germanici. Numerant itaqur à ciuitate Moſkuua ad Vlodomiriam ciuitatem decem & ſeptem milliaria Grrmanica: abinde ad Vſczueh quingenta uerſt: iterum ab Vſczuh ad Iuhram quingenta uerſt. Intra Moſcouiam aũt ſunt multi ducatus. Eſt ducatus ſeu terra Moſcouię, de qua triginta millia pugnatorum nobiliium ad bellum egrediunt, agreſtium uero ſexaginta millia. Eſt & ducatus ſeu terra Turczka, de qua quadraginta millia armatorum nobilium duntaxta ad bellum prodeunt. In hoc ducatu capitalis ciuitas Tuerd nuncupat, & eſt ciuitas grandis lignea de lignis ædificata: in ea ſunt eccleſiæ ligneæ centum & ſexaginta: caſtrum etiam lignеum eſt, & ſunt in ipſo nouẽ oracula ſeu eccleſiæ: principalis eſt ſancti ſaluatoris, & illa duntaxat eſt murata: ſub hac ciuitate & caſtro ampliſſimus fluuius Volha labitur. Ducatus Chelmſci, de quo ſeptem millia pugnatorũ exeunt. Ducatus Zubſczouſki, de quo quatuor millia armatorũ. Ducatus Klinſki, de quo duo millia bellatorum prodeunt, ad terram Tuerdeñ. annumerantur. Item ducatus Kubenſis triginta milliaria in longum cõtinens. Ducatus Iacoſlauieñ. quadraginta milliaria de terra habens. Ducatus Szuherſieñ. uiginti milliaria terræ habẽs. Ducatus Szachouenſis triginta milliaria in longum continens: omnes ſunt in milliarijs Moſcouiæ in longum computatis. Inſuper ducatus Rzezenſis, de quo quindecim millia baronum ſeu nobilium armatorum euadunt, & fluuius nominatiſſimus Tanais de ipſo oritur. Item ducatus Suſdalorum, & plures ei adiacentes deſolati & deſtructi ſunt per Tartaros. Eſt & terra Tartarorum Cozanſka, Horda nominata, triginta millia pugnatorum producens

Tuerd

producens, principi Moscorum subiecta, in campis iuxta castrum Cozan, quod dux Moscouiæ possidet: & alluit magno flumini Volha, degens. Mo-

Moscuua ciuitas

scuua est ciuitas principalis satis magna, bis maior quàm Florentia Thuscię, aut bis maior quàm Praga Bohemiæ urbs. Praga dico quæ extat & quam tu uidisti: non Praga, quam quidam nouus historicus ficte astruit longissimã trium dierum itinere ciuitatẽ, quod fabula est: uerũ Moscuua lignea est non murata, plurimas habens plateas, & ubi una platea finitur, altera nõ statim incipit, sed campus mediat. Inter domos quoq; sepes mediant, ita ut domus sibi inuicem non cohæreant. Nobilium domus sunt maiores, plebeiorũ uero humiles. Fluit per medium ciuitatis, & sub castro ipsius fluuius eiusdem nominis cũ ciuitate, Moscuua appellatus, & est tantus, quãtus Multaua in Praga, aut Arnus in Florentia. Castrum autẽ quod est in medio ciuitatis in plano, est castrum bonum muratum tantæ amplitudinis, ut Buda in Hungaria, habet tria propugnacula: & cum his turres magnæ simul cõputatæ sunt decem & septem, tegulis latericijs tectæ, sed unus murus: in eo castro eccleſiæ sunt sedecim, tres muratæ, scilicet, sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Nicolai, reliquæ sunt de ligno. Palatium ducis in præfato castro est muratũ ad instar Italicum. nouum, non amplum, nec magnũ: tres curiæ nobiliũ sunt muratæ, aliæ domus ligno constructæ, stubæ omnes nigræ. Aliæ ciuitates Moscorũ sunt minores, & castra minora omnia de lignis fabrefacta. Præterea terra Moscouiæ plena est boscis ac syluis, aquis quoq;, fluminibus, piscibus & feris. quemadmodum Lithuania referta, sed frigidior & Septentrionalior, unde pecudes & pecora parua sunt et mutila absque cornibus, quasi semper propter frigus: homines uero proceræ, altæ, et robustæ staturæ sunt, bibunt aquam, medonem, et quassecz, id est, fermentatos liquores. Arant et sulcãt ligno sine ferramẽto, et arpicant frondibus arborũ supra seminata ab equis tractis, raroq; propter intensa et longa gelua segetes matureſcũt, ideo messes sectis frugibus in stubis desiccant, maturant & triturant. Sæpenumero autem utuntur calefacientibus aromatibus, sæpe et sublimatis, de aromatibus, de melle, uel alio calefactorio, ita ut et de auena aquam ardentem siue sublimatum faciant et bibant ad effugandum et repellendum algorem et frigus, alioquin ex frigore congelarẽt. Carent uino et oleo, et ne inebrient princeps terrę prohibet ne medo aut liquor inebrians in aliqua domo reperiatur sub priuatione uitæ, nisi bis aut ter in anno ex admissione principis. Monetam habent argenteam puri argenti, dzingis nominatam, maiorem et minorem, formæ oblongæ, quadrangularem, non orbicularem, nõ politã, nec bene planatam. Estq; terra diues argẽto, & custodia undiq; clausa, ut nedum serui & captiui, sed & liberi, indigenæ & aduenæ exire absq; literis ducis

Tanais origo

nequeant, & hæc hactenus. Flumina in Moscouia sunt plurima, aliqua autẽ maiora scitu digna enumerabo. Tanais nominatissimus fluuius à Tartaris

& Mosco

Digitized by Google

& Moſcouitis Don nuncupatus, fontes & originem habet in Moſcouia pro pè in ducatu Rezenſi. Conſurgit de terra plana, ſterili, limoſa, paludinoſa & nemoroſa. Quumq; ad orientem ſolis proceſſiſſet uſque ad metas Scythiæ & Tartariæ, declinat ad meridiem, & perueniens ad paludes Mæotidas illic oſtia tenet & ingreditur. Eſt tantus Tanais, quantum dicerem triplatum Tyberim poſt Romam in mare Tyrrhenum decurrentem, aut quantũ Danubium in duplo circa Budam. Et doctrina aſtrologorũ tenet, quod Tanais ſit eius longitudinis cuius & Nilus fluuius Aegypti, puta circa ſexaginta gradus longitudinis. Et ſicut Nilus à meridie ad mare Alexandriæ deſcendit, ſic Tanais à ſeptentrione in Mæotidas & mare Ponti defluit. Nec piget repetere quod ſupra dixi, alia magna flumine ex Moſcouia eſſe orta, uidelicet Ezuina, Volha, & Dinepr ſeu Boryſthenem. Et quũ Moſcouia ſit regio plana, non montoſa, prædicta flumina in diſtantia non ualde longinqua à ſe inuicem ex terra plana, nemoroſa & palndiuoſa oriuntur, maximusq; fluminũ ille Volha in Tartarico dictus Edel, tendens in ſeptentrionem procedit ducentis milliaribus uſq; ad Niſni nouigrod, quod ſonat inferius nouum caſtrũ; & eſt in terra Moſcouiæ: & illic accurrit & ei cõiungitur magnus fluuius ex media Moſcouia procedẽs, Occa cognominatus. Deinde octuaginta millia rijs germanicis Volha ſub caſtrũ Coſan, quod dux Moſcouiæ poſſidet, tandem ſub caſtrum Sardi, quod Tartari tenẽt, fluit deinceps uerſus meridiem uiginti quinque fluminibus tantis ut eſt Tyberis Romæ, & alijs multo maioribus influit in mare Euxinum. Accipiat itaq; lector tua humanitas, & contra omnes aduerſantes tueatur, & dicat quod prælibata flumina nõ de montibus, nec de radicibus montium, quoniam ibi montes ſunt nulli, oriuntur & fluunt. Accipiat ſecundo, quod mõtes Hyperborei & Ryphæi, de quibus emanaſſe illa flumina ab aliquibus fabuloſe ſcriptum eſt, nec in Moſcouia, neq; in alijs partibus ſeptentrionis ſunt: recteq; dicetur confictos eſſe, & nuſquam exiſtere, niſi forte in libro ſcripti aut picti, & non in terra reperiri affirmarentur. Accipiat tertio, quod in dominio Moſcorum, quemadmodum et in terris Turcorum, homines de loco in locum, et de territorio in territoriũ ad incolendum transferuntur, et alij pro his commutati mittuntur et locantur. Accipiat quarto, in Moſcouia unam linguam et unum ſermonem eſſe, ſcilicet Rutenicum ſeu Sclauonicum in omnibus ſatrapijs et principatibus, ſic quod etiam Ohulici, et qui in Viathca degunt Ruteni ſunt, et Rutenicũ loquuntur, unamq; ſectam et religionem inſtar Græcorum tenẽt, omnesq; Vladicæ, id eſt epiſcopi, qui plurimi ſunt, patriarchæ Conſtantinopolitano ſubſunt, et confirmationẽ ab ipſo poſtulantes obediẽtiam promittunt, præter Tartaros Coſanenſes, qui ducem Moſcorum recognoſcentes, Mahumetũ unà cũ Saracenis uenerãtur, et linguagium Tartarorum loquuntur, etiam præter alienigenas ad ſeptentrionem in Scythia cõmorantes, qui ſermone

mone & linguis proprijs loquuntur,& idola colunt,prout in sequenti capitulo dicetur. Accipiat quarto,quod post terram Viathca nuncupatam in Scythiam penetrando iacet magnum idolum Zlotababa,quod interpretatum sonat,aurea anus seu uetula,quod gentes uicinę colunt & uenerant, nec aliquis in proximo gradiens aut feras agitanqo & in uenatione sectando uacuus & sine oblatione pertransit: quinimo si munus nobile deest,pellem aut saltem de ueste extractum pilum in offertorium idolo proijcit, & inclinando se cum reuerentia pertransit.

De regionibus Scythiæ Perm, Baskird. Iuhra & Corela,per ducem Moscouiæ subiugatis, Cap. v.

POst Moscouiam sunt gentes & regiones inter septentrionem & otientem in fine Asiæ septentrionalis,quæ proprie Scythia dicitur, principi Moscouiæ subiectæ,per Iuan ducem Moscouiæ principaliter subiugatæ,scilicet Perm,Baskird,Czriremissa,Iuhra,Corela. Perm monosyllabam est,inde terra Permsce,bissyllabè Permsca pronuntiado:& fuit regio idola colẽs, quam Iuan dux Moscorũ citra annos uiginti baptisma percipere coẽgit,more Rutenorum seu Græcorum:& posuit eis Vladicam, id est episcopum,nomine Stephanum,quem barbari post discessum ducis uiuum excoriauerũt & necauerunt,reuersusq; dux afflixit eos,& alium denuo præsulem constituit,sub quo tanquam noui Christicolæ,Rutenorum schisma & ritum profitentes permanent. Aliæ uero regiones præexpressæ in infidelitate & idolatria persistunt. Colunt solem,Innam,stellas,bestias syluarum.& quod eis occurrit: habent propria linguagia & idiomata. In terra Permsca propriũ idioma,in terra Paskirdorum proprium, in Iuhra proprium, & in Corela etiã proprium. In his regionibus non arant,non seminant,panes nõ habẽt nec pecunias: feris syluarum,quæ apud eos abundant,uescuntur,& nõ nisi aquã bibunt: morantur in densis syluis,in tugurijs ex uirgultis factis. Et quia syluæ illas terras contexerunt, homines syluestres & ferinos effecerunt. Sunt uelut bestiæ ratione non utentes,uestimenta de lana non habent: pellibus teguntur rude & grosse,consuentes uarias pelles in simul,ex lupo,ceruo,urso,sabellis & scísmis & cæteris,prout sors obtulerit. Et quia ipsorum terræ mineras non nouerunt,pro omagio duci Mosconiæ mineras non pendũt,sed pelles animaliũ syluestrium quibus abundant. Proximiores oceano septentrionis,ut Iuctri & Coreli,piscãtur & capiunt balneas seu uitulos & canes marinos,quos ipsi uor uol appellant:& ex cute eorum parãt redas,bursas & caletas, axungiam autem pro imaginatione seruant & uendunt. In Iuhra & Corela sunt aliqui mõtes mediocris tumoris,non altissimæ eleuationis,prout quidam putauerunt & scripserunt. Supra montes autem oceani qui mediocres sunt,per totũ septentrionẽ oceano adiacentes,scandunt ex mari pisces morss nuncupati,dente se supra montẽ continendo,fricando, & ascensum

Homines sine pane uiuunt.

Digitized by Google

sum promouendo:dumq; ad summitatem montis peruenerint, ad ulteriora gressum promouendo,ad alteram partem montium uolitando decidũt. Hos illæ gentes colligendo dentes eorum satis magnos,latos & albos pondere grauissimos capiunt,& Moscouitis pendunt atq; uendunt:Moscouitæ uero his utuntur:ad Tartariam quoq; & Turciam mittunt,ad parandũ manubria gladiorum, framearum & cultrorum, quoniam grauitate sui maiorem ac fortiorem impressionem impingunt,& præbent impellentibus, laborantibus,preliantibus,& occidentibus. Et memineris quod supra dixi,hanc esse illam Iuhram regionem Scythiæ,de qua egressi sunt Iuhri.à posterioribus Huni & Hungari dicti,qui ad Gothiam ascendentes uehemeter multiplicati transierunt maxima flumina circa paludes Mæotidas,intraueruntq; Pannoniam,& secundo regressu eam occupauerunt,possederunt, & in hac diem tenuerunt,suntq; eiusdem sermonis & loquelæ præcisæ, nisi quod addiderunt nostri Hungari aliqua uocabula ex Sclauonico idiomate, earũ rerum quæ in Scythia & Iuhra non reperiuntur. Verum in Pannonia Iuhri sunt Christicolæ:in Iuhra uero patres eorum idololatræ,politioresq; & cultiores sunt Hungari in Pannonia,omnibus delitijs pleni (quamuis in toto sylueſtres sunt,bestiales,& in frigidissima regione miserrime degentes. Insuper memineris in his regionibus Scythiæ ad oceannm septentrionis nõ esse magna flumina,sed esse quasdam rupes & montes mediocris molis,& non excellentissimæ celsitudinis inaccessibilesq;, uelut aliqui historici antiquiores protulerunt & scripserunt. Potius itaq; secundum experientiam dixissent,de nemoribus & densis syluis eos exiuisse,quàm de inaccessibilibus montibus.

FINIS.

Digitized by Google

PAVLI IOVII NOVO COMENSIS DE LEGATIONE MOSCHOVITARVM libellus, ad Ioannē Rufum Archiepiſcopū Conſentinū

FFLAGITASTI ampliſſime antiſtes Rufe, ut ea quæ de Moſchouitarum moribus à Demetrio eius gentis legato, qui ad Clementem VII. Pontificem nuper uenit, quotidianis propè ſermonibus didiciſſem, Latinarum literarum memoriæ cōmendarem, quum pro uetere tua pietate atque uirtute ad ampliſſimam Romani Pontificis dignitatem pertinere arbitrareris, ſi homines intelligerent, nō fabuloſi, aut omnino obſcuri nominis regem, ſed qui numeroſiſſimis extremi Aquilonis populis imperet, in cauſa religionis omnibus nobiſcum ſenſibus coniungi, fœdereq; perpetuo colligari, opportuniſſimo tēpore cupiuiſſe quando nuper aliquæ germaniæ gentes, quæ pietate cæteris omnibus præſtare uideri uolebant, inſana atq; ſceleſta defectione non modo à nobis, ſed ab ipſis etiam ſuperis exitiabili errore deſciuerint. Cæterum id munus impoſitum quod certe grauioribus ſtudijs occupatus iure optimo poteram recuſare, egregia uoluntate celeritateq; perfeci, ne nimia mora uel accuratiori caſtigatione gratiam nouitatis exueret: qua uel una re meæ erga te ueteris obſeruantiæ ſtudium, præſtandiq; officij uoluntas manifeſte declaratur, quū honoris iacturam facere, ſi quis ex hac ingenij tenuitate ſperandus eſt, quàm deſiderium tuum longe honeſtiſſimum diutius fruſtrari maluerim. Vale.

REGIONIS primo ſitus, quem Plinio Straboniq; & Ptolemæo parum notum fuiſſe perſpicimus, preſſa breuitate deſcribetur, & in tabula typis excuſa figurabitur. Inde gentis mores, opes, religionem, militiæq; inſtituta, Tacitum imitati, qui à perpetuis hiſtorijs libellum de Germanorum moribus ſeiunxit, perſtrictiore ſtylo narrabimus, eadem ferè ſermonis ſimplicitate utentes, qua nobis ab ipſo Demetrio curioſa ac leni ueſtigatione laceſſito, per otiū expoſita fuere. Demetrius enim haud inepte Latina utitur lingua, utpote qui in Liuonia à teneris annis in ludo prima literarum rudimenta didicerit, & inſigni uariarū legationū munere functus, plures prouincias Chriſtianorum adierit. Nam quum antea ob ſpectatam fidem ac induſtriam apud Suetiæ Daciæq; reges, & magnum Pruſſiæ magiſtrū, oratorem egiſſet, nouiſſime apud Maximilianum Cæſarem, dum in eius aula omnis generis hominum refertiſſima uerſaretur, ſi quid barbarum quieto docilíq; ingenio inerat, elegantium morum obſeruatione deterſit. Cauſam uero huiuſce ſuſcipiendæ legationis præbuit Paulus Centurio Genuenſis, qui quum acceptis à Leone decimo Pontifice commendatitijs literis, mercaturæ cauſa in

Demetrij laus

Moſchouiam

Moſchouiam peruenisſet, cum Basilij principis familiaribus ultro de conſo
ciandis utriuſq; eccleſiæ ritibus agitauit. Quærebat enim Paulus inſano ua
ſtoq; animo, nouum & incredibile iter petendis ab India aromatibus: fama
nanque cognouerat, quum in Syria Aegyptoq; & Ponto negotiaretur, aro
mata ex ulteriore India aduerſo amne Indo ſubuehi poſſe, atq; inde modi
co terreſtri itinere ſuperatis Paropaniſidis montium iugis, traduci in Oxum
Bactrianorum amnem, qui ijſdem ferè montibus, quibus Indus oritur, ad
uerſo fonte in Hyrcanum mare raptis ſecum multis amnibus ad Strauam
portum effunditur. Porrò ad ipſa Straua tutam facilemq; nauigationem ui
deri uſque ad emporium Citracham oſtiumq; Volgæ amnis, inde uero ad
uetſis ſemper amnibus, Volga ſcilicet & Occha & Moſcho, in urbem Mo
ſcham: ab Moſcha autem terreſtri itinere Rigam, & in ipſum mare Sarma
ticum, omnesq; occiduas regiones facile peruenîri poſſe contendebat. Vehe
menter enim & ſupra æquum Luſitanorum ini urijs erat accẽſus, qui India
magna ex parte armis domita, occupatisq; omnibus emporijs, cuncta aro
mata coëmerent, & in Hipaniam auerterent, atque ea grauiore quàm antea
pretio, ac impotenti quæſtu omnibus Europæ populis uenditare conſueuiſ
ſent: quin & diligenti adeo cura Indici maris litora perpetuis claſſibus cuſto
dirent, ut eæ negotiationes penitus intermiſſæ atque deſertæ uideantur, qui
bus per ſinum Perſicum, ac aduerſum Euphratem, & per Arabici maris an
guſtias, ſecundoq; demum Nilo per mare noſtrum Aſia omnis atque Euro
pa abunde & uiliore quidem pretio complebantur, detetiore etiam Luſita
norum mercimonio, quum remotiſſimæ nauigationis incommodo, ſenti
næq; uitijs aromata corrumpi, eorumq; uis & ſapor, odoratusq; ille ſpiritus
multa demum mora in Olyſipponenſibus conditorijs promercalibus eua
neſcere atque expirare uideatur, quum aſſeruatis ſemper recentioribus, uete
ra tantum, & multo quidem ſitu mucida uenundari quereretur. Cæterum
Paulus quanquam de ijs rebus acerbiſſime apud omnes diſſerendo, & Lu
ſitanis iugentem conflando inuidiam, multo auctiora fore uectigalia regia,
ſi id iter aperiretur, & aromata ab ipſis Moſchouitis, qui tantam eorum
uim omnibus ferculis abſumerent, uilius emi poſſe perdoceret, nihil tamen
quod ad eam negotiationem pertineret, impetrare potuit: quoniã Baſilius
homini externo ac ignoto, eas regiones quæ ad Caſpiũ mare & Perſarum
regna aditum præberent, minime aperiendas eſſe exiſtimabat. Itaque Pau
lus omnibus excluſus uotis, ex mercatore legatus factus, Baſilij literas Leo
ne iam uita functo ad Hadrianum Pontificem retulit, quibus ille cum mul
to uerborum honore egregiam uoluntatem erga Romanum Pontificem
oſtendebat. Paucis enim ante annis Baſilius ardẽte cum Polonis bello, quũ
Lateranenſis couuentus haberetur, per Ioannem Daciæ regem, huius Chri
ſtierni qui nuper regno expulſus eſt, patrem poſtulârat, ut iter tutum lega

Aromatum ca ritas unde

tis Moſchouitis ad urbem Romam præberetur. Verum quum eodem forte die & Ioannes rex & Iulius pontifex ab humanis exceſſiſſent, ſublato ad id ſequeſtro, conſilium mittendæ legationis omiſit. Exarſit ſubinde bellum inter ipſum & Sigiſmundum Poloniæ regem, quod quum inſigni ad Boryſthenem parta victoria, à Polono feliciter confectum eſſet, Romæ ſupplicationes ſunt decretæ, ueluti deuictis cæſisq; Chriſtiani nominis hoſtibus: quę res & regem ipſum Baſilium, & uniuerſam gentem ab Romano pontifice haud mediocriter abalienauit. At quum Hadrianus ſextus fato extinctus Paulum iam ſecundo itineri accinctum deſtituiſſet, ſuffectus ei Clemens ſeptimus illum etiam tum orientis iter inſano animo uolutantem cum literis in Moſchouiam tranſmiſit, quibus Baſilium propenſiſſimis adhortationibus inuitabat ad agnoſcendam Romanæ eccleſiæ maieſtatem, feriendumq; communibus in regione ſenſibus perpetuum fœdus: quod illi maxime ſalutare atque honorificum fore teſtabatur, ita ut pontifex polliceri uideretur, ſe ex ſacroſancta autoritate pontificia eum regem collatis regalibus ornamentis appellaturum, ſi reiectis Græcorum dogmatibus ad autoritatem Romanę eccleſiæ ſe conferret. Cupiebat enim Baſilius regij nominis titulum conceſſione pontificia promereri, quum id dare ſacroſancti iuris eſſe, & pontificiæ maieſtatis iudicaret, quando & ipſos quoq; Cæſares à pontificibus maximis diadema aureum & ſceptrum Romani imperij inſignia accipere inueterata conſuetudine cognouiſſet: quanquam & id pluribus à Cæſare Maximiliano legationibus poſtulaſſe ferebat. Igitur Paulus, qui feliciore aliquanto curſu, quàm multo cum quæſtu percurrere terrarum orbem ab ineunte ætate didicerat: quanquã ſenex & antiqua ſtranguria tentatus, proſpero celeri quę itinere Moſchã peruenit, ubi à Baſilio humaniter eſt ſuſceptus. Fuit interea in eius aula menſes duos, diffiſuſq; uiribus, & eius immenſi itineris difficultate deterritus, quum Indicæ negotiationis ſpes omnes ac inexplicabiles cogitationes penitus abieciſſet, cum Demetrio legato, priuſquam eum in Moſchouiam peruenisſe putaremus, Romam rediit. At pontifex magnificentiſſima Vaticanarum ædium parte, ubi laquearia aurata, lecti ſerici, aulęaq; eximij operis uiſebantur, Demetrium ſuſcipi, & togis ſericis ueſtiri iuſſit, attribuitq; ei comitem, ac rerum diuinarum pariter & urbanarum monſtratorem Franciſcum Cheregatum epiſcopum Aprutinum, longinquis ſæpe ac digniſſimis legationibus functum, qui ipſi Demetrio uel in Moſchouia Pauli ſermonibus erat notiſſimus. Porrò Demetrius ubi aliquot dierũ quiete recreatus eſt, deterſis elotisq; ſordibus, quas longo ac laborioſo itinere cõtraxerat, aſſumptoq; inſigni patrio habitu ad pontificem deductus: eũ de more ſupplex adorauit, munusq; Zebellinarũ pellium ſuo regiſq; nomine obtulit: tũ uero Baſilij literæ datę: quas ipſi antea, & demum Illyricus interpres Nicolaus Siccenſis in hanc ſententiam latinis uerbis tranſtulerũt.

Fr. Cheregati laus.

Clementi

Clementi papæ, pastori ac doctori Romanæ ecclesiæ, mâgnus dominus Basilius, dei gratia imperator ac dominator totius Russiæ, necnõ magnus dux Volodemariæ, Moschouiæ, Nouogrodiæ, Pleschouiæ, Smoleniæ, Ifferiæ, Iugoriæ, Permniæ, Vetchæ, Bolgariæ &c. dominator & magnus princeps Nouogrodiæ inferioris terræ, Cernigouiæ, Razaniæ, Volotchiæ, Rezeuiæ, Belchiæ, Rostouiæ, Iaroslauiæ, Belozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæq; &c. Missis ad nos Paulum Centurionem ciuem Genuensem cum literis, quibus nos adhortati estis, ut uobiscum cæterisq; Christianorum principibus consilio ac uiribus cõiuncti esse uellemus, aduersus Christiani nominis hostes, ac nostris uestrisq; legatis ultro citróque commeandi tutum ac expeditum iter pateret, ut mutuo amicitiæ officio de amborum salute & statu retũ cognosci possit. Nos autem deo bene ac feliciter adiuuante, sicut hactenus, aduersus impios Christianæ religionis hostes impigre constanter'que steti mus, ita & in posterum stare decreuimus. Item'que cum cæteris Christianis principibus consentire, & pacata itinera præstare parati sumus. Quas ob res mittimus ad uos Demetriũ Erasmium nostrum hominẽ cũ hac nostra epistola, Paulum'que Centurionẽ remittimus. Demetriũ autem celeriter remittetis, eumq; incolumem & inuiolatum usq; ad fines nostros esse iubebitis. Idem nos quoque præstabimus, si cum Demetrio legatum uestrum mittetis, ut sermone ac literis certiores de rebus administrandis reddamur, sic ut perspectis Christianorum omnium uoluntatibus, nos etiam optima consilia capere ualeamus. Datum in domino nostro in ciuitate nostra Moschouia, anno ab initio mundi septimo millesimo tricesimo, tertio Aprilis. Cæterum Demetrius, uti est humanarum rerum, & sacrarum præsertim literarum ualde peritus, occultiora de magnis negotijs mandata habere uidetur, quæ mox eum priuatis congressibus expositurum speramus: nam à febre, in quam ex cœli mutatione inciderat, pristinas uires, & natiuum uultus ruborem recuperauit, ita ut pontificijs sacris, quæ in honorem diuorum Cosmæ & Damiani solenni apparatu, musicisq; concentibus confecta sunt, se xagenarius senex & cum uoluptate quidem astiterit, & in senatum uenerit, quũ Campegius Cardinalis à Pannonica legatione tum primum rediens, à pontifice omnibusq; aulæ ordinibus exciperetur: quin & sacrosancta Vrbis templa, & Romanæ magnitudinis ruinas, priscorum'que operum deploranda cadauera mirabundus inuiserit, ita ut credamus eum propediem explicatis mandatis, cum legato pontificio episcopo Scarense, dignis'que acceptis à pontifice muneribus in Moschouiam esse rediturum.

Basilij literæ

Demetrij laus

Moschouitarum nomen recens est, quanquam de Moschis Sarmatarum affinibus Lucanus poëta in Pharsal. meminerit, & Plinius Moschos ad Phasidis fontes supra Euxinum ad orientem constituat. Eorum regio latissimos habet fines, & ab aris Alexandri magni circa Tanais fontes ad

Descriptio Moschouiæ

Digitized by Google

extrema terrarũ. Borealemq; oceanum sub ipsis ferè septentrionibus exten ditur, campestris magna ex parte, & pabuli quidem ferax, sed æstate pluri bus in locis admodum paluſtris: nã ea omnis terra magnis frequentibusq; amnibus irrigatur, qui ubi niuibus hybernis multo solis uapore colliquatis, & resoluta ubiq; glacie cõtumescunt, campi passim in paludes abeunt, cun ctaq; itinera continentibus aquis & cœnosa illuuie defœdantur, donec no uæ hyemis beneficio restagnantia flumina, ipsæq; paludes iterum cogan

Hercynia sylua tur, & uias solidissimo constratas gelu, uel transituris curribus præbeãt. Her cynia sylua quotam Moschouiæ partẽ occupat, ipsaq; passim positis ubiq; ædificijs incolitur, iamq; longo labore hominum rarior facta, non eam sicu ti plerique existimant, horridam densissimorum nemorũ impenetrabiliumq; saltuum faciem ostendit. Cæterum ea immanibus feris plenissima per Mo schoniam perpetuo tractu inter ortum solis & Boream ad Scythicum ocea num excurrere traditur ita ut spes hominum eius finem curiose scrutantiũ,

Ferę Hercy nię infinita magnitudine sua semper eluserit. Ea in parte quæ uergit ad Prussiã uri ingentes & ferocissimi taurorum specie reperiũtur, quos bisontes uocãt. itemq; alces ceruina effigie, & cum carnea proboscide altisq; cruribus, & nul lo suffraginum flexu, lozzi à Moschouitis, à Germanis uero helenes appel lati, quæ animalia C. Cæsari nota fuisse uidemus. Præterea ursi inusitatæ magnitudinis, & prægrandes lupi atro colore formidabiles. Ab ortu Mo

Scythę nunc Tartari schouia finitimos habet Scythas, qui Tartari hodie nuncupantur, gentem uagam & bello omnibus seculis, illustrem. Tartaris pro domibus sunt carri centonibus coriisq; contecti: ab quo uiæ genere Hamaxobios antiquitas eos appellauit. Pro urbibus uero ac oppidis immensa castra, non fossis aut materiæ clauſtris, sed infinita sagittariorum equitum multitudine uallata.

Horda quid Diuiduntur Tartari per hordas: ea est eorum lingua consentiẽtis in unum populi congregatio ad effigiem ciuitatis. Hordis singuli præsunt imperato res, quos genus aut bellica uirtus dedit: sæpe enim cum finitimis bella gerũt, ac ambitiose admodũ & atrociter de imperio decertant. Hordarum infinitũ propè numerum esse constat: quippe Tartari ad Cathaium usque celeberri mam in extremo ad orientem oceano ciuitatẽ: latissimas solitudines tenent. Porrò qui proximi sunt Moschouitis, mercaturæ commercio, & frequenti

Præcopitæ bus eorũ irruptionibus sunt noti. In Europa ad Dromon Achillis Taurica in Chersoneso sunt Præcopitæ, quorum principis filiam Selymus Turcarũ imperator uxorem duxit. Ii Polonis maxime sunt infesti, lateq; inter Bory sthenem & Tanaim cuncta populantur, & cum Turcis sicuti religione, ita &

Ceſſa cæteris in rebus mirifice consentiunt, qui in eadem Taurica Caffam Ligurũ coloniam obtinẽt, Theodosiam antiquitus appellatam. Ii uero Tartari, qui inter Tanaim & Volgam amnem in Asia latos campos inhabitant, Basilio Moschouitarũ regi parent, & imperatorẽ aliquãdo eius iudicio deligũt. Inter

eos

Digitized by Google

eos Cremŋ intestinis seditionibus laborantes, quũ antea opibus & belli gloria maxime ualuissent, paucis ante annis uires simul ac omnem dignitatem amiserunt. Trans Volgam Casanŋ Moschouitarũ amicitiã religiose colũt, ac eorum se clientes esse profitentur. Vltra Casanios ad Boream sunt Sciaban multitudine armentorum ac hominum potẽtes. Post eos sunt Nogai qui summam hodie opum & bellicæ laudis obtinent autoritatẽ. Eorũ horda quam amplissima nullum habet imperatorẽ, sed reipublicæ Venetæ more multa seniorum prudentia, strenuorumq; uirtute gubernatur. Vltra Nogaios haud magno ad meridiem deflexu uersus Hyrcanũ mare, Zagathai Tartarorum nobilissimi oppida lapide constructa incolunt, regiãq; habent Samarcandã urbem eximiæ magnitudinis & charitatis, quam Iaxartes maximus Sogdianæ amnis interfluit, atq; inde ad cẽtum milliaria in mare Caspium effunditur. Cum ijs populis ætate nostra Hysmaël Sophus rex Persarum dubio sæpe euentu bella gessit, timoreq; eorum adductus, dum uires omnes imminentibus opponũtur, Selymo una acie uictori Armeniã Tauriſiumq; regni caput prædæ reliquit. Sarmacanda urbe ortus est Tamburlanes, siue ut Demetrius dicendum monet, Themircuthlu, qui Baiazetem Ottomanum, huius Solymani tritauũ, apud Ancyram Galatiæ urbem ingenti prælio superatum cepit, & per omnem Asiam ab se terribili maximi exercitus impetu deuictam, ferrea inclusum cauea in triumphi pompa circumduxit. Ab hac regione ad Moschouitas plurima uestis serica adducitur. Cæterũ mediterranei Tartari nihil præter equorum pernicium greges, & nobiles nulla filorum textura, sed coactis ex lanis candidos centones præbent, è quibus Feltriæ uestes penulæ ad præferendam omnem imbrium iniuriam idoneæ atq; pulcherrimæ conficiuntur. A' moschouitis autem laneas tunicas & argenteam monetã petunt, quum ab ijs omnis corporis cultus superfluæq; suppellictilis apparatus contemnatur: solo etenim centone ad irati cœli contumeliam fortiter sustinendam contenti sunt, & solis confisi sagittis hostem arcent: quanquam dum in Europam excurrendum esse decreuissent, principes eorum ferreas galeas & loricas gladiosq; falcatos à Persis nostra tempestate coëmerint. A' meridie Moschouitarum fines ijsdẽ ab Tartaris claudun tur, qui supra Mæotim paludem in Asia, & circa fluuios Borysthenẽ & Tanaim in parte Europæ planiciem ad Hercyniam uergentem tenent. Roxolani Getæ & Bastarnæ, antiquitus eam plagam incoluere, unde Russiæ nomen effluxisse crediderim: nam Lithuanię partem Russiam appellant inferiorem, quũ ipsa Moschouia Russia alba nuncupetur. Lithuania itaque ab Cori uenti flatibus Moschouiam spectat: ab occasu uero mediterranea Prussię atque Liuoniæ ipsis Moschouiæ finibus inseruntur, ubi mare Sarmaticũ ab Cimbricæ Chersonesi angustijs irrumpens, lunato situ ad Aquilonem inflectit. In extremo uero eius oceani litore, ubi Norbegia atq; Suetia amplissima

Nogai

Zagathai

Sarmacanda

Hysmaël Sophus

Tamburlanes

Roxolani

Russia

Digitized by Google

plissima regna, Ihstmo ueluti quodam continenti abhærent, Lapones exi-
Lapones populi. stunt, gens supra quàm credibile sit agrestis, suspicioſa, & ad omne externi hominis uestigium nauigijq; conspectũ maxime fugax. Ea neq; fruges, neque poma, neq; ullam omnino uel terræ uel cœli benignitatem nouit: sola sagittandi peritia cibum parat, uarijsq; ferarũ tergoribus uestitur: gentis cubilia, cauernulæ siccatis repletæ foliis, cauisq; arborũ stipites, quos uel intromissa flamma, uel ipsa uetustas inducta carie fabricarit. Acqui ad mare, ubi ingens est captura piscium, ineptis sed felicibus artificijs piscantur, duratosq; fumo pisces tanquã suas fruges recondunt. Laponibus exigua corporũ statura, luridi contusiq; uultus, pedes uero uelocissimi. Ingenia eorum ne ipsi quidem proximi Moschouitæ nouerũt, quum eos parua manu aggredi, exitialis insaniæ esse dicant: magis uero copijs inopem rerum omnium uitam ducẽtes lacessisse, neq; utile, neq; omnino glorioſum unquam existimarint. Ii cãdissimas pelles, quas Armelianas uocamus, cum uarij generis mercimonijs permutant, sic tamen ut omne mercatorum colloquium conspectumq; defugiant, adeo ut mutua rerum uenalium collatione facta, & reliquis medio in loco pellibus cum absentibus & ignotis synceriſſima fide permutationes transigantur. Vltra Lapones in regione inter Corum & Aquilonem per-
Pygmæorum statura. petua oppressa caligine, Pygmæos reperiri, aliqui eximiæ fidei testes retulerunt, qui postquam ad summũ adoleuerint, nostratis pueri denũm annorũ mensuram uix excedant: meticuloſum genus hominum, & garritu sermonem exprimens, adeo ut tam simiæ propinqui, quàm statura ac sensibus absiustæ proceritatis homine remoti uideantur. Ab Aquilone uero innumerabiles populi Moscouitarũ imperio parent, qui ad oceanũ Scythicum itinere triũ ferè mensium extenduntur. Proxima Moscouiæ regio est Colmogora,
Diuidna fluuius ingens. frugibus abundans, quam interluit Diuidna, fluuiorũ totius septentrionis longe ampliſſimus, qui alteri fluuio minori in mare Baltheum erumpenti, nomen dedit. Is statis & Niloticis similibus incrementis, nec incertis anni tẽporibus circũiectos inundat campos, pinguiq; alluuie algentis cœli iniurijs, sæuisq; Aquilonis flatibus mirifice resistit, quũ niuibus imbribusq; auctus inflatur, adeo lato alueo in oceanũ per incognitas gentes in speciem ingentis pelagi defertur, ut expedito nauigio unius diei remigatiõe transire neque at: ubi uero aquæ mox resederũt, uastæ passim insulæ fertilitate nobiles relinquuntur. Frumentũ nanq; terræ traditũ nullo aratri beneficio prouenit, admirabiliq; celeritate naturæ festinantis, ac nouam superbi amnis iniuriam timentis, oritur simul & adolescit, atque in aristas deducitur. In Diuidnam influit Iuga amnis, in ipsoque confluẽtium angulo celebre est emporium, nomine Vstiuga, à Moscha regia urbe sexcentis milliaribus distans. In Vstiugam à Permijs, Pecerris, Inugris, Vgulicis, Pinuagisque ulterioribus populis pretiosæ pelles Martarũ Zebellinorumq;, Luporum, Ceruariorum,

& nigra

Digitized by Google

& nigratum albarũq; uulpium comportantur, & ab ijs uario mercimonij genere permutantur. Zebellinos uero lenium pilorum tenui canicie probatissimos, quibus nunc principum uestis fulcitur, & delicata matronarum colla, expressa uiuæ animantis effigie conteguntur, Permij & Pecerri præbent, sed quos ipsi ab remotioribus etiam gentibus, quæ ad oceanũ pertinent, per manus traditos accipiant. Permij & Pecerri paulo ante ætatem nostram more gentilium idolis sacrificabant, nunc uero Christum colunt. Ad Inugros, Vgolicosq; per asperos mõtes peruenitur, qui fortasse Hyperborei antiquitus fuerunt. In eorum iugis nobilissimi falcones capiuntur: ex ijs genus unũ est candidum guttatis pennis, quod herodium dicunt. Sunt & hierofalchi ardearum hostes & sacri & peregrini, quos antiquorũ principum luxus in aucupijs non agnouit. Vltra eos quos modo nominaui populus, Moscouitis regibus tributa pendentes, aliæ sunt nationes extremæ heminum, nulla certa Moscouitarum peregrinatione cognitæ, quando nemo ad oceanum peruenerit, sed fama tantum, ac ipsis plerunq; fabulosis mercatorum narrationibus auditæ, satis tamen conflat, Diuidnã innumerabiles trahentẽ amnes ingenti cursu ad Aquilonem deferri, mareq; ibi esse longe uastissimũ, ita ut illinc ad Catayum legendo orã dextri litoris, nisi terra interfit, nauibus peruenirì posse certissima coniectura credendum sit. Pertinent enim Cathayni ad extremam orientis plagam ad Thraciæ fermè parallelum, Lusitanis in India cogniti, quum proxime ad coëmenda aromata per regionẽ Sinarum Melacham usq; ad auream Chersonensum nauigarint, uestesq; ex Zebellinis pellibus attulerint: quo uel uno argumento non longe ab Scythicis litoribus Cathaium urbem abesse putamus. Cæterum quum à Demetrio quæreremus, an apud ipsos ulla de Gothis populis uel fama per manus à maioribus tradita, uel ex ipsis literarum monumentis memoria supereslet, qui ante mille annos & Cæsarum imperium & urbem Romam omnibus iniurijs deformatum euertissent, respondebat, & Gothicæ gentis, & Totilæ regis nomen clarum esse atq; illustre, in eamq; expectationem coiuisse plures populos, & ante alios Moscouitas, creuisseq; eum exercitum ex coliuuie Liuoniorum & circumuolganorum Tartatorum, sed propterea omnes Gothos fuisse appellatos, quoniam Gothi qui insulam Islandiam siue Scandauiã incolerent, autores eius expeditionis extitissent. Iis maxime finibus Moscouitæ ex omni parte clauduntur, quos Modocas Ptolemæo fuisse credimus, hodie aũt à Moscho amne haud dubie sic dicti, qui & regiæ urbi, quam interfluit, suũ quoq; nomen indiderit. Ea est omnium Moscouiæ urbium longe clarissima, tum situ suo, qui regionis medius esse existimatur, tum insigni fluminũ opportunitate, domorumq; frequẽtia, & munitissimæ arcis celebritate. Oblõgo etenim ædificiorũ ttactu, secundũ Moschi fluminis ripã ad spatiũ quinq; milliariũ extendit, domus in uniuersũ sunt ligneæ, distinctæ in tridinia;

Zebellinæ pelles præstantiores.

Cathaium Gothi.

Moschus amnis Moschæ

Digitized by Google

clinia, coquinas & cubilia, capacitate amplæ, nec structuris enormes, aut nimium depressæ: trabes enim ingentis magnitudinis ab Hercynia sylua supportantur, quibus ad rubricæ lineam delibratis, & contrario ordine inter se ad rectos angulos coniunctis & confibulatis, exteriora domorum septa singulari firmitate, nec multa impensa, & summa celeritate constituuntur. Domus fermè omnes & ad usum olerum, & ad uoluptatē priuatos habent hortos, unde raræ urbis circuitus longe maximus apparet. Singulæ regiones singula habent sacella, sed conspicuo in loco templum est deiparæ uirgini dicatum celebri structura atq; amplitudine, quod Aristoteles Bononiensis mirabilium rerum artifex & machinator insignis, ante sexaginta annos extruxit.

Aristoteles architectus.

Ad ipsum urbis caput Neglina fluuiolus, qui frumentarias agit molas, Moschum amnē ingreditur, peninsulamq; efficit, in cuius extremitate arx ipsa cum turribus ac propugnaculis admirabili pulchritudine Italorum architectorum ingenio constructa est. In subiectis urbi campis capreolotum & leporū incredibilis multitudo reperitur, quos nemini plagis & canibus sectari licet, nisi princeps id ad uoluptatem intimis familiaribus uel peregrinis legatis indulserit. Tres fermè urbis partes duobus alluuntur fluminibus, reliqua uero latissima fossa, atq; ea multa aqua ex ipsis amnibus corriuata, præcingitur. Vrbs etiā ab aduerso latere alio flumine, quod Lausa dicitur, munita est, id pariter in Moschum paulo infra urbē euoluitur. Porrò Moschus ad meridiem excurrens in Ocham amnem multo maiorem apud oppidum Columnam sese effundit, nec magno inde itineris spatio Ocha ipse & suis & alienis undis magnus et tumens exoneratur in Volgam, ubi ad cōfluentes situ est oppidū Nouogradia minor, de nomine maioris urbis, ex qua deducta est ea colonia, nuncupatū. Oritur Volga, qui antiquitus Rha fuit, è magnis uastisq; paludibus, qui candidi lacus appellantur. Sunt eæ supra Moscham inter Aquilonem et Corum, emittuntq; cunctos fermè amnes, qui diuersas in regiones diffunduntur, uti de alpibus uidemus, è quorū iugis ac fontibus Rhenum: Padum ac Rhodanum, innumerabilesq; minores fluuios manare compertum est. Siquidem eæ paludes pro montibus perenni scaturigine humorē affatim præbent, quū nulli omnino montes ea in regiōe multa etiā hominum peregrinatione reperiantur, ita ut Ryphæos mōtes et Hyperboreos. toties ab antiquis celebratos, pleriq; cosmagraphiæ ueteris studiosi penitus fabulosos esse arbitrentur. Ex ijs itaq; paludibus Diuidna, Ocha, Moschus, Volga, Tanais atq; Borysthenes oriuntur. Volgam Tartari Edilum, Tanaim uero Don appellant, ipse Borysthenes Neper hodie nuncupatur. Hic paulo infra Tauricam in pōtum Euxinū decurrit. Tanais autē à Mæoti palude, ubi Azoum est nobile emporium, excipitur. Volga uero ad meridiem Moscam urbē relinquens, uasto circuitu ingentibusq; mæandris primo ad orientem, mox in occasum, ac demum ae Austrum magna aquarum

Ocha flu.

Rha qui & Volga flu.

mole

Digitized by Google

mole præcipitatus in Hyrcanũ mare deuoluitur. Supra eius oſtium urbs eſt Tartarorum nomine Cytracham, ubi à Medis, Armenisq; & Perſis mercatoribus nundinæ celebrantur. In ulteriore Volgæ ripa Tartarorũ oppidum eſt Caſanum, à quo Caſaniorum horda nomen ducit, diſtat à Volgæ oſtio Caſpioq; mari quingentis millibus paſſuum. Supra Caſanũ autem centeſimo & quinquageſimo milliari ad ingreſſum amnis Suræ, Baſilius qui nũc regnat. Surcicum oppidum condidit, ut in ea ſolitudine mercatoribus ac uiatoribus, qui de rebus Tartaricis ac eius inquietæ gentis moribus proximos finium præfectos certiores reddunt, certa & tuta manſio cum tabernis hoſpitalibus ſtatueret. Moſchouitarũ Imperatores uariis temporibus, uti ex uſu præſentiũ rerũ fuit uel libido, noua ac obſcura loca nobilitandi longius pertraxit, apud diuerſas urbes imperij atque aulæ ſedem habuere: ſiquidem Nouogrodia quæ Caurum & Solem, & ferè Occidentem ſpectat uerſus Liuonium mare nõ multis ante annis totius Moſchouiæ caput fuit, ſummãq; ſemper obtinuit dignitatem, propter incredibilem ædificiorum numerum, latiſſimiq; & piſcoſi lacus opportunitatẽ & uetuſtiſſimi ac uenerabilis templi famam, quod ante quadringentos annos Byzantiorum Cæſarum æmulatione, ſanctæ Sophiæ dei filio Chriſto dicatum fuit. Nouogrodia perpetua quaſi hyeme & tenebris longiſſimarum noctium premitur: nam polum arcticũ ab horizonte ſexagintaquatuor gradus eleuatum uidet, ſex ferè gradibus ipſa Moſcha ab æquatore remotior, qua cœli ratione ſolſtitij tempore propter exiguas noctes, continuatis ferè ſolis ardoribus æſtuare perhibetur. Vrbs quoque Volodemaria regiæ nomen adepta eſt, quæ ad ortum ſolis ducentis amplius milliaribus à Moſcha diſtat, eoq; ſedem imperij ab ſtrenuis Imperatoribus neceſſaria ratione tranſlatum ferunt, ut ex propinquo, quum tum bella cõtinenter cum finitimis gererentur, paratiora præſidia aduerſus Scytharum irruptiones opponerent: eſt enim citra Volgam in ripis Cleſmę amnis ſita, qui in Volgam euoluitur. Cæterum Moſcha, uel ob eas, quas diximus dotes, regiæ nomine digniſſima iudicatur, quoniam medio quodam totius frequentioris regionis ac imperij loco ſapientiſſime conſtituta, munitaq; arce & fluminibus, conſenſu omnium, præcellentiæ meritã laudem honoremq; nulla ætate defuturum ſibi uendicaſſe cæterarum urbium collatione uideat. Diſtat Moſcha ab urbe Nouogrodia quingẽtis millibus paſſuum, medioq; fermè itinere Ottoferia Volgæ amni impoſita occurrit. Is amnis ut fonti proximus, nondum recepris tot amnibus exiguus leniſq; permeat. Inde per nemora & campeſtres ſolitudines Nouogrodiam peruenitur. Porrò à Nouogrodia ad Rigam proximũ Sarmatici litoris portum paulo minus quingentorum milliarium iter eſt, iſq; tractus ſuperiore commodior putatur, quum frequentes habeat uicos, urbemq; Pleſchouiam uię impoſitam, quam duo amnes complectuntur. Ab Riga autem quæ magni

Cytracham emporium

Surcicum oppidum

Nouogardia laus

Altitudo polaris

Volodemaria urbs

Opportunitas & nobilitas Moſchæ urbis

Riga Liuoniæ

Digitized by Google

magistri militiæ Liuoniorum ditionis est, ad Lubeccam Germaniæ portum in sinu Cimbricæ Chersonesi milliaria paulo plus mille periculosæ nauigationis numerantur. Ab urbe Roma uero Moscham duobus millibus & sexcentis miliiaribus distare compertum est, breuissimo, scilicet, itinere euntibus per Rauennã, Taruisium, Carnicas alpes, Villacumq; Noricum, & Viennã Pannonicam: atq; inde superato Danubio, per Olmuttum Morauorum usque ad Cracouiam Poloniæ regiam, mille & centum milliaria existunt. Ab ipsa uero Cracouia ad Vilnam Lithuaniæ caput quingenta: & totidem ab ea urbe ad Smolenchum ultra Borysthenẽ situm: & à Smolencho ad Moscham sexcenta computantur. Verum id iter quod est à Vilna per Smolenchum ad Moscham, hyeme per niues longo concretas gelu, lubricamq; sed multo attritu solidatã glaciem expeditis in curribus incredibili celeritate cõficitur. Æstate uero nisi difficili laborioso q; itinere campestria superari nequeunt: nam ubi niues perpetuis solibus dissolui eleuariq; cœperint, in paludes cœnosas q; uorag ines abeunt, uiris pariter & equis inextricabiles, nisi ligneis pontibus infinito propè labore consternantur. Terra Moschouia in uniuersum neque uitẽ, neque oleam, neque paulo suauioris pomi frugiferã arborem præter melopepones & cerasa producit, quum teneriora quæque gelidissimis Boreæ flatibus exurantur: campi tamen tritici, siliginis, milij, panicij q;, & omnis generis leguminum segetes ferunt, sed certissima messis in cera & melle consistit. Regio enim tota fœcundissimis apibus plena est: quæ non in manufactis agrestium aluearibus, sed in ipsis arborũ cauis probatissima mella conficiunt. Hinc per syluas & opacissimos saltus, frequentia ac nobilia apum examina ramis arborum pendentia uidere est, quæ nullo æris crepitu colligere sit necesse. Reperiuntur sæpe fauorum ingentes massæ arboribus cõditæ, ueteraq; mella deserta ab apibus, quum singulas arbores in uastis nemoribus rari agrestes minime perscrutent, ita ut in admirandæ crassitudinis arborum stipitibus, permagnos mellis lacus aliquando reperiant. Retulit & cum multo omnium risu Demetrius legatus, ut est ingenio comi & faceto, proximis annis uiciniæ suæ agricolam, quærendi mellis causa in prægrandem cauam arborem supernè desiliisse, cumq; profundo mellis gurgite pectore tenus fuisse haustum, ac biduo uitam solo melle sustinuisse: quũ uox opem implorantis in ea syluarũ solitudine, ad uiatorũ aures penetrare nequiuisset, ad extremum uero desperata salute mirabili casu, ingentis ursæ beneficio inde extractum euasisse, quũ forte eius beluæ ad edenda mella more humano, se demittentis auersos renes manibus comprehendisset, & eam subito timore exterritam ad exiliendum tum tractatu ipso, tum multo clamore concitasset. Nobile quoque linum, & canabum in restes, multaq; item boum tergora & massas ceræ ingentes, Moschouitæ in omnem Europę partem mittunt. Nulla auri argentiue uel ignobilioris mitalli, ferro excep-

Vilna Lithuaniæ caput

Itinera difficilia

Mella nobilia

Casus facetè relatus

Vrsæ miraculum

[illegible] metallo caret [illegible] Moschouia

to

tepto, apud eos uena, fecturáue reperitur, nullumq; est tota regione, uel gẽ marum, uel pretiosi lapilli uestigium. Ea omnia ab externis populis petunt: naturæ tamen iniuria, quæ tot bona prorsus inuiderit, uno pellium nobilissi marum mercimonio resarcitur, quarum pretium incredibili hominum cupi ditate & luxu adeo creuit, ut in singulas uestes suffulturæ millenis aureis nũ mis uenęant. Fuit autem tempus quo hæc uilius emebantur, quum remotis simę Septentrionis nationes politioris cultus, nostræq; adeo anhelãtis luxu riæ penitus ignaræ, summa simplicitate, eas uilibus ac ridiculis sæpe rebus permutarent, ita ut uulgo Permij atq; Pecerri, tantum pellium zebellinarũ pro ferrea securi rependerent, quantum earum simul connexarum ipso secu ris foramine, quo mauubriũ inducitur, Moschouię mercatores extrahere po terant. Ante quingentos annos Moschouitæ gentilium deos coluêre, Iouem scilicet, Martem & Saturnum, & plerosq; alios quos sibi insano errore homi nibus ex industrijs, aut regibus antiquitas finxit. Tunc uero primum Chri stianis sacris initiati, quum Græci antistites haud satis constãtibus ingenijs, à Latinorum ecclesia dissentire cœperunt, factumq; est, ut Moschouitæ eos religionis ritus quos à Græcis doctoribus accepissent, ijsdem sensibus, & syn cerissima quidem fide sequerentur. Spiritum enim sanctũ tertiam in diuina trinitate personam, à patre deo solum produci persuasum habent, quum re ctissima ueritate à patre simul Christoq; filio proficisci credendũ sit. Verum ea controuersia apud conuentum Florentinum, præsidente Eugenio quarto pontifice, magna partium contentione agitata, eum exitum habuit, ut perti nacia Græcorum in sermone potius quàm in sensu castigãda uideret, quum Græci antistites euidentissimis conuicti rationibus, spiritum sanctum à pa tre per filium produci fatererentur. Sacramentum quoque non ex azymo, uti iure debemus, sed ex fermentato pane conficiũt, idq; sub utraq; specie, sicuti soli apud nos sacerdotes, panis, scilicet, diuiniq; sanguinis, ab eorum presby teris uniuerso populo communicatur: quo maxime errore imbuti Bohemi, paulo ante patrum nostrorum memoriam à Latinorum ecclesia desciuerũt. Cæterum quod ualde alienũ à Christiana religione esse uidemus, nullis sa cerdotum suffragijs, nullaq; propinquorũ aut amicorũ pietate iuuari mor tuorum manes arbitrantur, fabulosumq; esse purgatorij locum putãt, è quo tandem piorum animæ, quum diuturna ignis pœna, tum multis parentatio nibus, indulgentiaq; summorum pontificum expiatæ, immortalium felicita tem beata in cœli sede consequantur. Cæteris in rebus easdem ferè cærimo nias tenent, quę à Græcis usurpatæ sunt, Romanamq; ecclesiam cæterarum omnium principatũ obtinere, superbè & pertinaciter negant, sed ante alia, lu dæorum genus, uel memoria quidem horrent, nec eos intra fines admittunt ueluti pessimos atque maleficos homines, qui etiam nouissime Turcas ęnea tormenta conflare docuerint. Christi uitæ miraculorumq; omnium historia

Simplicitas mercatorum

Moschouitæ olim gentiles

Dogmata Mõschouitarũ in religione

Purgatorium nõ admittunt

Digitized by Google

Euangelia. Pauli epistolæ ab euangelistis quatuor conscripta, itemq; Pauli epistolæ, dum sacra fiunt, è suggestu clariore uoce recitant, probataeq; uitæ sacerdotes homilias ecclesiæ doctorum publicè legunt, etiam ijs horis quibus sacra minime conficiuntur, *Homeliæ doctorum* non enim oratores cucullatos qui aduocato populo concionari, & ambitiose *Cõcionatores nõ admittunt* nimis atq; subtiliter de diuinis differere soliti sunt, admittere fas putant, quoniam rudes imperitorum animos simplici potius doctrina, quàm altissimis arcanorum interpretationibus ad sanctiorem morum frugem euadere, uiri solidæ religionis arbitrantur. Hos quos modo diximus, sacros libros, itemq; noui ac ueteris lustumenti enarratores, præterea Ambrosium, Augustinũ, *Libri sacri translati* Hieronymum atq; Gregorium in linguam Illyricam traductos habent, religioseq; custodiunt, Antistites, principesq; minorum sacerdotum singulis urbibus, pagisq; præfecti sacra curant, controuersias dirimunt, & moribus deprauatos summa quadam uindicandi potestate persequuntur. Regem sa- *Metropolita* crorum quem ipsi metropolitam uocant, à Constantinopolitano patriar- *Archimandritæ* cha petunt. Archimandritæ autem & episcopi, coniectis in urnã meliorum *Episcopi* nominibus, sorte ducuntur. Eorum uero hominum qui humanis cupiditatibus ultro renuntiarunt, diuinarumq; rerum contemplationi & sacrorũ *Sanctioris uitæ professores* ministerio sese dedicarunt, duplex est genus, utrunq; cœnobia incolit: sed alterum est uagum & paulo solutioris uitæ, sicuti apud nos diuorum Francisci atq; Dominici sectam profitẽtes: alterum cõstat ex sanctioribus monachis, quorum ordinem diuus Basilius instituit, ijs ne limine quidẽ uel in suprema uitæ necessitate, pedem efferre fas est. Procul enim ab oculis prophanorum singulari duritie uitam in occultioribus adytis degunt, summamq; subactæ carnis & confirmati in religione animi opinionem præbent. Vniuersus po- *Ieiunia gentis quatuor* pulus quater in anno & pluribus semp diebus ieiunare cõsucuit, abstinetq; ab esu carnium, ouorum, & lactis. In uere primum, more Latino post diẽ cinerum: mox adulta æstate in honorem diuorum Petri & Pauli: & initio autumni demum, quum assumptæ in cœlum Mariæ uirginis memoriam celebramus: postremo sub ipsam hyemem, quum aduentus domini pronuntiatur. Per hebdomadam uero, diem Mercurij sine carnibus, diem autem Ve- *Mercurij dies sine carnibus.* neris sine ouis lacteq; traducunt, sed Saturni dies mensa omnibus obsonijs *Veneris sine ouis & lacte* opipare referta hilariter excolitur. Cæterum secus ac nos solemus, nullas fe- *Saturni dies genialis* storum dierum uigilias obseruant. Religiosissimè templa uenerantur, adeo ut ea neq; uiros neq; fœminas uenereis pollutos complexibus intrare fas sit, nisi prius priuatis balneis abluantur. Sæpeq; accidit, ut complures utriusque sexus sacra audiẽtes extra limen consistãt, & propterea à petulcis iuuenibus recentis incontinẽtiæ notati, facetis aliquando nutibus salutentur. In ipso na- *Sacra apud flumina* tali die Ioannis baptistæ, & in paschate, trium magorum, presbyteri sacratos panes paruos toti populo largiuntur, quorum esu febribus conflictatos asse uari existimant. Alia quoq; sacra, certo anni tempore apud flumina gelu cõ-

creta

Digitized by Google

cretacelebrantur. In ripa tabernaculum constituunt, & aduocata nobilitate, hymnos numeroso concentu pronuntiãt, sacræq; lymphæ multa aspergine profluentem purificant, & solenni cærimonia stratum & consecratum circuncisa & reuulsa glacie protinus aperiunt. His rebus rite confectis, si qui adsunt languentes uel morbosi, in flumen desiliunt, & sacris aquis abluuntur, quũ ob id elui morborum sordes persuasum habeãt. Defuncti uti apud nos, mediocri funeris pompa comitantibus presbyteris efferuntur, capite mappa uelato. *Funera*

Cæterum non in templis, uti apud nos impia propè, uel abominabili certe corruptela usurpatum est, sed in septis ac exterioribus templorum uestibulis sepulturæ traduntur: ijs quoq; more nostro quadragenis diebus parentãt: quod certe mirum uidetur, quum in purgatorio loco expiari animas & criminum pœnam ullis amicorum supplicijs, ullo q; pietatis officio mitigari penitus negent. *Sepulturæ*

In cæteris eadem quæ à nobis de religione sentiuntur, constantissime credunt. Moschouitæ Illyrica lingua, Illyricisq; literis utũtur, sicuti & Sclaui, Dalmatæ, Bohemi, Poloni, & Lithuani. Ea lingua omniũ longe latissima esse perhibetur, nam Constantinopoli Ottomanorum in aula familiaris est, & nuper in Ægypto apud Memphiticum Sultanum & equites Mamaluchos haud ingratis auribus audiebatur. In hanc linguam ingẽs multitudo sacrorum librorum, industria maximè diui Hieronymi & Cyrilli translata est. *Illyrica lingua omnium latissima*

Præter quoq; patrios annales, Alexandri etiam Magni, Romanorumq; Cæsarum, itemq; M. Antonij & Cleopatræ memoriam ijsdem literis commendatam tenent. Philosophiam uero & syderalem scientiam, cæterasq; disciplinas, & rationalem medicinam nunquã attigêre, ijq; pro medicis se gerunt, qui alicuius paulo ignotioris herbę uires, se pluries obseruasse profitentur. *Historias callent*

Anni apud eos non à natali Christi, sed ab ipso mũdi initio numerantur, qui non à mense Ianuario, sed à Septembri incipiunt. Leges toto regno habent simplices, summa principum & iustissimorum hominũ æquitate conditas, & propterea populis ualde salutares, quoniam eas ullis causidicorum cauillationibus interpretari atq; peruertere non licet. De furibus, sicarijs & latronibus supplicium sumunt: quum de maleficijs quæstionem habent, reos multa gelida aqua superne demissa profundunt, quod intolerandum tormenti genus esse perhibent. Nonnuuquam obduratis & contumacibus, ut confessio criminis exprimatur, ligneis cuneolis digitoruum ungues conuelluntur. *Leges simplices*

Supplicia

Iuuentus omnis uarijs ludis, sed militię proximis sese exercet: in stadio cursu contẽdit, in palæstra colluctatur, pernicitati equorum studet, omnibusq; præmia, & præsertim sagittariorum peritissimis præponuntur. *Exercitatio gentis*

In uniuersum Moschouitæ statura sunt mediocri, sed quadrata & ualde torosa, cæsij omnibus oculi, prolixæ barbæ, crura breuia, & uentres extenti: equitant contractis admodum cauribus, & peritissime uel auersi & fugientes sagittas emittunt: domi opipare potius quàm laute uiuunt, nãq; omniũ fermè

Victus qualis

Digitized by Google

cibariorum quæ uel à luxuriosissimis desiderari possunt, mensæ eorũ & paruo quidem pretio passim instruuntur. Gallinæ siquidem, & anates singulis

Mira de carnibus asseruatis

sæpe argenteolis tenuibus nummis ueneũt: maioris minorisq; pecoris increbilis est copia, & occisæ media hyeme iuuencæ, cõcretis gelu carnibus duorum ferè mensiũ spatio non putrescunt. Venatione & aucupio uti apud nos, nobiliora obsonia parantur, nam uenaticis canibus & plagis omnis generis feras capiunt, & asturibus atq; falconibus, quos mirificos regio Pecerra præbet, non modo phasianos, & anates, sed cygnos & grues consectantur. Astures ex genere infimo aquilarum uel miluorum, falcones uero accipitrum nobile genus antiquis fuisse putamus. Capitur quoq; auis subnigra, puniceis

Tetrao auis lingua Moschouitica, Plinio Erythratao

supercilijs, magnitudine anseris, quæ pulparum sapore phasianorũ superat dignitatem, Moschouitica lingua Tetrao nuncupata, quę Plinio Erythratao uocatur, Alpinis populis cognita, & maxime Rhetis, qui saltus ad Abduæ amnis fontes incolunt. Ingentes etiã sapidissimosq; pisces, & ante alios sturiones, quos Siluros antiquitus fuisse putamus, Volga præbet, & hi quidem hyeme multa inclusi glacie, recentes pluribus diebus asseruantur. Aliorum uero piscium multitudinem fermè incredibilem, ex candidis, quos diximus,

Vino carent

lacubus expiscantur. Vino natiuo quũ penitus careant, aduectitio uti solent, sed in festis conuiuijs tantum, & sacrificijs. Ante alia Creticũ subdulce, maximo in honore habetur, sed in usum medicinæ tantũ, uel principalis luxuriæ ostentationẽ: quum miraculi loco sit, eductum Creta per Gaditanas fauces,

Medonẽ, birram & cerusiam bibunt

& tantis conclusi maris oceanicq; fluctibus agitatum incorrupta suauitatis ac odoris dignitate, inter Scythicas niues ebibisse. Populus uero medonem bibit ex melle lupulisq; decoctum, quod picatis in cadis ueterascit, & ex antiquitate nobilitatem adsequitur. In usu quoque sunt birra atque ceruisia, sicuti apud Germanos Polonosq; uidemus, quæ ex tritico zeaq;, uel ordeo decoctis, omni conuiuio circumferuntur. Hanc quadam cognata cum uino potestate, largius compotantibus ebrietatem inducere adfirmant. Medonem ac birram per æstatem infrigidare infusa poculis glacie, uoluptatis gratia solẽt: nam ingentia glaciei frusta nobilium in cellis subterraneis singulari

Succus ex cerasis

studio recondũtur. Sunt & qui in delicijs habeant succum ex subausteris cerasis expressum, qui perspicuum & purpurissantis uini colorem, & saporem iucundissimum refert. Vxores & fœminas non in eo honore sunt apud eos uti apud cæteras gentes, nam proẽancillarum loco habentur. Viri insignes earum uestigia mirum in modum obseruant, & pudicitiæ diligentissime cauẽt: nõ enim adhibentur conuiuijs, neque sacrorum causa remotiora templa petere, aut temere in publicum egredi permittuntur. Cæterum uel ab externis

Pudicitiã fœminarum obseruant

hominibus, & exiguo quidem pretio ad Venerem omne uulgus fœminarũ facile pellicitur, adeo ut parum earum amoribus studere uiri nobiles existimentur. Basilius ante uiginti annos Ioannem patrem amisit. Is Sophiam

Sophia uxor Ioannis

Thomæ

Thomæ Palæologi, qui late in Peloponeſo imperabat, Conſtantinopolitanique Imperatoris erat frater, uxorem duxit. Ea tum Romæ erat, Thoma patre Turcarum armis Græcia pulſo. Ex hac quinque liberi felici fœcunditate ſuſcepti, ipſe Baſilius, Georgius, Demetrius, Simeon & Andreas. Demetrio & Simone iampridem morbo abſumptis, Baſilius Salomoniam Georgij Soborouij, eximiæ fidei atque prudentiæ conſiliarij filiam, in matrimoniū ſibi collocauit, cuius fœminæ ſingulares uirtutes una ſterilitas obſcurat. *Salomonia, Vxor Baſilij*

Solent autem Moſchouitæ quum de uxore ducenda deliberāt, omnium toto regno puellarum uirginum delectum habere, ac forma, uirtuteque animi præſtantiores ad ſe perduci iubere, quas demum per idoneos homines, fideles matronas inſpiciunt ita diligenter, ut ſecretiora quoque ab iſs contrectari exploriq; fas ſit. Ex iſs uero magna atque ſolicita parentum expectatione, quæ ad principis animum reſponderit, regijs nuptijs digna pronuntiatur. Cæteræ uero, quæ de formæ pudicitiæq;, & morum dignitate contenderant, ſæpe eadem die in gratiam principum, proceribus atq; militibus nubunt: ſic ut mediocri loco natæ plerunque, dum principes regiæ ſtirpis clara ſtemmata contemnunt, ad ſummum regalis thori faſtigium, uti & Turcas Ottomanos ſolitos eſſe uidemus, pulchritudinis auſpicijs euchantur. *Delectus uirginum*

Baſilius quadrageſimum ſeptimum ætatis annum non attingit, ſpecie corporis eximia, animi uirtute ſingulari, ſuorumq; ſtudio ac beneuolētia, & rebus geſtis, progenitoribus ſuis anteferendus. Nam quum per ſex annos cum Liuonijs, qui ſeptuaginta duas urbes fœderatas in eius belli cauſam trahebant, armis contendiſſet, paucis legibus datis potius quàm acceptis, uictor diſceſſit. Polonos quoque initio ſtatim ipſius imperij, acie profligauit, Conſtantinumq; Ruthenum copiarum ducem captum & catenis uinctum Moſcham perduxit. Sed ipſe aliquando poſt ad Boryſthenem ſupra Orſam urbem, ab eodem Conſtantino quem dimiſerat, magno prælio eſt ſuperatus: ita tamen ut Smolenchum oppidum, quod antea Moſchouitę occuparant. poſt tantam etiam uictoriam à Polonis partam, in ditione Baſilij relinqueretur. Sed aduerſus Tartaros, & maxime Europeos Præcopitas, ſæpius ſecundo prælio à Moſchouitis eſt dimicatum, ulciſcendis fortiter iniurijs, quas illi repentinis incurſionibus intuliſſent. Supra enim centum & quinquagin ta millia equitum Baſilius ad bellum ducere conſueuit, diſtinctis per uexilla turmis, quæ ſuos duces ſequuntur. Regiæ alæ uexillo inſcripta eſt Ioſue Hebræi imago illius, qui, ut ſacræ referunt hiſtoriæ, à deo maximo longiſſimum diem, retardato ſolis curſu pijs precibus impetrauit. Pedeſtres copiæ nullo propè uſui ſunt in illis uaſtis ſolitudinibus, tum ex ipſa ueſte quæ fluxa talarisq; eſt, tum ex hoſtium cōſuetudine, qui curſu potius & equitandi celeritate, quàm ui ſtatariæ pugnæ, uel ipſo congreſſu militiam exercent. Equi eorum ſtatura infra mediam exiſtunt, ſed robuſti & uelociſſimi haben *Baſilij etas* *Incredibilis equitatus* *Inſigne regij uexilli*

Digitized by Google

Arma gentis habentur. Equites præpilatis haſtis, clauiſq; fetreis & ſagittis rem gerũt. Pauci falcati ſunt gladij: corpora uero clypeis rotundis, ut Aſiatici Turcæ, uel inflexis & angularibus parmis, more Græcorũ, itemq; lorica & galea pyramidali proteguntur. Baſilius etiam Sclopettariorum equitum manũ inſtituit, multaq; ænea tormenta Italorum fabrorum artificio conflata, ſuiſq; impoſita curribus in arce Moſchæ uiſuntur. Ipſe inſigni apparatu & ſingulari comitate, qua tamen regia maieſtas nulla ex parte corrumpitur, publice cũ proceribus atq; legatis epulari ſolet, magnumq; inaurati argẽti pondus duobus abacis expoſitum eodem triclinio conſpicitur. Nullam prætoriani militis cohortem, præter ipſam familiam, corporis cuſtodię cauſa circum ſe habere uel alibi alere conſueuit: ab urbana enim fideli multitudine ſtationes habentur, nam unaquæq; urbis regio foribus, cancelliſq; ſepitur, nec temere per noctẽ, aut ſine lumine in urbe uagari licet. Aula omnis conſtat ex regulis & ex ipſo militum delectu, qui per ſtatos menſium circuitus, frequentandæ nobilitatis dæq; regiæ cauſa per uices ad implenda comitatus officia è ſingulis regionibus accerſuntur. Porro exercitus omnis quum bellũ ingruit, uel hoſtibus indicitur, ex euocatis ueteranis, nouiſque prouinciarum delectibus cogitur: nam cunctis in urbibus præfecti militiæ iuuentutẽ inſpiciunt, idoneoſq; in ordines militum tranſcribunt, quibus ex ærario prouinciarũ, certa pacis tempore, ſed ea quidem exigua ſtipendia perſoluuntur. Verum qui militant, immunitate uectigalium gaudent, & cæteris paganis præſtant, regiaq; gratia omnibus in rebus potentes exiſtũt: pateſcit nanq; ueræ uirtuti nobilis locus, quum bellum geritur, ſiquidem egregio & in omni rerũ adminiſtratione ſalutari inſtituto, ad ſuum quiſque ſpectatum facinus, uel perpetui præmij uel ignominiæ ſempiternæ fortunam adſequitur.

Apparatus regiæ menſæ

Exercitus regius

Immunitas militaris

optimum inſtitutum

FINIS.

BENEDICTI LAMPRIDII.

Hos dono Iouius mittit tibi Rufe labores
Anfractus longos, & ſpatia ampla maris.
Hæc quoniam nemo melius te iudicet, unum
Vllæ nec terræ, nec maria ulla latent.
Magna quidem Iouius donat tibi Rufe, ſed ipſe
Longe maiori munere dignus eras.

Digitized by Google

PETRVS MARTYR DE

INSVLIS NVPER REPERTIS, ET DE moribus incolarum earundem.

EX mearum decadum libellis in uulgus emissis colligere licet, fugitiuos quosdam ad uicina Darienis appulsos nostrorum libellos admirantes dixisse, terras se aliquando incoluisse, quarum habitatores instrumentis uterent eiuscemodi, ac politice legibus parentes uiuerent, atriaq; ac templa lapidibus constructa magnifice, plateas etiam, stratasq; uias ordine composito, ubi negotientur, haberēt. Eas nūc terras nostri reperere: qui autores fuerint, quomodo res processerit, attēte audiat quisquis peregrinarum regionum conditiones & populi mores scire desiderat. De insula Cuba, quam Fernandinam placuit appellari, Hispaniolæ occidentali proxima. Septentrionalis tamen adeo, ut Cancri tropicus mediā secet Cubam, Hispaniola uero à tropico distet ad æquatorē gradus aliquot, pauca tetigimus hactenus. In hac insula sex iam sunt oppida erecta, prima rium à diuo Iacobo Hispaniarum patrono nomen sumit. Natiuū est ibi aurum, & montanū, & fluuiale: auro suffodiendo inuigilatur Quo anno libelli mei portas clauserunt, tres Hispani ex antiquioribus Cubæ ciuibus, Franciscus Fernandes Cordubēsis: Lupus Ocho. Caicedus & Christophorus Morantes, nouas quærere terras instituunt. Est inquietus & semper magna moliens Hispanorum animus: tria instruunt eius generis nauigia, quæ appellat Hispanus Carauellas, proprijs impēsis, habita à gubernatore Dieco Velasquem nauigandi potestate ex angulo Cubæ occidentali, qui sancti Antonij nomen adeptus est, altum capiunt cum centum & decem uiris. Est hic angulus ad reficiendas naues, ac aquationi, ac signationi aptissimus: cœlo tantum & aqua contenti sex adnauigant inter Zephyrum & Austrum dies ac dimidium, quo tempore sex tantū & sexaginta se milliaria percurrisse arbitrant. Stabant autem in ancoris ubicunque sol cadens illos deprehendebat, ne per ignotum pelagus errantes, scopulis illiderentur, aut arenosis uadis impliciti mergerentur. In insulam incidūt ingentem, nomine Iucatanam, cuius initiū incolæ Eccampi uocant. Oppidum in litore situm adeunt, magnum adeo, ut Cayrū illud nostri dixerint, hospitaliter ab incolis nostri suscipiūtur: ingressi summa sunt repleti admiratione, turritas domos, templa magnifica, uias ordine stratas ac plateas, ac nundinaria ibi agi commercia reperiunt: lapideæ sunt domus, aut ex lateribus & calce, arte & industria confectæ: ad prima domorum impluuia, & primas habitationes per duodecim aut decem gradus ascenditur, nō tegulis tantum, sed culmis aut herbarum fruticibus coopertæ

Darienes flu.

In Cuba oppida excitata

Iucatana ins.

sunt

Digitized by Google

ſunt. Mutuis ſe muneribus afficiunt, bullas aureas & ex auro fabrefacta monilia perpulchre formata barbari noſtris, noſtri aũt illis ſericeas ac laneas veſtes, uitreos etiam calculos, & aurichalcea tintinnabula, munera illis grata, quia peregrina, ſunt impartiti. Specula floccifaciebant noſtra, quia illi lucidiora ex quibuſdam lapillis aſſequuntur. Veſtita eſt hæc gens non lana, quia pecudes nõ habent, ſed gonſapio mille modis & uarijs fucato coloribus. Fœminæ à cingulo ad talum induuntur, uelaminibuſq; diuerſis caput & pectora tegunt, & pudice cauent, ne pes aut crus illis uiſatur. Templa frequentant, ad quæ primarij uias ex propriis domibus ſternunt: idolorum cultutæ indulgent, ſunt rccutiti: ſumma fide negotiantur, permutãdo tamen ſine pecunijs: crines ornant. Vnde id habuerint interrogati per interpretes, dicunt aliqui, tranſijſſe aliquãdo uirum quendam formoſiſſimũ per eos tractus, qui eis id inſigne in ſui memoriam reliquerit. Alij, obijſſe lucidiorem ſole hominẽ in eo opificio, certi nil habetur. Aliquot ibi dies cõmorati, iam uidebantur incolis eſſe moleſti: nullius enim hoſpitis eſt grata mora longa: commeatum capiunt, rectà tendunt ad occidentem per prouinciam Comi & Maiam dictas ab accolis: præterlapſi ſunt, aquam tantum & ſigna ex itinere capientes: barbari litorales noſtras admirabant naues mari innatantes, ad quas uiſendas & fœminæ permixtæ uiris cum infantibus paſſim prodibant. Nam ex mari non ſine ſtupore illorum ædificia, ſed præcipue templa litoribus proxima, in modum arcium erecta proſpectabant. Iacere tandẽ ancoras placuit ad milliaria centum, decem in prouincia, cui nomen Campechium, cuius oppidũ eſt domorum trium millium, amice ſeinuicẽ complectũtur, nauticã noſtrorũ artem, nauigiorũ magnitudinẽ, uela, ampluſtra, reſq; cæteras barbari attoniti admirabãtur. Vbi excuſſorum tormentorum tonitrua, fumoſum ac ſulphureum odoremq; ignitum ſenſerunt, à deo mitti fulmina atbitrabant. In atrio regulus noſtros benigne magnificéque hoſpitatus eſt. Poſt ſumptas more illorum epulas in quibus pauones habent & altilia, uolucres etiã montanas & nemorales, ac aquatiles, perdices, coturnices, turtures, anates, & anſeres, cuniculos: ultra hæc lupos, leones, tigres uulpes, & quadrupedes agreſtes, ut apros, ceruos & lepores. Ducti ſunt noſtri cum regio comitatu ad latum compitũ in oppidi latere ſitũ, oſtendũt noſtris quadratũ quatuor graduum erectũ marmoreũ, partim ex tenaci bitumine, partim ex lapillis pulpium, cui hominis inhærebat ſimulacrũ ſuperſculptũ, adhærentibus illi duobus quadrupedibus ignotis qui marmorei hominis uterũ, uti canes rabidi uidebãtur uelle dilacerare. Serpẽs bitumine ac lapillis cõpacta, pedũ longa ſeptẽ & xl. uti bos magnus marmoreũ leonẽ uorans, recenti cruore irrorata ſimulacro aſtabat: proximi ſolo affixi erant tres tigni, quos tres alij lapidibus ſuffulti tranſuerſabant. In eo loco reos puniunt, in cuius rei argumentũ, ſtratas uidẽtur innumeras cruore illitas & cõfractas ſagittas, & mortuorũ oſſa in uicinũ

Campechium

cortem

cortem proiecta. Domus & hic sunt ex calce & lapidibus ædificatæ. Regulo Lazari nomen indiderunt, quia Lazari die terram ceperunt. Abeũt ad millia inde, ad occidentem semper, quindecim. Prouinciã captant nomine Aquanil, cuius oppidum Mosco dicitur, regulus Capoton, ultima acuta. Hostiliter inspectat nostros hic regulus, insidias nostris struit, petentibus aquam, trans collem proximum fontes esse innuunt, quà iter erat per angustas semitas. Ex mutatis in fronte coloribus, & arcuum & telorum gestamine, fraudẽ sensere, tendere ulterius nostri recusant. Palantes & imparatos adoriuntur nostros barbari, mille amplius sternunt fugientes nostros, cœnoso in litore (erat enim ibi mare cœnosum) implicantur, duos & uiginti sagittis transuerberatos perimunt, reliquos maiori ex parte uulnerant. Tribus & triginta, inquiunt, classis ipsum prætorem Franciscũ Fernanden uulneribns percussum. Ferè nullus euasit incolumis. Si ad monstratos colles processissent, perempti fuissent ad unum. Mœsti ergo redeunt, qui superfuere ad Fernandinam in sulam unde uenerant, ac cum fletu & gemitibus ob relictos & præsentes uulneratos à socijs recipiuntur. His intellectis Cubæ Fernandinæ gubernator Diecus, Velasquem quatuor Catauellarũ classem instruit cum hominibus circitet trecentis. Huic classiculæ præfecit nepotem suum Ioannem Grisaluã, additis subprætoribus Alfonso Auila, Francisco Montegio, & cõmẽdatario Petro Aluarado, nauclero autem eodem Antonio Alamino prioris classiculæ rectore. Idem iter capiunt, sed australius aliquanto ad millia forte septuaginta, turrim ex alto uident, terram minime. Ea turri duce, insulam apprehendunt nomine Cozumellam, qua suaues se olfeciſſe odores spatio trium milliarium uento inde perflante, inquiunt. Ambitu reperiunt esse milliariorum quinq; ac quadraginta: plana est, gleba fortunatissima: aurũ habet, sed peregrinum aliunde allatum: melle abundat & fruticibus ac hortensibus, uolucribus etiam & quadrupedibus. Est horum incolarum, ut breuibus absoluam, ea œconomia & politia, quæ de Iucatana: domus, templa, uiq;, commercia, uirorum ac fœminarum gestamina ex gosipino, non laneo uel serico: domus lapideæ, culmo contectæ, ubi sit lapidum penuria: sed ubi sit lapicidinarum copia, laminis lapideis conteguntur, marmoreos postes in pleriſq;, ueluti apud nos pleræq; domus habent. Turres ibi uetustas dirutarum uestigia redolentes repererunt, unã præ cæteris graduũ octodecim, ut ad illustria templa cõscẽdit. Nostras sunt admirati naues, & nauticã artẽ, noluerunt hospites primo, impetu, benigne eos tendẽ admiserũt: turrim conscendũt duce primario, quẽ sacerdotẽ credunt: uexillũ in cacumine sistũt, regi Castellæ imperiũ adiudicant, Sanctæ crucis nomen insulæ assignãt, quia ad nonas Maij Sanctæ crucis festo sunt insulã ingressi. Cozumellã uero, inquiunt, appellari à regulo Cozumellao, cuius maiores ipse iactat fuisse huius insulæ habitatores. Cameras in turri repere, statuis tũ marmoreis, tum fictilibus urſorum

Aquanil

Cozumella insula

simlacris

simulacris instructas, quos unisono cantu elato inuocant, suauibus adolent odoribus, uti penates eos colunt: res ibi diuina celebrata est, sunt recutiti. Regulus hic eleganter ex gossipino uelamine indutus, pedis unius digitos abscissos habebat: natanti piscis uorax, qui Tuberon dicitur, uno morsu digitos raptauerat, laute copioseq; nostros alluit. Post triduum abeunt ad occidentem semper, uident procul montes, Iucatana erat insula quæ à Cozumel la quinque tantum millibus passuum distat. Iucatanæ latus meridionale capiunt, putato continenti proximum circumeunt, illam nequeũt uniuersam, ob frequentes scopulos, & ob arenosa uada. Ad iam notum latus boreale Alaminus nauclerus naues reducit. Ad idem oppidum Campechiũ & Lazarum regulum, ad quem priores superiori anno proficiscuntur, placide suscepti ad oppidum inuitantur: inuitasse pœnituit: ad lapidis iactum ab oppido nostros sistere iubent: accolæ abire imperant, aquandi petunt copiam priusquam discedant nostri, puteum à tergo relictum monstrant, licere inde aquam haurire, aliunde minime inquiũt: pernoctatũ est in uicino putei campo: diffidunt barbari, armatorum tria circiter millia castra loant nõ longe à nostris: pars utraq; noctem duxit insomnem: illi nostrorum eruptionem in pagum, nostri barbrorum impetum repentinum ueriti, tubarũ clangoribus, & tympanorum boatu somnolentos excitabant: ubi illuxit, accedũt barbari, appellant interpretes Cubenses nostros, quorum idioma, si non idem, consanguineum tamen: face thurea inter utrunq; agmen accensa, minantur internecionem, ni prius abire properauerint quàm fax extinguatur: nolle se hospites protestantur, fax consumitur, deuenitur ad manus, perimunt è nostris unum, quem sagitta male scutatũ reperit, multi feriuntur: ad tormenta quę apud puteum erant locata, se reducunt nostri, ut inde globos iaculentur in barbaros: retrocedunt ad oppidum barbari, milites feruenti animo cupiebant illos persequi, uetuit Grisalua prætor. Inde procedunt ad Iucatanæ calcem ultimum, ducentorum reperiunt esse milliarium, amplius productã ab oriente in occidentem: portum petunt egregium, cui nomen dedere Portus desideratus. Ad terras deinde transfretant alias, & terram prehendunt Iucatanæ uicinam ab occidente: dubitant sit insula nec ne, continenti esse annexã arbitrantur. Est ibi sinus quem suspicantur ambitum utraque terra, nil certi. Caluacã, aliàs Oloan ab accolis hæc tellus appellatur. Flumen ingens ibi repertum, dat suo furore in pelagus potabiles aquas, duorum milliũ spatio à prætore Grisalua appellarunt flumen. Admirati nostras moles mari natantes barbari accolæ utranq; fluminis ripam ad sex millia armatorũ, scutis aureis, arcubus & sagittis, ensibus etiam latis, & hastis adustis armati obsident, prohibituri descensum & litus tutaturi. Stat ea nocte pars utraq; in alis, prima luce ecce Canoas circiter centum armatis plenas: diximus aliàs, Canoas esse lembos uniligneos: & hic se Cubenses interpretes, & hi sat cõmode conueniebant

ueniebāt in lingua: pax oblata per interpretes admittitur, accedit una Canoa, reliquæ ſiſtunt. Canoæ rector quid noſtri quæritent per alienas terras percontatur: aurum cupere reſpondetur, permutatione tamen, non gratuito aut uiolenter. Redit Canoa, quid actum ſit regulo referunt nautæ: accerſitus regulus uenit libens: narratu dignum: cubicularium ad ſe uocat regulus, cubicularia iubet afferre ornamenta, ut prætorem noſtrum Griſaluam ornet imperat, à calceo incipit aureo illum induere, ocreas, thoracem, & quicquid armorum ex ferro aut calybe ſolet cataphractus noſter aliquis proditurus ad pugnā ſibi ſumere, uniuerſum id eſt auro miris modis formato regulus Griſaluæ impartitur. Compenſat Griſalua ſericeis, laneis ac lineis ueſtibus, rebuſq; alijs noſtratibus. In huius lucatanæ initio, quando in Cozumellam traiecerūt, in Canoam piſcatoriam inciderunt: nouē inerant hamis aureis piſcantes incolæ inermes, capiunt omnes nil timētes. Ex illis unum agnouit hic regulus, ſe tantūdem auri miſſurum in craſtinum pollicetur ad Griſaluā, quanti ponderis uir ille reperiretur: negauit redemptionē ſocijs inuitis prætor, illū retinuit ac diſceſſit, quid ultra faciat recogniturus, ad millia centū circiter, ad zephyrū ſemper, ſinum ingentem reperiunt, in quo tres paruæ inſulæ ſitæ erant, adeunt grandiorem: proh crudele facinus, proh truculentas hominū mentes, ſtomacho claudat portas quiſq; pius ne perturbetur, pueros puellaſq; ſuis dijs immolāt paſſim, ſunt recutiti, ſimulacra quæ colunt, partim ſunt marmorea quædam, alia fictilia: marmoreas inter imagines extat leo pertuſa ceruice, in quam miſerorum ſanguinē proijciūt, ut inde fluat in lacunam marmoream. Quibus cærimonijs miſerorum ſanguinē litent referamus, non iugulis, ſed pectoribus apertis ex infauſta uictima cor eruunt, ex cuius calido cruore idolorum labia illiniunt, reliquum fluere patiuntur in lacunam: inde in apertum, cor & exta cōburunt, gratum fumum dijs fore arbitrantur. Ex idolis unum eſt uirile quod inflexo capite lacunam ſanguinariam ſuperinſpectat, tanquam acceptans ſacrificium hoſtiarum. Torulos brachiorum & fœmorum, ac ſurarum pulpas edunt, præcipuæ ſi hoſtem bello uictum ſacrificauerint. Riuum concreti ſanguinis, ueluti ex carnificina exeuntem repererunt. Ex inſulis uicinis ad id facinoris miſeros tranſportant, capita cadaueraq; ibi truncata uiderunt innumera, integra etiam pleraque uelaminibus contecta. Vniuerſi tractus illi auro gemmisq; abundant. Pererrans inſulam unus è noſtris in duos ſemiſuſſos urceos alabaſtrinos perpulchre laboratos lapillis incidit, diuerſorum colorum plenos. Aiunt lapillum ſe reperiſſe, qui miſſuſeſt ad gubernatorem, ualoris duorum millium Caſtellanorum auri. Sacrificij hanc inſulam appellatūt. Extant & in huius Colluacanæ lateribus aliæ ſitæ inſulæ, in quibus ſolæ mulieres habitant ſine uirorum cōmercio. Putant aliqui Amazonico uiuere more, qui prudentius rem ponderāt, cœnobitas eſſe uirgines, ſeceſſu gaudentes, uti apud nos, & multis in locis apud ueteres Veſtales, aut Bonæ deæ ſacræ. Cer-

Sacrificij inſula

Digitized by Google

tis anni temporibus trajciunt ad eas uiri, non coitus causa, sed moti pietate, campos & hortos illis composituri, quo cultu queant uiam ducere. Fama tamen uiget, esse alias insulas fœminarum sedes, sed corruptarum, quæ mammillam à teneris scindunt, quo facilius queant sagittariam artem exercere: ad easq; trajcere coitus causa uiros, nec retinere mares: Fabulam puto. Ad litus ergo Colluacanæ terræ se applicant nostri, placide negotiantur, aureum regulus cacabum, armillas, torques, bullas, multaq; præterea diuersorum generum monilia nostris impartitus est: nostri contrà nostratibus illum alacrem reddunt. Figere hic pedem, & coloniam deducere cupiebant: prohibuit Grisalua prætor, desperatis animis uixerunt eo tempore commilitones in prætorē. Turritis constat ædificijs hæc prouincia, oppidis amplissimis quindecim, & alicubi uiginti millium domorū se aliqui uidisse attestantur. Sunt non ubiq; connexæ domus, hortis & cortibus intersecantibus, multæ distant à seipsis, plateas habent mœnibus circumseptas, in quibus fora nundinasq; exercent, uias ordine stratas, furnos, fornacesq;, calcem ac lateres coctos habent, figulos, lignariosq; fabros, & artifices, mechanicarumq; artiū omnium opifices assequuntur egregios. Potanchanus hic regulus dicitur, regio Palmaria, eius oppidum regium aiunt esse domorum quindecim millium. Quando nouos hospites suscipiunt, qui pacem in illis terris admittunt, in amicitiæ fœdus sibi ipsis cum nouacula uel gladio lapideo sanguinis parumper ex lingua uel manu, aut lacerto, uel alia quauis corporis parte, hospite inspectante eruunt. Sacerdotes uiuūt cœlibes & incorrupti. Quid sit coire nemo intelligit, donec nubat. Nephas & morte piandum est aliter accidere. In fœminis mira castitas. Licet unicuiq; potenti, postquam unam duxerit uxorem, habere pellices quot quot uoluerit: sed nupta adulterio comprehensa uenditur à marito, primario tamen principi, à quo licet mulieris propinquis illam redimere. Nemini non coniugato phas est iungi in mensa, uel eadem lance uesci, aut poculo bibere, paremq; coniugato se prebere. Augusto Septembriq; mense quinq; ac triginta dies abstinent, non à carnibus modo, quas assequuntur optimas, sed neq; piscibus uescuntur, aut re aliqua, quæ sanguinem nutriat: hortensibus ac leguminibus illos dies peragunt. Menses uiginti dierum numero claudunt annum uero mensibus uiginti: aliquot ibi dies lautos egere. Abeunt, litus idem sequuti, regulum conueniunt alium, cui nomen dedere Ouandus: regulus ubi nostros aurum cupere intellexit, laminas conflatas attulit aureas, se copiam eius metalli desiderare prætor significauit per interpretes. Postero die aureum hominis simulacrum, pigmeum, flabellumq; aureum, & artificio uario laruā iubet afferti, calculorumq; serta, pectoralium, & bullarum copiam, & diuersorum generum ornamenta & uariorum colorum lapillos nostris est impertitus, dapibus quoq; lautissimis persapide conditis saturauit. In litore inuitatos properanti cursu, frondētibus ramis ex reguli mandato erectis, ilico

Amicitiæ fœdus

scenis

ſcenis contegebant, inertes in ramis ferendis: familiares regulus percutiebat ſceptro, quod manu geſtabat: ſerui demiſſo uultu quæcunque uerbera patienter ſuſtinebant. Interrogatus, ubinam auri tanta colligeretur copia, proximos digito monſtrauit montes, & flumina ab illis decurrētia. Sunt hi fluminibus ac lacubus adeo aſſueti, ut idem illis ſit natare, quod terra incedere. Mergūtur flumine quando aurum placet colligere, manuſq; arenis efferunt plenas, demum de manu in manum cribrantes arenam, aurum deligunt. Spatio duarū horarum dicunt auro implere cannulam digitalem. De ſuffumigijs & harum terrarum odoribus duſcia molliaq; dici queūt, quæ prætermittimus, quia magis ad effœminandos animos faciunt, quàm ad bonos mores. Puerū annorū duodecim oblatum à regulo recuſauit prætor, puellam admiſit pulchre ornatam, ſocijs inuitis puerum abiecit. Ex lapillis ab hoc regulo habitis, unum ſcribunt eſſe ualoris duorum millium caſtellanorum auri. Diſcedunt tandem ab hoc regulo auro & gemmis onuſti. Griſalua prætor unam è Caruellis ad patruum gubernatorē deſtinat ad Fernandinam cum nuntijs & habitibus, auro & gemmis. Litus interea ſecant reliqui occidētem uerſus, una uero propius ferè litus abradebat, qua Franciſcus Montegius ſubprætor uehebatur: duæ per altum tendebant in proſpectu: admirati accolæ, rem nouam miraculo aſcribunt. Duodecim ad Montegium ueniunt Canoæ, per interpretes colloquuntur, benigne ſe inuicem ſalutant, ſupplices orant incolæ ut deſcendāt, magna pollicentur ſi regulum patriæ adierint: precibus eorum negat Montegius ſe poſſe annuere, quia ſocij nimis à ſe diſtarent, contentos tamen dimiſit, datis quibuſdam noſtratibus muneribus illis gratis, quia ignota ſunt. Celebre oppidum aliud adeunt, ad litus ſeſe applicant unà tres Camarellæ, prohibentur ab accolis deſcendere, ſcutis, arcubus plenis pharetris, & ligneis latis enſibus atque haſtis aduſtis armati, ad noſtros prodeūt, ſagittas iaculātur eminus illi, tormētorum globulos in barbaros noſtri. Machinarū ſtrepitum admirati, ac furore perterriti aufugiunt, pacem optant. Iam commeatus noſtris deficiebant, iam quaſſatæ longis itineribus naues erant. Ad inſulam igitur Fernandinam factis & repertis antedictis, contentus Griſalua, ſocij haudquaquam reuertuntur. Nunc diuertendum eſt parumper, & alia nauigatio pertractanda. Hinc ad has regrediemur terras, quas noſtri reperierunt. Diecus idem Velaſquen gubernator eodem ferè tempore, quo claſſem eam quatuor Caruellarum parauerat, aliam deſtinauit unius Caruellæ tantum, & uno Bergentino comite, cum uiris quinq; ac quadraginta. Violentas hi manus in accolas exercuerunt. Idolorum ſectatores ſunt & recutiti, propterea licere illos trahere ad aurum ſuffodiendum putauerūt. Sunt litori continentis in modum proximæ paruæ inſulæ multæ, ubertate ſoli, & fortunatiſſima gleba beatæ, Guanapan, Guanguan, Quitilla: ex una iſtarum tercentum rapiunt utriuſq; ſexus accolas (huic inſulæ poſuere nomen Sanctæ Marinæ) in Caruellam hos in-

Digitized by Google

culcant, & ad Fernandinam tendunt, Bergantinum cum ſocijs quinq; ac uiginti relinquunt, qui dent operam uenationi hominum ulteriori. Portus quē prehendit Carauella, Carenas dicitur: diſtat is ab angulo Cubæ primario diui Iacobi millia ducenta quinquaginta. Hæc inſula eſt longiſſima, porrecta ab oriente in occidentem, quam cancri tropicus interſecat. Miſerorum uindictam quærente fortuna, è cuſtodibus in terram deſcendunt quidam, pauci remanent. Nacti occaſionem recuperandæ libertatis inſulares, raptis noſtrorū telis ruunt in cuſtodes: perimunt ſex, deſiliunt in mare reliqui: Carauella potiuntur inſulares, regere illam didicerant, redeunt in patriam: ſed primo in eandem inſulam uicinam deſcendunt, Carauellam exurunt, tela ſecum aſportāt, lembis traijciunt ad ſuos, relictos noſtros cum Bergantino adoriuntur, proſternūt, perimunt: qui euaſere, infelices ad Bergantinū profugiūt. Arbor eſt litori proxima, crucem in eius arboris cacumine locant, & ſuperiorem arboris corticem his uerbis inſcribunt, Vannuis Aldarieci. Eſt Dacien fluuius, in cuius ripa ſitum eſt oppidum putati continētis primarium. Re intellecta gubernator, in relictorū auxilium propere mittit naues duas bellatoribus onuſtas, ſero ſapiunt: res iam acta erat, crucem ſequuti litus adeunt: literas legunt arbori inſculptas, non auſi ſunt fortunam tentare, cum deſperatis egregie armatis præcipue recedunt: ex inſula proxima iſti tanquam lepores abducunt utriuſq; ſexus quingētos, eadem cauſa arbitrati iure merito poſſe id efficere, quia recutiti. Idem his euenit ad Fernandinam applicatis, unum è nauibus ferociter aggrediuntur, acriter dimicando, cuſtodes Hiſpanos perimunt quoſdā, cæteri ſeſe in mare proijciunt, & ad ſociam, quæ proxima erat, Carauellam adnatant, unà omnes cum ſuperſtite Carauella raptatam adoriuntur. Dubia fuit quatuor horarum ſpatio victoria, pro libertate recuperanda tam uiri quàm fœminæ rabide pugnabant, ne adeptam amitterent prædam, Hiſpani acrius dimicabant: uicerunt Hiſpani tandem, quia pertractandis eſſent agiliores: in mare ſeſe proijciunt uicti barbari, cum lintribus recolliguntur, tum ferro perempti in certamine, tum aquis ſuffocati circiter centum: defuere ex Hiſpanis pauci, ad Diui Iacobi oppidum & aurifodinas trahuntur. Ad aliam dehinc tē dunt è uicinis inſulis, quæ ſunt ibi frequentiores, quàm in noſtro Ionio ſymplegades, quarum congeriem Archipelagus uulgus appellat: hoſtiliter ſuſcipiuntur, quotquot è nauibus deſcenderunt, perempti aut percuſſi ſunt. Putāt hanc eſſe inſulam, Ioannes quidā Pontius, unius claſſiculæ præfectus adiuit, & perturbatos reliquit: fugatur ab accolis, floridamq; appellauerunt, quia reſurrectionis die eam inſulam repererint, uocat Hiſpanus paſcha floridum reſurrectionis diē. Sex & uiginti, inquiunt, ſe uidiſſe inſulas, ſed à colono prius præterlapſas, tanq; Hiſpaniæ Cubæq; cuſtodes, in quibus uenientes occani procellæ illiduntur. Natiuum in pleriſque Granatum aurum reperiunt, monilia & iſti uaria geſtant: & laruis utuntur, tum ligneis deauratis, tum aureis perpulchre

perpulchre ornatis. Opifices sunt ubiq; argutissimi. Ex laruis unam secum attulit Franciscus Chieregattus, ex ea colligere licebit, quali polleant ingenio. Nouacularum structuram mirum est uidere, ex lapidibus flauis quibusdam diaphonis uti crystallinis eas formant, & cum eis radunt haud secus ac si ex egregio chalybe factæ essent: sed quod spectatu dignum est, quando obtusam iam habent ex exercitatione aciem, non cote, nō lapide, neq; puluere illas acuunt, sed tantum aqua imposita temperantur. Sunt & apud hos instrumentorum & elegantium rerum mille genera, quæ longum esset narrare. Redeamus ergo unde sumus digressi, ad Cozumellam, Iucatanam, ac Colluacanam siue Olloam, terras dites ac elysias recenter repertas, à quibus diuerteram reuertor: ubi quanti sint momenti tractus illi, cognitum est, Cubæ insulæ habitatores Hispani, gubernatore Annuncte, nouam classem instruunt Carauellarum decem, cum uiris quingentis, additis, uti leuis armaturæ, equis duobus bergantinis, quorum opera utuntur ad uadosa litora, frequentium scopulorum discrimina tentanda. Equos nauibus imponunt, quinque mares, fœmellas uero sedecim bello aptas. Fernandum Cortheſium, qui tunc erat prætor urbanus, generalem eligunt classem gubernatorem & prætorem, subprætores uero Alfonsum Fernandem Portucarerium, Franciscum Montegium, Alfonsum Auilam, Alueradum commendatarium Spatensem, Ioannem Velasquem, Diecum Ordassum: uentum sequuntur eundem, ab angulo Cubæ ultimo ad occidentem. Quamprimum Frāciscus Fernandes Cordubensis, mox Ioannes Grisalua, ad prospectum insulæ sacrificiorum, de qua mentionem fecimus, deueniunt, insperatus acer turbo captare terram uetuit, uersis illos uestigijs ad Cozumellam Iucatanæ orientalem fera tempestas transportauit. Portum habet unicum hæc insula, cui nomen Sancti Ioannis porta, latine indiderunt, sex oppidis tantum contenta est, & aqua puteali, aut cisternali, fluminibus caret & fontibus, quia plana, quinque tantum ac quadraginta mille passuum spatio ambitur. Aufugiunt incolæ ad syluas nemorosas, oppida deserunt præ timore: uacuas domos ingrediuntur nosti, patrijs fruuntur cibis, domorum ornatus uariorum colorum, aulæa, uestesq;, ac lodices, amacas appellant, ex gonsapio natiuo reperiunt. Habēt etiam innumeros libros. De his cum cæteris ad nouum Cæsarem nostrum aductis late dicemus. Perlustrant uniuersam nostri milites, compositis tamen agminibus, ne qua uis ingrueret: paucos repererunt accolas, una fœminæ comite, per interpretem Cubensem, Iucatanos tres alios abductos à primis Hispanis, fœminam hortantur, ut absentes accersat regulos. Fœminæ familiares erant accolæ cum ea ducti, à fœmina uocati per nuntios ueniunt reguli, fidem amicitiæ præstant, domos patrias alacres repetunt, multa ex raptis supellectilibus restituuntur, idololatras & recutitos esse reperiunt: pueros puellasq; Cemibus immolant. Sunt Cemes nocturnorum lemurum simulacra quæ colunt. Interrogatus à

Nouaculæ ex lapidibus

Cemes

Digitized by Google

me Alaminus Nauclerus, Franciſcus Montegius, & Portucacerius nuntij, qui regi munera attulerunt unde immolandos habeant, pueros puellasq́. Ab inſulis collateralibus, inquiunt uenum ducuntur permutatione auri aut aliarum mercium. Nuſquam enim feralis monetæ dira ſolicitudo in tam uaſto terrarum ſpatio habitatores premit. Idem aiunt de reliquis nuper inuentis inſulis, è quibus duas nominant, Deſtam & Seſtam, ubi nudi degunt, puerorum puellarumq́ inopia canibus litant. Canes alunt comedendos, uti cuniculos alit gens noſtra, non ſunt latrabiles, roſtro uulpino, quos ad eſum deſtinant, pullos caſtrant, ad ſobolem procreandam fœminarum copiam, marium numerum exiguum ſeruant, ut de ouibus paſtores noſtri: pingue ſunt caſtrati uſque ad quadrimeſtre mirum in modum. Ab his ſacris noſtri illos deterrent, nephas eſſe oſtendunt, legem petunt quam ſequantur, eſſe deum unicum qui cœlum creauit ac terras, bonorum omnium datorem, ſub triplici perſona unitum in ſubſtantia, facile perſuadent: Cemes perfringi patiuntur: Beatæ uirginis imaginem depictam à noſtris præbitam in ſacro ſui templi loco ſiſtunt, templum ac eius pauimenta uerrunt & abradunt, crucem ob ipſius dei atq́ hominis laudem, ob ſalutem humani generis ſuperimpoſitam recordatione adorandam receperunt, in templi cacumine unam ingentem lignea locant. Conueniunt omnes deiparæ uirginis cum tremore reuerenti figuram ſuppliciter ueneraturi. Per interpretes ſignificarunt hi accolæ eſſe in Iucatana uicina inſula Chriſtianos captiuos ſeptem, qui ad eam, tempeſtatibus raptati, appulerant: quinque tantũ milliorum ſpatio dirimitur à Iucatana hæc inſula. Quinquaginta uiros cum duabus carauellis prætor Corteſius ad id negotij deſtinat perquiſitores, Cozumellanos tres ſecum aduehunt cum literis ad Chriſtianos, ſi qui reperiantur: quàm egregium facinus ſint acturi, ſi aliquem adduxerint, oſtendit, rem ardenter commendat, ab illis nanque ſperat lucidiorem ſole ſe tractuum illorum omnium notitiam habiturum. Abeunt bonis auibus, ſex dies eis aſſignantur ad reditum, octo expectarunt: demiſſos in terram Cozumellanos nuntios trucidatos aut detentos ſuſpicati ſunt: illis relictis, redeunt ad Cozumellam noſtri. De diſceſſu ex Cozumella cogitabat iam uniuerſa claſſis, oppoſita illam uis maris detinuit. Ecce ab occidente Canoam inſpectant uenientem ab Iucatana, Chriſtianum unum è captiuis aduehit, ſeptennio is uitam degerat apud Iucatanos, Hieronymum Aquillarem nomine, uirum Aſtigetanum Vandalum: quo gaudio ſein uicem fuerint complexi, caſus loquatur: infelicem ſortem ſuã, & ſociorum unà amiſſorum enarrat, auditur attentis mentibus: nec diſſonum fore arbitror, nec tuæ beatitudini moleſtum, ſi rem, ut accidit, recenſuero. In meis decadibus mentio facta eſt de nobili quodam Aldiuia ab Darianenſibus miſſo. Sinus Vrabæ in putato continenti habitatoribus, ad Hiſpaniolã: Admiranti Colono, proregi & ſenatui regis (ad quos pertinet putati continentis

Digitized by Google

mentis remedium) signatum qua rerum omnium penuria urgerentur: sini-
nistris auibus miser Aldiuia prouinciam suscepit: in Iamaicæ insulæ Hispani-
olæ Cubæq; laterali à meridie prospectu repentinus uortex in arenosas detu-
lit syrtes. Ea uoracia cæcaq; uada Hispani uocant uiperas & quadranter uipe
ras, quia ibi multæ naues implicantur, uti uiperina cauda lacerti: discinditur
Carauella, uix Aldiuiæ & è socijs triginta licuit in Carauellæ scapham descen
dere: sine remis, siue uelis misere raptantur à pelago defluenti: diximus
nanque in Decadibus, esse ibi maria perpetuo fluxu labentia in occidentem:
tredecim errarunt dies inscij quò tenderent, nil esui aptum repererunt un-
quam. septem ex eis consumpsit fames, fuerunt ipsi marinis piscibus esca, in
Iucatanam transportantur. Superstites iam incdia deficientes in crudelis re-
guli potestatem inciderunt. Valdiuam prætorem unà & socios quosdam tru
cidauit, mox immolauit Cemibus, demum cum unitatis amicis comedit.
Hostes autem, aut appulsos hospites hi depascunt, de reliquo, à carne hu-
mana abstinent. Hic Hieronymus Aquillaris, & socij sex in tertium diem
immolandi seruabantur, nocte ruptis uinculis truculenti manus tyranni e-
uasere: ad regulum huic infensum, supplices confugiunt: admittuntur, sed
in seruitutem. Admirandum auditu est de huius Aquillaris genitrice: ubi rem
intellexit, illico insaniuit præ dolore, licet in nube tantum filium audiuerit,
in potestatem carnes humanas edentium incidisse. Hæc si quando carnes
assatis inspectat, aut uerubus affixas, clamoribus domum replet, inquiens,
En matrem omnium miserrimam, en filij mei frusta. Habita igitur epi-
stola prætoris Aquillaris per Cozumellanos nuntios, coram regulo Hero,
qui Taxmarus dicitur, quid Cozumellani afferant enarrat, de potentia
regis eorum, qui ad eas partes appulerunt, deque uirorum fortitudine, de
illorum beneficentia in amicos, de sæuitia in detrectantes, uel eorum po-
stulata respuentes, multa edisserit: trementem reddidit Taxmarum. Det
operam, ne hostes suam ditionem ingrediantur, seruum rogat, sed pa-
cato ueniant animo. Pollicetur Aquillaris pacem, &, si opus fuerit, contra
hostes auxilium & fauorem. Aquillarem dimittit, tres'que illi dat familia-
res comites: ita iunctim trajciunt ex Cozumella in Iucatanam, ad flu-
men, Alamino nauclero regente, alias repertum tendunt: fauces eius a-
renis erant conclusæ, uti de Nilo Ægyptio legitur, flantibus Etesijs, pro-
pterea maioribus non licuit nauibus aduerso flnmine procedere, quam-
uis sit aliâs huiusmodi nauibus aptum suscipiendis. In Bergantinos & na-
uium lintres ducentos uiros in litus exponit prætor. Per Aquillarem pax
offertur. Quid sibi uelint percontantur accolæ: Dapes inquit Hieronymus
Aquillatis. Spatium erat ingens arenosum ad latus oppidi, illuc tendant,
insinuant accolæ. Eunt, Postero die afferunt gallinas octo earum more, quæ
sunt pauonibus neq; minores, neque insipidiores, suffusci coloris, & tantum

Maÿcium Maïcij, quantum uix ſufficeret decem famelicis. Eſt autẽ Maïcium frumenti granum quo ipſi panem conficiunt, noſtro panico nõ multum diſſimile Proteſtantur unà ut inde diſcedant, propere ingens armatorum ad noſtros diſcedere renuentes multitudo concurrit iterum, quid ſibi uelint per alienas terras uagantes interrogant: pacem ſe cupere, per Aquillarem reſpondent noſtri, & rerum permutatione dapes, aurumq́, ſi aurum poſſident: nolle ſe pacem aut bellum cum eis, reſpondent: abeant iterum, ni malint uſq; ad unum trucidari: nolle abire, noſtri inquiunt, non habita ciborum copia, quæ alendis militibus præſentibus ſufficiat: craſtinum adferenda cibaria ſignant. mentiti ſunt: mane ſequenti noſtris, qui caſtra locarant in arena, & fuerant pernoctati, tantundem afferunt epularum, & ſui reguli nomine iubent abire. Cupere ſe oppidum uidere, & potiores dapes, noſtri dicunt. Recuſant illi, & terga uertunt ſubmurmurantes: inedia noſtri urgebantur, uictum quærere coguntur. In terram mittit ſubprætores prætor cum uiris centum quinquaginta. Per diuerſa tendunt ad oppidana tura: è turmis unam, obuij barbari male tractabant: non longe aberrant ſocij, audito ſtrepitu, laborãtibus ſocijs opem ferũt. Alia ex parte prætor tormenta in Bergantinos & ſchaphas locat, ad litus ſe applicat cum reliquis militibus, litus tutaturi, & prohibituri deſcenſum: properanti curſu ad pugnam parati, occurrunt Barbari, ſagittis & iaculis eminus noſtros impetunt, feriunt imparatos: uiginti circiter tormenta in hoſtes prætor exonerat: ſtrage globorum & ſtridore, ac flammarum eruptione perculſi, perturbantur palantes crurum tenus, in aquas ſe proïciunt: & noſtri hoſtes inſequuntur fugientes, unà cum perterritis oppidum ingrediuntur: continuo curſu barbari traïciunt oppidum, & domos deſerunt. Ad fluminis ripam protentum dicunt eſſe oppidum, quantum non auſim dicere, mille quingentorũ paſſuum, ait Alaminus nauclerus, & domorum quinque ac uiginti millium: ſtringunt alij, ingens tamen fatentur & celebre: hortis interſecantur domus. quæ ſunt egregie lapidibus & calce fabrefactæ, maxima induſtria & architectorum arte. Ad quarum ſedes habitabiles per decem & duodecim alicubi gradus aſcenditur, & ſpatijs interiectis ſecantur. Nemini quidem licet uicini murum trabibus onerare, ſunt domus omnes trium domorum intercapedine ſeparatæ, culmis tamen & paleis coopertæ maiori ex parte, lapideis laminis pleræq;. Quadraginta hominum millia barbari profeſſi ſunt eo die pugnæ interfuiſſe, uictos tamen à paucis ob nouum pugnãdi genus cum tormẽtis: & quia prætor in terram equites ſexdecim expoſuerat, qui pugnæ interfuerunt, à tergo barbaros adorti, turmas findebant celeri curſu, non aliter quàm ſi greges ouium interficerent, perimendo, feriendo à dextris & à ſiniſtris: miraculo perculſi miſeri hæſitabãt, neq; exercẽdi tela locus dabatur, idẽ animal arbitrabantur hominẽ equo annexũ, uti de centauris nata eſt fabula. Duos & xx. dies ſunt potiti oppido, laute ſub tecto noſtri, ſub dio barbari eſurientes

degunt:

Digitized by Google

degũt,neq; ſunt auſi noſtros adoriri:munitiorẽ oppidi partẽ,ueluti arce tuti elegerunt,nocturnisq; freti cuſtodijs, ſuſpecti ſemper emptionem timentes, ſomno uacabant.Potanchanum dicitur ab accolis oppidum,& à uictoria ibi adepta,Victoriam noſtri appellarunt.Mira etiam de atriorum ruralium ad delicias in prædijs ædificiorum magnificentia, magnitudine atq; elegantia, cum ſolarijs,impluuijs, & tabulatis egregijs more noſtro: ut quatuor Hiſpani rurale quoddam ingreſſi, per horas quatuor in eo uagati fuerint,antequã ipſius exitum ob magnitudinem comperire potuerint. Per interpretes tandem & captos in prælio,regulum & eius primarios accerſunt, ut inermes & ſupplices ueniant:datur opera, parent dicto, domus quiſque ſuas repetit,pacem illis præſtant lege propoſita,ut ab horrentibus humanorum corporum cærimonijs erga manes & pernicioſos dæmones,quorum ſimulacra ueneran tur,abſtinererent,noſtoq; deo Chriſto cœli rerrarumq; ſatori,ex uirgine mũda præſtito, & ad humani generis leuamen crucifixo, dirigant mentis oculos,utque regi Hiſpaniæ ſe ſubditos fore profiteantur.Pollicentur utrunque, quantum breuitas temporis paſſa eſt inſtruuntur,reſtitutos noſtratibus muneribus contentos reddunt. E` cœlo miſſos arbitrantur uiros, qui adeo pauci numero auſi ſint contra ingentem multitudinem manum conſerere:noſtros & illi quibuſdam aureis donis affecerunt, ſeruas etiam uiginti donarunt.His ita relictis, alias eorundem litorum terras quæſituri abeunt, ſiuum repetunt ſub Griſalua repertum ab alamino, cui nomen dedere Bian ſancti Ioannis: Bian uocat Hiſpanus ſinum,pacatis animis ueniunt accolæ. Ab litore oppidum erat diſtans milliare, domorum aiũt mille quingentarum, ſupet tumulo erectum: ad oppidi hoſpitia inuitant noſtros, dimidiam oppidi partem offerunt,ſi perpetui uelint eſſehabitatores ſecum: putant,uel Potanchamenſium exemplo perterritos,ad quos iam forte fama peruenerat,uel ſub talium uirorum umbra ſperaſſe in uicinos hoſtes fauorem & auxilium habituros. Perpetuis nanq; mutuis ſe bellis conficiunt imperij cupiditate. Recuſant æternam ſedem,annuunt temporaneæ. Redeuntes ad litus,noſtros ſequitur populus, ſcenas illis & ramata mapalia ſumma cum diligentia erigunt, & tutiſſimis tegminibus à pluuia cooperiunt:caſtra ibi locant,ne marceſcant ſocij. Prætor Alamino nauclero & Franciſco Montegio dat negotium, ut illius terræ occidentem ueſtigare intendant, feſſos interim ipſe recreaturus,& curaturus ſaucios. In Potanchano manet ergo prætor cum reliquis,Bergantinos præbet ituris duos,homines quinquaginta. Ad hunc uſque ſinum lenis erat decurſus aquarum: ubi paulo inferius ad occidentem adnauigarunt,ac ſi ex montibus altis à torrente raperentur, ita impetus illos æquoris breui ſpatio ad quinquaginta à ſocijs tranſportauit milliaria:in aquarum concurſum incidunt. A` læua uaſta maris planicies ſeſe oſtendit, quæ deſcendentibus ad occidentem undis obuiabat, uti duo ingentia flumina, quando conueniunt

ex aduerſo

ex aduerso, ita uidebantur à meridie uenientes aquæ, tanquam hostibus in ius alienum pedem inferentibus, primis possessoribus uelle obsistere. Ex op posito terram uiderunt longe à læua & à dextra, minime fluctuabant, inter eos conflictus uorticibus agitabantur in diuersa, qui ferè illos deglutierant, sine spe uitæ diu hæsitarunt, flectunt proras, aduerso torrente unde uenerant, luctantur remis uelisq; innixi, superare uix poterant impetum, quando se cessisse putarũt ad minus passuum duo millia, una nocte quatuor se fuisse re tractos inuenerunt. Vicerunt tandẽ illud graue certamen deo fauente. Duos & uiginti dies in eo paruo maris spatio consumpserunt, ad socios tandem re deunt, rem aperiunt, finem eum esse terram Colluacanæ, putatiq; continẽtis adiudicarunt. Terram uero procul uisam à fronte, uel continenti nostro an nexam, uel Septentrionalibus coniungi plagis ad Bachalaos, de quibus late in decadibus. Restat adhuc res hæc in dubio, detegetur aliquando. Dum Ala minus & Franciscus Montegius hæc secreta inuestigarent à rege prouinciæ. qui Multoxumam dicitur, per unum ex eius proceribus prædicto imperan tem oppido, nomine Quintalbitor, multis pretiosis mirisq; modis laboratis muneribus aureis argẽteisq;, & lapillis ornatis nostri donantur: statuunt ad nouum Cæsarem nostrum mittere de colonia deducẽda, gubernatore Dieco Velasquen inconsulto, qui eos cum mandatis miserat, ut prouincns peragra tis, & redempto auro, regrederentur. Consilium ineunt, in diuersa tendunt, errorem fore proponunt aliqui: pars maior suffragatur, non esse de guberna tore curandum, quandoquidem res ad maius tribunal, ad regem scilicet de duceretur: uicit populus. A Benigno rege commeatum capiũt. Ad millia in de duodecim in gleba fortunatissima condendæ coloniæ locum assignant, ge neralem eligunt gubernatorem, prætorem ipsum Corthesium: non desunt qui putent eo inuito. Is magistratus alios creat, ad condendæ urbis regimen, Portucarerium & Montegium, de quibus satis: nuntios ad regem mittendos eligunt eodem Alamino nauclero duce, quatuor sponte sua primarij no stras uisum terras ueniunt, regemq; adeo potentem, ut eius autoritas iam in infinitum protendatur: ducuntur & fœminæ duæ. quæ nostris more patrio pareant & obsequantur. Suffusca gens est, auricularum torulos uterq; sexus perforat, gemmatosq; aureos perpendiculos circũferunt. Sed uiri quicquid est inter inferioris labij marginem extremum, & dentium inferiorum radi ces perturant (uti nos auro digitos gestando circumligamus) in eo labiorum foramine ampliori, lamina subtili retinente interius prodeuntem, argẽteum Carolenum æquat eius morulis rodunditas, crassitudo digitum. Fœdius me uidisse nunquam recordor. Putant tamen illi elegantius nihil esse sub orbe lunæ. Quo exemplo quàm uane ruat gens humana in sui cæcitatem, quám que fallamur omnes edocemur. Existimat Aethiops nigrum colorem can dido pulchriorem. putat & candidus aliter: detonsus capillato, barbatus

inberbi

Digitized by Google

imberbi se credit esse spectabiliorem. Appetitu ergo urgente, non ratione suadente tendit gens humana ad ineptias huiusmodi, regiturq; suo sensu quæq; prouincia, ut inquit diuus Hieronymus, uana eligimus, à certis & commodis abhorremus. Vnde habeant aurum satis dictum est, sed unde argentum nostri sunt admirati. Montes altos ostendunt, horum cacumina perpetuis canescunt niuibus, & paucis anni temporibus uerticem ostendunt, ob nubiũ aut nebularum densitatem. Plana ergo uel mitia montana, aurum procreare uidentur, asperi uero montes & gelidæ eorum ualles argentum: aurichalcũ etiam assequuntur. Secures bellicas nanq; aligones fossorios apud hos inueniunt, ferrum aut chalybem minime. Ad munera ergo regi allata deueniamus, & à libris ordiamur. Diximus libros habere gentes has: libros attulerunt unà cum cæteris muneribus, hi Colluacanæ noui coloni, procuratores, nuntij multos. Scriptibilia sunt eorum folia ex interiore arborum tenui cortice, sub libro superiore creato. Rarum aiunt esse, uti uidemus, non in saliceo aut ulmeo, sed uti cernere fas est in palmularum esui aptarum tela dura folia exteriora intersecante, ueluti retia foraminibus & maculis augustis contexta, bitumine tenaci retiacula compingunt. Ad optatam hinc formam mollefacta conuertunt, & extenduntad libitum, dureq; facta liniunt gipso. Putandum est autem eos aliqua gipso consanguinea materia tabellas uidisse. Credendum est gipso in farinam cribrato superfultas. in quibus quicquid uenit in mentem, scribi potest, deinde spongia uel pannulo deleri, ut denuo reiteretur. Ex ficuum tabellis fiunt libelli, quos magnarum domorum dispensatores per fora secum ferunt, stiloq; metallico merces emptas coaptant, delendas quando iam in computatorios codices teaduxerint. Non foliatim libros conncinnant, sed in longum distent, ad plures cubitos: materias in quadratas reducunt partes, non solutas, sed tenaci bitumine flexibili adeo coniunctas, ut ligneis compactæ tabellis, arguti librarij uideãtur manus subijsse. Quacunque pateat liber apertus, duæ sese facies inscriptæ offerunt, duæ paginæ apparent, totidem sub illis latent, nisi protendatur in longum. Sub uno nanque folio multa coniuncta folia consistunt. Sunt characteres à nostris ualde dissimiles, taxillis, hamis, laqueis, limis, stellisq; ac formis eiusmodi, lineatim exarati nostro more, Ægyptias ferè formas æmulantur: interlineatim hominum, animaliumq; species, regum præcipue ac procerum depingunt, quare credendum est gesta esse ibi maiorum cuiusque regis conscripta, quemadmodum nostra fit tempestate. Videmus sæpenumero eos generalibus historijs, fabulosis etiam codicibus, ipsius rei, quæ narratur, ad alliciendos emere cupientium animos autorum, figuras interserere, arte quoque grata superiores tabulas compingunt, nil differre à nostris clausi uidentur: legum quoq; & sacrificiorum, cærimoniarumq; ritus, astronomicasq; annotationes, & computationes quasdã, seminandiq; rationes & tempora,

libris

libris commendant. Annum ab occasu heliaco Vergiliarum incipiunt, & mẽ-
Tona sibus claudunt lunaribus. Mensem autem à luna nominant tona: quum mẽ-
ses signare intendunt, tonas inquiunt: lunam eorum lingua tona dicũt. Dies autem à sole, unde tot soles quot dies: eorum idiomate sol tonaticus dicitur, ali cubi tamen aliter: sed nulla ratione moti, annũ distribuunt in menses uiginti, menses autem etiam diebus uiginti concludunt. Templa quæ frequentant, aureis ornant auleis, & supellectilibus gemmeis admixtis, die illucescente thu rificant templa, piasq; spargunt preces ante rerum initia. Horrendum facinus in sacrificijs, & istorum tractuum habitatores omnes pro uictimis pueros pu-ellasq; sacrificant, eo modo quo supra dictum est. Quo tempore semina iacit in terram, & quando iam spicat segetes, populus seruos pretio emptos, laute depastos, & pretiosis uestibus ornatos suis Cemibus destinat sacrificandos: per dies uiginti immolandos circumducunt, transeuntes per uicos oppidani suppliciter salutant, ueluti inter cœlites propediem annumerandos. Acri a-lia pierate Cemes uenerantur, suum proprium sanguinem offerunt, è lin-gua, hic è labijs, ille ex auribus, aliqui à pectore uel femore, aut cruribus, multi acutis nouaculis uulneratim emungunt sanguinem, quem manu rece-ptum roratim proiectum cœlum uersus, per templi pauimenta conspergunt, ita placatos reddi deos arbitrantur. A` uilla Ricca, id est, noua colonia, distat milliaria nouem oppidum domorum quindecim millium, ueteri incolarũ no mine Cemobal, nouo Sibylla: regulum reperiunt clausos habentem immo-landos seruos quinque: abductos regulus supplex repetit, inquiens, pernicie mihi regnoq; huic meo uniuerso astruitis, si seruos immolandos mihi aufere tis. Irati nostri Cemes fata omnia à gurgulionibus corrodi, uel grandinibus deturbari, aut siccitate consumi, uel torrentibus imbribus uastari permittent cessantibus sacrificijs. Ne desperati desciscerent Cempoalani, minus malum elegerũt, in præsentia rati non esse tempus eis inuitis prohibere, quin ueteres ritus exerceant, seruos restituerunt. Licet illis sacerdotes gloriam æternam, & perpetuas delitias polliceãtur, deorumq; familiaritatem post huius seculi pro celloſos dies: mœsti tamen hæc promissa auscultabant, maluissentq; liberari.
Quines Sacerdotes Quines appellant, singulari numero Quin, cœlibes uiuunt & in-corrupti. Cum timore reuerenti sacerdotes uenerantur: hostium & in bello ca-ptorum ossa carnibus exesis in fasciculos ligata, ad Cemium pedes suspen-dunt, ueluti uictoriæ trophæa, luctorum titulis superpositis. Notandũ aliud, Referunt, anniculos iam pueros puellasq; cum pijs cærimonijs, sacerdotes in templis aqua in crucem cum urceolo capiti superiecta baptizare uidentur, uerba non recipiunt, actus & murmura licet animaduertere. Neque illi, uti Mahumetici aut Iudæi, putant eorũ templa uiolari, si alienigenæ legis quisq; eorum sacris interfit. De libris, templis, ac sacrorum ritibus satis dictum puta-mus, ad alia regi allata munera deueniamus. Duas attulerunt molas, uti tru-

satiles,

Digitized by Google

ſatiles,unam auream,argenteam alteram, ſolidas, tenues tamen: circumferentia ferè pari ſpitanarum octo & uiginti ponderis Caſtellanorum, eſt aurea trium millium octingentorum. Diximus caſtellanum eſſe monetam auream,quæ ducatū triente ſuperat. Eius centrum occupat ueluti regis in throno ſedentis cubitalis imago dimidia, ad genu uſque ueſtita, Genij ſimilis, eo uultu quo nocturnos lemures pictores noſtri pingere ſunt ſoliti,campus ramis,floribus effigiatus: eadem eſt argenteæ facies. Ferè idem pondus utrunque,metallum purum. Aurea etiam grana rudia,non conflata,in argumentum auri natiui,uti ciceres aut lentes attulerunt. Torques quoque aureos duos, quorum alter conſtat catenulis octo,quibus inſerti ſunt rubri lapilli,non pyropi tamen,duo & triginta ſupra ducentum: uirides autem tres & octaginta ſupra centum,non ſmaragdi tamen. Eiuſdem ſunt exiſtimationis illi,qua hi apud noſtros nobiles. Ab eius torquis fimbria tintinnabula pendent aures ſeptem & uiginti,figuris quatuor gemmeis auro ligatis interſecta. Dependent à ſingulis aurei perpendiculi. Torquis alter eſt quatuor catenularum aurearum,per gyros rubris ornatarum lapillis cētum duobus,uiridibus autem centum ſeptuaginta duobus,ſex & uiginti aureorum tintinnabulorum eleganter comptorū. In ipſius torquis medio decem ſunt inſertæ magnæ gemmæ auro circumligatæ,à quibus centum perpendiculi ſuſpenſi egregiè laborati. Coriaceos cothurnos diuerſorum colorū afferūt, forte duodecim,hos auro,argento illos,gemmis alios fulcos, coloribus tum glaucis,tum uiridibus,à ſingulis tintinnabula pendent aurea. Tiaras mitras,uarijs gemmis inſutas, glaucis ſapphyros æmulantibus refertas portant. De criſtis, zonis, & flabellis plumeis quid referre queam non ſentio. Si quid unquam honoris humana ingenia in huiuſmodi artibus ſunt adepta,principatum iure meritò iſta conſequentur. Aurum gemmasq; non admiror quidem: qua induſtria,quo uc ſtudio ſuperet opus,materiam ſtupeo: mille figuras,& facies mille perſpexi,quas ſcribere nequeo. Quid oculos hominum ſua pulchritudine æque poſſit allicere,meo iudicio uidi nunquam. Notarum nobis uoluctum ſunt pennæ lucidiſſimæ,uti pauonum aut phaſianorum caudas uiſas admirarentur: ita & nos illorum pennas, quibus & flabella & criſtas conficiunt,& elegantia ornant cuncta. Glaucos, uirides, flauosq; ac rubros,ac candidos,ſuffuſcos etiam colores pennis ineſſe natiuos inſpeximus: auro cuncta illa inſtrumenta confingunt. Galeas attulere duas gemmis glaucis coopertas: unam tintinnabulis aureis fimbriatam,& aureis pluribus laminis,duobus aureis calculis tintinnabula ſuſtinentibus: altera gemmis eiſdem,ſed quinque ac uiginti fimbriata eſt tintinnabulis aureis,criſtata uiridi uolucre conum occupante, cuius pedes, roſtrum, & oculi,aurea. Singula uero tintinnabula ſinguli ſuſtinent aurei calculi, fuſcinas

quatuor tridentes pennatas uarijs coloribus intextas, quarum dentes sunt gemmei, filis aureis colligati. Eodem ordine sceptrum ingens gemmatum cum duobus aureis tintinnabulis. Aureum etiam brachiale, calceos ex corio ceruino, aureo filo consutos, solea candida subiecta: ex lucido lapillo semiglauco, unà & candido circumseptum auro speculum, sphingem, forte lapidem diaphonium auro circumligatum: magni lacerti caput, & cochleas ingentes duas, anates aureas duas, & uariarum uolucrum species aureas. Quatuor & pisces cephalos aureos & ex aurichalco uirgam: pennis miris modis insuta omnia. Portarunt bellicas peltas, & ancylia. Scuta quatuor & uiginti aurea, & argentea quinque. Mitram plumis uarijs contextam, in cuius fronte media lamina insculpta est aurea, effigiata Cemi idolo. Figuram quatuor aliæ sepiunt in modum crucis aureæ laminæ, uariorum animalium, leonum puta, tigrium, & luporum capita, uirgis & tabellis formata animalia, ipsorum corijs superinsutis, aurichalceis tintinnabulis ornata, & diuersorum animalium corijs integra, & egregie confecta. Lodices uarias gossapinas, candido, nigro & flauo coloribus intextas, duas auro & gemmis dites, trésque alias pennis & gossapino intextas scacorum ludo, quod argumentum est & scacorum fritillos habere eos in usu. Aliam à fronte nigro, candido, rubróque coloribus intrinsecus rasam sine uarietate. Aliã eodem modo intextam, aliorum colorum, rota nigra medium tenẽte, radiata pennis lucentibus intermixtis: candidas & alias lodices duas peristroma ta, aulæa, & sagulum patrio more uiri gestamen, & textas interiores, & capitis uelamina uaria tenuissima, & pleraque alia pulchra uisu magis quàm pretiosa, quæ arbitror iam plurimorum lectorum ingenijs, quod harum rerum cognitio parũ sit fructifera, tædiosa potius fore, quàm delectabilia narratu. Prętermitto & innumeras nauigantium particulas, de laboribus, egestate, & periculis, & de monstris, & aduersis multis, quibus interdum non absq; uitæ discrimine exerciti fuerunt, quæ in suis annotationibus quisque edisserit, in nostroq; regio rerum Indicarum senatu legũtur, ex uarijs & multis eorum indicibus & priuatis literis hæc pauca collegi. Munerum tamen latores & Ferdinandus Cortesius, classis ipsius præfectus, & condendæ Coloniæ nouæ in extremis terris autor, à regio Indico senatu contra rectum iustumq; fecisse iudicantur, qui inconsulto Cubæ gubernatore, qui eos auctoritate regia miserat, prouinciam susceperint ab eius mãdato alienam, quicq; uenerint, licet ad regem, se insalutato. Per procuratorem fugitiuos latrones, & læsæ maiestatis reos Cubæ gubernator appellat, ac in ius uocat. Illi autem se maius multo præstitisse regi obsequium, uenissé que ad maius tribunal arguunt. Petit capite puniantur gubernator. Petunt magistratus isti, & sum ptorũ tot laborum & periculorum præmium. Præmiũ & mulcta differtur:

ut pars

ut pars utraque audiatur, ſtatutum & ſancitum eſt. Iam ad Darienſes Vrabæ ſinus in putato continenti habitatores ueniamus. Darientem diximus eſſe fluuiũ in occidentale Vrabæ ſinus cadentem latus. In huius ripa Hiſpani coloniam, regulo Cemato ui armorum pulſo, poſuerunt. Coloniæ nomẽ ex uoto pugnæ tempore promiſſo dixere. Sancta Maria antiqua. Ad hos diximus in calce decadum fuiſſe miſſos eo anno quo ſcribere deſijmus, duce Petro Aria Abulenſi, uiros mille ducentos, id petente Vaſco Mugnoe Balboa, qui primus auſtrale pelagus latens adhuc detexerat, & Darienenſibus præerat. Appulſo ad Darienem Petro Aria gubernatore cum ampla regia poteſtate, diximus fuiſſe deſtinatos per diuerſa cum uarijs peditum turmis diuerſos centuriones. Breuibus abſoluã, quia horrida omnia, ſuauia nulla: ex quo noſtræ decades deſierunt, nil aliud actum eſt, niſi perimere ac perimi, trucidare ac trucidari. Ad uoluntatem creauerat rex Vaſcum: nequiuit diu ferre Petri Ariæ imperium: diſſiderunt animis: confuderunt omnia: interceſſit tempus, Ioannes Caicedus Franciſcanæ religionis pulpitarius Vaſco promiſit filiam in uxorem Petri Ariæ. Ars inter rerum duces, qua conueniãt, nulla reperitur. Diſſident multo acrius, & res ad talem caſum deducta eſt, ut occaſionem nactus in Vaſcum Petrus Aries, proceſſu per prætores urbanos formato, iugulari Vaſcum mandauerit, & unà primarios quinque alios: inquiens Vaſcum ſociosq; defectioni ſtuduiſſe in mari auſtrali, ubi claſſiculam nauigiorum quatuor Vaſcus ipſe conſtruxerat, ad auſtralia putati continentis littora inueſtiganda, dixiſſe Vaſcum commilitonibus trecentis, quos ſecum habet: En quid uiri tot laborum & periculorum mecum participes alieno ſemper ſubiecti imperio erimus? Quis ferre poſſit iam huius gubernatoris inſolentiam? litora hæc ſequamur quò ſors dederit, & inter tot Elyſias prouincias tam uaſtæ telluris unam eligamus, in qua nobis ipſis quod uitæ ſupereſt, liberi iam tandem uiuere poſſimus. Quis hominũ nos reperire poterit, aut repertis uim inferre? Res ad gubernatorem delata eſt: Vaſcum ab Auſtro accerſit Petrus Aries: paret dicto Vaſcus: in catenas conijcitur, negat Vaſcus tale conſilium cogitaſſe: teſtes quæruntur male factorum quæ patrauerat: ab initio dicta colliguntur: morte dignus cenſetur: perimitur. Ita laboribus & periculis, quæ ſubiuit innumera miſer Vaſcus, quando maiores ſe titulos adepturum ſperabat, finem impoſuit. Claſſiculam Petrus Aries ipſe, uxore in Dariene relicta, conſcendit, ſcrutaturus litora: nondum an redierit intelligimus: neque ipſi deeſt fortuna. Iam alius eſt deſignatus gubernator, dictus Lupus Soſa, ex fortunatis inſulis, ubi exititit prorex, reuocatus ab Dariene, quid ſtomachi ſit habiturus ſi redierit Petrus Aries, boni iudicent: nil unquam gloria dignum ſub eo actum eſt: nimium remiſſum ab initio fuiſſe hinc arguitur: illinc autem nimis indulgentem, & parum ſeuerum in corrigendis erroribus. De hoc ſatis. Omiſſa quæ-

Digitized by Google

dam repetamus de flumine ingenti Dabaida profundiſſimo, quem noſtri ob latitudinem ac magnitudinem eius immenſam Grandem uocitarũt: qui labitur in ultimum Vrabæ ſinus angulum, per portas (uti Nilus in Aegyptium mare) ſeptem. Cuius copioſam deſcriptionem reperies in decadibus noſtris. Quod eius montana ſint auro ditiſſima, ex accolarũ quos ſuper ijs rebus accurate interrogauimus relatu, dixi. Dabaidæ arcana ſcrutaturi Vaſcus & prætores alij compoſitis agminibus aduerſo flumine cũ nauibus diuerſarum ſpecierum, quater conſcenderunt, quadraginta millia paſſuũ primo, mox quinquaginta, demum octuaginta, ex tranſuerſo aliàs. O ingens facinus, ô noſtram deteſtandam ignauiam, gens nuda ueſtitam, inermis armatam in omni ferè conflictu profligauit ſemper, trucidauit ad unum, aliquando uulneribus confecit omnes. Sagittis bella gerentes uenenatis hoſtẽ laceſſentẽ impetũt: & quà uiſu hoſtium carnes aſſequuntur detectas, ictum figunt certiſſimum. Habent & iacula, quæ pugnæ tempore tam crebra iaculantur eminus, ut more nubis ſolem hoſtibus eripiant. Habent & ligneos durefactos enſes latos, quibus cominus certant ferociter, ſi ad manus deueniatur, & Vaſcum ipſum multis uulneribus confecerunt aliquando. Ita flumen Debaida propulſantium accolarum rabie exploratum relinquitur. Reſtat ut de Hiſpaniola reliquarum inſularum genitrice ac ceu primaria earum, de quibus narrare inſtituimus, pauca dicamus. Reſarcitus eſt in ea ſenatus, quinq; ſunt additi iudices, qui uniuerſis illis tractibus leges præbeant. Sed propediem in ea colligere aurum, licet ſit auro prægnans, deſinent, quia foſſores deerunt: ad exiguum miſeri accolæ redacti ſunt numerum, quorum opera auro legendo uſi ſunt. Abſumpti ſunt ab initio bellis a cribus, fame multo plures: quo anno radicem, qua panem nobilium conficiebant, eruerunt, & à marcio grano ſeminando pane populari abſtinuerunt: reliquos uarij morbi, ignoti hactenus, anno milleſimo quingenteſimo decimo octauo, qui tanquam morboſas pecudes cõtagioſo halitu cos inuaſerant, & unà, ne mentiamur, auri cupiditas: in quo effodiendo, cribrando ac legendo miſeros poſt, iacta ſemina, otioſis ludis ac tripudijs, & piſcationi, aut parui cuniculi uenationi aſſuetos inhumane nimis exagitarunt. Iam per regium uniuerſum ſenatum ſancitum eſt, ut liberi reducantur in populos & agriculturæ generationiq; indulgeant. Serui autem & aliunde empti, ad id aurifodinarum opificium trahantur. De auri mortifera fame ſatis dictum. Auditu eſt mirandum, quantũ in hac inſula coaleſcant omnia. Octo & uiginti in ea ſuut torcularia erecta, quibus magna ſaccari copia extorquetur. Saccareas aiunt cannas altiores craſſiores q; in hac inſula creari quàm alibi uſquam reperiantur, ad craſſitudinem lacertalem aiunt & uitilis ſaturæ, ac ſemis altitudinem nutriri, & quod maius, Valentiæ Hiſpanæ, ubi ingens ſaccari copia quotannis elicitur, ubicunque ſaccareis cannis inuigilatur,

Hiſpaniola

Saccari copia

Digitized by Google

latur, quinque uel ſex, aut quando copioſius, ſeptem phialas cannas quæque radix parturit: in Hiſpaniola uiginti aut triginta interdum. Quadrupedum eſt in ea copia immenſa. Auri rabida ſitis à cultura Hiſpanos hactenus diuertit. Triticum augetur in immenſum, ut centeſimum aliquãdo reddidiſſe dicatur: ubi cura ſit, in collibus aut montanis iugis, ad Boream præcipue uerſis, tritico ſerendo intendere. Coaleſcunt & uites in eiſdem partibus. De arboribus uero caſſiam fiſtulam gignentibus, ex inſulis putato continenti uicinis aſportatis (de quibus mentionẽ fecimus in decadum libellis) quid dicemus? Tanta eſt iam copia, ut poſt paucos annos libram ſimus unciæ loco à pharmacopolis habituri. De ſyluis coccineis, deq; reliquis huius beatæ inſulæ prærogatiuis, & naturæ in illam porrecta beneficentia, ſatis multa in decadibus. Placuit tamen pleraque repetere, quia à grandiũ negotiorum mole arbitror ad huiuſcemodi rerum recordationem multorum lectorum ingenia diuertiſſe: nec labia detorquent, quæ ſunt ſapida, modo materia pretioſa pretioſis ueſtibus induatur.

R. PETRI MARTYRIS DE INSVLIS NVPER INVENTIS FINIS.

AD ILLVSTRIS.

Digitized by Google

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM SACROSANCTAE MILITIAE ORdinis diuæ uirginis Teutonicorũ protomagistrum, Saxoniæ ducem, Thuringiæ Lantgrauium, ac Marchionem Misniæ, Erasmi Stellæ Libonothani in antiquitates Borussiæ præfatio.

ET si uereor Federice princeps, res Borussicas altius & à prima origine repetiturus, antiquitatem in his quæ usque eò latuit, uelut ex cauea in scenã theatrũq; producturus, multorum risus, ronchos & cachinnos; demumq; explosionẽ magis quàm applausum legentis turbæ me incursurum, tum quod id secum ferat antiquitas, ceu Aristoteles in problematatis perhibet, ut res anilibus fabulis simillimas narrare uideatur, tum quod res Borussiæ diuturna barbarie, sine ullis literarum monumẽtis quasi perpetuis tenebris mancipatæ, & in ipso lethæo demersæ penè obriguisse existimantur, adeoq; cõtractæ, ut etiã phœbeo calore agitatæ uix incalescere possint, quo iterum lucem solemq; admittant. Verum dum hi blaterones tuã celsitudinem istius ludi agonothetam in orchestra conspexerint, sub cuius umbraculis me in hanc scenam prodijsse pernoscant, forte ne lingulaces infreniq; ore à te sapientissimo principe iudicentur, maledictis temperabũt, si mul & nasum cõtinebunt. Quod si nec reueriti tuã maiestatem, effrenataq; lingua uerbis non æquis defluant, malignitatis quoq; aculeos haud reconderе uelint, imò blaterare malint, nihil est quo perhorrescere oppidò possim, ut cœptã scenam interturbem. Ronchisent hi nasuti obstrepant, clament, arguant, criminentur, exibilent deniq;, dummodo tibi plausibilis, lepida ac iucunda nostra actitatio uisa fuerit. Antigonidas olim musicæ artis peritissimus, cũ discipulo in arte probe instituto, populo tamen non admodum grato, in scenã progressus cunctis audientibus dixisse fertur, Mihi cane & Musis quia uidelicet ars bene cœpta, quanq; populi lenocinio destituatur, iusta tamen cõprobatione non exuitur. Sed ut tandem his respondeam, qui longe petitas historias calumniãtur, ceu minus fidei illis insit, cæcutientibus id forsan euenit & noctuinis oculis, sed penes clare cernentes plus dignitatis antiquitati inesse, nemo sanæ mẽtis ambigit. Ne quoq; res Borussicas ceu sempiternis tenebris obnoxias, & minime ad solem lucemq; ex caliginoso uetustatis recessu redituras, possint argumentari, meminerint saltem quæ de Hercule ferũtur, qui cerberum tricipitẽ ab inferis, solemq; hunc nostrum accalorem ferre coëgisse dicitur, Threicium & uatem raptam sibi Eurydicen ex tartareis sedibus diuina sua suauiloquẽtia eduxisse. Ob id nec inficias eant locutulei, res Borussicas quantumcunque umbra uetustatis cõtectas ac rubigine obductas, imò in abditissimos recessus actas, curiosa indagatione nõ posse nõ restitui, ex noctisq; caliganti nebula eximi, ac claritate diei illustrari ornatiq;:

Digitized by Google

ricęq: quum hæc ipsa indagatio, puta industria, unica ab omnibus esse asseri tur, cui nihil inaccessum, nihil occlusum relictũ sit. Hæc res quomodolibet obstrusas, & in penetrabilibus reconditas elicit, exprimit & promit. Hæc cœlum petit, & subterranea regna subintrat, maria scrutat, oculis subiicit quicquid usquam latet sepultumq; est. Illa ipsa Homerũ cæcum plus Argo mille oculos habente uidere dedit. Hæc Zeusim Helenam nunquã à se uisam tanta uetustate depingere docuit, ut eius forma digna iudicaretur, propter quam tantum laboris subiisset Græcia, & alta Pergama ruerent. Hæc Phidiam statuarium dignissimum, simulachrum Iouis exprimentẽ eò usq; euexit, ut diuinitatis effigiem è cœlo mutuatus diceretur. Hæc eadem fores antiquitatum Borussiæ uectibus è cardine semotis, ut paterent effecit, extraq; latebras quicquid de his obuallatum fuerat produxit. Hac adminiculatrice ex imo lethæi fluminis cœno hæ ipsæ conquisitæ erutæq; sunt, & utcunq; à sordibus detersæ, sese ceu postliminio reuersæ, tuis luminibus cõspectuiq; illustrissime princeps, primum ostentantes, te ut felicem moderatorem suum salutant, ut patrem patriæ uenerantur: & quicquid usquam in secundiorẽ sortem, faciemq; splendidiorem commutatum, ceu fermè singula aspexerint, id totũ tibi sacræq; sanctæ militiæ, cuius tu magister, imò dictator perpetuus extas, tribuũt. Quod si sunt qui te circũstant, & has ineffigiatas rudesq; Borussiæ imagines toruis luminibus respexerint, abigendasq; duxerint, quod sine cultu ornatiori, & penè inuestes in hunc augustissimum cõsessum productæ sunt, his responsum sit: Fœminam probam pigmenta fucumq; non decere, nec orationẽ fidem habiturã unguẽta usqueadeo redolere. Logographis id tribuimus, ut quodcunq; suauius quàm uerius narrẽt. Nos in his cõmentariolis sine fraude, omni apparatu orationis sepositio, Borussiæ antiquitates exposuimus: ut si qui futuri sint, cultiori sermõe res Borussicas describere uolentes, hinc sumere possint, quod ornatum iri tantopere uelint. Nuda nanq; hæc oratio facile quem quis imponet cultũ perferet. Vt autẽt fidem sine scoria habituri sint hi nostri commentarioli uetustate & carie oppleti, ipsos ex præclarissimis rerum scriptoribus elucubratos esse fidem facio, Plinio scilicet, Solino, Pomponio Mela, Cornelio Tacito, Strabone, Ptolemæo: ex neotericis Gordano, qui primus res Gothorũ literis mãdauit, nostro Alberto Magno, qui has inuisit & peragrauit, Othone Freisingensi episcopo, qui quinq; imperatorũ Ro. res gestas luculenter scripsit, Helmodo Lubecensi presbytero, qui res Sclauorum haud ineleganter prosequutus est, Borussicasq; simul attigit, Blõdo Foroliuiẽsi, Aenea Syluio, & præter hos quicquid annales Borussiæ usq; uetustatis habuere, pleraque etiam per acceptionem. Nam apud Val. Maximum locus est, quo res suo seculo cognitas, & absq; literarũ monumentis cõseruatas manare ad posteros indicant, sola scilicet traditiõe patrũ. Id genus disciplinæ Hebræis etiã usitatissimũ est. Huiuscemodi

Industriæ uis

Digitized by Google

innixis fulcimentis,commentariolos nostros non temere edi posse arbitratus.Ne autem manus nostras excedentes absque patrocinio uagabundi errent,ipsos nomini tuo illustrissimo dedicandos duxi,tum quod neminē magis rerum Borussiæ cognitio deceat,quàm Borussiæ principem, tum quod pari tutela hac nostra ætate ac prisca Borussia fruatur. Quū igitur princeps illustrissime simul & inuictissime à curis publicis feriatus fueris,frequēti quoque uctcrum,quibus inhias, lectitatione satiatus magis quàm lassatus, etiā domestica peculiariaq; inuisas legas que: subinde agnosces in his Borussiæ præter ueteres eius limites, uarios ipsius cultores:crebro enim illinc migratū est,aliquorum maiore numero cogente,moresq; uetustiores:quos si ad præsentes accommodabis,non obscure lucebit quanta sunt quæ sacrosancta militia Teutonicorū in Borussia egerit.Optimo enim iure gloriari poteris,eam quam patres regionem barbaram,incultam,asperam,idololatrā, fœdam,ac rerum omnium inopem acceperāt,illam ipsam splendidam,cultam,ciuilem, opulentam,humanam,& quod maximum est,Christianam reddiderunt et reliquerunt.O felix nimium Borussia,si sua norit bona illo principatu. Facile demum illustrissime princeps deprehendes,quàm iusto dei iudicio Borussia ad Germanorum redierit incolatum:quum Germaniæ & pars sit,& Germanis à rerum exordio debita,inhabitata,luculentissimorum scriptorum testimonio.Cur,me iudice,indigne iterum à quibuscunque alijs gentibus inhabitatur administratur ue? Ego autem hanc scribendi prouinciam non tam mea sponte quàm iussu uenerandi antistitis Iobi Pomesamiensis,à nullo antea tentatam accepi,ut meo Marte aduersus quoscunque aliter de Borussiæ finibus & populo sentiētibus,ceu pro aris & focis dimicaturus sim,ultima potius perpeti certus, quàm ignauiter cessurus.Te igitur principem inuictissimum,& ad arma progenitum,pro tua uirtute rogo,ne desistas auxilia ferre tam pio ac iusto bello,ut iunctis uiribus omnem colluuiem barbarorum ex his tuis finibus eliminemus.Nullum enim apud me dubium uertitur,si tuo Marte agendum erit,facile hanc oram ex manibus iniuste occupantium uindicabimus. Quod breui futurum,modo fata sinant, tuæ auitæq; uirtutes,ac genitoris tui præclara facinora admonent.Nunc ad institutum pergamus.

ERASMI

ERASMI STELLAE

LIBONOTHANI DE BORVSIAE ANTIQVITATIBVS LIBER PRIMVS.

BORVSSIA ultimæ Germaniæ ora, à Viſtula amne, quem ad occidentem terminum habet, incipiens, ſinuſq; Baltici maris, qui ſeptentrionale latus eius ambiunt, percurrẽs, orientalem ſolem ab Alanis excipiens, mõtibus Hamaxubijs auſtrale latus eius obtegentibus, à quibus continuis ſyluarũ iugis diſterminatur. Fuit hæc terra diuerſis habitata cultoribus. Nam ut Gordianus Gothus ſcribit, nuper Hulmigerij Germani eam tenuere, à quibus aliquãdiu Hulmigeria dicta, hodieq; ea pars quæ Viſtulæ accolit Culmigeria pro Hulmigeria uocitat. Sed hi per Gothos quamprimũ ex Scandania in continentẽ deſcendiſſent, inde pulſi eam, ut is ait, occupauere. Ptolemæus aũt uetuſtiores incolas recenſens, Gothones, Venedos. Stagnanos, & Sargatios Sudinosq; his locis inſediſſe ſcribit, quibus Gelidanos ſimulq; Gillones. Vacinos & Charinos, quos ipſe Charionas nominat, addit, finesq; ad Hamaxobios uſq; protendiſſe indicat. Ad Viſtulam uero pauciores ſediſſe cõmonſtrat: nam Finnos cũ Venedis & Sulones duntaxat hanc orã habitaſſe ait. Hos aũt populos nullo alio quodam cõmuni nomine dignatur: forte quia nõ unus populus, nec in unum cõceſſit nomen, Verum Cornelius Tacitus diligentius hæc loca cõquirens ipſa Germaniæ prorſus adſcribit: quanq; promiſcue Sarmatis Germaniſq; populis habitata aſſeueret, Venedos enim Germanis connumerandos cenſet, quod & domos fingunt & ſcuta geſtãt, peditum uſu ac pernicitate gaudent. Quæ omnia diuerſa Sarmatis extitere, in plauſtris ſolũ modo ac equis uiuentibus: quanq; & ipſi ex Sarmatarũ moribus traxerãt. quod uicinos latrocinio infeſtarẽt. Quicquid enim inter Peucinos, quos quidam Baſternas dixere, ſyluarũ ac montiũ erigit, latrocinio pererrauere. Erãt aũt Peucini & Baſternæ, ut Plinius teſtat, cõtermini Dacis, ſermone, cultu, ſede ac domicilio Germanos referẽtes, multa tamẽ fœditate Sarmatarũ contacti: nã & cõnubijs promiſcuis utebãtur, & proceres eorum pari ſorde ac plebs torpebat. In dubiũ Tacitus uertit, Sarmatisne an Germanis aſcribant: uerũ hæc loca hodie Poloniæ aſcribũtur. Plinius tamẽ ipſos Germanis cõnumerat: cui & Varini & Gothões Germani ſunt, ex Vindelicorũ genere. Vltimo aũt regionẽ Boruſſij intrauerũt, populi qui Ptolemæo teſte ad Riphæos mõtes, ubi in ſeptẽtrionẽ fuſius excurrũt, nec lõge quà Tanais ex eis erũpit, ſedes habuere, q infelicitate ſua cõciti (ppetuis nãq; niuibus algoribusq; illic terra riget, ad omneq; naturę miniſteriũ dãnata eſt) ad nouas ſedes capeſſẽdas patriã egreſſi in hæc loca delapſi ſunt: quę tũ ſoli fertilitate, tũ paſcuorũ lacuũq; amœnitate

Boruſſiæ ſitus.

Hulmigeri

Peucini

Baſternæ

Digitized by Google

amœnitate ipſis quum primũ placuere, nec non ultra progreſſi ſunt, hic ſedes unanimi conſenſu ſibi deſumentes, utq; ſibi ac poſteris perpetuo eſſent
Boruſſia duraturæ, terrã uocabulo gentilitio Boruſſiam appellauere, quæ uſque hodie unius literæ ſuppreſſione Bruſſia uulgo dicitur. Hæc eſt uera huius gentis origo. Et cæterum quicquid dicitur, perinde ac anilem fabulam habendum eſſe cenſeo. Facit iſtius rei fidem permaximam, quod uſque hodie populi ad Riphæos habitantes, eodem pariq; ſermone quo hi utuntur. Boruſſi uero ſedibus formatis, terram cultoribus uacuam (Gothi enim populariter eam exceſſere) nullo repugnante facile occupauerunt, circa eam portionẽ quæ ad Viſtulam eſt. Hæc adhuc à pauciſſimis Germanis tenebatur. Propagantes igitur ſeſe à Chrono flumine uſque in contingentiam Hulmigerorum: quæ nuncupatio poſt pulſos per Gothos ueteres colonos è medio oræ huic regioni accommodari cœperat, nomine ſuo breui cæterorum hic habitantiũ nomina obfuſcauere: quod forte euenit, quia Boruſſi conterminis gentibus, puta Germanis, notiores extitere, uel quod multitudine ſuorum, amplaq; ac ſpatioſa oræ occupatione, ipſos etiam indigenas ſuperarũt. Terrarum nanq; limites pro nutu potentiorum ſæpenumero nomina ſortiuntur duratq; hodie ea nuncupatio, quod qui ex Germanis uel Viſtulam, uel illic maris tractum accolunt, Boruſſi uocẽtur, qui tamẽ cum illis ipſis præter cœlum commune habeant nihil, iuſtiusq; Boruſſienſes nuncupandi forẽt. Terram hanc Boruſſi undiquaq; fœcundam longe lateq; incolẽtes, ipſam tamen minime excoluere, uel ob ignorationem rei ruſticæ, uel ne bonitate ſoli deprehenſa, & ipſi finitimorũ metui obnoxii fierẽt, indeq; eliminarẽtur, uel quod uictum è terræ naſcentibus nondum nouere: carnibus nanque ferinis, & quidem crudis pro cibo, lacteq; pro potu ueſcebantur: quandoq; etiã ſanguine equino mixto, & eo uſque ad ebrietatem. Domos non fingebant, ſed ſpecubus & arborum ſubere (unde etiam Subaria dicta comperitur) ab imbribus & algoribus ſeſe ac infantes protexere. Nulla eis ſacra aliquandiu fuere: tandem in eam deducti inſaniam, ut ſerpentes ferasq; & arbores religioſe colerent, ceu de his in ſubſequentibus dicemus. Nõ leges, nõ magiſtra
Anarchia tus nouere: tantum cuiq; licuit, quantum audebat: nihil à feris uita illorum diſtabat. Erga tamen naufragos, & maris tempeſtate iactatos, humaniores & illis ipſis undiquaq; auxilio fuere: in reliquis mira fœditas ac fœda paupertas: nam eis nec arma, nec ferrũ fuerant. Si quando ad prælia inter ſe concurrerent, ſudibus præuſtis & perticis utebantur. Non autẽ multi effluxere anni, quum Germani Hulmigeriam incolentes reſumptis uiribus (nã per Gothos multum attriti fuerant) accitisq; trans Viſtulam ſocijs, qui amne lintribus tranſmiſſo eis conſedentes, & iunctis uiribus contra Boruſſios bella parant: penitiora quoque regionis ingreſſi, quotquot Boruſſiorum offenderãt aut in ſeruitutem acceperant, aut retrocedere coëgerant, breuiq; ſeſe ſuosq;

à metu

à metu barbarorum asseruere, Borussij uero quo à Germanis finitimis tutiores forent, se cum Sudinis, qui ultra Chroni fluenta sedes habent, eiusq; regionis aborigines credũtur, societatem iniere, qui tũ uirtute & potentia plurimum pollebant. Est aũt Chronus fluuius qui hodie Pergulus dicitur, quẽ in finibus Borussiæ ortũ brumalem uersus, multi lacus eodem fermè loco se mutuo influẽtes efficiũt: qui Borussios à Samijs primũ, ut Strabonis nomine utar, deinde à Sudinis disterminat, populis etiã Ro. armis tentatis magis quàm uictis. A' Druso enim Germanico, testante Plinio, dassibus oppugnati sunt: qui primus Ro. ducum septentrionalem oceanũ ingressus est, & post eũ, Domitianũ Cæsarem in expeditione quã contra Sarmatas, quod legionem cũ legato necarent, instituit, ob succinũ quod abundantius barbari illic inter maris eiectitia, soli omnium gentium excepere, bello petiti sunt, sed se magna eius rei propter quã peti se senserant copia, succini scilicet, redimentes, illacessiti remansere. Sed hic de succino obiter dicamus: abũdat enim eo hæc ora, quæ quasi peninsula est ob sinuosos flexus maris, terramq; spatio se in freta excurrentẽ, in quã ui tempestatũ idipsum aduehit: id olim à Germanis glessum dictũ est, ut eruditi scriptũ reliquere. Inde glessaria regio ipsa à Ro. militia nũcupata, & ab alijs Subaria à subere, quũ patrio nomine Sudinia uocetur: ab eruditis uero Austrasia. Succinũ etiam sualternicũ Scythico uocabulo barbari appellant. Vbiuis aũt loci succinũ gignatur, scriptores non cõueniunt. Præter enim ea quæ fabulose de ipso in Phaëthõtis fabula prodita sunt, Pitheas Gothonibus Germaniæ gentis accolis æstuariũ Mentonomon nomine esse ait, ab oceano stadiorũ sex milliũ ab hoc diei nauigatione insulã abesse Abalũ, ex illa uernis fluctibus succinũ aduehi, & esse cõcreti maris purgamentũ: incolasq; pro lignis eo uti dicit, proximisq; Teuthonis uẽdere: huic & Timæus assentit: sed insulam Basiliam uocauit. Nitias autem solis radiorũ succum esse uoluit, hosq; circa occasum, ut ipse credit, uehementiores in terram actos, sudorem pinguẽ in eam partẽ oceani relinquere: deinde æstuante mari in Germaniæ litora eijci. Mithridates in Germaniæ litoribus insulã esse asserit, uocariq; eã Cedron, cedri genere syluosam, inde & in petras defluere, Cornelius Tacitus Effluorum gẽtem, qui dextro Suionici maris all uũtur, nuncq; Lissom uulgo nominantur, ipsum legere inter uada, ac cætera maris eiectitia ipso litore asserit: quod & hodie fieri cernimus. Quidam nostri temporis experti, ipsum è limo quorundam montium sole excalescente fluitare existimant, in herbidóque solo atque algido, quod his montibus subest, indurari: oceano illic efferuescente inde rapi, in proximaq; litora expelli. Indicium istius esse, quod ipsum aliquando ex solido eruitur, quod & ipsi uidimus: quanq; cerea mollitie, & penè lentum sit, ob id ipsum mari denuo immergunt, cuius rigore lapidescit. Hanc uero opinionẽ neq; omnino adstruere, neq; refellere in animo est. Quod autem hos montes nomi-

Sudini

Chronus flu.

Succini descriptio

tes nominatim non ædunt, mihi ſuſpitionem incertitudinis facit. Plinius uero naturæ fidiſſimus interpres, Germanici Cæſaris claſſibus bellum, ut dictum eſt, in ſeptentrionali oceano, gerentis experientia innixus, tradit ſuccinum gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani, ipſumq; naſci defluēte medulla ex pinei generis arboribus (ceu enim reſina in ceraſis, ita & in pinis humoris abundantia erūpit) denſariq; rigore maris, eo intumeſcēte ex inſulis rapi, certoq; littore expelli: ita inuolutū herbis, ut ex his pendere uideaē, ſalo expui: ſuccum uero arboris eſſe, ipſumq; primū liquidū diſtillare, argumento ſunt quædā intus lucentia, ut formicæ, aut apes, etiam lacertæ, cæteraq; id genus, quæ adhæſiſſe muſteo non eſt dubium, indureſcēte uero humore, incluſas remanere. Pineæ autem arboris indiciū eſt pineus in attritu odor, & quod accenſum tædæ modo fragrat. Rude eſt informeq; ac glebæ ſimillimum, dum ex aquis excipitur, corticibus ac alijs rebus ſibi inhærentibus: ob id diu incognitum barbaris, inter maris quiſquilias iacebat. Germani idipſum primū nouiſſe traduntur, in Pannoniamq; ad Carnuntum oppidum aduexiſſe, inde Veneti ipſum accipientes, primum rei fem am facere, mox proximi Pannoniæ circa Adriaticum mare Tranſpadanicq;, quorū agreſtes fœminæ monilium uice, & decoris gratia ſuccinum geſtauere. Hinc natam fabulā de Pado omnibus notā credimus. Eius eſſe genera quāplurima conſtat: candida, ſed odoris præſtantiſſimi ſunt, quibus diu minus pretium erat: hac uero tempeſtate & fulua & cerea mercede præſtant: ex fuluis etiā tranſlucentibus amplior erat autoritas, præterquam ſi nimio ardore flagrent: imaginem enim igneam, non ignem ineſſe placet. Summa laus Phalernis tum fuit, à uini colore dictis, molli fulgore conſpicuis: id ab aliquibus Chryſolectrum dici cōperimus, quaſi coloris aurei: rapaciſſimum id eſt igneum, & ſi iuxta fuerit celerrimè ardeſcēs. Sunt in quibus decocti mellis lenitas placet. Domitius Nero Romanus imperator, capillos coniugis ſuæ Poppeæ in hoc nomen adoptauerat, ipſos quodam carmine ſuccinos appellando. Ex eo tertius hic colos à matronis expeti cœpit in capillis. Dum quoq; is gladiatorum munus Po. Ro. exhibiturus eſſet, Iuliano quodam equite Ro. id curante, ad ipſum comparandum miſſo, qui hæc littora peragrauit, uidit, ac cōmercia tentauit, tantamq; copiam Romam inuexit, ut retia in uenatiōe publice ædita eo nodarentur, armaq; & librilla, totusq; ſimul diei unius apparatus è ſuccino eſſet: uiſa tunc fuit gleba tredecim librarum. Solinus tamen refert id ſuccinū à rege Germaniæ Neroni dono datū: cui ſententiæ magis accedo. Tāta fuit eius, ut eruditi ſcriptum reliquere, in delitijs taxatio, ut hominis quāuis paruа effigies uiuorū hominum uigentiumq; pretia ſuperaret. Quūq; in alijs ad luxuriam quæſitis oſtētatio & uſus placeret, ceu in Corinthijs æs auro argentoq; mixtū, in cælatis ars & ingeniū: uniones quod capite, gemmæ quod digitis circumferuntur. In ſuccino, ut Plinius inquit, tantum delitiarum con-

Succini prouentus

Fuluum ſuccinum

Succini pretium

ſcientia

Digitized by Google

ſcienta luxuriaq́ expetita eſt. Eſt uſus eius multiplex in medicina: nam ab infantibus pro amuleto geſtatur: contra lymphationes & noctis metus cui cunq́ ætati prodeſt: urinæ difficultatibus potum alligatumq́, quod Chryſolectrum uocant, collo alligatum mederi febribus Calliſtratus prodidit. Tritum cum melle ac roſaceo aurium uitijs, & ſi cum Attico teratur, oculorũ caliginem remouet. Stomachi etiam uitijs uel per ſe farina eius ſumpta, uel cũ maſtice ex aqua pota, quod de candidis maxime crediderim. Tonſillis quoque reſiſtere creditur, & fauciũ uitijs: ob id mulieres Padanæ ipſum circa colla longo ſeculo geſtauere, uario genere aquarum iuxta illos infeſtante guttura ac carnes uicinas: quod hodie Turcarum equeſtres copiæ in equis ſuis obſeruant. Neotericorum pariter experientia ad citandos partus candida operari depromit: notiſſimum id Germaniæ mulieribus. Calculos quoq́ ueſicæ & renum eo poto elidi euocariq́ quamplurimi teſtantur. Venena peſtilentemq́ aërem eius nidore fugari compertũ eſt. Diſtillationes quoq́ ſiſti, uulneratis, ſi in potu ſumpſerint, prodeſt: malagmatis ob id etiam aſſumuntur. Verum & hoc notum fieri oportet. Succinum quocunq́ libeat colore tingi hœdorum ſeuo & anchuſæ radice: quippe etiam ipſum conchylio inficiunt. Quæ uero tranſlucida ſunt, ad gemmas adulterandas magnã habent uicinitatem, & maxime ad amethyſtos. Politur ſuccinũ adipe ſuis lactantis incoctum. Ramenta eius oleo addito dilucidius ac diutius flagrant quàm lini medulla. Notiſſimum cuiq́ eſt quod attritu digitorum caloris ui accepta, attrahunt ad ſe paleas & folia arida, ut magnes ferrum. Viſum eſſe quidam retulere, quod æris etiam ferri laminas attraxerit. Ego glebam uidi cui ferrũ quaſi adnatum inhæſerat, quod ui ſua forte attraxerat. Multi tentauerũt ſuccinum flexile ac ductile reddere, ſed nequicquam ceſſit, mirum, quum nimia humida & ſucculenta prodeãt, uti indicauimus. Hæc tumultuarie de ſuccino, Sudinorũ opibus dicta ſint, propter quas ſæpenumero ab exteris gentibus bello petiti. Senſere nanq́ præter Ro. arma & Saxonum Angliam occupantium oppugnationem, à quibus ſe terra & mari impigre defenſarũt. Habuere enimuero hi populi, ut de moribus eorum aliquid tranſeũter dicam, regulos ſuos, quorum legibus obtemperabant: agroſq́ coluere & commercia nouere. Veſtium cultus apud eos fuit, ut mares lanea, fœminæ linea tunica uterentur, circuloſq́ ex ære uel orichalco colla circundabant. Auribus etiam crotalia ſuſpenderunt, rem friuolam, quod tamen neq́ hodie deſitum. Domos in uillarum modum extructas inhabitauere uicoſq́, ac ſine muro & uallo omnia, quod forte ab externis, ipſos cõmercij gratia adeuntibus didicere: alioquin alienum à Sarmatis. Sed ut ad Boruſſios repedemus, ſocietatem cum Sudinis eos inijſſe diximus ob Germanorum finitimorũ metum. Neca Sudinis aſpernati ſunt: uerum eorum potentia adiuti, & contra quoſuis contenminos populos tutiores facti, aliquandiu in ſua fœditate degerunt: de qua

Succini pharmaca

Sudinorum mores

Digitized by Google

Beſtiæ Boruſſiorum

poſthac. Nunc de cæteris Boruſſiæ rebus editis proſequamur. Generat & terra hæc feras multijugas, eas etiam nec alibi cognitas. Præter enim urſos, apros, ceruos, quibus abundat, Vros excellenti ui & uelocitate profert, qui uaſtitate corporis parum infra elephantũ ſunt, eaq; ferocitate, ut neq; homini neq; feræ ſi quam cõſpicati fuerint, parcant. Cornutum q; id animal eſt: eius cornuum magnitudo tanta uiſa eſt, ut urnas binas unius capitis cornua, ut Plinius teſtatur, impleuerint. Barbari ex his potant, argenteo circulo parte qua labris admouetur circumducto. Sunt enim caua & in mucronem demũ concreta. Alij pila his præfixa cuſpidant. Romani in laminas ea ſecabant. ut lumen quod his includebant latius funderent, ipſiſq; pro lichnuchis ac laternis uſi ſunt. Qui ſeſe uenatione eorum exercent, ſi plurimos interfecerint, relatis in publicum cornibus, quæ teſtimonio ſunt, magnã laudem adipiſcuntur. Soliti erant antiquitus caueis ad hoc ex opera factis eos capere, captosq; iugulare, forte quod ea tempeſtate ferro caruere: ſed eo mortis genere, feram tam inſignem poſteriores ætatis iuuenes præcipuæ uirtutis & audaciæ, interire dignũ cenſentes, ob id canibus ipſos inſequi placuit, uenabuliſq; comminus ac eminus petere, arboribus ſeſe robuſtioribus ſemper condentes, ne & ipſi à fera rurſus impeterentur, quæ cornibus arbori inſertis, uindictæ auida, inhæret, donec inſequentium telis ſaucia concidat: tali morte feram dignantur atrociſſimam. Fera hæc ſub mento uillos lõgiuſculos habet in arunci ſpeciem, cæteris tauro perſimilis exiſtit. C. Caligula Romanus Imperator primus Romæ Vros in arena oſtendit, quos tum imperitum uulgus bubalos falſo credidit. Gignit hæc terra & bizontes iubatos, qui è boum ſylueſtrium genere ſunt, ſed noſtra ætate admodum infrequentes. Aiunt hos ſolipedes, maribusq; ac fœminis iuxta iubas cornua, eadẽ utriq; forma & magnitudo, colore quoque & ſpecie haud diſſimiles tauro ſunt. Aliqui ex horum genere unicornes perhibentur: quod uerum ſit, nec ne, incompertũ habeo. Plinius tamẽ Indicos boues ſyluestres unicornes, tricornesq; eſſe ſcripſit: ob id non incongruens uidetur eos & alio loco naſci, uerum eſſe alterius generis à bizonte ſuſpicandum eſt. Tale forte eſt cornu quod hodie in Archiuo protomagiſtri integrum cuſtoditur, ac Monocerotis aſſeritur, quum nigrum illud ſit, hoc uero luteum conſpicitur. Sunt & in ea regione greges ferorum equorum, quos Græcia non uidit, nec Romanus, quapropter alio uocabulo nominari non poſſunt. Hi cicuribus equis omnino ſimiles extant, præterquam quod dorſo molliori ſunt, ob id nec uſui apti. Dicuntq; ipſos nequaquã mã ſueſcere poſſe. Carnibus eius incolæ etiam hodie ueſcuntur, quas non inſuaues aſſeruut. Gignit & alces (quos falſo ſyluestres aſinos quidam autumant, quum hos Aſia tantum ac Africa procreet) ſpecie media inter ceruinam & iumenti, niſi quantum aurium proceritas, ipſáque ceruix diſtinguit, magnitudine inter camelum & ceruum: maribus in ſuperciliis cornua naſcuntur, quę

Vri

Bizontes

Equi ſeri

Alces

quotannis

quotannis amittunt, latiora quàm ceruis, ramosa tamen & per totũ concreta ac solida: ungulæ bifidæ, coloreq; ceruum imitatur: uenatorem è longinquo sentit: animal certe simplex, & quod plus latebris quàm fugæ fidat. Si ui cãtium urgetur, magis in canes se calce quàm cornibus tueatur: in locis palustribus sese plurimum condit, illic & partus ædit suos: formidinis eius argumentum esse aiunt, quod rarenter solitarius, in armento multũ appareat. Vngulis eius comitialem morbum, & iam spumantem abigi creditum est, si cute attingitur. Hallucinati sunt qui alcem nullo suffraginum flexu dixerunt, neq; quietis causa procumbentẽ, uerum accliuem arbori somnum capere, quæ ad insidias à uenatore incisa feram unà affligit ac cõcidit. Quod & pascendo retrogreditur ob superius labrũ prægrande, quasi progrediẽdo pasci nequeat: quæ singula non de alce, sed de machlin fera, illi haud dissimili, quam Scandaniam mittere aliqui prodidere, dicta sunt. Habet & syluas incæduas, unde uis ingens lignorum & ad naualem usum & domesticum conuehitur: teretumq; arborum ad malos nauium accõmodam, quæ inde in remotissimas oras deferuntur: habent & syluæ præter id suas diuitias, unde quasi sponte compendium nõ modicum incolis prouenit, apum, scilicet, ingentem multitudinem, quarum alueos ceu natiuos intra arbores ad hoc cauas cernere est: ex quibus tanta mellis & ceræ copia prouenit, ut Germaniæ Britanniæq;, ac cæteris adiacentibus insulis, commode harum rerum usum suppeditet. Nec apiariꝝ arte uel industria examina illic curant: nullis enim satorum floribus, aut herbis ipsa inuitant, nec si longius euolent reuocant: è frondibus & syluestribus floribus succum contrahunt, quo opera conficiunt sua, quæ compendiꝝ ingentis argumẽto sunt. Præter illa & pelles quasdam non ignobiles mittunt hę syluæ, quę uestium ambitis principum hominum subduntur. Lectorum etiam stragula ex his consuunt, pretioq; ingenti uendunt: has olim pelles ouini uelleris commutatione mercatores ab incolis receperunt. Gaynos barbari uocant ea animalia, Germani martes, è mustelarum syluestrium genere, ab aliquibus historiam naturalem commentantibus, esse scribuntur. Piscationes quoque diuersis in locis non incommodas exhibet: nam pisces omnis generis tum ex lacubus, tum ex æstuante mari illic prendunt, ceu psittas, soleas, lingulas, rumbos, trossullas, mullos, asellos, salmones, marinos canes, & id genus alios, anguillas præter cæteros numerosiores: nec de his incolæ uescuntur, nisi quod sole aëreq; siccatum tostumq; sit.

Sed ad alia pergamus. Hæc ad loci situm, ac terrarum prouentum, uti antiquitas posse dit, tradita sint.

LIBRI PRIMI FINIS.

Digitized by Google

ERASMI STELLAE LIBANOTHANI DE VETVSTATIB. BORVSSIAE LIB. II.

TEmpore quo Valentinianus Romanis imperauit, Alani populi ſeptentrionales Boruſſijs contermini, contra Rom. imperium arma ſumentes, poſt diutinas in imperij fines excurſiones à Sicambris compreſſi ſunt, quo bello Sicambri ſibi & poſteris libertatem pepererunt. Alani qui cędi ſupererāt, pars per imperij terminos delapſa Hiſpanias uſq; peruenit, ubi ſe Gothis illic belligerantibus iunxreāt, qui tandē ſedibus ibidē ſumptis, ſe confuſaneo duarū gentiū uocabulo Gothialanias appellauere, quaſi Gothorū & Alanorum ſedes. Pars uero imbecillior, quæ domi remanſerat, ac cæde patrata patriam repedauerat, exuta prȩcipue iuuentutis manu, ſibi non ſatis in ſedibus propriis fidens, cum uxoribus & filijs, omnicq; ſeruitiorum multitudine, ad Boruſſios conterminos ſeceſſit: ſupellectilem tum omnem ſecum in carris ac plauſtris trahens, tum etiam pecora, quorum prouentu hæc gens plurimum uictitat, uniuerſa ac ſeſe Boruſſiorum fidei & tutelæ commiſerant. Nec ipſi à Boruſſijs repulſi, quod eorū multitudine adaucti, facilius quibuſuis populis reſiſtere poſſe crederent, etiam tum magis Germanos formidabant, qui penitiorem Viſtulæ ripam accolebant, ipſoſq; ſæpiuſcule à ſuis quæ poſſederant locis, diſturbarunt. Conceſſerunt itaq; Alanis cohabitandi ius, qui rurſus Boruſſijs mulierum ſuarum coitus permiſcuere: connubia enim nulla habuere, ſed ut quiſq; in mulierem incidit, ea ad Venerem uti licebat: qua re breui in eam multitudinē coaluere, ut quoſcunq; cōtingentes populos ſuperarent. Ex ea tandem multitudine cœperunt inter ſe ſe anguſtia finiū premi: utcunq; enim placuerat, ac cōmodum quiſq; ratus, tantū terræ ſibi equiſq; deſumpſerat: unde rixis uarijs inter ſe diſſidere cœperant, quæ plerunq; cædibus tranſigebant: id populum hunc agreſtē intra ſe diſcordē, in eo concordē fecit, ut de rege ſibi conſtituendo cōuentus agere cœperint: ubi pro ruditate populi uaria undiquaq; ea de re dicta agitatáque ſunt. Viduutus Alanus, qui cæteris & dignitate & uigore animi præſtabat (magna enim ſeruitiorum claſſe abundabat, unde etiam ſibi in alienis terris autoritatem nō modicam acquiſiuit) inquit, Ni ô Boruſſij apibus ueſtris hebetiores eſſetis, de hoc quod inter uos agitatis, diſſidium nullum eſſet: has enim regem habere uidetis, cuius imperatis obtemperāt, qui opera eorum dirigit, ſingulis ad labores idoneos deputando, qui & inobedientes caſtigat, inertesq; foris aluearia propelli iubet, cuius hortatu omnes in labore perdurant, operaq; ſua perficiūt: uos qui hæc indies uidetis, illas ſequamini duces, & regem uobis conſtituite, eiusq; uoluntati obſequimini. Ille rixas inter uos dirimat, cędes ulciſcatur, furta puniat, innocentiam tueatur: is ſolus in omnes ſine ulla exceptione ius dicendi poteſtatemq; habeat. Eius dictis cuncti ingenti

genti ſublato clamore aſſenſere. An ergo nobis eris Biotterus? quod ipſorũ lingua apum regem ſignificat. Is nec uocem aſpernatus, omnium ore rex ſalutatus eſt. Miranda mortalibus gloriæ cupiditas, qua humilis quiſque ſe dignum faſtigio regio exiſtimat. Is uſque in eum diem pari fœditate qua cæteri humi uitam trahens, unica populi exclamatione tam rudis & inculti, regẽ agere cœpit. Nec ei regius animus defuit. Nam quamprimum à plebe maieſtate regia ſecretus fuerat, non aliò animum applicuit, quàm ut apum ducẽ imitaretur. Quare in primis palantem populum certis finibus inſtar examinum incluſit, quæ peculiaribus aluearijs labores ſuos perficiunt. Operáque agreſtia exercẽda monuit, & prout loci ſitus admittebat peragenda, puta ut hi terram colerent, ſementaq; ſpargerent, ac arbores conſererent, illi uero apum compendio inſiſterent: alios pecori, alios piſcationi deputans: legesq; condidit, quibus futuris finium anguſtijs prouidere ſe credidit. In primis, ne quiſpiam paterfamiliâs plures partus aleret, nec etiam ſeruitia quàm pro laboribus ſuis explendis ſibi ſufficerent, cæteros aut uenundaret, aut necaret: ne quis paterfamiliâs partus inutiles mancosq;, ceu ad labores inefficaces educaret, utq; filio parentem ſenecta oppreſſum, uel imbecillitate uirium labores non ferentem, impune ſtrangulare fas eſſet: utq; pueri non adeo incerto patre naſcerentur, coitum promiſcuum prohibuit, & ſub connubij ſpecie inſtituit, ut quotquot & quãcunq; paterfamiliâs puellam ſuſcipiendam prolis gratia iniret, ſiue ex ſeruitijs peculiaribus uel alienis foret, ſiue ex liberis, eã ſecum ſuo detineret tugurio, aleretq;. Alieni tamen iuris puellam nõ niſi pretio, quaſi ære emptam, à quocunque deduci pro prole procreanda inhibuit. Adulteria tamen non uſqueadeo prohibuit, ſed abigendos mœchos poteſtate caſtigauit. Quo autem populum hunc ferocem ad uitam produceret mãſuetiorem, comeſationes frequentes & publicas inſtituit, quibus feros hominũ animos demulctos iri credidit: nec in eo hallucinatus eſt. Nam breui ad eam deuenere mollitiem, ut eos quocunq; uellet perduceret: hinc hoſpitalitatem maxime colendam eſſe ſtatuit, quia ipſa amicitiæ firmiſſime glutinarentur. Potum ex aqua & melle cõcinnare docuit, qui latine mulſum dici poteſt, quo in comeſationibus & publicis & priuatis uti conceſſit: cuius dulcore mirum in modum barbari delectati facile ad eneruationem peruenere. Ad religionem autem ſe uertens, ſacedotes à Sudinis ſocijs populis accerſiuit, qui inſana ſuperſtitione contaminati, eos immunda quæq; animalia, ut ſerpẽtes colubros perinde ac deorum famulos nuntioſq; religioſe colere docuerunt, quos intra domos nutriebant, eiſq; ut dijs penatibus litabãt. Deos in ſyluis aclucis habitare dixerunt, illis uictimis ibidem ut placarẽtur, immolandum eſſe: ab his ſolem pluuiasq; expetendas fore. Sacra eorum aditu aduenarũ pollui, nec aliter quàm humana uictima expiari conſtanter crediderunt. Feras omnes, alcem præcipue, has ſyluas incolentes, ut deorum ſeruos uenerari

Primus Boruſſiorum rex

Leges

Idololatriã

Digitized by Google

das esse monuerunt, ideoq; ab eis abstinendum. Solem & Lunam deos omnium primos crediderunt, Tonitrua fulgetrasq; ex consensu gentium adorabant tempestates aduertendas citandasq; precationibus dixerunt. Hirco in sacrificijs usi sunt, ob fœcundam animalis istius naturam: nam ad coniunctionem sexuum maxime defertur, sine qua generatio est nulla in animantibus. Præcellentes arbores, ut robora, quercus, deos inhabitare dixerũt, ex quibus sciscitantibus responsa reddi audiebantur: ob id nec huiuscemodi arbores cædebant. sed religiose ut numinũ domos colebant. In eo numero & sam bucum, & pleraſq; alias habuere. Statuit & dies natalitios & funera pari modo celebrãda, mutuis, scilicet, comesationibus & compotationibus, tum lusu & cãtu, absq; mœrore cũ summa, hilaritate & gaudio, utq; alterius, uitæ spẽ præ se ferrent, illo saltem ostenderũt. quod exutos spiritu, armatos uestitosq; ac magna supellectilis parte circumposita humarunt. Quo more usq; nunc sepeliuntur, addito etiam potu melleo, aut ex frumentis facto in testaceis uasis. In funiebri epulo partẽ obsonij potusq; uita defuncti manibus libarũt, hodieq; libant, pudendo illic Christianorum præsulum dedecore. His & cæteris populo illo instituto, religioneq; firmata, Viduutus hãc oram prudenter & quietissime rexit, nullis excursionibus in uicinos populos permissis, nec aliqua tursus ab eis perpessus incommoda. Eo uita defuncto filios quatuor sibi superstites reliquis, qui inter se de imperio dissidentes, gentem iam paci diuitinæ assuetam, ad prælia mutua suscitabant. Concurrebant ergo inter se multis prælijs: sed senior natu quia ex matre Alana progenitus, solus Alanorum suffultus auxilijs, Borussijsq; exosus, fratribus qui multitudine abũdabant, cedere cogitur. Post multas igitur cædes ex utraq; parte cõmissas, eum statuere dissensionis finẽ, ut senior natu Viduuti filius, ex matre Alana prognatus, cum suis Alanis retrogrederetur, auitaq; loca repeteret, his ut posset dominaretur. Serram uero Borussiæ fratribus tribus ex matre Borussica, ac in solo Borussico natis relinqueret. Accepit conditionem hanc Litalalanus, ita enim senior natu iuuenis nuncupabatur, Borussiam egressus magno suorum numero. Et quũ supra modum aucti essent, pristinas sedes quas uacuas inuenerunt, facile implerũt. Ab hoc quoq; eorum duce in posterũ, qui prius Alani dicebantur, Litalalani dicti sunt, nunc hodie uulgo Litfani nuncupantur. Qui in Borussia remansere, terram secundum capita diuiserunt, Pomesamus, qui ex his ætate præcellebat, sorte eam occupauit oræ portionem, quæ Hulmigeriæ propinquior est, tum à Germanis habitata, à quibus Borussij magis formidabant. Sed quoniam Pomesamus strenuus manu uidereꝰ ac animo feroci, multitudinisq; admodum studiosus, hanc magis tutari cũ posse confidebãt, & ex ipso hæc portio posthac Pomesamia dicta. Alter Viduuti filius Galingus nominatus: huic terra quæ nũc Galingilia nuncupatur obuenit, à quo & terra nomen sortita est. Tertius uero Natangius, Natangiã terram à se nominauit & obtinuit. Hæ sunt tres primæuæ terræ Borussiæ portiones

Litfani

Digitized by Google

tiones. Nati uero eorum & nati natorũ, iterũ paternas diuidentes possessio-
nes aliam atq; aliam uarietatem nominum induxere, ut hi Barti, alĳ Naode
ritæ dicerentur: & qui hodie uetustatis uestigiũ retinentes Varnienses à Va-
rintis dicuntur. Eo pacto Viduuti filĳ inter se imperio diuiso, pro sua quisq;
libidine deposito regio nomine, quam tenuit portionem administrauit, sub
inde inter se dissidentes: in hoc tamen concordes fuere, ut aduersus quosque
suos uicinos, præcipue Polonos & Germanos excursiones facerent, ac eos la
trociniĳs infestarent. Sæpe prædam ingentem hominũ pecudumq; ab eis a-
gentes: & dum ipsi rursus insequerentur, sese & prædam in intimus syluarũ
latibulis occuluerunt, quod insequentes, ne insidĳs circumuenirent, retinuit.
Ex huiuscemodi deprædatione, quia ducibus non tenuis quæstus, plebi etiã
uictus obtigit, agriculturã & alia agrestia opera, quæ sub Viduuto exercẽda
sumpserant, breui intermisere, aut eatenus exercebãt, quatenus necessum ui-
sum est. Ducti lucri cupiditate ad pristinos mores latrocinia q; quã breui re
uertentes, Germani tandem consuleutes in medium, uocatis in auxiliũ Sue
tiæ regulis: ĳ in oceano Germanico siti sunt, à Latinis Sitiones dicti, qui Ga
nipoti cognominabantur, quod & ipsi Germani essent, & re bellica tum terra
tum mari plurimum pollerent: qui eis auxiliares copias classibus traduxere,
pluribus annis cũ Borussĳs belligerãtes: quo multis trucidatis atq; cæsis, eos
ad deditionẽ cõpulere. Est usq; hodie oppidulũ ad Vistulã cum arce situ, qd
Suetza uocat, ubi hi qui ex Suetza uenerãt, castra sua posuerũt, quod postea
in cã munitionẽ quã uidemus, p Teutonicos fratres extructũ est, ex quo Bo
russios rebellantes identidẽ impugnarũt. Nouem regulos id confecisse bellũ
annales habẽt: sed qua tẽpestate, aut quãdiu durauerit, nec an simul, an sibi
inuicẽ succedẽtes id bellũ gessere, an etiã Borussios ad tributũ pendendũ coẽ
gere, nihil reliq est, donec ad tpa Henrici primi patris magni Othonis uentũ
est. Ea tẽpestate barbara gens iterũ latrocinio finitimos impetẽs, p Hugonẽ
cognomine Botyrũ, aliãs Bructerũ, ex Saxonia natum: tum principẽ Germa
norũ, Vistulã ex utraq; ripa accolentiũ, quos aliq Bructeros fuisse autumãt,
seditionibus ex natali solo pulsos, in hæc loca deueniisse: ab eius gentis princi
pe, qui illic, ut dictũ est, imperitabat, Borussĳ cõpressi sunt, adeoq; uiribus
exuti, ut pacẽ lõgissimã seruarit: pmansere nãq; quieti ad tps Otthonis tertĳ
impatoris Ro. Sub id tẽpus Borussiorũ ferocia recusa est, uiribusq; adeo cõ
trita, ut omnino ab incursionibus cessarẽt. S. Adelbertus natione Bohemus,
sed in Saxonia enutritus, ac episcopus Pragensis, in Borussiã cõmigrauit, ac
gentẽ hanc à suis erroribus reuocare conatus est: sed à Sudinis dũ sacra pera
geret interficitur, corpusq; dissectum ante uolatilia proĳcitur: quod eius ho
spes colligens, mox redintegrauit, & ipsum cophino trans amnẽ ad Polonos
detulit, ac pro auro tanti ponderis (sed quoniã exiguum diuina ordinatione
pendebat) uendidit. Boleslaus Poloniæ princeps ipsum in insigni loco ac tu
mulo conseruauit. Qui multis clarens miraculis, à Datho pontifice maximo

Digitized by Google

consecratut. Dies eius martyrij octauo Calendas Maias ab ecclesia celebratur. Tempore quo Conradus secundus Romano præfuit imperio, Borussij cum Polonis conspirarunt, qui tunc ab imperio Romano, cui iam diu subiecti erant, desciuerant, ducemq; eorum Bilislaum cum coniuge sua Gertrude Leopoldi Austriæ Marchionis filia pepulere. Tributum quoque quingentarum librarum argenti ærario publico quotannis debito inferre recusantes, rati Borussij Polonorum auxilio facilius Germanos finitimos ad internecionē cæsuros. Durante autem hac Polonorū rebellione, usque ad Federici, cognomento Barbarossi tempora, qui copijs per Oderum fluuium traiectis, Poloniā ingressus, urbes quas repugnantes inuenit, expugnat & diripit: arcē Glogam eum subuertisse annales habent: singula igne ferroq; deuastans: copias quas obuiam habuit ex Borussijs, Bossallanis, Tartaris ac Polonis ingentis multitudinis, minimo negotio fudit, Poloni in sola deditione præsidium esse arbitrati, Borussij in fuga salutē quæsierūt, quos imperator insequutus, multis cæsis, multis captis, ultra Vistulam compulit. Coacti tum fuissent Cæsaris ferre iugum, ni aliotenus imperij negotijs auocatus fuisset. Huic expeditioni Ludouicus Thuringorum princeps, Ferrei cognomentum sortitus nō solum interfuit, sed & præfuit: quippe qui duobus millibus equitū, & magno peditum numero sese Cæsari iunxerat. Polonis siquidem ad deditionē coactis, Bilislaoq; restituto, ac tributo duorū millium librarum argenti fisco imperiali, & quatuor ab ærario publice pendendum imposito, Germanos qui ultra citraq; Vistulam habitabant, ut tuti ab incursionibus barbarorum permanerent, Massobiorum ducem, qui Cæsari cōsanguinitate iunctus fuerat, in tutelam contulit, quod fidelis Romano imperio semper fuisset, & ex antiquissima Germanorum Saxonum domo duceret originem. Non multum temporis effluxit, ubi Borussij infesto agmine finitimos petiere. Primum Massobios, sic quoq; hac ętate uocitantur, qui sese pecunia uestibusq; multoties redemerant, subinde Germanos uicinos, qui se diu armis, quamuis ægre defenderant. Tandem inuocantes fidem Conradi ducis, cui à Cæsare commissi erāt, Conradus quoties Borussijs acie occurrit, fugatur, cædit, ac castris exuit. Obid de domestica potētia desperās, auxiliū Celestini Pont. Ro. (q; imperator Henricus, qui Federico successerat, cum magnis copijs in Asiā profectus fuerat) implorat. Celestinus ergo Pont. ut rebus afflictis succurreret, Christianum ordinis Cistercienſis monachum in episcopum Borussiæ designat. Qui ad Conradum primum ueniens, cōmuicato cum eo consilio, quo gentem tam ferocē ab incursionibus in Christianos prohibere, simulq; ad fidei ueritatem inducere posset. Acciti tum fuere ex Litsonia fratres, milites Christi cognominati, qui unà cum Christiano præsule Borussios aggressi sunt: is in uirtute uerbi domini: hi bello & armis, sed omnia nequicquā: nam semen sacratissimū, quod præsul spargeret, cecidit in terram sterilem, & absq; fructu

fructu exaruit. Fratres, si quos ad deditionem receperant, cum primum opportunitate habita rebellarunt, quos in præsidijs collocarant obtruncantes, & quàm breui spatio sese à seruitute quam imposuerant, & præsul & fratres uindicarunt. Tandem Christiano præsule nihil proficiente, fratribus partim occisis, partim fugatis, quũ & barbari longo tempore inquietissimi fuissent, è re fore arbitrati sunt, pacem quàm perpetuũ bellum amplecti. Fit itaq; pax ex utraq; parte, necessaria magis quàm honesta. Interea catholici suasu præsulis, per Poloniam ac Hulmigeriam ædes sacras uicatim restituũt, cœnobia utriusq; sexus extruunt, quæ pro sua pietate calicibus, libris, & alijs apparatibus ecclesiasticis ornant atq; ditant: anistites undequaq;, ut possunt, ecclesijs præficiũt. Fuit summum Christianis à barbarorũ populationibus otiũ. Id populum fidelem in melioré spem erexit: quare magis atque magis rem diuinam ampliandam duxit. Sed cuncta barbari rupto fœdere turbarunt: fœda enim populatione in fines Christianorũ effunduntur, lõge lateq; per Poloniam & Massobiam grassantes, omnia prædari cœperant. Deinde incensis uillis, agrisq; uastatis, sacrarijs omnibus spoliatis atq; dirutis: amplius enim ducentis ædibus sacris perijsse igne legimus: oppida insuper & cœnobia: quibus singulis euersis & direptis, ingentem uim prædæ tum hominum tum pecudum, ac tantã omnis generis supellectilem, quantã nunq; ante abegerunt. Conradus quũ se imparem contra hostem tam ferocẽ, ac multitudine superiorẽ uidisset, se ultra amnem in terram Coianorũ, qui olim Onomani, hodie Cumani dicti, recepit: dum interim in Asiana expeditione Ptolemaida, uel ut alij dicunt, Acona oppugnatur, ordo militaris Teutonicorum fratrum domus hospitalis, beatæ Mariæ in Hierusalem humilibus inijs ortum sumpsit. Per cuius fortissima pectora demum omnis hæc pestis ex Christianorum finibus explosa est, Borussiaq; ad fidei præcepta colla rigida submittere Christiano iugo coacta est.

ERASMI STELLAE DE ANTIQVITATIB. BORVSSIAE LIBRI SECVNDI FINIS.

Digitized by Google

AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM
Erasmi Stellæ Libanothani distichon.

Da Federice tuo genio foueatur & aura
Hic liber, & rabido qui uolet ore latret.

AD EVNDEM FEDERICVM PRINCIPEM
inuictissimum Erasmi Stellæ elegiacum:

Diuitias Federice tuas hic collige princeps,
Quas habet arctoi Brussica terra poli.
Scilicet Heliadum lachrymas Phaëthonta querentũ,
Audax quod patrios flectere tentat equos,
Par nec erat loris, placuit tamen ire sub axe
Ætherea, atq; genus testificare deûm,
Nescius ipse uiæ perdit conamine uires,
Mox ruit è curru lapsus in alta freti.
Hunc iuuat æternis lachrymis fleuisse sorores,
Sed pius in lenta succina fletus abit.
Has fert undisonis Tethys tibi fluctibus, illum
Testantes casum, ruptaq; lora ducis.
Munera clara deûm uarijs quæ uultibus ornat
Mille gerens formas Proteus ille senex.
Hinc quædam radiant auroq; simillima fuluo,
Et lunæ niueam sunt imitata bigam.
Lacteus est alijs candor, crocco igne coruscus,
Hyblæi retinent mellis & illa decus.
Indiæ opes superant hæc. & Gangetica dona,
Et quod mollis Arabs, Scythis habet ue rapax.
Terra nutrit syluas, sunt hæc stabula alta ferarum,
Siue uelis uros, siue bisonta magis.
Hic nusquam notus, bene tornus nascitur alces,
Atq; feri armenta conspiciuntur, equi.
Quiq; sua pelle est gratus uestire gainus
Membra uirûm, rigidum pellit & inde gelu
Hæc ubi legisti, Stellæ Federice memento,
Brussica qui cunctis gesta legenda dedit.

Digitized by Google

DE MOLVCCIS INSVLIS ATQVE ALIIS PLVRIBVS MIRANDIS, QVAE NOVISSIMA Caſtellanorum nauigatio Sereniſs. Imperatoris Caroli. v. auſpicio ſuſcepta, nuper inuenit: Maximiliani Tranſſyluani ad Reuerendiſs. Cardinalem Saltzburgenſem epiſtola lectu perquam iucunda.

REVERENDISSIME ac Illuſtriſs. Domine, domine mi unice humilli. commẽ. Redijt his diebus una ex quinq; illis nauibus, quas Cæſar ſuperioribus annis dũ Cæſareę Auguſtæ eſſet, in alienum & tot iam ſeculis incognitum orbem miſerat, ad inquirendum inſulas, in quibus aromata, peruenirũt. Nam licet Luſitani Portugallenſes ex aurea Cherſoneſo, quam nunc Malacchen putamus, magnam uim eorum ad nos deferant, nihil tamen Indiæ illæ ſuæ præter piper gignunt. Reliqua enim ut cynamomum, gariophilum & myriſticam nucem quam muſcatam, & operimentum eius, quẽ florem muſcatæ uocamus, ad ſuos Indos ex lõginquis atq; adeo nomine tantum cognitis inſulis aduehi certum eſt, nauibus nullo ferramento, ſed palmarum foliis duntaxat compactis, quarum uela rotunda ſunt, & hæc quoq; ex uimine palmarum contexta. Hoc genus nauium iuncas appellant, unico tantum uento ſecundo aut aduerſo agi ſolitas. Nec mirum, quum hæc omnibus ferè ſeculis noſtris mortalibus incognitæ fuerint. Nam quæcunq; hactenus de aromatũ huiuſmodi natiuo ſolo à priſcis autoribus prodita legimus, partim prorſus fabuloſa ſunt, partim à ueritate tã aliena, ut etiã regiones illæ ubi ipſi aromata gigni prodidere, ab ijs oris ubi nunc ea naſci compertum eſt, paulo minus diſtent quàm nos ab eis ſeiungimur. Nam ut reliqua omittam, tradidit Herodotus alioqui clariſſimus autor, cynamomum in auium nidis reperiri, in quos uolucres illud ex longiſſimis regionibus, & præſertim Phœnix (cuius nidum neſcio quis unquam uiderit) detuliſſent. Plynius uero qui certius aliquid afferre poſſe ſibi uidebatur, quod iam ante ætatem ſuam, tum Alexandri Magni tum aliorũ claſſibus multa illuſtrata fuiſſent, tradit cynamomũ gigni in Aethiopia Troglodytis connubio commixta. Quum nunc compertum ſit cynamomum longiſſime ab omni Aethiopia gigni, & maxime Troglodytarum, hoc eſt, in ſpeluncis ſubterraneis habitantium. Noſtris autem qui nunc rediere, quibus nihil tam cognitum erat quàm Aethiopia, neceſſarium fuerat, prius quã has inſulas repererint & huc redierint, uniuerſum orbem idq; ſub ampliſſimo pierunq; parallelo circuire: quæ nauigatio cum & admirabilis habeatur, & noſtra ſuperiorumue ætate ulla, non modo non inuenta, ſed nec unquam tentata fuerit: ſtatui & curſum eius et totius rei ſeriẽ

R.D.T.

Digitized by Google

R.D.T. quam ueriſſime ſcribere. Curaui enim mihi & à duce claſſis & à ſingulis nautis qui cum eo rediere, referri omnia diligentiſſime. Retulerũt autẽ & Cęſari, & alijs multis ſingula quidẽ ea fide & ſynceritate, ut nõ modo nihil fabuloſi afferre, ſed fabuloſa omnia alia, ueteribus autoribus prodita refellere & reprobare narratione ſua uiderentur. Nam quis Monoſcelos ſeu Scyopodas, Scyritas, Spitameos, Pigmæos & multa huiuſmodi monſtra potius quàm homines eſſe crediderit. Cũ & à Caſtellanis in occidente per meridiẽ & à portugallenſibus in orientẽ uelificantibus tot loca ultra tropicum Capricornum quæſita, inuenta, luſtrataq; fuerint: ab his autem noſtris, reliquus uniuerſus orbis nauigatione nunc peragratus ſit, neque tamen unquam de huiuſmodi monſtruoſis hominibus certi quicquã audiri potuerit, credi debet ea omnia fabuloſa et mendacia eſſe anilia, nullo certo autore per manus quodammodo tradita. Sed ne ego cui totus nunc orbis peragrandus eſt, in orationis meę exordio nimiũ digrediar, ad rẽ uenio. Cum hinc ante annos ferè triginta Caſtellani in occidente, protugallenſes autẽ in oriente nouas atq; incognitas terras perquirere cœpiſſent, ne alter alteri impedimento eſſent, partiti ſunt duo hi reges inter ſe terrarũ orbem ſummi pontificis, puta Alexandri ſexti auctoritate, hac ratione, ut ab Inſulis Heſperidum, quas nunc promontorij ſeu capitis uiridis appellant, recta in occidentem tercentũ ſexaginta milliaria, quas leucas uocant, linea uerſus Arcticum, & altera uerſus auſtralem polum protenderetur, quoad rurſus coirent, orbemq; in duas partes æquales diuiderent. Et quicquid incognitæ terræ in parte orientali detegeretur, hoc Portugallenſibus cederet: quicquid in occidentali, Caſtellanis. Hinc factum eſt, ut Caſtellani per meridiem in occidentem ſemper nauigauerint, & ibi continentem terram ampliſſimam, inſulas uero maximas & innumeras auri & margaritarum aliarumq; opum diuitias, & nunc poſtremo ingentem urbem mediterraneam Tenoſticam in lacu quodam Venetiarum more ſitam inuenerint. De qua multa & magna, uera tamẽ, Petrus martyr memoriæ prodidit, auctor circa rerum fidem quàm elegantiam ſermonis accuratior. Portugallenſes uero, per merdiem & litora Heſperidum Ichthyophagorum æthiopum æquinoctialem & Tropicum Capricorni prætereuntes, in orientem nauigauerunt: & multas maximasq; prius, incognitas inſulas, atq; adeo Nili fontes & Troglodytas inuenerunt. Illinc per Arabicum & Perſicum ſinus in Indiæ litora intra Gangem, ubi nunc maximum emporium idem & regnum eſt Calicuticũ, delati ſunt. Hinc ad Taprobanen quã nunc Zamaram uocant nauigarunt. Nam ubi Ptolemæus, Plynius, & reliqui Coſmographi, Taprobanem poſuere, nulla nunc eſt inſula, quæ ulla ratione ea eſſe aut credi poſſit. Inde ad auream Cherſonneſſum ubi nunc Malaccha celeberrima urbs & maximum orientis emporium ſitum eſt peruenerunt. Ex hac ſinum magnum ingreſſi ſunt, ad Sinarum uſq; populus, quos

nunc

Digitized by Google

nunc Schinas uocant, ubi cãdidam gentem & ciuilem satis repererunt, Germanis nostris similem, Credunt Seres & Scythas Asiaticos eousque protendi. Et licet incertus quidam rumor peruagaretur Portugallenses in Orientem eousque progressos, ut limitibus suis transcensis in Castellanorum terminos uenerint, Malaccham & sinum magnum intra nostros fines contineri, omnia tamen dicta potius quàm credita fuere, donec ante quadriennium Ferdinandus Magellanus Portugallen. uir clarus, & qui multis annis Portugallen. nauium præfectus, oras totius orientis peragrarat. in odium regis sui, quem in se ingratissimum querebatur, & Christophorus Haro frater soceri mei, qui ex Vlyssipone, quam uulgo Lisbonam uocant, per suos multos annos in oriente illo & tandem cum Sinarum populis mercaturam fecerat, ita ut earum rerum magnum usum haberet. Is quoque iniuria à Portugallen. rege accepta, se in Castellam patriam recepit: Cæsari ostenderent, nondum quidem satis compertum utrum Malaccha Castellanorum finibus aut Portugallen. cõtineretur. Propterea quod hactenus nulla certa longitudinum ratio inueniri potuisset, satis tamen constare, si magnũ & Sinarũ populos ad Castellanorum nauigationẽ pertinere. Hoc itẽ haberi longe certissimum, insulas quas Moluccas uocant, in quibus aromata omnia gignerent, & unde in Malaccham ueherentur, in occidentem Castellanorum contineri, posseq; ad illas nauigari, & inde aromata facilius minoreq; impensa & pretio tanquam ex natiuo solo in Castellam deportari. Ratio nauigationis erat, ut ex occidente subter inferius hemisphæriũ in orientem usq; nauigarent. Res penè ardua & uana uisa est. Non quod graue existimabatur, recta ex occidente in orientem subter hemisphærium uehi, sed quod incertum esset, utrum ingeniosa natura, quæ nihil nõ summa prouidentia constituit, ita orientem ab occidente partim mari, partim terra distinxisset, ut hoc itinere & nauigationis cursu ad orientem perueniri posset. Non enim compertum erat, utrum illa ingens regio, quam terram firmam uocant, occidentale mare ab orientali disterminaret, liquebat continentem illam ab austro in meridiem & inde in occidentem uergere. Repertas etiam ad septentrionem regiones duas, quarum alteram Baccalearum à nouo genere piscium, alteram terram floridam uocant. Quæ si terræ huic firmæ coniungerentur, nequaquam ex occidente in orientem posse deferri: cum nihil de freto aliquo huius terræ quod trãsiri posset, licet diligentissime magnisq; laboribus perquisitum, nunquam tamen inuentum esset. Per Portugallensium aũt limites & orientem, rem incertam & longe periculosissimã iudicabant. Qua de re Cæsari & suis uisum est, eos quidem rem ut magnæ spei, sic maioris difficultatis polliceri. Cumq; uterque in diem duceretur, obtulit Magellanus sese iturum, Christophorus autem impensis suis & suorũ classem instructurum dummodo autoritate & auspicijs Cæsaris nauigare liceret. In

Digitized by Google

quo dum obstinatius persisterent, parauit Cęsar ipse classem quinq; nauiū, & huic Magellanus dux præficitur. Mandata erant ut ad littora terræ firmæ uersus austrum nauigarent, donec illius regionis aut finem, aut fretum aliquod inuenirent, per quod ad odoríferas illas Moluccas peruenirí posset. Soluit itaq; Magellanus die decimo Augusti, Anno M.D.XIX quinq; nauibus ex Hispali. Vnde paucis diebus ad insulas Fortunatas, quæ nūc Canariæ passim appellantur uentum est. Ad Hesperidum inde insulas peruenere à quibus cursum suū inter occidentē & meridiē uersus continentē illam quā supra memorauimus cepere, ac intra certos dies felici nauigatione promontoriū detexere, cui sanctæ Mariæ nomen inditū est. Vbi Ioannes Ruydias Solius nauiū præfectus, dū iussu regis Ferdinandi catholici litora huius cōtinētis classe peruagaretur, ab Antrophagis quos Indi Canibales uocāt, cū aliquot sociis suis comestus fuerat. Hinc nostri perpetuo cursu huius continentis littora legere, quæ longissimo tractu in austrum, quam nunc plagam sub australi polo appellandam duco, & paululum ad occidentem uergentia protenduntur, ita ut Tropicum capricorni ad multos gradus trāscenderint. Sed non tam facile quàm dixi. Sunt enim ultimo Martij sequentis anni delati ad sinum cui sancto Iuliano nomen imposuere. Hic polū antarticū 46. gradus, & $\frac{1}{3}$ super horizontē suum illis eleuatū, tam ex altitudine & declinatione solis ab æquinoctiali, qua iā plurimū & plus quàm altero quouis sydere nautę nostri utuntur, quàm ex ipsius Antarctici altitudine depēderint. Longitudinem uero à Fortunatis insulis in occidentem 56 gradus tradidere. Nam cum prisci Cosmographi, & præsertim Ptolemæus, longitudines locorum à Fortunatis insulis in orientem usq; ad Cattigaram centum & octoginta gradibus metiretur, & nostri quàm longissime in occidente nauigauerint, cœpere à Fortunatis insulis per occidentē ut debuere, usq; ad Cattigarā alios 180. gradus designare. Tamē nostri nautæ propter ea quod in tā longinqua adeoq; à terra distante nauigatiōe, longitudini certa signa terminosq; sibi præfigere designareq; possunt: potius mihi in longitudinū ratione hallucinari, quàm quicq; certi attulisse uidentur. Attamē ea interim qualiacunque fuerint, donec certiora reperiantur, non prorsus reiicienda sed admittenda existimo. Sinus hic uastus uidebatur, & speciem freti referre. Quamobrē Magellanus præfectus duabus manibus sinus situm explorare iubet. Ipse reliquas in alto anchoris firmat. Post biduum relatum est sinum uadosum nec longius in terram prætendi. Nostri in reditu aliquot Indos, ad litora conchylia legentes conspexere. Indos uocāt omnium incognitarum terrarū indigenas. Erant proceræ longitudinis, palmorum scilicet decē, ferinis pellibus tecti, fusciores quàm regionis situs postularet, ad quos dū aliquot ex nostris in terram egrederentē, atq; illis tintinnabula & chartas papyraceas depictas ostenderent, cœpere nostros ad rude murmur & inconditum carmē circumsaltantes,

Digitized by Google

saltantes, utq; nostris sui admirationem facerent, demisere absq; nausea sesquicubitales sagittas per guttur ad stomachi usq; fundũ. Quas protinus rursus extrahentes quasi ea re fortitudinem suã ostentassent, gaudere uisi sunt. Venere tandem tres tanq; legati, & nostros signis quibusdam orarũt, ut secum longius in terram: progrederentur, quasi essent eos omni hospitalitate excepturi: Mittit magellanus cum his uiros septẽ bene instructos, ut regionem & gentem diligenter quoad possent indagarent. Hi cũ eis ad mediterranea regionis 7 milliaria profecti sunt, uentum est in desertum & inulum nemus. Hic erat tugurium humile admodum & feratũ pellibus coopertum Duæ erant in eo mansiones, in altera mulieres cum prole sua, in altera uiri uersabantur. Mulieres & infantuli tredecim & uiri quinq; erant. Hi hospites suos ferali apparatu, qui tamen illis regius uidebatur excepere. Occisum est animal quod haud multũ ab onagris differre uidebatur, huius carnes semitostas nostris apposuere nullo alio cibo neq; potu apposito. Nostris noctu præter morẽ sub pellibus cubare necessarium erat, ob ingentẽ uim niuium & uentorum. Quare priusquã dormirent excubias disponunt. Idẽ & Indi faciunt, qui ad focum horribile quid stertentes, prope nostros strati erãt. Quũ illuxisset, nostri postulant, ut cũ familia unà secum ad naues reuerterentur Quod cũ Indi illi diu negassent, & nostri hoc imperiosius exigere cœpissent, ingrediuntur uiri ferale illud gynecium. Hispani arbitrati sunt eos cum uxoribus hanc transmigrationem consultare. Cum interim alijs quibusdã horribilibus pellibus, à planta pedis ad summũ uerticem tecti, facie uarijs coloribus infecta, arcubus & sagittis ad prælium terribili & stupendo hoc accinctu ornati & longe maioris quàm antea staturæ in aciem prodeũt. Hispani qui ad manus deueniendũ putabant, pixidem emitti iubent. Qui ictus etsi irritus fuisset, egregij tamẽ gigantes, qui paulo ante Iouem debellaturi uidebantur, hoc sonitu adeo sunt deterriti ut protinus de pace loqui cœptũ sit. Summa erat ut tres uiri reliqua familia dimissa, cũ nostris ad naues rediremt Itur itaq; ad naues. Sed quũ nostri non modo gigantulorũ cursum, sed nec passus cursu æquare possent, duo ex ijs ex itinere ad conspectũ onagri procul in monte pascentis quasi hunc insecuturi essent, fuga euasere. Tertius ad naues perductus, sed inedia, quã sibi Indorũ more ex tædio indixerat, intra paucos dies extinctus est. Et licet præfectus nauium ad tugurium illud reuisisset, ut denuo unum aliquẽ gigantum eorum caperet, quem pro rei nouitate Cæsari afferret, nemo tamen inuentus est, sed omnes unà cũ tugurio alio sese transtulerunt. Vnde liquet gentem illam quoq; uagã esse, nec postea nostri, licet ad sinum illum per multos dies ut infra memorabimus permansissent, Indũ amplius in litore illo cõspexere: sed nec tanti etiam quicq; in ea regione esse arbitrati, quo & mediterranea illius longius scrutari deberent. Et quanquã Magellanus animaduerteret longiorem mansionem illic inutilẽ

eſſe, tamen quia mare aliquot dies fluctuoſum, cœlũq; turbidũ eſſent, & terra illa continue ad auſtrum uergeret, ut quo magis progrederentur, eo regionem frigidiorẽ inuenturi eſſent, diſceſſus neceſſario de die in diem dilatus eſt, donec iam menſis Maius aderat, à quo illic aſperrima hyems ſæuire incipit, atq; adeo, ut iam in noſtra æſtate ibidem hyemandũ eſſet. Proſpiciens autem Magellanus nauigationẽ diuturnam fore, commeatũ inter ſuos, quo longius copia eius ſupperet, parcius iubet diſtribui. Hiſpani ubi per aliquot dies rem æquanimiter tuliſſent, hyemis quoq; magnitudinẽ ac terræ rigorem ueriti, orarunt tandẽ præfectum ſuum Magellanum, ut quoniã animaduerteret regionem illam perpetuo tractu in auſtrum protẽdi, nec ſpem finis illius aut freti ſupereſſe, hyemen quoq; ſæuam imminentem, & multos inedia rerumq; incõmoditate extinctos, ſeſe quoq; legem illam ſumptuariã quam tuliſſet, diutius nõ poſſe ſuſtinere: Cæſarem aũt nunquã eius animi fuiſſe, ut quicquã obſtinatius tentari deberet, cui natura cæteræq; difficultates obſtarent, labores ſuos iam ſatis perſpectos probatosq; fore. Quũ eouſque prouecti iam eſſent, quo nulla unquã mortalium uel audacia uel temeritas progredi auſa fuiſſet. Poſſe aũt facile, flante ab auſtro uento intra aliquot dies, ſi meridiem uerſus uelificarent, in mitiorem aliquã plagam deferri. At contra Magellanus, cui iam decretũ erat aut mori aut cœpta perficere, reſpondet ſibi à Cæſare curſum nauigationis præſcriptũ, à quo neq; poſſet neq; uellet ulla ratione diſcedere, & propterea eouſq; nauigaturũ, quoad terræ huius aut finem aut fretũ inueniret. Quod etſi hyeme obſtante in præſentia præſtare non poſſet, in æſtate tamẽ regionis illius rem facilem fore. Siquidem ipſos tunc uerſus Antarcticũ terræ huius tractũ ſecuturos, quoad illius tota ea æſtas unicus & perpetuus foret dies. Eſſe quoquo modo uellent, unde inediam & hyemis incõmoditatem leuare poſſent. Siquidem lignorũ magnam eſſe copiam, mare, conchylia & pleraq; genera piſciũ optimorum præbere: Fontes ibi ſalubres, aucupium quoq; & uenationem ſubuenire multis. Panem uero & uinũ neq; hactenus defuiſſe neq; deinceps defutura, dũmodo ea ad neceſſitatem, & tuendam ſalutem, non ad uoluptatẽ & luxũ diſpenſari patiãtur. Nihil aũt hactenus actũ, quod aut admiratione dignũ, aut quo reditui neceſſitatẽ prætexerent. Siquidem Portugallenſes nõ modo quotannis, ſed quotidie ferè tropicum capricorni, cũ in orientem penetrarent, nullo negotio ad duodecim uſq; gradus tranſcendere. Se aũt quantula laude dignos exiſtimandos, qui quatuor nõ amplius gradibus longius in auſtrum proceſſiſſent. Sibi certe hoc ſtatutum, antea ſe extrema paſſurum quàm Hiſpaniam cum ignominia repetiturũ: credereq; ſocios omnes, aut ſaltem eos in quibus generoſus ille Hiſpanorũ ſpiritus nõdum prorſus eſſet extinctus, eiuſdẽ quoq; animi eſſe. Illud itaq; dũtaxat hortari, ut reliquũ hyemis æquo animo ſuſtinerent: tanto fore uberiora præmia, quãto maioribus laboribus

& pericu-

& periculis Cæsari nouũ & incognitum aromatum atq; auri diuitem orbẽ aperuissent. Hac cõcione Magellanus suorum animos mitigatos erectosq; esse existimans, intra paucos dies nefaria fœdaq; seditione afflictus est. Nã uulgo inter nauales socios cœpere sermones de uetere atq; æterno Portugallensium Castellanorũq; odio, Magellanum Portugallensem esse. Nihil ab eo glorioſius patriæ suæ geri posse, quàm hanc dassem cũ tot uiris perdere. Neq; credendum, etiam si posset, Moluccas insulas reperire cupere, sed satis habiturũ si Cæsarem aliquot annos uana spe possit circumducere, interim noui aliquid eueniturũ, unde Castellani ab aromatum inquisitione prorsus auertantur. Neq; item cœptum iter ad Moluccas illas beatas pertendere, sed ad externas aliquas niues ac glaciẽ & cœli perpetuam intemperiem. Magellanus his dictis mirifice iritatus corrigit socios, sed asperius aliquãdo, quàm homini peregrino, idq; in regione longinqua præfecturã gerenti cõueniret. Itaq; facta conspiratione nauem occupant, regressum in Hispaniam apparantes, ille cũ reliquis quos adhuc dicto audientes habebat nauigium illud inuadit. ducemq; eius ac alios præcipuos supremo supplicio afficit, ijs etiã in quos iure id fieri non poterat eam sortẽ subeuntibus. Erant enim regij quidam ministri, in quos nemo præter Cæsarẽ ipsum eiusue senatum, capitali pœna animaduertere iure potest. Nemo tamen pro tẽpore regni imperium detrectare ausus fuit. Licet nõ defuere qui adinuicem susurrarent, Magellanum eo modo in reliquos ad unum omnes Castellanos sæuitia grassaturũ, donec sublatis uniuersis è medio ipse cum paucis Portugallensibus suis eadem classe in patriã reuerti posset. Altius itaq; hoc odiũ pectori Castellanorum insedit. Magellanus tamen cũ primum maris procellas & hyemis asperitatem mitescere animaduertit, soluit ex sinu diui Iuliani 24 Augusti. Vtq; antea multos dies terræ tractum in austrum uergentẽ fuerat secutus, conspectum est tandem promontoriũ, quod sanctæ crucis appellauere. Vbi dũ eos sæuior tempestas ab oriente exorta deprenderet, una ex quinque nauibus ad litora elisa est, hominibus cum mercibus & armamentis saluis, præter seruum unum Aethiopem, qui fluctibus obrutus & demersus fuit. Hinc tellus paulo inter orientem & austrum protendi uisa est, quam dum more suo lustrare incipiunt, 26 Nouẽbris, fauces quædam quæ speciem freti præ se ferrent detectæ sunt, ingreditur eas Magellanus, protinus cum uniuersa classe, dum alios atq; iterum alios sinus cõspicit, iubet eos omnes diligenter nauibus colluſtrare, si uspiã transitus pateret, quas se ad quintũ diẽ quæcunque accideren t, in freti faucibus expectaturum recepit: una ex his cui ipsius Magellani ex fratre nepos Aluarus Meschita præfuit, per sinus ipsius reflexus iterũ in mare unde sinũ ingressa fuerat defertur. Hispani aũt cum se longà à reliquis nauibus distare cõsiderarent, facta cõspiraitone de reditu, Aluarũ præfectũ nauis suæ in uincula cõjciunt, ac iter suum septentrionem uersus

Digitized by Google

capiũt ſuntq; tandem ad litora Aethiopiæ delati, inde parato cõmeatu, octauo mẽſe poſtq; à reliquis diſceſſerãt, in Hiſpaniã uenere. ubi Aluarũ cauſam ex uinculis dicere faciũt, quaſi ipſius maximo cõſilio atq; ſuaſu patruus Magellanus tãta ſæuitia in Caſtellanos uſus fuiſſet: At Magellanus ubi aliquot dies ultra ſtatutũ tempus, nauim hanc expectaſſet, & altera rediſſet, quæ nihil præter ſinum uadoſum, ſcrupuloſq; & rupes altiſſimas in litore cõperiſſet: tertia uero nauis nuntiaret ſinũ hunc maximum freti ſimilitudinẽ habere, quũ triduo nauigantes exitum quidẽ nullum, ſed quo latius progreſſi fuiſſent, anguſtius maris ſpatiũ inueniſſent, & eam altitudinẽ cuius multis in locis nulla longitudine fundum attingere potuere: animaduertiſſe etiam ex æſtu maris, fluxũ aliquando quàm refluxũ uehementiorem, inde illis quoq; perſuaſum eſſet illac tranſitũ in aliud aliquod pelagus patere: ſtatuit per hũc uela uentis dare. Erat fretũ hoc, quod quidem tũc fretum eſſe ignorabatur, latitudinis aliquando trium, aliquando duorũ, nonnunq; decẽ, aut quinq; milliariorum Italicorũ, uergebatq; paululum in occidentẽ. Altitudo aũt poli auſtralis duos ſupra quinquaginta gradus inuenta eſt: longitudo uero eadem quã ad ſinum ſancti Iuliani cõperiſſent. Aderat iã menſis Nouembris, noctẽ habebant paulo amplius horarũ quinq;. & nullos unq; mortales in litore conſpexere. Viſa fuit tamẽ nocte quadã ignium maxime à ſiniſtro latere multitudo, ex quo coniecturã faciunt ſe ab incolis regionis illius fuiſſe conſpectos. Magellanus aũt qd terram illam fragoſam atq; inſuper æternis frigoribus rigentẽ uideret, indignũ iudicabat in ea indaganda plures dies perdere, quamobrẽ tribus tantummodo nauibus cõtinuo curſu in interiora freti uectus eſt, donec uiceſimo ſecundo die poſtquã in eo nauigare cœperat, in aliud mare amplum atq; uaſtũ deferẽ: longitudinem freti milliarium Hiſpanorum ferè centũ eſſe atteſtantur: Terrã quam ad dextram habuiſſent: continentem eſſe quã diximus haud dubiũ eſt. Ad ſiniſtram aũt non emporiũ, ſed inſulas eſſe exiſtimant, quod aliquãdo ex latere illo, in ulteriori litore maris repercuſſum & fremitum audiuiſſent. Videt Magellanus, continentẽ rurſus recta ad ſeptentrionẽ dirigi, quamobrem iubet dimiſſa terra illa ingenti ad dextram nauigationis curſum per uaſtũ & ingens hoc pelagus, quod neſcio an unquã noſtras aut alienas naues conſpexerit, rectã eam oram dirigere, ex qua Corus flare conſueuit, hoc eſt inter occidentem & ſeptentrionẽ, ea quidẽ ratione, ut tandẽ per occidentẽ in orientem ac rurſus ſub zonam torridam peruenirẽt, ſatis enim exploratũ habuit Moluccas in remotiſſimo eſſe oriẽte & haud multum à linea æquinoctiali poſſe diſtare. Hic perpetuus curſus fuit: neq; ab eo unquã diſceſſere, niſi quantũ tempeſtatum & uentorum uis eos aliquando aliorſum declinare coẽgit, ubi quadraginta dies hoc modo uehementi & ut plerunq; ſecundo uento per altũ delati fuiſſent, ac nihil unquã niſi pontum & undiq; pontũ conſpexiſſent, iamq; rurſus ferè ſub tro-

pico

pico capricorni nauigarent, uenere in conſpectũ inſulæ duę, exiguæ tamen & ſteriles, ad quas dũ naues appellere conarentur, eas inhabitatas inuenerũt ad eas tamen curationi cœporũ (Nam piſcatio habebatur ſatis cõmoda) biduum conſumptũ eſt. Inſulas tamen has infortunatas cõmuni decreto appellant. Tum rurſus inde ſolueruut, priſtino illo curſu & nauigationis inſtituto. Dumq; iã trimeſtre ſupra dies uiginti feliciter per altũ hoc ueherentur, ac ingens maris ſpatiũ menſi eſſent, uaſtiusq; quàm ullũ humanum ingenium caperet, quod aſſidue ferre magna ui uentorũ acti eſſent, conſiſterẽtq; iam denuo citra æquinoctialem lin eã, cõſpecta eſt eis tandem inſula quædã ab indigenis, ut poſtea cognouerũt, Inuagana nominata. Qui dũ propius accederent, cõpererunt altitudinem poli Arctici undecim graduum. Lõgitudinem uero à Gadibus per occidentẽ 158 arbitrabantur. Protinus alias atque iterũ alias inſulas proſpexere, ita ut ſe in archipelagũ quendã ingentẽ delatos uiderent, ad Inuaganã uentum eſt, attamen inſula inhabitata inuenta eſt. Accedũt aliam exilem licet, ubi duas Canoas Indorũ cõſpiciunt, ſic enim hoc genus nauigij quod peregrinum eſt ab Indis nuncupari ſolet, eſt enim exciſſum cauatũq; ex unico arboris trunco, capitq; unum uel ad ſummum alterum hominem, indicijs ac ſignis ſicut muti cũ mutis loqui ſolent. Ab Indis ſcrutantur nomina inſularũ, & unde nam eis cõmeatus copia ſubminiſtrari poſſet, cuius magna penuria premebantur, intelligunt illã in qua fuerant Inuaganã: ubi tunc eſſent, Acacan nuncupari, ſed utranq; inhoſpitam. Cæterũ haud longe diſtare inſulam, cui Selani nomẽ eſſet, quã & fere digito oſtendebant. Eam habitatam, & copiã omnium rerũ quæ ad uitæ neceſſitatem ſpectarent in ea reperiri. Noſtri aquatiõe in Acacan facta, ad Selani tendunt, deprehendit hic eos aduerſa tempeſtas ut ad inſulam illam naues appellere nequiuerint, quin ad Maſſanam aliam inſulam deiecti ſunt, ubi triũ inſularũ agit rex, inde ad Subuth peruenere, ampla hæc eſt & ingens inſula, ubi inito cũ regulo fœdere, protinus in terram deſcendunt, ut ſacra de more Chriſtianorũ facerẽt. Aderat enim feſtũ reſurrectionis illius qui nos ſaluos fecit. Quare in litore ex nauiũ uelis & ramis ſacellum atq; in eo altare Chriſtianorũ ritu conſtruũt, patrioq; more ſacra faciunt. Accurrit regulus cũ magna Indorum multitudine, qui omnibus peractis uiſi ſunt hoc deorũ cultu delectari, Præfectumq; atq; aliquot ex præcipuis in tuguriũ reguli deducunt & ea quæ habebãt cibaria apponunt. Panis quẽ ſagum uocãt, erat ex trunco ſeu ligno arboris haud multũ à palmis diſſimilis. Hæc fruſtratim diſſecta, ac in ſartagine oleo frixa panẽ hunc præbet, cuius particulam Reuerendiſs. D. T. mitto: potus erat humor qui ex cõſciſſis palmarũ ramis defluere & manare ſolet. Aucupia quoq; conuiuiũ ornabant. Reliqui fructus illius erãt regionis. Conſpicit Magellanus in domo reguli quendã ægrũ & iam prorſum ex extenuatum, ſcrutatur quiſnã hic eſſet, et quo morbi genere torqueatur. Intelligit nepotẽ illius reguli, & iam biennio uehementi febri laboraſſe: iubet

Digitized by Google

eum bono animo esse: si modo Christo se deuoueret, protinus salutē & pristinam ualetudinem recuperaturum. Indus conditionē accipit. Crucēq; adorata baptismum capit, postridie se incolumē affirmat, surgit ex lectulo, ambulat, cibum sumit ut reliqui. Nescio quæ insomnia Indis suis narrat. Quid multa? Regulus ipse cum Indorum duobus millibus supta ducentos baptizatur, Christicq; nomen & religionem profitentur. Magellanus autem hāc insulam diuitem auri & gingiberis esse considerans, præterea omnibus circumuicinis insulis situ suo adeo opportunam, ut inde facile earum opes & terræ munera posset explorare. Quapropter regulū Subuth adit, illicq; persuadet, cum ipse dimisso uano atq; impio deorum cultu, se ad Chtisti religionem conuertisset, æquum esse ut reguli proximarum insularum eius iussui imperioq; parerēt, statuisse se itaque hac de re legatos mittere, & eos qui minus dicto audientes forēnt, ad hoc armis cogere. Placet barbaro conditio, legati mittuntur. Venit idem atq; alter regulus, & Subuthicum patrio more adorāt. Erat proxima insula Mauthan, cuius rex cæteris milite & armis præstabat, ille recusat se cum adoraturum cui imperare iamdiu solitus fuisset. Magellanus, qui quod cœpisset conficere cuperet, armari iubet quadraginta ex suis, quorū uirtutē & in bello robur perspectū habuit, in'que Mauthan cymbis, transuehitur, quæ proxima insula erat. Subuthicus regulus aliquot ex suis ei adiunxit, qui insulæ situm & naturam locorum doceant, et si in rem esset acie etiam decertent. Rex Mauthan nostros aduentare prospiciens, ad tria milliaria suos in campum educit, Magellanus suos cum tormentis machinis'que bellicis, licet paucis, in litore exponit, quanquam se longe hostibus inferiorem numero animaduerteret, gentem præterea bellicosam, quæ lanceis & alijs longioribus armis uteretur, satius tamen duxit cum eis acie decernere, quàm aut regredi aut Subuthico milite uti. Iubet itaq; suos bono ac constanti esse animo, neque terreri hostium multitudine: cū sæpe uisum, esset, cum alias tum proximis diebus, in insula Iuacatan Hispanos ducētos, aliquando ducentena & nonnunquam trecentena hominum millia acie fudisse. Subuthicis uero ostendit, se non eos ad pugnandum, sed ad suorū fortitudinem & in bello robur spectandum adduxisse. Itaq; impetu in hostes facto pugnatur acriter utrinq;, sed cum hostes numero nostros superarent & longioribus armis uterētur, quibus nostris multa incōmoda inferrēt, cōfossus est tandē ipse Magellanus. Reliqui aūt & si nondū planè uicti uiderētur. amisso tamē duce pedē referūt. Quos hostes, quod in ordine retrocederēt, insequi nō audēt. Reuertunt itaq; Hispani amissis classis præfecto Magellano & alijs socijs septē in Subuth, ubi nouū classis præfectū eligūt Ioannē Serranū, uirū haud spernendū, is protinus inita fœdera cū Subuthico rege, nouis muneribus renouat, ac Mauthā regē se deuicturū spondet. Habuerat seruū Magellanus ex insulis Moluccarū ortū, quē aliàs in Malaccha emerat, Hic Hispanā linguā absolute callebat, & eo alio adhibito interprete Subuthico,

qui

qui Moluccē. sermōis gnarus erat, nostri negotiabātur: hic prælio Mauthēsi terfuerat, & exilia quædam uulnera in eo acceperat. Qua de re cubabat toto die intētus ualetudini. Serranus qui nihil sine eo pertractare potuit, corripit hominem durioribus uerbis, eum scilicet nō desijsse seruū atq; mancipium esse occiso Magellano, sed grauius seruitutis iugū subiturū & asperrimis loris cæsum iri, nisi officiosius demandata ministeria exequeretur. Seruus hic ex his uerbis ingens odiū in nostros concipit. Dissimulata tamen ira post ali quot dies regulum Subuthicū adit, docet insatiabilem esse Hispanorū auaritiam. Illisq; hoc statutū & decretum, ut deuicto Mauthano rege, in ipsum postea sæuiant & captiuum abducant, neq; aliud rebus suis remedium adhiberi posse, quàm fraudē fraude præuenire. Barbarus omnia credit. Clàm pacem cum rege Mauthan & reliquis facit, & in nostrorū exitium cōspirant. Vocatur ad solenne conuiuium præfectus Serranus cum reliquis omnibus præcipuis, qui numero 27 fuere. Hi nihil mali suspicati quod Barbari omnia astute dissimulauerant, secure & incaute in terrā tanq; ij qui cum regulo cibum sumpturi essent, descendunt. Inter epulandum ab ijs qui in insidijs collocati fuerant opprimuntur. Fit clamor, undiq; nuntiatur protinus in nauibus nostros occisos, & in tota insula hostilia esse omnia: prospiciunt ex nauibus nostris, pulchram crucem quam in arbore posuerāt: à barbaris magno furore in terram præcipitari & in frusta secari. At Hispani reliqui qui in nauibus manserant, de sociorum clade edocti, maiores insidias uerentur. Quapropter anchoris sublatis uela uentis ocyus cōmittunt. Adducit paulo post ad litora uinctus misere Serranus, obsecrat, ut à tam dira captiuitate redimatur, se impetrasse ut redimi liceret, modo de suis hoc fieri concedatur. Nostri & si ducem turpe hoc modo relinquere existimabant, tamen fraudem & insidias uerti, in altum tendunt, relicto Sarrano misere ad litora lachrymante, opemq; atq; auxilio suorum planctu ingenti lugubriq; implorante. Hispani duce sociisq; amissis tristes anxijq; nauigabant, non modo calamitate & sociorum clade perturbati, sed quod iam ad eam paucitatem & numerū essent redacti, qui ad tres naues gubernandas impar haberetur. Qua de re consilium ineunt, & continuo communibus suffragijs nihil magis in rē esse decernunt, quàm una aliqua trium nauium igni absumpta, duas duntaxat asseruare. Accedunt itaq; proximam insulam cui Cohol nomen erat, & armamentis in alias duas naues translatis, tertiam hanc concremant. Inde ad insulam Gibeth deferuntur. Quam & si auro ac Gingibere multisq; alijs rebus felicem cognoscerent, diutius tamen ad eam non morandum censent quod Indos illos nulla benenolentia ad se allicere potuerint. Armis autem decernere paucitas prohibebat. Illinc ad Porne insulam tendunt. Duæ in hoc archipelago insulæ erant ingentes amplæ que, quarum altera Siloli dicta est, cuius rex sexcentos liberos habebat. Altera quam diximus Porne Siloli maior est. Quippe quæ nauigatione sex mensium ambiri uix possit,

Porne aũt triũ. Sed quemadmodũ illa uaſtior, ita hæc & terræ felicitate beatior, & urbis eiuſdem nominis magnitudine darior eſt. Sed cũ Porne inſulis cæteris quas hactenus colluſtraſſent nobilior haberetur, unde & cæteros bonos mores uitæq; cultũ accipere uidebant, ſtatui horũ populorum mores et inſtituta paucis attingere. Sunt omnes hi inſulani Caphræ, hoc eſt gẽtiles, ſolem et lunam deos colunt: ſoli diei, lunæ uero noctis imperiũ aſcribũt, illũ marem, hanc fœminam dicunt, atq; hos cæterarũ ſtellarum parentes uocãt, quas omnes deos eſſe, minutos tamen, arbitrantur. Solem orientẽ certis carminibus ſalutant potius q; adorant. Itẽ lunam noctu fulgentẽ, à quibus liberos, fœcundam pecoris fœturã, terre huberes frutices, aliaq; id genus deposcunt. Cæterum pietatẽ ac iuſtitiã colunt, & præcipue pacẽ atq; otium amãt, bellum uero maxime deteſtantur, regem ſuum dũ paci ſtudet, ut deũ colũt. Cum belli cupidior ſit, nõ quieſcunt donec hoſtium manu in acie ceciderit. Qui ubi bellum gerere ſtatuit, quod raro fit, primus à ſuis in acie collocatur, ubi omnem hoſtium impetũ ſuſtinere cogitur. Neq; ſtrenue in hoſtem inferunt ſeſe, niſi donec regẽ ſuũ occiſum intelligunt, tunc enim primum pro libertate & futuro rege pugnare incipiũt. neq; unquam apud eos uiſus eſt rex belli autor quin in acie ceciderit. Qua de re raro bella gerunt, fines protendere iniquũ putant. Omnibus aũt præcipuũ eſt ſtudiũ ne finitimos populos aut peregrinos iniuria laceſſant. Verũ ſi quando ipſi laceſſiti fuerint, par pari referũt. Et ne latius ſerpat, protinus ad concordiã ſpectant. Neq; quicquã apud eos glorioſius eſſe poterit, quàm ſi quis prior pacẽ petierit: neq; itẽ magis indecorum quàm in pace petenda præuentum eſſe, fœdum aũt atq; dete ſtabile cenſent pacẽ petenti negare, etiam ſi quis iniuria laceſſitus fuerit. Nam que in huius exitiũ finitimi omnes tanquã dirũ atq; impiũ protinus conſpirant. Quo fit, ut omni ferè tẽpore tranquillitate & otio fruant. Nulla apud apud eos latrocinia, cædes etiam nulla. Nemini regem præterquã uxoribus eius & liberis alloqui fas eſt, nõ niſi eminus per cannas quas auri illius apponunt, & quicquid uolunt per eas inſuſurrant. Poſt mortem homini nullum eſſe ſenſum dicũt, quod nec ullus ante natalẽ fuiſſet. Aedes habent exiles ex lignis & terra cõſtructas, partim rudere, partim palmatis frõdibus coopertas In urbe Porne uiginti millia domorũ eſſe certũ habetur. Vxores ducũt quot alere poſſunt, cibo utuntur, quem aut aucupiũ aut piſcatio præbet. Panem ex oryza conficiunt. Potũ ex liquore qui de conſciſſis palmarum, ut diximus ramis ſtillat. Alij mercaturam in propinquis inſulis faciunt, ad quas iuncis deferuntur alij uenationi, alij piſcationi, alij agriculturæ ſtudent. Veſtes habẽt ex goſſãpino, animalia etiã ferè omnia quæ apud nos ſunt præter oues, bouẽ, & aſinũ. Equi tamẽ perexigui et exiles ſunt. Cãphoræ, gingiberis & cynamomi magnus apud eos prouẽtus. Inde noſtri rege illo ſalutato & muneribus cõdonato ad Moluccas tendũt: quæ illis ab eodẽ rege cõmõſtrate fuere Veniunt ad litora inſulæ Solo, ubi margaritas magnitudine ouorũ turturũ

aut

aut aliquando gallinarũ intelligũt, quæ tamen non niſi in altiſſimo æquore expiſcari poſſunt. Noſtri huiuſmodi unionẽ non attulere, quod anni tẽpus illorum piſcationem nõ præbebat. Cepiſſe tamen ea in regione oſtreũ atteſtantur, cuius caro ſeptẽ ſupra quadraginta librarũ eſſet. Hinc facile crediderim tantæ magnitudinis margaritas illic reperiri. Cũ ſatis conſtet uniones cõcharum partũ eſſe. Et ne quicquã prætermittam, cõſtanter noſtri aſſerunt narrauiſſe inſulanos Porne, regẽ geſtare in diademate uniones duos oui anſerini magnitudine. Hinc ad inſulã Gilonam uentũ eſt ubi homines conſpexere auriculis longis atq; adeo pendulis ut humeros attingerent, quæ cũ admodum admirarentur noſtri, intelligunt ab indigenis, haud longe diſtare aliam inſulam, ubi homines eſſent non ſolum pendulis, ſed adeo latis amplisq; auriculis, ut cũ ex uſu eſſet, altera earũ uniuerſum caput cõtegeret. Noſtri aũt qui non monſtra, ſed aromata quærerẽt omiſſis nugis recta ad molluccas tendũt, octauo menſe poſtquã præfectus eorũ Magellanus iu Mauthan occubuerat, ab eis repertæ ſunt. Inſulæ ſunt numero quinq;, Tarante, Muthil: Thedori, Mare, & Matthien nuncupatæ: tũ citra, tũ ultra, tũ etiam ſub ipſo æquinoctiali ſitæ. Alia Gariophilũ, alia Myriſticã nucem, alia cynamomũ gignit. Vicinæ ſunt omnes, ſed paruæ atq; anguſtæ admodũ. Reges Marmin paucis ante annis immortales animas eſſe credere cœpere. Haud alio argumento ducti, quàm quod auiculã quandam pulcherrimã nunquã terræ aut cuiquã alij rei quæ in terra eſſet, inſidere animaduerterent. Sed aliquando ex ſummo æthere exanimẽ in humũ decidere. Et cũ Mahumetani qui ad eos cõmercij cauſa cõmearẽt, hanc auiculam in paradiſo ortã, paradiſum uero locum animarũ, quæ uita functæ eſſent, atteſtarentur, induerunt hi reguli Mahumeti ſectam, quod hæc de hoc animarum loco mira polliceretur. Auiculam uero Mamuco Diata appellarunt. Quam adeo ſancte religioſeq; habent, ut ſe ea reges tutos in bello exiſtiment, etiamſi ſuo more in prima acie collocati fuerint, Plebëi aũt Caphræ ſunt, & eiſdẽ fere moribus & inſtitutis, quibus inſulanos Porne oſtendimus. ſunt egentes admodũ utpote apud quos nihil præterquã aromata proueniãt, quæ cũ uenenis arſenico & Mercurio ſublimato uulgo appellato, ac linteis quibus ut plurimum ueſtiuntur, libenter cõmutant: in quẽ uero uſum his uenenis utantur nondum ſatis cõpertum eſt. Viuunt pane ſagu & piſcibus, nõnunquã pſittacis. Latent tuguriolis demiſſis admodũ. Quid multa? Omnia apud hos humilia & ſordida præter pacẽ, otium & aromata. Quorũ alterum & quidem pulcherrimum ſummũq; bonum ingens mortaliũ iniquitas ex hoc noſtro orbe ad eos relegaſſe uidetur. Aromata uero tũ auaritia tum inſatiabilis gulæ auiditas, nos in ignoto etiam orbe illorum quærere cogit. Adeo hominum proteruia ſalubria quæque haud longius ſatis nequit protrudere, neque quæ luxus & libidinis appetere. Noſtri uero Moluccarum ſitu diligenter

inſpecto, &

Digitized by Google

inſpecto,& cuiuſq; inſulæ,præterea regulorũ moribus exploratis, ad Thedo ri acceduut,& quod hanc copia Gariophili cæteris antecellere,regẽ uero pru dentia & humanitate reliquis regibus præſtare intelligebãt.Paratis itaq; mu neribus in terrã deſcendunt ac regem ſalutant, præbentq; munera tanquã à Cæſare miſſa.Ille muneribus benigne acceptis,in cœlum ſuſpiciens, iã in quit biennio agitur,cum uos à maximo rege regũ ad inquirendas has ter ras demiſſos è ſiderũ ratione cognoui.Quare aduentus ueſter tãto mihi gra tior iucundiorq; eſt,quanto aſtrorũ ſignificatione diutius mihi præſcitus fu it.Et cũ nihil huiuſmodi euenire ſcio quod non tamdiu fatorũ & ſiderum de creto ſtatutũ ſit,non is ero qui aut facile aut ſidetum ſignificationi aduerſari moliar,ſed uolens libensq; poſt hac depoſito regio faſtigio me tantũmodo regis ueſtri nomine huius inſulæ procurationẽ gerere exiſtimabo.Quare na ues in portũ ſubducite,& reliquos ſocios in terrã tuto deſcendere iubetote, ut nunc tandẽ poſt tã lõgam maris iactationẽ totq; rerũ pericula ſecure ter ræ benignitate frui & corpora curare poſſitis. Neq; aliud exiſtimate quàm uos in regis ueſtri regnũ uenire.His dictis rex depoſito diademate ſingulos amplectitur,& quæ terra illa alimẽta habebat afferri iubet.Noſtri hac re læ tati,ad ſocios redeũt,ac quæ acta ſunt renũtiant.Hi hac regis comitate & be neuolentia lætati inſula potiuntur.Vbi cũ aliquot diebus regia munificẽtia fuiſſent recreati,inde ad reliquos regis legatos mittunt ad inſularũ copias ex plorandas,& regulorum animos cõciliandos.Tarante proxima erat, & hæc quoq; minima eſt inſula.Quippe quæ paulo ultra ſex milliariũ Italicorũ am bitũ habet.Eſt huic proxima Matthien & ea exilis. Hæ tres Gariophili ma gnam copiã gignunt,ſed longe uberiorem in quartum annum.Arbores hæ non niſi in abruptis rupibus prouenire ſolẽt,& ita denſant̃,ut plerunq; lucũ faciant.Arbor hæc tum foliis,tũ craſſitudine tum ipſa etiã altitudine lauro ſi millima eſt.Gariophilum quẽ uulgo à ſimilitudine dauũ nominant naſcit̃ ex ſummis ſingulis ramuſculis.Corolla primum,tum in ea flos haud alius quàm mali aurei prodit.Aciesq; ſeu cuſpis ipſa Gariophili ſummo ſtipiti in ſidet,donec paulatim in longum exurgens mucronẽ efficit.Rubeſcit primũ mox ſole toſtum nigreſcit.Huius arboris ſyluas inter ſe,quemadmodũ nos uineas,indigenæ partitas habent.Gariophilõ ſitis cõdunt,donec aliò à mer catoribus transferatur.Quarta inſula Muthil haud cæteris maior. Hæc cy namomum gignit.Arbor hæc ſurculoſa & alioqui ſterilis ſiccitate gaudens, ſimillima eſt arbori quæ malũ fert punicũ.Huius cortex ad ſolis calorẽ dehi ſcens à ligno auellitur,& paululum ad ſolem detoſtus fit cynamomum. Huic propinqua eſt alia inſula,quæ Badam appellatur, Moluccenſibus in ſulis maior amplior̃que. In ea Myriſtica nux naſcitur. Cuius arbor proce ra ampla̓que eſt. Arbori quæ nucem iuglandem fert admodum ſimilis. Neq; hæc nux aliter quàm iuglans producitur,gemino protecta operimen to,puluinati

to, puluinati primum calycis, sub hoc tenuis membrana, quæ reticulatim nucem amplectit. Hec apud nos Muscatæ flos, ab Hispanis macis uocatur, nobile atq; salubre aroma. Alterum opperimentū ligneum est putamē, ut auellanæ cui quā diximus ipsa nux inest muscata. Gingiber uero passim in singulis insulis huius archipelagi nascitur. Aliud seminatim, aliud spōte prouenit. Sed quod seminatur nobilius est. Herba similis illi quæ crocū fert, & eo modo eius radix fere nascitur, quæ Gingiber est. Nostri ab regulis singulis benigne susceptī fuere, & exēplo regis Thedori sese Cęsaris imperio ultro submisere. At Hispani qui non nisi unā atque alteram haberent nauim, statuere de singulis quidē aliquid afferre, sed naues Gariophilo onerare, quod huius & anno illo uberior prouentus fuisset, & huius generis aromatis maiorē copiam naues capere possent. Impletis itaq; Gariophilo nauibus, & literis muneribusq; à regibus ad Cæsarem acceptis, discessum parāt, literæ plenæ erant fidei atq; obseruantiæ. Munera erant enses Indici, aliaq; id genus. Sed præcipuum Mamuco Diata hoc est auicula dei, qua se in prælio tutos inuictosq; putant. Harū quinq; missæ fuere, unam impetraui à præfecto nauis, quā reuerendiss. D. T. mitto. Non quod se ea ab insidijs & ferro tutam putet, ut isti perhibent, sed quod eius raritate & pulchritudine delectetur. Mitto quoq; & cynamomi & muscatæ & Gariophili aliquid, ut cognoscat nostra aromata ijs quæ Veneti & Portugallen. afferūt, non modo nō deteriora sed nobiliora quod recentiora sunt. Nostri dum ex Thedori soluissent, ecce altera nauis & maior quidem, uitio facto aquā hausit, ita ut ad Thedori regredi necessum fuerit. Hispani dū hoc incōmodum non nisi magno negotio & in multorū dierum spatio posse tollere animaduerterent, conuenere ut altera nauis ad promontorium Cattigara, inde per altū quam longe posset à litoribus Indiæ ueheretur, ne à Portugallensibus conspici posset, donec promontorium Africæ, quod ultra capricorni tropicum protenditur, & cui bonæ spei Portugallen. nomen indidere, in conspectum ueniret, quod inde haud difficilis in Hispaniam esset nauigatio. Altera uero nauis cum primū refecta esset, rursus per archipelagū uastumq; illum oceanū ad litora illius cōtinentis quam supra memorauimus cursum caperet, donec eam orā reperiret, quæ è regione Darienis esset, ubi angusto admodū terræ spatio australe illud mare ab occidentali, in quo Castellanorum sunt insulæ, disiungitur. Soluit itaque denuo ex Thedori nauis altera, & citra æquinoctialem ad duodecim gradus uecta, promontorium Cattigaræ, quod Ptolemæus longe etiam ultra æquinoctialem protensum arbitratus est, non inuenere. Sed postquam ingens maris spatium demensi essent, ad promontoriū bonæ spei, inde ad insulas Hesperidum delati sunt. Et cum hæc nauis longa hac nauigatiōe cōcussa aquā admitteret, non potuere nautæ, quorum iam multi etiam rerū & nauigationis incommoditate perierant, exhauriendæ sentinæ satagere.

Quapro-

Quapropter in unam insularum quæ sancti Iacobi nuncupatur, descenderunt, ut seruos emerent. Nostri autem dum pecuniam nautarum more nō haberent, Gariophilum pro seruis offerunt. Quare per Portugallenses qui in illa insula mágistratum gerunt intellecta, tredecim ex nostris in uincula coniecti sunt. Reliqui in numero decem & octo etant. Hac rei nouitate territi, dimissis socijs continuo in Hispaniam tendunt. Quo decimosexto mense postquam ex Thedori discessere, salui atq; incolumes sexto Septembris ad portum Hispali propinquum peruenere. Digniores profecto nautæ, qui æterna memoria celebrentur, quàm qui cum Iasone ad Colchidem nauigarunt Argonautæ. Nauis autem ipsa multo dignior, ut inter sydera colloceretur, quàm uetus illa Argo. Hæc nanque ex Græcia duntaxat per pontum uecta est, nostra uero ex Hispali austrum uersus. Indeq; per uniuersum occidentem perq; inferius hemisphærium, in orientē penetrans, rursum in occidentem remeauit. Reuerendissimæ D.T. me humillime commendo. Datum Vallisoleti die XXIIII. Octobris M.D.XXII.

E. Reuerendiss. ac Illustriss. D. T.

Humillimus & perpetuus seruitor.

Maximilianus
Transsyluanus.

INDEX TERNIONVM.

α β γ δ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd

Omnes sunt terniones præter Dd quaternionem.

BASILEAE PER IO. HERVAGIVM MENSE NOVEMBRI. ANNO M. D. XXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google